801

801-XIII
2

2219(1-2)

Prologus.

Ad Reuerendiſſimum patrem

ac Principem Illuſtriſſimum. D. D. Ioannem Tauera. P. Cardinalem titulo. S. Ioannis ante portam latinam. Archiepiſcopum Toletañ. Hiſpaniarū primatem, Summum de rebus fidei cenſorem. &c. Dominum ſuum, Doct. Ioannis Methinę Præfatio in ſua cōmentaria, de Pœnitentia & eius partibus.

Quidem ſatis arbitror: Præſul Reuerēdiſſime, Princeps Illuſtriſſime, cum primum hoc noſtrarum elucubrationum quaſi ſpecimē in lucem prodierit, quod ego nominis tui auſpiciis cōſecratum, patrocinioq; munitum, in manus hominū venire cupio, plærosq; futuros, qui huius noſtri inſtituti cauſam, vel taciti apud ſe requirant, vel, vt ſunt hominum ingenia, alienis de rebus ſolicita, a nobis diligenter efflagitent. Quorum ego, & deſideriis ſatisfaciendum, & percontationibus occurrendum ratus, conſilium animi mei paucis aperiam. Ego vero, P. illuſtriſſime, cum multis iam annis profeſſorium laborem in academia celeberrima ſuſtinuiſſem, noſtraq;, & opera, & vox in hac diuinæ philoſophiæ ſacrarumq; literarū enarratione publicis vſibus, quantum in me fuit, & noſtrorum hominum ſtudiis inſeruiſſet, exiſtimabam decurſo hoc ætatis ſpacio, poſſe me vacationē a tam laborioſo munere, iamq; ocium, meo quaſi iure poſtulare. Neq; vero conceſſam duntaxat mihi quietem iſtam, vel diuturnitate inſumpti temporis, vel difficultate tolerati laboris, ſed neceſſariam multo magis exiſtimabam affecta iam & valetudine, & ętate, totq; ſubinde ac tantis corporis incommodis adportunos quietis & ocii reuocantibus. Hunc tamen meum receſſum ætati non indecorum, laboribus prope debitum, valetudini neceſſarium, hominum voces, amicorum monita, cura & ſolicitudine carere non ſinunt. Non honeſte dictitātes, vacationem peti, quam diu tua opera reſpu. egeat. Hanc ita demum honeſtam fore, ſi honeſte collocatam editi fructus teſtentur, ſi quos voce, per infirmitatem valetudinis iuuare non liceat, eoſdem domeſticis ſtudiis & publicatione ſcriptorum iuuare non intermittas. eſſe hanc etiam vel vtiliorem rationem publicis commodis conſulendi, ſcripta etenim ad plures propagari, vocē niſi ad paucos peruenire non poſſe. Videbantur illi non iniquiſſima poſtulare, ſi tanti ego, vel me, vel meas commentationes facerem, vt in hac tanta ſcribētium turba, & operum ſubinde prodeuntium felicitate, aliquid me, vel noui allaturum, vel explicatius traditurum putarem. Pergebant tamen illi hanc meam deprecationem noua depulſione & quidem vrgentiſſima refellere, non eſſe iam mihi liberum, ne ſi velim quidem, hunc laborem detrectare, ablato mihi quaſi

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA

Prologus.

pignore nominis & existimationis meæ, quo me ad publice hoc debitum persoluendum studiosi nimium nostri homines coegerũt. Superioribus nam cp & proximis annis nihil fere est a nobis in publicis prælectionib⁹ traditum, quod studiosorum diligentia nimia in nos voluntate, & iudicio magis amico, cp vero pateretur excidere, vt quicquid mihi in scriniis sit, in chartis & commentariis circumferatur. Ita dum præmaturos nobis editionis honores largiuntur, non tam prudenter nostro nomini consuluerunt, cp propensionem in nos suam declararunt. Est huiusmodi sedulitas quædam, vt sibi videtur, officiosa, quæ quos diligit, vrget, vt ille inquit. Quis autem nescit quanta sit excipientium incuria, imperitia, & vt modestissime dicam festinatio, mendose excepta, mendosius in exempla transfusa, mendosissime per manus hominum propagantur. Ita fit, vt qui honos autoris videtur, sit multo magis nominis dedecus, ac detrimentum, & quidem rectæ doctrinæ periculum. Quod si nominis duntaxat factura ageretur, ferrẽ equidẽ moderate, neq enim tã mei amans sum, nunc autem vt incerta pro certis, falsa pro veris, perniciosa pro salubribus, eaq nostro nomine passim circumferantur, id vero ferendum non est. Cessi itaq illorum voluntati, vel monitis potius salubribus, & amicis consiliis resistere non debui. Quod cũ mihi necessario faciendum intelligerẽ, ne prorsus ociosa hæc nostra opera videretur, plus etiam quam exigebatur, præstare decreui, vt si minus nouitate inuẽtorum, certe explicatione & luce tradendorum, aliquod operęprecium feciſſe videremur. Nõ ausus tamẽ vniuersas merces tam dubia spe successus in forum producere: volui equidem in re, vt sic dicam, populari & grata ante periculum facere, & hunc librum de pœnitentia & eius partibus quasi exploratorẽ iudicio rum, & antecursorem emittere: quem si gratis animis exceptum cognouero, non parcam, aut labori, aut valetudini meæ, quo minus, quantum in nobis sit, aliqua per nos publicis commodis fiat accessio. Huius vero conatus mei atq operis, quem ego mihi alium patronum adoptem, quam te Princeps Illustrissime? cuius cum in omnes omnium litterarũ studiosos, tum in meipsum summã iam diu expertus sum humanitatem ac beneuolentiam. Agitur vero in hac nuncupatione res potissimum nostra, nam & ex ista amplitudine nominis tui, dignitas operi, & ex ista luce, obscuritati nostrę splendor accedet. Præsidium vero tantum, vt quasi rem, quod equidem spero, religione consecratã, prophana lingua non ausit attingere. Optime valeat in Christo Reuerendissima & Illustrissima. V. D. Compluti. V. calen. Decemb. Anno. 1544.

Index.

Index eorũ omnium: quę in hoc volumine continentur.

¶De pęnitentia.

IN quo baptiſmus & pœnitentia cõueniant, in quo etiam differant. Quid, & quotuplex ſit pœnitẽtia. Quomodo etiam dolor pœnitentis dicitur, & eſt voluntarius. Folio. i.

¶Quęſtio prima:

de pœnitentia quo ad bonitatẽ eius.

¶An pœnitẽtia cordis ſit virtus. An ſit cõmunis virtus, an particularis. An ſit moralis, an theologalis. fo. ii.

¶Volitiones & nolitiones conditionatę, an ſint actus poſitiui volũtatis. ibidẽ.

¶Quęſtio ſecũda

de neceſſitate pœnitentię.

¶An pœnitẽtia cordis ſit peccatori ad eius ſalutem neceſſaria, An ſufficiat veterẽ vitam in meliorẽ commutare. fo. iii.

¶An ſit neceſſarium de cõmiſſis pœnitere, ſub pœna noui peccati. fo. iiii.

¶Pœnitẽtia cordis an ſicut neceſſaria eſt de iure diuino, ſit etiam neceſſaria de iure naturæ. fo. vi.

¶An poſſit deus cum peccatore diſpenſare, ne teneatur de cõmiſſis dolere. f. vi.

¶Quęſtio tertia

de quibus peccatis eſt neceſſario pœnitendum.

¶An de originali peccato opporteat pœnitere. fo. vii.

¶An de venialibus ſit pœnitendũ. fo. vii.

¶An de mortalibus ante baptiſma cõmiſſis opporteat pœnitere. fo. viii.

¶An ſit neceſſarium de ſingulis mortalibus particulariter pœnitere. fo. viii.

¶An de oblitis ſit neceſſarium, ſaltem in genere pœnitere. fo. ix.

¶An de peccatis committendis ſit pœnitendum. fo. ix.

¶An ſicut neceſſarium eſt de commiſſis pœnitere, ſit etiã neceſſariũ formale propoſitum a peccatis abſtinendi. fo. x.

¶Quęſtio quarta

Qualis debeat eſſe pœnitentia.

¶An pœnitentia debeat eſſe in deum relata, vt ad ſalutem valeat. fo. x.

¶Pœnitentia ex timore habita, an ſit bona, ſaltem moraliter. fo. xi.

¶Pœnitentia cordis vnde habeat originem. fo. xi.

¶An pctor ſatisfaciat p̃cepto de pœnitẽdo, ſi de cõmiſſis doleat ex timore. f. xii.

¶Pœnitẽtia cordis, an debeat eſſe formata, an ſufficiat informis. fo. xii.

¶Quęſtio quinta

de quantitate pœnitentię.

¶An ſit neceſſarium intenſiſſime / ſeu ex toto conatu pœnitere. fo. xiii.

¶An ſit certus gradus citra ſummum in pœnitentia neceſſarius. fo. xiiii.

¶An pœnitẽtia debeat eſſe ſumma reſpectiue, ideſt, maior / q̃ de rerum aliarum amiſſione. fo. xv.

¶Pœnitentia, an debeat per aliquot tempus continuari. fo. xv.

¶An ſit neceſſaria intẽſio / ſeu cõtinuatio pœnitentię vt ſit cõtritio. fo. xvi.

¶Contritio / & attritio in quo differunt. folio. xvi.

¶Attritio an poſſit fieri cõtritio. fo. xvii.

¶Queſtio ſexta: de

tempore, quo pœnitendum eſt.

¶An teneatur peccator quã primum poteſt pœnitere. fo. xvii.

¶An ſit licitum ad tempus velle non pœnitere. fo. xix.

¶An quoties peccata memorię occurrũt, ſit neceſſarium pœnitere. fo. xx.

¶An ſit licitũ a pœnitẽtia ceſſare. fo. xxi.

¶An ſit neceſſarium in diebus dominicis pœnitere. fo. xxi.

Index.

¶An ſit neceſſariū pœnitere ratione alicuiꝰ actus ad officium eccleſiaſticū pertinentis.fo. xxii.

¶Queſtio ſeptima: de effectu pœnitentiæ.

¶Quid relinquitur in peccatore tranſeūte actu peccati, quod debeat per pœnitentiam deleri.fo. xxiii.

¶An poſſit ꝑ diuinā potētiā peccatū deleri, ſine pœnitētia ipſiꝰ ꝓctoris.f. xxiiii.

¶An ſicut ꝑ pœnitētiā cordis delent peccata quo ad culpā, ita etiā deleātur quo ad pœnā, tā æternā, q̄ temporalē. fo.xxv.

¶An remiſſa culpa, maneat reatꝰ æternæ pœnæ. ibidē.

¶An per quancunq; pœnitentiā cordis, etiā ſi ſuperabūdans nō ſit, remittat aliquid de pœna temporali. fo.xxvi.

¶Queſtio octaua: de reſurgente a peccato.

¶Vtrum peccator per pœnitētiam reſurgat ad maiorē gratiam, & maiorem gloriā, & ad plura merita, q̄ prius habuerat.fo. xxvi.

¶An per pœnitentiam reſurgat homo ad merita antiqua, & ad amiſſam gratiam.fo. xxvii.

¶Queſtio nona: de reditu peccatorum prius remiſſorum,

¶An per recidiuam redeāt peccata priora. folio. xxx.

¶Vbi eſt maior ingratitudo, cadere ab innocētia, an a pœnitētia.fo. xxxii.

¶Beneficii quantitas, an mēſuretur ex ſola quantitate rei donatæ. ibidem.

¶Textus Ezechielis, an valeat ad probādum redire priora merita, aut peccata.folio. xxxiii.

¶Textus Matth.18. an valeat ad probandum, q̄ peccata redeunt in recidiuante.folio. xxxiiii.

An recidiuās teneat̄ iterato cōfiteri priora peccata.fo. xxxiiii.

¶Quādo ingratitudo recidiuātis eſt ſpeciale peccatum.fo. xxxv.

¶Queſtio decima de facultate reſurgēdi a peccato poſt veram pœnitentiam.

¶An poſſit quis poſt veram pœnitētiam cadere, & a caſu reſurgere.fo. xxxvi.

¶Queſtio vndecima: de facultate pœnitendi poſt enormia peccata.

¶An de lege ordinata admittatur aliquādo peccatori, vſum diſcretionis habēti, facultas vere pœnitendi.fo. xxxvii.

¶An poſſit quilibet peccator per pœnitentiam reſurgere, quęcunq;, & qualiacunq; crimina ꝑpetrauerit.fo. xxxix.

¶An ſemp q̄ homo verā pœnitētiā agit, venia de lege ordinata cōſequatur.fo.xlii.

¶Queſtio duodecima: de pœnitētia vnius peccati, abſq; pœnitētia alterius.

¶An poſſit homo pœnitentiam agere de vno peccato abſq; hoc, q̄ eam de omnibus agat.fo. xliii.

¶An poſſit deus agere aliquid de potentia abſoluta, q̄ non poſſit de ordinata.fo. xliii.

¶An poſſit homo deteſtari vnum peccatum a ſe commiſſum, non deteſtādo aliud.fo. xlv.

¶An facultas vere & fructuoſe pœnitendi, duret vſq; ad extremū vitæ.fo. xlvi.

¶De cōfeſſione.

¶De inſtitutione cōfeſſionis.fo. xlvii.

¶De neceſſitate cōfitendi, & quo iure ad id teneamur. fo.xlvii.

¶De obligatione cōfitendi ſub pœna noui peccati.fo. l.

¶De cōfeſſionis neceſſitate ad ſalutē.fo.li.

¶An ſit hæreticū, dicere, q̄ confiteri non ſit de neceſſitate ſalutis.fo. lii.

¶An ſit hæreticū, dicere, q̄ confeſſio non ſit de iure diuino.fo. lii.

¶De peccatis neceſſario confitendis, hoc eſt, de originali, de venialibꝰ, de mortalibꝰ aſſi & poſt baptiſma cōmiſſis.fo.liii.

Index.

¶ De integritate confessionis. fo. liiii.
¶ De circunstantiis confitendis. fo. lvi.
¶ De circunstantiis speciem peccati mutantibus. fo. lvii.
¶ De circunstãtia loci, & tẽporis. fo. lvii.
¶ De integritate confessionis nõ semper necessario seruanda. fo. lviii.
¶ De integritate absolutionis. fo. lix.
¶ De cõfessione casuũ reseruatorũ. f. lxii.
¶ De confessione statim agenda. fo. lxiii.
¶ De tẽpore quo cõfiteri opportet. f. lxiiii.
¶ De confessione prẽmittenda sumptioni eucharistiẽ. fo. lxv.
¶ De cõfessiõe semel in ãno agẽda. f. lxvii.
¶ An cap. Omnis vtriusq; sexus. obliget sub pœna peccati mortalis ad confessionem. fo. lxvii.
¶ An peccator satisfaciat statuto ecclesiæ, si quacũq; parte anni cõfiteatur, etiam si in quadragesima nõ cõfiteat. fo. lxvii.
¶ An qui in quadragesima omisit confiteri, teneatur ea tranlacta, q̃ primum potest, confiteri. fo. lxvii.
¶ De modo secrete cõfitendi, hoc est, An sit licitum plures simul vni confiteri, & vnum pluribus, & per interpretẽ, & coram testibus, aut publice. fo. lxviii.
¶ De cõfessione sine pœnitentia cordis facta, an satisfactoria sit. fo. lxx.
¶ De cõfessione iteranda, ob defectum cõfitentis. fo. lxxi.
¶ De confessione facta ab excommunicato. fo. lxxi.
¶ De cõfessiõe dimidiata, iterãda. f. lxxiii.
¶ An cõfessor videns pœnitentẽ cõfessionẽ ex obliuione, vel ignorãtia dimidiare, teneatur eũ certiorẽ facere. fo. lxxiiii.
¶ Quid agere debeat confessor, quando ipse & pœnitens sunt contrarię opinionis. fo. lxxvi.
¶ De confessione facta, an sit necessario iteranda. fo. lxxvi.
¶ De confessione iteranda, ob defectum confessoris. fo. lxxviii.
¶ An in absoluente sit necessaria potestas iurisditionis, an sufficiat potestas ordinis. fo. lxxviii.
¶ De confessione scienter facta confessori excommunicato. fo. lxxviii.
¶ De confessione nescienter facta confessori excommunicato. fo. lxxx.
¶ De confessione facta confessori prauo. folio. lxxx.
¶ De confessione iteranda ab eo, qui pœnitentię iniunctę oblitus est. fo. lxxxi.
¶ An in casibus, in quibus oportet confessionem iterare, oporteat eam in particulari reiterare. fo. lxxxi.
¶ De facultate simul & fructu legitimam confessionem reiterandi. fo. lxxxii.
¶ De his, qui confiteri tenentur, hoc est, de infidelibus, de fidelibus, qui carẽt peccato mortali, sed non venali. De fidelibus, qui solum commiserunt peccata cordis. fo. lxxxiii.
¶ Cui debeat fieri confessio, laico scilicet in defectu sacerdotis, an soli sacerdoti. folio. lxxxv.
¶ An in articulo necessitatis debeat homo confiteri sacerdoti excõicato, si non habeat copiam alterius. fo. lxxxv.
¶ De confessione fratribus priuilegiatis facta. fo. lxxxvii.
¶ Quis dicatur proprius sacerdos in cap. Omnis vtriusq; sexus. fo. lxxxix.
¶ De licentia curati alieno sacerdoti confitendi. Folio. xc.
¶ De multiplici licentia alieno sacerdoti confitendi. Folio. xci.
¶ De licentia vicecurati ad alieno confitẽdum. Fo. xcii.
¶ De confessione mulieris, quę cũ suo curato est fornicata. Folio. xciii.
¶ De sacerdote alieno per parochianũ eligendo ex licentia proprii. Fo. xciiii.
¶ De alieno sacerdote sine licentia proprii de facto quemq; absoluente. Fo. xcv.
¶ An casu, quo confessor absoluit, quem absoluere non potuit, teneatur confitẽtem de nullitate absolutionis certiorem facere. Fo. xcvii.
¶ De confessione voluntate & non necessitate facta. Fo. xcviii.
¶ De cõfessione per curatũ audienda, quoties subditus cõfiteri velit. Folio. xcix.
¶ De effectu absolutionis sacramentalis. Folio. c.
¶ An absolutio sacramẽtalis operetur gratiam primam. Fo. cv.
¶ De absolutiõe a pẽtis oblitis. Fo. cvi.
¶ De pœnitentia iniuncta. Fo cvii.
¶ De pœnitẽtia iniũcta acceptãda. f. cviii.
¶ An vnus sacerdos possit pœnitentiã per alium iniunctam cõmutare. Fo. cix.

Index.

¶De pœnitentia iniuncta extra gratiam adimpleta.fo. cx.

¶An pœnitētia extra gratiam facta, sit iterāda.fo. cxi.

¶De effectu pœnitētię iniunctę. fo.cxii.

¶An pœnitentiam iniunctam non adimplens, sit eam in alio seculo soluturus. folio. cxiii.

¶An decedēs ab hoc seculo in habitibus vitiosis, detinebitur in purgatorio, etiā si in hoc seculo plene pro peccatis satisfecerit.fo. cxiiii.

¶De pœnitentia iniuncta, tempore, quo missa celebratur, adimpleta.fo. cxiiii.

¶An satisfaciat pœnitens, si pœnitentiam iniunctam alioquī debitam, compleat. folio. cxv.

¶An confessor debeat iniungere pœnitētiam, iuxta quantitatem delictorum cōmissorum.fo. cxv.

¶An peccator satisfaciat, si pœnitentiā sibi iniunctā per alium cōpleat.fo. cxv.

¶De cōfessione celāda, & quo iure.f.cxvi.

¶An sit licitum cōfessionem in aliquo casu detegere.fo. cxvi.

¶De his, qui confessionem celare tenentur.fo. cxxi.

¶De his, quæ a confessore celanda sunt. folio. cxxi.

¶An sub sigillo confessionis cadat peccatum committendum.fo. cxxii.

¶De dispensatione super confessione reuelanda.fo. cxxiii.

¶De licentia confitentis ad reuelandum confessionem.fo. cxxiiii.

¶De confessione celanda, casu, quo factū per aliam viam cognitum sit.fo. cxxv.

¶De secreto nudo.fo. cxxvi.

¶De satisfactione.

¶Questio prima.

¶An possit purus homo satisfacere deo pro peccatis.fo. cxxvii.

¶An possit purus homo satisfacere pro peccatis ad çqualitatem.fo, cxxviii.

¶An Christus satisfecit de pura iustitia. folio. cxxviii.

¶An Christus fuerit ab omni obligatione legis liber.fo. cxxviii.

¶An Christus satisfecerit sufficienter pro nobis.fo. cxxx.

¶An possit homo purus satisfacere pro peccatis quo ad pœnam tēporalem de pura iustitia.fo. cxxx.

¶Questio secūda.

¶An per opera extra charitatē facta, possit homo satisfacere.fo. cxxxi.

¶An talia opera valeant ad remissionem culpæ.fo. cxxxi.

¶An valeant ad aliquam remunerationē apud deum.fo. cxxxii.

¶An valeant ad aliquod premium de rigore iustitiæ.fo. cxxxii.

¶An valeant operanti, ita vt in inferno mitius torqueatur.fo. cxxxiii.

¶An talia opera sint de lege ordinata satisfactoria.fo. cxxxiiii.

¶Questio tertia.

¶An opera bona extra charitatem facta, incipiant esse meritoria, superueniente charitate.fo. cxxxv.

¶An eadem opera incipiant esse satisfactoria, superuenięte charitate.f.cxxxvii.

¶Questio quarta.

¶An omne opus meritoriū sit satisfactorium, Quod quæritur de contritione prima.fo. cxxxviii.

¶An opus satisfactorium sit adeo meritorium, ac si satisfactorium non esset. folio. cxxxix.

¶An possit homo satisfacere p opera alioqui debita.fo. cxxxix.

¶Questio quinta.

¶An possit vnus homo pro alio satisfacere.fo. cxli.

¶An deus quosdam pro alienis peccatis puniat.fo. cxlii.

¶An pœna a deo immissa, sit satisfactoria. folio. cxlii.

¶An vnicuiq; peccato sua correspondeat satisfactio.fo. cxlii.

¶An possit homo satisfacere pro vno peccato, non satisfaciēdo pro alio.fo.cxliii.

Index.

¶ Queſtio ſexta.

¶ An ſit neceſſarium in præſenti vita ſatiſ facere. fo. cxliii.

¶ An debeat ſatiſfactio fieri per opera pœnalia. fo. cxliiii.

¶ An poſt contritionem & confeſſionem ſit alia ſatiſfactio neceſſaria in præſenti vita, ſub pœna noui peccati. fo. cxlv.

¶ De ieiunio.

¶ De ieiunio/& his, quę de ipſius ratione ſunt. fo. cxlvi.

¶ De inſtitutione ieiunii quadrageſimalis. fo. cxlvi.

¶ De diſpẽſatione in quadrageſima, & in ſtatutis apoſtolicis. fo. cxlvii.

¶ De diſcretione ciborum in ieiunio. folio. cxlviii.

¶ De nũero refectionũ in die ieiunii. f. cxlix

¶ Si quis in nulla die quadrageſimæ ieiunet, an q̃libet die de nouo peccet. fo. cli.

¶ De hora refectionis, An ſit refectio differẽda, quouſq; homo per eſuriem, aut naturæ defectum affligatur. fo. cli.

¶ De neceſſitate ſeruãdi ieiunia eccl'iaſtica, An poſſit eccl'ia p ſua ſtatuta obligare fideles ſub pœna peccati mortalis. f. cli.

¶ Per quid cognoſcẽtur, quãdo humana ſtatuta obligẽt, ſub pœna peccati mortalis. fo. clii.

¶ An ſit peccatũ mortale violare ieiunia eccleſiaſtica. fo. cliii.

¶ De conſuetudine legẽ ieiunii diſſoluente. fo. cliii.

¶ De his, qui ad eccleſiaſtica ieiunia tenentur. fo. clv.

¶ De cauſis, per quas licite diſſolui poteſt ieiunium. fo. clvi.

¶ Quando neceſſe eſt ieiunare. fo. clvii.

¶ De his, per quæ eccleſiaſticũ ieiunium multipliciter diſſoluit̃. fo. clviii.

¶ De q̃litate ieiunii, eiuſq; vtilitate. f. clix.

¶ De ieiunio vitã notabiliter abbreuiante. fo. clx.

¶ De eleemoſyna.

¶ Quid, & quotuplex ſit eleemoſyna. folio. clxii.

¶ De fructu eleemoſynæ. fo. clxiii.

¶ An eleemoſyna facta pauperi ĩ extrema neceſſitate exiſtẽti, ſi ſatiſfactoria. f. clxiii.

¶ De neceſſitate dandi eleemoſynam ſub pœna peccati mortalis. fo. clxiii.

¶ In quibus caſibus neceſſarium eſt eleemoſynam facere. fo. clxiiii.

¶ Vtrũ ſit neceſſariũ eleemoſynã facere de ſuperfluis citra extremam neceſſitatem. folio. f. clxiiii.

¶ De quibus bonis ſit eleemoſyna facienda, & a quibus perſonis. fo. clxvi.

¶ An poſſit qs eleemoſynã facere de bonis cõmunib⁹ ſibi & aliis. fo. clxix.

¶ Capl'm, an poſſit facere eleemoſynã aut gratiã de bonis ſibi/& aliis communibus. fo. clxix.

¶ De eleemoſyna facienda de bonis illicite acquiſitis. fo. clxix.

¶ Si is, qui nihil habet, quod nõ ſit obnoxium reſtitutioni, eleemoſynam faciat pauperi in extrema neceſſitate exiſtẽti, deobligetur a reſtitutione. fo. clxx.

¶ An extreme indigenti ſit eleemoſyna facienda donando, an ſufficiat eam facere mutuando. fo. clxx.

¶ De his, quibus danda eſt eleemoſyna, & quo ordine. fo. clxxiii.

¶ De eleemoſyna danda ſanis, paupertatẽ voluntariam aſſumentibus. fo. clxxiii.

¶ An ſit homini ſano & robuſto neceſſarium manualiter operari. fo. clxxiiii.

¶ An huiuſmodi hominibus ſit licitum, relictis bonis, quæ poſſidẽt, in ſumma velle paupertate viuere. fo. clxxiiii.

¶ An ſit eiſdem licitum mendicare, cum poſſint propriis manibus victum quę rere. fo. clxxv.

¶ An Chr̃s habuerit ſummã paupertatẽ, & an aliqñ mendicauerit. fo. clxxv.

¶ De oratione.

¶ De oratione & ratione ipſi⁹. fo. clxxvi.

¶ Cui⁹ potẽtię & virtutis ſit or̃o. f. clxxvi

¶ Quid in or̃one petẽdum. fo. clxxvii.

¶ Quis orandus, deus ſolus, an ſanctⁱ tã beati, q̃ viatores, q̃ hi, qui in purgatorio ſuntⁱ fo. clxxviii.

¶ An poſſit per ſolam ſcripturam probari, ſanctos eſſe orandos. fo. clxxx.

¶ De his, qb⁹ cõuenit orare. fo. clxxxi.

¶ De his, pro qb⁹ orãdũ eſt. fo. clxxxii.

Index.

¶De neceſſitate vocaliter orandi, oratione publica. fo. clxxxvi.
¶Quis teneꝫ ad horas canonicas. ibidē.
¶De neceſſitate vocaliter orandi, oratione priuata. fo. clxxxvii.
¶De neceſſitate mētaliꝫ orādi. f. clxxxviii
¶De neceſſitate ſciendi orationem dominicam. ibidem.
¶De tpe, quo orare opportet. fo. clxxxix.
¶De modis, quibus oratio deprauari ſolet. fo. cxc,
¶An deprauetur oratio per hoc, ꝙ fit in peccato mortali, fo. cxc.
¶An deprauetur oratio per hoc, ꝙ homo petit abſolute, quod vult. fo, cxci.
¶De deuotione/& feruore in oratione requiſita. fo. cxci.
¶De attētiōe in oꝛone habēda. fo. cxciii.
¶De poteſtate eccleſiæ reſpectu actuū cordis. fo. cxciiii.
¶De horis canonicis reiterādis. fo, cxcvii.
¶De valore oꝛonis p ſeipo fuſę. fo, cxcix.
¶De his, quæ requiruntur ad efficaciam orationis. fo, cci.
¶Quę ſit illa oratio, de qua Chriſtus per euangeliſtas certos nos facit, ꝙ a patre exauditur. fo. cci.
¶De valore orationis pro alio fuſæ. folio. ccii.
¶Vtrū oratio valeat dānatis ad remiſſionem pœnæ temporalis. fo. ccii,
¶Vtrum oratio pro aliquo viatore fuſa, valeat ei ad gratiam primā, ſeu ad augmentum eius. fo. cciii.
¶An certū ſit, orationē vnius valere alteri ad alia bona citra gratiam. fo. cciiii.
¶Vtrum oratio iniuſti valeat ei, pro quo fit. fo. ccv.
¶De valore orationis pro multis fuſæ, an tantū valeat vnicuiq; eorum, q̄tum ſi pro vnoquoq; eorū diceret. fo. ccv.
¶De multiplici valore orationis ſecundū quoſdam. folio. ccvi.

¶Finis.

DE poenitentia tractat magister sententiarū distinctio, decima quarta, in quarto, & doctores ibidē. Vbi nonnulla predicata quę de pœnitentia dicūtur, proponit: in quo etiam cum baptismo cōueniat: in quo itidem ab eodem differat ostendit. Cōueniunt quidem, quia sicut baptismus est prima tabula post naufragiū, ita & pœnitentia est secunda, vt tradit Hieronymus super Danielē, & habetur de pœnitentia distinctio. i. c. Secunda. Est autem hæc loquutio methaphorica, ex similitudine quam baptismus & pœnitentia cum tabulis nauis in mari fractę habent: per quas homo nititur ab illo naufragio liberari, quandoquidem homini nauiganti si obortа tempestate, & concutientibus fluctibus, nauis frāgitur, hoc vnicum remedium superest, scilicet tabulas nauis fractę arripere, & eisdem rimari, & inniti, vt saluari possit. Qui nauigat, homo est: nauis quam primo homo ingressus est, & in qua primo nauigare cœpit, status fuit innocentiæ: & rectitudo atq; integritas vitæ: in qua homo conditus fuit, fracta est nauis quando vita hominis per inobedientiam & pręuaricationem corrupta fuit, fluctus maris nauem concutientes/ tentationes sunt vitæ præsentis, quæ magno impetu in hominem irruūt, mare autē in quo nauigatur hic mundus est. Tabulæ autem quibus a procella huius pelagi homo liberari potest, baptismus & pœnitētia sunt, e quibus cum prior sit baptismus, qui tanua aliorum sacramentorum esse dicitur, ideo prima tabula nuncupatur, pœnitentia autē secunda: his enim sacramētis nobis in peccatum lapsis rimandum est, si volumus peccati periculū & damnum, quod affert, incolumes euadere.

¶ DIFFERVNT autem, quia pnia potest frequēter cū spirituali fructu iterari, baptismus autē nō nisi semel suscipi potest. Primū satis significat christus, qui Petro de peccatis fratri remittēdis, interroganti: quo
Matth. 18. ties peccabit in me frater & dimittam ei? an septies. &c. Respondit, non dico tibi septies, sed septuagies septies? vbi numerus determinatus pro indeterminato ponitur, ac si dixisset, quoties peccauerit in te si pœnituerit dimitte illi. Secundum etiam Paulus docet ad hebrę. 6. vt colligūt coīter doctores, cū ait. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustauerūtq; bonū verbū & spūm sanctū scilicet per baptismū susceperunt, si prolabantur, rursus renouari &c, Quod de renouatione baptismali solet intelligi. Est. n. sacramētū regnationis &c.

¶ DIFFERVNT pręterea, quia pœnitentia duplex est, scilicet interior & exterior. Baptismus autē vnicus est in exteriore opere consistens. De interiori pœnitentia dixit Dauid. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum deus nō despiciet. Exteriorem vero pœnitētiam, quam sacerdotes pœnitētibus & confessis iniungūt, Christus nobis significauit, quando curatos a se leprosos misit ad sacerdotes, vt se illis præsentarent, ab eisdem iudicandi: & eandē in stituit quando ad sacerdotes loquens dixit. quorū remiseritis peccata, remittēt eis &c. Psal. 50. Luce. 17. Ioan. 20.

¶ CONVENIVNT pręterea, quia pœnitentia peccatoribus necessaria est, sicut & baptismus. Nam Ioannis prædicatio a pœnitentia cepit, cum dixit. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorum. Et Petrus etiam eandem prædicauit, vt ex actibus constat, dixit enim. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusq; vestrū. Exquibus apparet vtilitas simꝫ & necessitas pnię. Matth. 3. Actuū. 2.

¶ Conuenit tamen

hęc particularius tractare & distinctius procedere, ne equocatio cōfusionē, confusio vero ignorātiam pariat. Accipitur enim pnia ad prędens dupliciter, vno modo pea quæ in corde est/ alio vero pro ea quæ in opere exteriori consistit. Et hæc rursus est multiplex/ quędam est sacramentalis, & in absolutione consistit, qua confessor pœnitētē & prius confessum a peccatis absoluit. Quędā vero est pœnitentia ab eodem sacerdote iniuncta, que iterum triplex est, scilicet solēnis, publica, & occulta. Quędā autē est pœnitētia voluntarie ab ipso peccatore assumpta, & hoc est quod coīter a doctoribꝰ traditum est scilicet tres esse pœnitētiæ partes puta cōtritionem, confessionē, & satisfactionē, cuius satisfactionis totidē similiter partes esse dicūtur, hæ autē sunt oratio: ieiunium,

& eleemosyna, de quibus omnibus nonnulla in præsenti codice tractanda sunt, in primis tamen de contritione seu generalius de cordis pœnitentia agendum est, hæc autem est duplex, quędam vera pœnitentia quæ ad salutem valet, & bonorū est, alia vero quæ ad salutem non valet, & malorum est, talem habuit Iudas, quando doluit ꝙ Christum tradidisset, qui nō sicut debuit, pœnituit: talem habuit Antiochus, de quo, cum de cōmissis sceleribus pœniteret, & dominum deprecaretur, scriptum est, orabat sceleſtus dominū, a quo non erat misericordiam consequuturus. Et de Esau similiter inquit Paulus, ꝙ nō inuenit pœnitentiæ locum, etiam si cum lachrimis inquisiuisset eam. &c. Talem etiam habent damnati, de quibus legitur sapientiæ. 5. dicent intra se pœnitentiā agentes. &c.

Matt. 27.

2 Mach. 9.

Ad heb. 12

¶ EST AVTEM pœnitētia vera, dolor volūtarius de peccato propter dei offensam cum emendationis proposito in futurum. Et hoc est quod ait Augustī. pœnitētiam diffiniens in libro de pœnitentia. Pœnitentia inquit est, quædam dolētis vindicta puniens in se, quod dolet cōmisisse. Vnde & Grego. ait, pœnitētia est ante acta mala deflere, & flēda iterum nō cōmittere. Et Ambrosius, pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterum non cōmittere &c. Itaq; illum dicimus pœnitere, cui displicent & molesta sunt, quæ fecit flagitia/ quatenus offensiua dei sunt &c.

De pœnitē tia. dist. 3. c. & pœnitē. cū alijs.

¶ SED dubitaret hic aliquis quomodo potest esse, vt sit dolor voluntarius / si enim dolor est, pœna est, & cruciat animū, pœna autem non est, nisi inuoluntaria sit. Quod enim nullatenus est inuoluntarium, non cruciat, nec punit. Quod autem pœnitentia pœna sit, ex vocabulo ipso patet. Pœnitentia enim pœne tenentiam sonat, & vt ait Augusti. a punīēdo dicit̄. ¶ Respōdetur. Id facile soluitur, si in homine duplicē affectionē attendamus, scilicet iusti & commodi. Per primā homo appetit quod iustū & rectum & honestum est. per secundam vero quod vtile delectabile & cōmodum est: bene igitur stat, ꝙ id quod secundum affectionem cōmodi est inuoluntarium, sit secundum affectionem iusti voluntarium. Ad quod multa possemus afferre exempla, nisi res de se satis nota esset. Aut dicatur non esse necessariū, pœnam inuoluntariam esse, vt cruciet, satis est id inuoluntarium esse, de quo ipsa pœna habetur, sicut in proposito inuoluntariū est homini pœnitēti se deum offendisse. &c.

¶ Nota tamē dolorem huiusmodi non dici voluntarium in se, cum sit passio naturaliter consequens actū voluntatis, est tamē volūtarius causaliter seu antecedenter, pro quanto ex libera volūtate ipsius pœnitentis procedit. Peccator enim considerans se deum perperam offendisse, dignumq; esse, qui pro peccato puniatur, voluntatem elicit, qua vult in se punire, quod comisit, inde voluntarie elicit actum detestationis, quo displicet sibi cō missum, hūc sequitur naturaliter tristitia de cōmisso, deinde tristitiā sentiens, eam voluntarie acceptat & sustinet, inde facile patet quo pacto dolor de cōmissis volūtarius sit &c.

¶ DE CORDIS ergo pœnitētia nonnullas conuenit quæstiones tractare, in quibus viros doctos constat contraria tenuisse, & vt a facilioribus incipiamus, de qualitate pœnitentiæ cordis libuit tractatum inchoare.

¶ Quęstio prima.

Olet de huiusmodi pœnitentia quęri, an sit virtus & qualis virtus. Et arguitur primo cōtra id quod supponitur, ꝙ scilicet homo possit de cōmissis pœnitere. Contra quod arguitur: quia si pœnitentia est dolor de peccatis cōmissis, necesse est ꝙ procedat ex actu voluntatis, quo homo vult se non peccasse: aut non vult se peccasse: cum secundum Augustinum tristitia sit de his quæ nobis nolentibus accidunt, hominem autem non peccasse, si ita est ꝙ peccauit est iam impossibile, quod autem impossibile est: homo id sciens velle non potest: non enim efficaciter volumus nisi quæ possibilia esse putamus: vnde homo efficaciter volens aliquid obtinere: quā primum scit illud esse sibi impossibile: cessat a volitione efficaci eiusdem: vt experientia docet.

¶ SECVNDO, demus ꝙ sit homini possibile velle se nō peccasse: cuius factū sit iam impossibile, attn̄ talis volūtas nō videtur licita: sed illicita & deordinata: eo ꝙ recedit a

fua regula. Quandoquidem humana voluntas in actibus ſuis debet diuinam voluntatem ꝑ regula tenere, & ſe illi per omnia conformare, dei autem volũtas nõ eſt: vt nõ preceſſerit, quod actu ꝓceſſit, eſt enim illud impoſſibile etiã ipſi deo. De quo Ariſt. in ethi. hoc ſolo priuatur deus, ingenita facere quæ genita ſunt. Et Hierony. virginitatem ſemel amiſſam reparari non poſſe affirmat &c. Quod autẽ deus, id quod impoſſibile eſt, non velit, nec velle poſſit, hinc patet. Quia tantum poteſt quantum vult. Omnia enim quęcunq; voluit, fecit. Si enim poſſet velle aliquid, quod facere non poſſet, eius voluntas caſſaretur, & ex hac parte finita redderetur & impotens. *Pſal. 113.*

¶ TERTIO admiſſo, ꝙ pœnitentia cordis poſſibilis ſit homini & eidem licita, non tamen videtur virtus eſſe, quia virtus omnis eſt per ſe & ſecũdum ſe expetibilis, pœnitentia autem nõ eſt huiuſmodi: quia illud non eſt per ſe & ſecundũ ſe expetibile, quod ſine peccato haberi non poteſt, pœnitentia autem cordis ſine peccato ſaltem pręuio haberi non poteſt, vt conſtat.

¶ DEINDE ſi pœnitẽtia eſſet virtus, illa fuiſſet in Chriſto, qui plenus donis & virtutibus fuit: in Chriſto autem nunq̃ fuit pœnitentia, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. *Eſa. 53.* ¶ Præterea virtus eſt habitus electiuus, & per conſequens eſt de obiecto cadente ſub electione, pœnitentia autem non habetur de eo quod ſub electione cadit: cum ſit de eo quod impoſſibile eſt non fuiſſe. ſ. de hoc quod eſt nos peccaſſe, quod nobis impoſſibile eſt nõ feciſſe, vt patet ex dictis, electio autem non niſi de poſſibilibus eſt, quæ in noſtra ſita ſunt volũtate.

¶ QVARTO, eſto pœnitẽtia ſit virtus, vel ergo eſt cõmunis vel particularis/ & videtur ꝙ ſit cõmunis, & non particularis, quia dolere de peccato cõmiſſo, cõmũe eſt omni virtuti, omnis enim virtus inclinat ad amorem boni ſui, & ad odium mali ſibi oppoſiti, & ſi tale malum contingat, inclinat ad diſplicentiam & dolorem de eodem/ non igitur virtus particularis eſt ſed generalis.

¶ QVINTO, quia ſi pœnitentia cordis virtus eſſet, aut igitur moralis aut theologalis, quorum neutrum videtur, theologalis enim non eſt, cum nec charitas ſit, nec fides nec ſpes, moralis etiam non eſt, cum nec ad prudentiam nec ad temperantiã nec iuſtitiã nec ad fortitudinẽ reducatur/ quãdoquidem huiuſmodi morales virtutes viris bonis & iuſtis competũt ſeu competere poſſunt, pœnitentia autem non niſi peccatoribus &c.

¶ RESPONDEO. His non obſtantibus tenendum eſt pœnitẽtiam cordis, ſi habitus ſit, virtutẽ eſſe, ille enim habitus virtus eſt, cuius actus eſt bonus & laudabilis, talis eſt actus pœnitẽtię. Probatur hoc, primo, quia actus humanus, qui poteſt ex electione & deliberatione fieri, qui etiam cadit ſuper materiam ipſi actui conuenientem & propter bonũ finem cum honeſtis circunſtantiis, eſt bonus & laudabilis, ſed talis eſt actus pœnitendi, quia habetur ex electione & deliberatione, qua peccator deliberat, & concludit eſſe de cõmiſſis pœnitendum, & cadit ſuper materiam ſibi conuenientem, puta ſuper peccatum cõmiſſum, quod quidẽ odio & deteſtationi conuenit, ſicut enim bonum amabile eſt, ita malum eſt deteſtabile & odibile: elicitur etiam huiuſmodi actus pœnitentiæ propter deum, vt ſuppono, cum bonis circunſtãtiis alios bonos fines reſpicientibus, puta, vt ſcilicet peccator deo ſatisfaciat: & a b eodem veniã obtineat: igitur erit vndiq; actus bonus.

¶ SECVNDO actus pœnitendi & pœnitentia ipſa tenet mediocritatem inter duo extrema vitioſa, igitur eſt virtus ex doctrina Ariſto. & cõmuni. Antecedens patet, quia hominem gaudere de omnibus operibus a ſe factis tam de bonis ꝙ de malis extremũ vitioſum eſt, dolere etiam de omnibus operibus a ſe factis tam de malis ꝙ de bonis extremum eſt etiam vitioſum. Inter hæc autẽ mediat dolere de malis tantum a ſe cõmiſſis eo modo, quo dolendum eſt, & hoc eſt pœnitere, igitur pœnitentia eſt virtus.

¶ TERTIO quod deus in lege ſua iubet & ab hominibus exigit bonum eſt & laudabile, quod ſi fiat, quemadmodum fieri debet, ipſi deo gratum & acceptum eſt, cui nil niſi bonũ gratum eſſe poteſt: ſed ipſe deus frequenter in lege ſua tam veteri ꝙ noua iubet, & exigit pœnitẽtiam, quod certum eſſe ſuppono, igitur non ſolum erit bonũ & laudabile pœnitere, ſed & apud deum erit valde meritorium. &c.

¶ NEC obſtat quod habetur eccleſiaſti. 30. triſtitiam longe expelle a te, & ſubditur cau

ſa, multos enim occidit triſtitia, & nō eſt vtilitas in illa. Et hoc idē expreſſe dicit Ariſt. 7. ethi. & 10. Nam eccleſiaſticus loquitur de triſtitia ſeculi, quę de rebus aliis mundanis haberi ſolet, nō de ea quę de peccatis eſt. Ariſt. autem loquitur de dolore, qui ſolet eſſe exceſſiuus, quo quidem moderate vtendum eſt ad finē ad quē aſſumitur, non autē de diſplicentia de peccatis cōmiſſis &c.

¶ AD RATIONES autem ſuperius in oppoſitū factas, dicendum. Ad primū, in quo id quæritur, an. ſ. humana volūtas poſſit velle aliquid impoſſibile ſibi ſcitum eſſe tale/diſtinguendū breuiter eſt de voluntate. Quia eſt voluntas deſiderii, & eſt voluntas efficax ipſum deſideratū obtinēdi. De volūtate deſiderii aut ſimplicis appetitus, nō dubitatur, quin poſſit de impoſſibili haberi, voluntas enim impoſſibilium eſt, vt ait Ariſt. Sic enim dicitur, angelus malus impoſſibile appetiuiſſe, quando cupiuit deo ęqualis eſſe, & eidē aſſimilari, ſic etiam dānati in inferno exiſtentes deſiderant mori, ſcientes id ipſis de lege impoſſibile eſſe, de quibus ſcriptū eſt. Deſiderabūt mori, & mors fugiet ab
Eſaie. 14. eis. Sic etiā cęci deſiderant videre, cū ſciant id illis per naturā impoſſibile eſſe. De volūtate tamē efficaci, qua. ſ. quis de mediis inquirit, & ea eligit, & opere exequitur ad finē obtinendi, quod cupit, verum eſt quod haberi nō poteſt de impoſſibili cognitō, quādoqdē electio nō niſi poſſibiliū eſt, ex eodē Ariſt.

¶ VERVM dubitaretur, qualis ſit illa nolitio, qua quis nollet ſe peccaſſe, cū id ſciat ſibi eſſe impoſſibile, an abſoluta, an cōditionata? Et dixerūt aliqui qnō poteſt cōditionata eſſe, quia nemo poteſt velle aliquid ſub aliqua cōditione q̄ndo ſcit illā cōditionē nō exiſtere, & huiuſmodi cōditionales. ſ. vellem aliquid ſub tali, i. tali cōditione: aut nollem aliquid ſub tali cōditione, nō important actū volūtatis, quādo ſcitur cōditiones nō ſubſiſtere/ſecus ſi creditur. i. ſaltē dubitat eas ſubſiſtere, vt ſi credam. i. ſaltē dubitem Petrū eſſe pauperē, poſſū actū volūtatis habere quo velim dare Petro eleemoſynā ſi ſit pauper. Attamē q̄ primū ſciuero Petrū nō eſſe pauperē, ceſſat in me talis volitio, & adhuc manet hęc conditionalis vera. vellē dare Petro eleemoſynā ſi eſſet paup, & ita conditionalis eſt vera ſine actu voluntatis. Id videtur poſſe confirmari, quia hæc conditionalis eſt vera in eodē caſu. ego darem Petro eleemoſynā ſi eſſet pauper, cū quo ſtat qꝫ nō dem, ego legerem ſi mihi daret aliqd/cū quo ſtat qꝫnō legā: ita igitur ſtat qꝫ ego vellem aliquid facere ſi mihi aliqd daret, & tñ qꝫ illud nō velim: ſicut etſi q daret nō dat, q legeret nō legit, ita qui vellet nō vult: ac pinde huiuſmodi cōditionales nō dicūt aliquē actū poſitiuū volūtatis, maxime qñ ſcitur cōditiones nō ſubſiſtere, & ita illa nolitio qua nollet qs ſe peccaſſe, nō poteſt eſſe cōditionalis, quia maxime ſub cōditione poſſibilitatis. ſ. ſi fieri poſſet ſe nō peccaſſe, ſed cōſtat in caſu cōditionem illā nō poſſe ſubſiſtere, ideo illa cōditionalis nullū actū ponit in volūtate, & p cōſequēs ſi actꝰ volūtatis ē opportet ſit nolitio abſoluta.

¶ SED hęc poſitio nō videt vera/quia ſi cōditiōalis huiuſmōi nō ponit actū volūtatis, qñ ſcit cōditionē nō ſubſiſtere, etiā nō poneret actū volūtatis qñ dubitatur ſeu creditꝫ poſſe ſubſiſtere, patet ex ratione ſup̄ facta q̄ dicebatur diuerſū qd eſſe, legerē, & lego. darē, & do. vellē, & volo, per qd ęque ꝓbaretur nullū actū volūtatis haberi p illas cōditionales ſubſiſtēte cōditione ſicut ea nō ſubſiſtēte, vt conſtat. ¶ Deinde ſequit qꝫ Chriſtus nō fuit triſtatus de morte, quia. i. triſtitia ſequēte nolitionē mortis abſolutā, & hoc nō, quia abſolute voluit mori, vt cōditionatā, & ſi ſic: habeo intētū qꝫ cōditionalis illa ponit actū volūtatis, nā ſine actu volūtatis nō poteſt triſtitia in aliquo cauſari, actum autē cōditionalē cauſatiuū triſtitiæ videt Chriſtꝰ ſignificaſſe qñ dixit. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix hic, cū tñ ſciret cōditionē nō ſubſiſtere. Luc. 22.
Deniqꝫ poſſe dari actus volūtatis cōditionales vbi ſcitur cōditionē nō ſubſiſtere imo nec ſubſiſtere poſſe, apparet ſi tribus hoībus ꝓponat aliqua cōditio impoſſibilis, puta ſi vobis darētur alæ naturales, aut ſi cōuertere mini in aues volantes, & quæratur ſub eadem cōditione quo vnuſquiſqꝫ eorū ire eligeret, Romā. ſ. Hieruſalē, aut inſulas, vnus diceret ego ſi auis eſſem inſulas irem, alter diceret ego ſi auis eſſem in Hieruſalem me conferrem, alter vero diceret ego ſi auis eſſem, nec huc nec illuc abirē, ſed in patria propria permanerem, re vera hi homines ſciētes cōditionē eſſe impoſſibilē, diuerſos habēt affectus p quos nō volūt abſolute ea quibus afficiūtur, ſed ea vellent efficaciter ſi ſtaret conditio, ac pinde huiuſmodi velleitates actū

important

important voluntatis, de his tñ alibi latius.

¶AD propositũ igitur redeũdo videtur, q̃ peccator potest actu absoluto desiderii velle se nõ peccasse absq̃ vlla cõditione, aut absolute nolle se peccasse, potest etiã hoc ipsum velle sub cõditione aliqua, etiam si sciat conditionis non subsistentiam seu impossibilitatem, Quæ autẽ nolitio est quæ tristitiam causare sufficit, absoluta, scilicet an conditionata, crederem id de absoluta, non tamen de sola conditionata verificari, vt alibi deduximus/cum de tristitia Christi ageremus.

¶AD SECVNDVM, in quo arguebatur actum pœnitentiæ illicitũ & deordinatum esse quia dissonat a diuina voluntate, dicendum, ad id quod ratio supponit, scilicet teneri nos voluntatem nostrã diuinæ volũtati cõformare, id nõ esse vniuersaliter verũ, cum enim multiplex dicatur esse dei voluntas/permissiua/præceptiua/& complacẽtiæ, soli præceptiuę tenemur de necessitate nostram voluntatem conformare/in aliis & si a diuina voluntate discrepemus, non erit illicitum, imo sępe accidit esse bonũ. Sic enim ait Augustinus, aliquando bonus filius vult patrem suum viuere, quem tñ deus vult mori, Abraham etiam volũtatẽ habuit immolandi filium suum, cuius tamẽ oppositum deus voluit. Et si videamus domum proximi comburi, scientes id fieri non posse nisi deo volente, possumus tamen licite/imo meritorie occurrere, & domus combustionem si possum?, impedire. Tenemur itaq̃ nos diuinę voluntati conformare, non volendo id quod deus vult/sed volendo id quod deus vult nos velle, ac proinde cum deus velit q̃ de cõmissis doleamus, & id a nobis exigit, dolendo de cõmissis, nos suæ voluntati conformamus. Est etiam diuina voluntas regula humanę voluntatis, non quidem qualiscũq̃ dei volũtas sed volũtas q̃ vult nos aliq̃ velle aut nolle, quę qdẽ dei volũtas nobis intimatur tam in lege naturali q̃ in lege diuina scripta, interdũ etiam per specialem reuelationem. An autem deus velit aut velle possit, præteritum non fuisse/vel aliud impossibile, idq̃ voluntate absoluta aut conditionata, alterius est negocii.

Genes. 22.

¶AD TERTIVM, quo arguebatur pœnitentiam non esse virtutem, dicendum, ad primum, q̃ omnis virtus est secundum se expetibilis in eo in quo est virtus, actus ẽt virtutis est secundũ se expetibilis in eo, in quo est talis, ideo & pœnitere ẽ eo in quo est actus virtutis, est, scdm se expetibilis ob sui bonitatem & honestatem etiam si inde non esset alia vtilitas eventura. Et quando arguitur, illud non est secundum se expetibile, quod nõ potest sine peccato haberi, verum est si haberi nõ potest sine peccato cõcomitãte, vel sine peccato cõmittendo: secus si haberi nõ potest sine peccato iam cõmisso, cuius exemplũ est clarũ de actu iustitię punitiuę, qui cũ actus virtutis sit, sine peccato tamẽ ab eo qui punitur cõmisso exerceri nõ potest.

¶AD SECVNDVM dicẽdũ, falsum esse q̃ Christus habuit omnes virtutes saltẽ in speciali, nam fidẽ de credẽdis, vt cõmuniter dicitur, nõ habuit, cũ omnia clare in verbo videret: iustitiã cõmutatiuam, aut vsum eius non habuit, qui nulla bona temporalia habuit quę cõmutare valeret, nec iustas negotiationes siue cõtractus exercuit, castitatem item coniugalẽ aut vidualẽ non habuit, qui semper virgo permansit, nec bellicã fortitudinẽ, qui nec arma vnq̃ sumpsit, nec armis aut vi inuadẽtibus restitit, sed tanq̃ ouis quę non aperuit os suum ad occisionem est ductus: ideo non mirum si pœnitentiam nõ habuerit, qui nil admisit, de quo sibi doleret: habuit tamen virtutes omnes in genere seu principiatiue, cum summum habuerit amorem honesti.

Esaie. 53.

¶AD TERTIVM dicendum, q̃ licet non sit in potestate peccatoris q̃ non peccauerit post a se cõmissum peccatũ, est tamẽ in eius potestate pœnitere commissi, & hoc qđ est pœnitere, eligibile est conformiter ad rectam rationẽ deliberantem, an cõueniat pœnitere, & concludentẽ q̃ sic, nec tamẽ ita pœnitet, vt det operam q̃ non peccauerit. Hoc enim imprudentiæ esset non discretionis, sed pœnitet odiendo & detestando quod male perpetrauit, & q̃uis hoc quod est hominem non peccasse non sit eligibile, quia impossibile: de cõmisso tamen peccato pœnitere eligibile est sicut & possibile: & medium quoddãestad finem satisfaciendi deo & eum placandi/& ex consequenti veniam ab ipso deo offenso impetrandi. &c.

¶AD QVARTVM, quo quærebatur, an pœnitẽtia sit virtus generalis, an specialis dicẽdum, q̃ potest generalis virtus dici dupliciter, vno modo q̃ non sit dabilis

habitus proprius ad dolendum de commiſſis inclinans, ſed dantur habitus aliarum virtutum, quibus peccata contrariantur, per quos habitus homo inclinatur ad odiendum omnia peccata commiſſa cuiuſcunq; generis ſint. Et hoc videtur falſum, quia ſicut dabilis eſt habitus vnus generaliter inclinans ad amorem honeſti in communi, ita eſt dabilis habitus vnus inclinans indiſtincte ad odiēdum inhoneſtū & vitium, quodcunq; illud ſit: ita ſimiliter poteſt dari vnus habitus, qui ſimiliter indiſtincte inclinet ad odiendum omne vitium ab homine commiſſum, quodcunq; illud ſit, & ita dabilis eſt pœnitentia/virtus generalis/tam ex parte obiecti q̄ ex parte inclinationis habitus. Secundo modo poteſt intelligi quod pœnitentia ſit virtus generalis & non ſpecialis, quia de commiſſis dolere, commune eſt omnibus virtutibus, quia omnes virtutes inclinant ad dolendum de commiſſis, vnaquęq; ſcilicet de peccato cōmiſſo ſibi contrario, & hoc verum eſt. Cum hoc tamē ſtat, q̄ pœnitentia in ſe virtus propria ſit, a cęteris diſtincta, habēs aliquid ſibi peculiare & proprīū, quia ſcilicet eſt deteſtatio peccati, vt expiabile eſt & remiſſibile per actum pœnitentis, vt dicit doctor ſanctus, & in hoc nō communicat cum aliis virtutibus &c.

¶AD QVINTVM, quo q̄rebatur, an pœnitentia ſit virtus theologalis, an moralis/ dicendum, q̄ theologalis non eſt, tum quia nō habet deum pro obiecto primario, licet habeat eum pro obiecto finali, ad hoc enim pœnitet peccator vt deo reconcilietur, tum etiam, quia virtutes theologales non neceſſario habent paſſionem, ſeu cordis anxietatem annexam/qualem habet cordis pœnitentia, tum denicq;, quia virtutes theologales communes ſunt peccatoribus & innocentibus, quādoq; dē fuerūt in virgine gl'ioſa, pœnitentia autē non niſi peccatoribus cōuenit.

¶SECVNDO videtur q̄ pœnitentia non ſit virtus moralis, de his ſaltem quas cōiter philoſophi tradiderūt, tum quia virtutes morales de quibus philoſophi, non preſupponunt cognitionem ſupernaturalē, quę rationē naturalem excedat, ſed habentur & fiunt conformiter ad prudentiam & rationem quę naturaliter haberi poteſt, vt patet diſcurrendo per eas, pœnitentia autem preſupponit cognitionē, quæ rationē naturalem excedit, ex quo fidem reuelatam preſupponit. ſ. q̄ deus per noſtra peccata offenſus nō placatur, nec peccata remittit, niſi mediante actu pœnitendi, quod per fidem potius q̄ per naturalē rationem cognoſcim⁹. vnde pœnitere, eſt peccata cōmiſſa deteſtari, ad ſatiſfaciendū deo offenſo/ & veniam conſequendū. Tum denicq;, quia virtutes morales cōmuniter aſſignatę, cōmunes ſunt peccatoribus & innocentibus, vt conſtat, pœnitentia autē non niſi peccatoribus cōuenit, non igitur eſt moralis virtus pœnitentia cordis, de qua loquimur, niſi moralis virtus dicatur ea quæ ex more & cōſuetudine acquiritur, nā ſic moralis eſſet dicenda, & ſi nō de his quę cōmuniter aſſignātur. ¶Quod ſi velis pœnitentiam ad aliquā virtutē ex notis reducere, id facile poteris, ſi obiectū ipſius pœnitentię attendas ſimul & finē quem pœnitens principaliter intēdit, ex parte quidē obiecti, quod homo deteſtatur & odit ad illā virtutē pertinet, cui cōtrariatur ipſum peccatū, de quo pœnitet homo. Nō obſtante, q̄ ſint habitus realiter differentes, ex parte etiam finis ad illā reducitur virtutē, quę ad illū finē directe inclinat, vt ſi homo de peccatis cōmiſſis doleat, intēdens principaliter in ſe punire qđ male fecit, ad iuſtitiā pertinet: ſi vero principaliter intēdat deo recōciliari, ad amicitiam ſeu dei charitatē videtur reduci: ſi autē principaliter intēdat veniā peccatorū impetrare, ad charitatē ſui, ſeu eleemoſynā aut miſericordiā reduci videtur, quā nō ſolū pximis, ſed nobis ipſis debemus impēdere, put ſcriptū eſt. Miſerere animę tuę placens deo &c. Eccleſi. 30. Pro his facit quod Ambroſius ait, affectus tuus inquit operi tuo nomē impoſit. Hęc igitur q̄ facilia ſunt reſcindētes, ad alia trāſeam⁹.

¶Queſtio ſecunda.

Vteriꝰ de neceſſitate pœnitēdi ſolet ſimiliter quæri, an ſit neceſſaria pœnitentia cordis ad remiſſionē peccatorū, & dixerūt aliq̄ q̄ non, ſed ſatis eſt, ſi peccator veterē vitā in meliorē cōmutet, nā Chriſtus nouā vitā videt a peccatoribus exigere, vt eis ſua cōdonet delicta. Vnde

Vnde ad Galatas. quinto. & sexto. ait Paulus, In Christo enim Iesu, nec circūcisio aliquid valet, nec præputiū, sed noua creatura. Paulus etiam quando ad Christum conuersus est, nec pœnituisse legitur, nec Christum illi huiusmodi pœnitentiam ab eodem exegisse videtur, etiam si Christum interrogauit dicens. Domine quid me vis facere? De quo actuum. 9. ¶ Præterea idem probant ex psalmo. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti. Vnde apparet sufficere peccatori propositū confitēdi, & si de cōmissis nō doleat.

¶ ITEM tertio ad salutem sufficit homini mādata dei custodire, iuxta verbum Matt. 19. Christi. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Cum tamen in diuinis mandatis, scilicet decalogi, de quibus Christus loquebatur, nulla de pœnitentia cordis fiat mētio.

¶ ITEM quarto sufficit dilectio dei ad habendā gratiam eius, & ex cōsequenti ad Ioan. 14. obtinēdum peccatorum remissionem, iuxta illud Christi, qui diligit me, diligetur a patre meo, & ad eum veniemus &c.

¶ ITEM quinto sufficit homini ad salutem si fidem veram habeat, vt passim docet Paulus ad Roma. & ad Galat. dicens. per fidem nos esse iustificatos simul & saluos, nec hominem saluari per legem factorum sed per legem fidei. Vnde & psal. 24. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo.

¶ ITEM sexto facit quod ait Ambrosius, & habetur in textu magistri. distin. 14. quarti. Vera pœnitētia hęc est, cessare a peccatis, & in nouitate vitæ ambulare, vnde & Paulus ad Roma. 6. docet nos ita a peccatis debere cum Christo resurgere: vt scilicet in nouitate vitę ambulemus/ac proinde videtur excludi necessitas dolendi de peccatis cōmissis. His nonnulli hęretici suam sententiam probatam esse putant.

¶ VERVM his non obstantibus tenenda est oppositа sententia tanq̄ catholica, q̄ scilicet necessaria est peccatori, saltem de lege ordinata, cordis pœnitentia, vt remissionem peccatorum consequatur. Non enim legitur deus salutem & veniam peccatoribus promisisse, nisi pœnitentibus & contritis. Dixit enim per Iohelem. 2. Conuertimini ad me in ieiunio/ fletu & planctu, & scindite corda vestra. & additur ibidem. Cōuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. Vnde patet dominum non fore præstabilem super malitia hominum, nisi corde de peccatis doleant. Ezechiel. etiā. 18. dicitur. Si impius egerit pœnitētiā ab omnibus peccatis suis, vita viuet, & nō morietur. & postea. Conuertimini igitur, & agite pœnitētiam. Per Esaiam etiam dixit. 56. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum contritum corde & trementem sermones meos? vbi vtrumq̄ significat esse necessarium, scilicet de commissis dolere, & præcepta dei custodire, quod clarius dixerat per Ezechielem, vbi supra.

¶ IDEM etiam patet ex nouo testamento, nam Ioānis prædicatio a pœnitentia cœpit, dicebat enim, agite pœnitētiam. Christus etiam eiusdem pœnitentiæ necessitatem satis docuit & prædicauit, dixit enim, Matth. 3. Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et alibi. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et iterū. Si peccauerit in te frater tuus, dimitte illi, si septies peccauerit & pœnituerit, dimitte illi &c. Luc. 5. Luc. 13. Matt. 18.

¶ POSTREMO idem patet ex doctrina apostolorū, ait enim Petrus actuum. 3. Pœnitemini ergo & cōuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et Paulus ad Roma. 2. cōmendans patientiam dei peccatores impœnitentes arguit, dicens. Ignoras quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? secūdum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die domini. Ioānes etiam Apocaly. 2. ad angelum Ephesinum dicens. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & priora opera fac. Vbi rursus docemur, non satis esse bene operari, nisi de commissis doleamus. Rursus de muliere Iezabel, quo nomine nonnulli hæreticos intelligūt, dicitur ibidem. Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & nō vult pœnitere. & sequitur. Ecce ego mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitētiam ab operibus suis egerint. Quibus omnibus & innumeris aliis scripturę sacræ testimoniis edocemur, nō posse peccatores veniam consequi peccatorum, nisi pœniteant de commissis, nec satis esse veterem vitam in meliorem commutare, vnde & Augustini decretum apertum est & canonizatum. Omnis

quiſuę voluntatis arbiter cōſtitutus eſt, no uam vitam inchoare non poteſt, niſi pœni teat eum veteris vitæ. In re tamen tam pro bata, ſuperuacaneum videtur ſanctorum te ſtimonia afferre &c.

De conſe. diſt. in. 4.

¶ AD rationes, pro priore ſententia ſupra citatas. Reſpondeo. Ad primum dicendū, ꝙ in illis locis Paulus non intendit exclude re neceſſitatem pœnitẽdi de commiſſis, ſed potius iudeorum errorem explodere, qui adeo operibus legis fidebant, vt per ea ſe ſufficienter ſalutem aſſequuturos eſſe puta rẽt, cum deus veterem legem aboleuerit, & noua data, nouam exigit ab hominibus vi tam, quam tamen nemo inchoare poteſt, niſi pœniteat eum veteris vitę, vt patet ex de creto Auguſtini ſupra citato. Quod etiã de Pauli conuerſione citatum eſt, nil illis ſuffra gatur, nullo em̃i modo veriſimile eſt Paulū in ſe omiſiſſe, quod aliis peccatoribus ne ceſſarium eſſe docebat, cum ſciret & fatere tur ſe peccatorem fuiſſe, docuit autem eſſe hominibus neceſſariam pœnitẽtiam, vt pa tet. igitur. eſto expreſſe non legatur, creden dum eſt eum pœnituiſſe.

¶ AD ſecūdum ex pſalmo allegatum. Di xi confitebor, dicendum, ꝙ potius eſt con tra arguentes, ſi enim peccator debet confi teri, ſaltem domino, ſua peccata ipſamet confeſſio domino faciẽda preſupponit cor dis pœnitentiam, nil enim valet apud deum confeſſio, niſi ex corde contrito procedat, & ꝙ id ſit ad mentem ipſiuſmet dicendum, cōſtat ex pſalmo. 50. Miſerere mei deus. &c. vbi docet quid ſit ſacrificium deo acceptū, dicens, ſpiritus contribulatus cor contri tum deus acceptat. Conſtat etiam ex alio Eſaię pſal, vbi dicit. Recogitabo tibi om nes ānos meos in amaritudine anime meę. Et ex aliis multis. non igitur intẽdit Dauid excludere neceſſitatem pœnitendi.

¶ AD tertium, quartum, & quintum di cendum, nil pro illis facere, nam ſi per hoc excludunt neceſſitatem pœnitendi, quia ſci licet ſufficit mandata ſeruare, eodem modo deberent excludere neceſſitatem credendi: nam per eos ad vitam ſufficit ſeruare man data in quibus de fide nulla fit mẽtio, & ecō tra ſi ſufficit fides, non igitur eſſet neceſſa rium mandata ſeruare; nec vlla opera facce re, & iterum ſi ſola dilectio ſufficeret, & inde vt dicunt, excludatur neceſſitas pœnitẽdi, pari forma excluderetur neceſſitas fidei & mandatorum obſeruantię. Dico igitur, ꝙ non ſolum neceſſarium eſt mandata ſerua re, quo ad ea q̃ expreſſe ſonant, ſed vltra ne ceſſaria eſt fides credẽdorū, neceſſaria etiã ſunt aliqua ſacramenta, neceſſaria etiam eſt cordis pœnitentia, & multa alia etiam ſi de illis expreſſa in decalogo mentio non fiat, nam ad illorum omnium neceſſitatem aſſe rendum, ſufficit per alia ſcripturę teſtimo nia doceamur. Adde ꝙ virtualiter in prȩce ptis decalogi continetur dei dilectio, quæ ſi vera ſit, includit propoſitum ſeruandi quic quid deus iubet, & reddẽdi quicquid deus a nobis exigit, in eo enim quo præcipit vt deum colamus & timeamus, tacite præci pitur nobis vt eum reuereamur, eidẽ obe diamus & obtemperemus, & ita cum ipſe a nobis exigit hæc omnia quæ dicta ſunt, ſi militer & pœnitẽtiam de commiſſis, ſequi tur peccatorem non plene diuina mandata decalogi adimplere, niſi de cōmiſſis doleat.

¶ AD ſextū, qđ ex Ambroſio & Paulo ci tatum eſt: reſpōdeo, ꝙ nec Paulus nec Am broſius excludunt neceſſitatem pœnitendi de commiſſis, id patet, cum ipſemet Am broſius diffiniens pœnitentiam, quam ad remiſſionem peccatorum neceſſariam eſſe dicit, ait ꝙ eſt præterita mala plangere, & plangenda, iterum non committere, vbi ſa tis docet non ſatis eſſe a peccatis poſtmo dum abſtinere, ſed de commiſſis etiam eſſe dolendum. Quando igitur ait. vera pœni tentia eſt a peccatis ceſſare, ſignificat veram non eſſe pœnitentiam, ſi homo de com miſſis doleat, niſi a peccatis abſtinere firmi ter proponat, quod longe aliud eſt q̃ dice re, ꝙ ad veram pœnitentiam ſufficit ceſſare a peccatis. Quod aũt non ſatis ſit a peccatis cōmittẽdis ceſſare mādata cuſtodiendo, ſed etiam opus ſit de commiſſis dolere, ex di ctis apertum eſſe puto, ex his quæ citaui mus ex Ezechie, ex Eſaia, & ex apocalypſi, & ex aliis: in quibus aperte deus vtrumq̃ a peccatore videtur exigere &c.

QUOD ſit neceſſaria pœnitẽtia cor dis ad veniã optinẽdū, an tamẽ ſit, neceſſaria ex p̃cepto ita vt qui non pœnitet, nō ſolū nō aſſequet̃ veniã cōmiſſorū, ſed nō pœnitẽdo tẽpo re debito, de nouo peccabit. Et cōtenderūt aliqui partẽ negatiuã defendere, putātes in

hoc

hoc ſequi doctorem ſanctum, vt dicebant, Quorum fundamentum, hoc erat, quia in ſcriptura non imponitur peccatori pœnitentia per modum præcepti obligãtis, ſed per modum ſtatuti ſalutaris, ſeu conditionaliter. Si ſcilicet velit aliquis ingredi regnum dei, aut peccatorum remiſſionem conſequi, agat pœnitentiã, alioquĩ veniam nõ conſequetur de commiſſis, quorum ſententię ſcriptura ſancta quodãmodo fauere videtur. Sic enim Hierem. 28. dixit deus. Si pœnitentiam egerit gens iſta de malo ſuo, agam & ego pœnitẽtiam ſuper malo quod cogitaui, vt facerem ei. Et Ezechie. 18. vt ſupra citaui. Si impius egerit pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. & poſtea. Conuertimini, & agite pœnitentiam, & non erit vobis in ruinã iniquitas, & Luc. 3. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis. In quibus & multis aliis nõ videtur impoſita peccatori pœnitentia abſolute, ſed conditionaliter, ſcilicet ſi velit a peccatis liberari. Ex quibus colligitur neceſſitas pœnitentiæ ad certũ finẽ, ſcilicet ad aſſequendum remiſſionem cõmiſſorum, prout dixit Petrus. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in remiſſionem peccatorum. Et ita putant id quod prætendunt probare. Actuũ. 2.

¶ SED ſalua pace, videtur mihi eos decipi, nec ſufficiẽter fundare, quod putãt eſſe probatum, quia tunc ſequitur q̃ nõ eſſet de præcepto confiteri, ſed poſſet quis ſine nouo peccato confeſſionẽ omittere, ex quo etiam eſt a Deo inſtituta ad finem conſequendi veniam, quẽadmodũ & pœnitẽtia cordis. Sic enim dixit Ioan. 20. Quorũ remiſeritis peccata, remittentur eis, quorum retinueritis, retenta erunt. Vnde colligitur conditionalis hæc. ſi peccator vult a Deo conſequi peccatorum remiſſionem, eam a ſacerdote conſequatur. Sequitur etiam, q̃ ſine nouo peccato poſſet adultus baptiſmum non accipere, quia ſimiliter ad finem conſequendi veniam eſt inſtitutus. Sic enim dixit Petrus, Pœnitemini, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in remiſſionem peccatorum. vbi ad eundem finem dicit eſſe neceſſarium pœnitere & baptizari, ac proinde idem eſſet de vtroq; iudicium. Sequitur etiam, q̃ non eſſet nouum peccatum adultis, ſi fidem euangelicam auditam admittere nolunt, cum ſimiliter ad finem habendi ęternam ſalutem ſit tradita, ſic enim dixit Chriſtus. qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Et Paulus oportet accedentẽ ad deũ credere quia eſt. Imo amplius ſequitur, q̃ nõ eſſet nouũ peccatũ violare diuina mãdata, aut ſaltem eorũ obſeruantiã omittere, quia etiam cõditionaliter dictũ eſt. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata. quod tamen erroneũ eſſe nõ dubitatur. Nec etiam puto diuum Thomam, vt iſti autumant, huiuſmodi aſſertionem tenuiſſe, vt patet ex prima. q. quã mouet de pœnitentia. diſtin. 14. in. 4. vbi dicit, q̃ pœnitentia cordis eſt de præcepto legis &c. Marci. 16. Ad heb. 11. Matth. 19.

¶ SECVNDO, contra poſitionem in ſe arguitur, q̃ pnĩa ſit ſub prȩcepto tradita, ſi verba legis attẽdamus, nã per verbũ imperandi traditae ſt, id patet ex Ioannis prȩdicatione. Pœnitẽtiã agite. Matth. 3. & actuũ. 2. De pœnitẽtia & baptiſmo, ſimiliter loquutus eſt Petrus, dicens. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. & q̃uis dicat, in remiſſionẽ peccatorũ, non tamen excluditur per hoc quin peccatoribus iniungatur pœnitẽtia prȩceptiue, ſicut & baptiſmus, etiã ſi vtrũq; ſit ad illũ finẽ ordinatũ. Apoca. etiã. 2. verbo imperãdi vſus eſt Ioã. dicens. Age pœnitẽtiã, & prima opera fac. & Marci. 1. dicit. Pœnitemini, & credite euãgelio. vbi vtrunq; eodem tenore & verbo prȩcipitur, ſcilicet pœnitere & credere, cum tamẽ credere, neceſſariũ ſit ſub pœna noui peccati, puta infidelitatis. Itaq; paſſim in ſcriptura iniungitur peccatoribus pœnitẽtia ſub verbo imperatiuo. Q̃d ſi ratio hæc non cõcludat vniuerſaliter, eo q̃ verbũ imperatiui modi non ſemper obligationẽ inducit, ideo aliter propter contentioſos, ſeu proteruos, libet arguere.

¶ TERTIO arguit̃, quia peccatũ nouũ eſt p quo dñs mortẽ cõminat̃ æternã, hãc autẽ cõminatur his qui non pœnitent, quia ſcilicet vocati a domino non reſpondent, maxime cũ vocentur ad id, quod illis eſt neceſſariũ. Hoc patet Eſa. 65. Omnes in cęde corruetis, p eo q̃ vocaui, & nõ rñdiſtis, clamaui & nõ audiſtis. Chr̃s autẽ vocauit peccatores ad pnĩam, vt teſtat̃. Luc. c. 5. dicẽs. nõ veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pnĩam. Illos autẽ vocauit ad pnĩam, nõ modo p ſe ipſum p̃dicãdo, ſed etiã per miniſtros ſuos, quia p Ioã. bapti. prȩconẽ ſuũ. De quo ſcriptũ eſt, q̃ erat vox clamãtis in deſerto, ſimi Matth. 3.

liter per Petrum vicarium ſuum, ſimiliter per Paulum vas ſuum & per alios ꝓphetas & diſcipulos ſuos, alioſq; doctores & prædicatores verbi dei. ¶ Præterea idem videtur ex Hieremia confirmari .c.8. vbi deus non ſolum conqueritur de peccatoribus pro eo q̃ in peccatum lapſi ſunt, ſed etiam pro eo q̃ nō pœnitent, nec cōuertūtur. Ait enim, hęc dicit dominus, nunquid qui cadit non reſurget? & qui auerſus eſt non reuertetur? vbi directe conqueritur, eo q̃ nō conuertuntur. & ſequitur, apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti. vbi rurſus videtur q̃ directius conqueritur, q̃ non reuertuntur, q̃ꝫ q̃ apprehenderint mendacium. & ſequitur, attendi, & auſcultaui, nemo quod bonū eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitētiam ſuper peccato ſuo dicens, quid feci? Ex quibus aperte videtur noſtrū propoſitum colligi. ¶ Si dicas q̃ deus hic magis conquæritur de perſeuerantia in peccato q̃ꝫ de non pœnitēdo de cōmiſſis, ita q̃ in preſenti non reuerti & non pœnitere, idem ſit quod a peccatis non ceſſare, Contra, quia ſi pœnitere non eſſet niſi a peccatis ceſſare, non igitur eſſet cuiq̃ neceſſarium de commiſſis dolere, quod eſt error contra Lutherum damnatus & merito, vt ex præcedente quæſtione patet. Adde q̃ autoritas Hieremiæ modo citata, aperte videtur oppoſitū ſonare, dicens. nullus eſt qui agat pœnitentiam de peccato ſuo dicens, quid feci? vbi pœnitentia quam deus exigit, præterita peccata reſpicit nō futura, & ita pœnitentia aliud dicit in præſenti loco, q̃ꝫ ceſſare a peccatis, nā ceſſatio huiuſmodi, futura reſpicit non præterita. ¶ Facit etiam pro hac ſententia quod ſupra ex apocalypſi. 2. citauimus de muliere Iezabel, de qua dicitur. Dedi illi tempus ad pœnitendum de fornicatione ſua, & non vult pœnitere. & ſtatim ſequitur. Ecce ego mittam eam in luctum, vbi ſignificatur cauſam, quare in luctum mittebatur, eſſe im pœnitentiam ipſius, de fornicatione cōmiſſa.

¶ QVARTO, arguitur ad idem, ſit caſus quo peccator per dilectionem dei, vel alium bonum motum acquirat gratiam, non præuia contritione peccatorum, eo q̃ memoriæ eius non occurrerint, occurrunt tamen poſtea, ex ſententia omnium eſt illi neceſſarium de pecccatis dolere, ſicut & ea tempore debito confiteri. Quæro iam, vel eſt id neceſſarium ad finem conſequendi venia peccatorum & gratiam, & hoc non, quia iam ſupponitur eam per dilectionem dei acquiſitam, vel eſt id neceſſarium vt præceptum compleat de pœnitendo, & ſi ſic, habeo intentum, q̃ pœnitentia cadit ſub præcepto obligāte. Quod inde confirmatur, quia ſi talis poſtq̃ ad memoriam eius peccata occurrant, noluerit pœnitere, & impœnitens decedat, damnabitur ęternaliter, & non propter peccata priora, quę fuerunt per gratiam præhabitam condonata, igitur propter peccatum non pœnitendi, & ita intentum. Poteſt etiam poni caſus, q̃ peccator per contritionem & ſacramentalem confeſſionem fuerit veniam aſſequutus, & tamen quorundam commiſſorum oblitus, quæ poſt aſſequutam gratiā ſacramentalem eius memoriæ occurrunt, non vult illorum pœnitere, & decedat, iam ex ſententia omnium ille damnabitur, & non ob aliud, niſi quia de peccatis ſuis occurrentibus pœnitere non vult, igitur.

¶ ADID dicebatur, q̃ in his caſibus eo ipſo, q̃ peccator diligit deum, habet virtualiter pœnitentiam, quæ in ipſa dei dilectione includitur, & ita ſatiſfacit quis pro commiſſis ſi virtualiter pœniteat, ſicut & virtualiter pœnitet, deum diligendo: ita q̃ ſi pœnitentia cadit ſub præcepto, intelligatur de pœnitentia virtuali non de formali, contra hoc procedit ratio, quia quæro, qualis eſt illa dilectio dei, in qua dicunt virtualiter pœnitentiam contineri? Nam vel eſt ſimplex dilectio, quæ alia ſit a dilectione obedientiali, & tum falſum eſt, q̃ in tali dilectione contineatur virtualiter pœnitentia de cōmiſſis, quandoquidem cum tali dilectione ſe compatitur nolle pœnitere. Vel eſt dilectio, quæ obediētialis dicitur, qua ſcilicet homo ita deū diligit, vt proponat deo per omnia obedire, & tunc ſequitur pœnitentiam formalem ſub obedientia cadere, alioquin non contineretur virtualiter in dilectione obediētiali ſicut nec in ea virtualiter contineri dicuntur opera conſilii, & ita ſequitur aperte formalem pœnitentiam cadere ſub præcepto in ſe & ſecundum ſe, quod eſt intentum &c.

¶ QVINTO, p̃ceptū eſt datū vnicuiq̃ de diligēdo ſe & pximū ſicut ſeipſū, peccat igitur Matt. 22.

igitur cõtra præceptũ, qui ea, q̃ sibi ad salutem sunt necessaria, negligit, vel omittit: cũ igitur pœnitentia sit ad salutẽ necessaria, vt ex dictis constat, sequitur q̃ peccat de nouo, qui debito tempore de cõmissis nõ vult pœnitere. Si dicas q̃ præceptum hoc, præceptum charitatis est ad se & ad proximum habendæ, sub quo cadit, ea curare, quę ad salutem sunt necessaria, & ea vitare, quæ saluti cõtrariantur, & ita in casu quo quis pœnitentiam negligit peccat, cõtra præceptum de charitate ad se habendam, non tamen quia non pœnitet, ita scilicet, q̃ non sit præceptum datũ imediate de pœnitendo, sed de seipsum diligendo, cõtra, esto id ita esset, nõ potest negari, quin de nouo peccet homo, si tempore debito pœnitere de cõmissis negligat, cum huiusmodi negligentia contrarietur ipsius spirituali saluti: & ad ꝓpositũ nostrum satis est aduersarios compellere, vt fateantur peccatum esse nouum in casu, pœnitentiam cordis de commissis negligere, q̃ q̃ ipsa pœnitentia cadat sub præcepto siue generali siue particulari, modo autem ostensũ est supra, non solum generaliter per præceptum charitatis iussam esse pœnitentiam cordis, sed particulariter ipsa in se iussa est.

¶ SEXTO & vltimo arguitur, quia impœnitẽtia pœccatum est, vt docet Paulus ad Ro. 2. vbi increpat homines duritiam cordis habentes, similiter & cor impœnitens, & si sit finalis impœnitentia, dicitur peccatum in spiritum sanctũ ex sentẽtia cõmuni.

¶ SI dicas, id intelligi de impœnitentia positiua, qua quis proponit non agere pœnitentiã, nõ aũt de negatiua, qua scilicet aliquẽ non pœnitet, cõtra, quia si licita est impœnitẽtia negatiua, etiã erit licita impœnitẽtia positiua, nã si licitũ est nõ pœnitere, licitũ etiã erit velle nõ pœnitere, q̃ enĩ licitũ est exteri⁹ agere aut non agere, etiã erit licitũ id ipsum velle, vt de se notum est, ac proinde si peccatum nouum est impœnitentia positiua, etiã erit peccatum suo tempore impœnitẽtia, negatiua. Cõcluditur ergo cordis pœnitentiam nõ solum esse peccatoribus necessariam conditionaliter, sed etiam esse simpliciter necessariam sub pœna noui peccati.

¶ SVPPOSITO igitur q̃ pœnitentia cordis sit necessaria de iure diuino, quæritur, an sit similiter necessaria de iure naturæ. Et dicebant nonnulli q̃ sic. Primo, quia omni iure positiuo secluso, necessarium est voluntatem, quę se per vitium deordinauerat, per oppositam voluntatem reordinari. Nec videtur melius reordinari, q̃ si displiceat ei id quod male placuerat. Secundo, quia iure naturæ tenetur is, qui iniuriam seu damnum alteri iniuste irrogauit, eidem satisfacere: nõ autem videtur quomodo conuenientius deo offenso ipse peccator satisfaciat, q̃ dolendo de offensa commissa, & se deo humiliter subiiciendo, quandoquidem, si alius esset cõuenientior satisfaciendi modus, illum, vt videtur, deus exegisset. Tertio, iure naturæ omni etiam positiuo secluso, iustum est delinquentem puniri, ex quo iustitia exigente vnicuiq̃ culpæ sua debet respondere pœna: cum igitur huiusmodi iustitiæ punitiuę, saltem quo ad peccata cordis, nemo alius videat esse minister nisi ipsemet, qui peccauit, consequens est eum teneri seipsum punire, pœnam pro commissis luendo, hæc autem non nisi pręuia commissorum detestatione procuratur, igitur.

¶ Quibus tñ non obstãtibus videtur oppositum tenẽdũ. s. q̃ nõ sit necessariũ de iure naturę stricte sumpto de cõmissis pœnitere. Et probatur primo, quia ius naturæ neminem obligat ad impossibile, nec ad volendum seu optãdum aliquod impossibile. Si enim quis velit impossibile per intentionem seu desiderium, cum scitur esse impossibile, vanum videtur & superfluũ stando in solo lumine naturali: si vero illud velit per electionem, temerarium est & stultum. Cum igitur pœnitere de cõmissis sit, vel saltem præsupponit velle hominem nõ peccasse, quod cõstat sibi posti q̃ peccauit impossible esse, sequitur &c.

¶ SECVNDO, quia si iure naturæ tenemur de commissis dolere, vel hoc esset ad finem reordinandi voluntatem, quæ per vitium fuerat deordinata, vel ad finem satisfaciendi deo per nos offenso, neutrum tamen videtur necessarium. Non primum, quia voluntas aliter potest reordinari, quam dolendo de commissis, vt patet, si a vitiis omni no abstineat, virtutum opera exerceat, & sic se virtutibus ornet, omnibus vitiis a voluntate prorsus explosis.

Nec etiam videtur secundum .s. quod sit necessariũ de iure naturæ dolere de commissis ad finem satisfaciendi deo offenso, tum

quia huiusmodi dolor & peccati detestatio non est a natura sua satisfactorius deo pro offensa contra deum commissa, vt suppono, alioqui posset purus homo ex natura, seu ex iustitiæ rigore Deo pro peccatis satisfacere, quod est absurdum.

¶ Tum etiã, quia nullũ opus nostrũ potest apud deũ satisfactorium esse, nisi quod ipse deus dignatur acceptare, & a nobis loco satisfactionis pro peccatis contra eum cõmissis exigere. Tolle enim dei gratiosam & misericordem acceptationem, certe nullum nostrum opus esset, nec meritorium, nec satisfactorium, q̃tumuis alioqui iustum; ac proinde nisi deus statuisset modum, quo debeamus eidem satisfacere, certe ius naturę nullũ talem determinare potuisset, qui satisfacere sufficisset, vnde ipse deus modũ satisfaciendi statuit, scilicet per contritionem, per confessionẽ, & per operis satisfactionẽ. Quem quidem modum, nec ius naturæ statuit, nec illã attingere potuit, nisi deus eũ tradidisset.

¶ TERTIO idem apparet de offensa aut iniuria proximo illata. Nam ius naturę non obligat nos detestari offensam proximo illatam hac ratione, quia scilicet illum offendimus: sed satis erit, si illi ope satisfaciamus iuxta qualitatem & quantitatem damni aut iniurię offenso illatæ, nec ad aliud obligat nos ius naturæ, igitur etiam si deum offenderimus, ius naturę non ad dolẽdum de huiusmodi offensa nos obligat, sed ad deo offenso satisfaciendum, & cum deo per naturã satisfacere nõ possumus, nisi satisfactionem ipse deus assignet, nõ igitur ius naturę aliter obligabit satisfacere, nisi prout deus a nobis exegerit, qui ipsum offendimus: siue interiorem exigat satisfactionem, siue exteriorem.

Quod si omne ius positiuum secludatur, & deus a peccatore nil loco satisfactionis exigat, sed eum relinquat, vt lumen naturale sequatur, nõ video ad quid peccator iure naturali teneretur, nisi ad corrigendum vitam, & habendum animi prępara tionem, qua paratus sit deo reddere, quod ipse loco satisfactionis exegerit.

¶ CORRELARIE sequitur ex his deũ posse cũ peccatore dispensare, ne teneatur de peccatis dolere. Id patet, quia potest deus dispensare in iure positiuo a se voluntarie tradito, seu a sua voluntate manante, cum igitur ius, quo astringimur de commissis dolere, sit positiuum ex diuina voluntate ortum habens, sequitur intentum. &c.

¶ SI quęras, an dispensando cum peccatore, ne teneatur de cõmissis pœnitere, ex consequenti dicatur dispensare in iure naturæ hominem obligante ad satisfaciendum deo pro peccatis. Respondeo, q̃ non, nam ius naturæ non obligat ad satisfaciendum deo pro peccatis, certo & determinato modo, nisi eo modo quo deus satisfactionẽ exegerit. si igitur deus nullam talem exigat, sed sponte velit peccata condonare, non ideo ius naturæ reuocatur, nec in toto, nec in parte, cum semper idem ius maneat inuariatum, scilicet si alicui offensa, vel iniuria est irrogata, satisfaciendum est ei, excepto, nisi velit ipse offensus remittere, & spõte condonare. Accipe ad id exẽplũ, si a Petro abstuli iniuste decẽ aureos, ius naturę obligat me ad reddendum eidẽ illos decẽ, nisi ipse Petrus delictũ sponte remittat. Ponatur iam q̃ remittat, cessat in me obligatio prędicta: non tamen ob id Petrus dicetur dispensare in iure naturæ dictante vnicuiq̃ esse reddendum, quod illi debitum est. Itaq̃ videtur probabile & verum, q̃ non tenetur peccator puro iure naturę stricte sumpto pœnitere de commissis, nisi prędicta dei ordinatione, qui loco satisfactionis sibi debitæ, hanc pœnitẽtiam a peccatoribus exegit, qua prędicta, ius naturę obligat ad pœnitentiam. &c.

lege. debitũ

¶ IAM ad rationes prius in oppositum factas responsio patet ex dictis ad primã & secundam, q̃ scilicet nec necessaria est pœnitentia cordis ad reordinandam voluntatem, nec ad deo satisfaciendum, stando in solo lumine naturali/cui̇s ad vtrunq̃ necessaria sit, stante dei voluntaria ordinatione.

¶ AD tertiam, etiam dicendum, q̃uis iustum sit etiam omni iure positiuo secluso, vt culpæ cuilibet sua pœna respondeat, non tamen de iure naturæ, pœna debet esse contritio aut dolor de commissis, maxime cum omnis culpa secum habeat suam pœnam annexam, dicente Augustino. iustisti domine, & ita est, vt pœna sit sibi omnis inordinatus animus, sed nec ius naturæ obligat peccatorem, vt ipse in se puniat culpã, alioqui si homo clam commisit, vnde mortem meretur, ipse sibi deberet mortem infligere, cum occultorum nemo alius iustitię puniti uę videatur esse minister.

Quęstio tertia

¶ Quæstio tertia.

QVæri insuper solet, de quibus peccatis sit necessario pœnitendū, an de peccato originali, an de peccatis venialibus, an de mortalibus ante baptismū cōmissis, an de oblitis, & post adeptam gratiā etiā pœnitētialē memorię occurrētibus, an de omnibus mortalibus cōmissis in particulari, an etiā de peccatis futuris &c.

¶ RESPONDEO ad primū de peccato originali sine disputatione dicēdū, ꝙ pœnitētia accipitur dupliciter. Vno modo proprie, & est dolor de peccatis cōmissis ab ipso pœnitēte, & pœnitētia hoc modo sumpta nō est necessaria de peccato originali: quia originale peccatū nō est de cōmissis ab ipso homine pœnitēte, nō enim a nobis cōmissum est, sed ꝑpagatione cōtractū. Alio modo accipitur large, & est displicētia de peccato præterito, siue cōmissū sit, siue contractū. Et sic dixerunt quidā, esse de peccato originali pœnitendū, eo ꝙ de omni illo, quod est impeditiuū gloriæ assequendæ, est displicendū, tale est originale peccatū. ¶ Aliter tamē videtur respondendū, ꝙ siue ꝑprie siue large accipiatur pœnitētia, prout dictū est, nō est necessariū de originali peccato pœnitere. Quia, vel esset necessariū ex præcepto, & hoc nō, quia non dabitur tale præceptum, quādoquidē autoritates supra citatę, per quas ostensum est deum a nobis exigere pœnitentiam, omnes de peccatis a nobis cōmissis procedūt, vt patet eas intuenti. Vel esset id necessarium ex suppositione, idest ad finem consequendi veniā illius peccati, & hoc etiā nō, tum quia per baptismū & per actū charitatis sufficienter delet̄ tale peccatū, tum etiā quia ad remissionē peccati, qđ sine cōsensu ꝑprio fuit contractū, seu ꝑ aliū cōmissū, nō req̄rit̄ ꝑprius cōsensus, tale est originale peccatū. Et in hoc ponit Innocētius differētiā inter originale & actuale peccatū, vt patet. c. maiores. de baptismo & eius effectu. Tum etiā, quia pœna siue ꝑprie siue large sūpta, pœna sensus est: pro originali aūt peccato nō pœna sensus, sed sola pœna dāni debetur, vt est cōmunior doctorum sententia, quam etiam approbat Innocentius, vbi supra. &c.

¶ RATIO autem pro Tho. supra facta, non probat esse necessariū de originali pœnitere, etiam large, quia si ob id esset de illo pœnitendum, similiter esset pœnitendū de vita hac p̄senti, qua hic viuimus, cū etiam hęc vita mortalis impedimētum sit gloriæ, quandoquidem nō potest homo hic viuere & deum videre, vt tradūt doctores post Augusti. super illud. Nō videbit me homo & viuet. Prēterea ꝙ hac ratione sit de originali peccato dolendum, quia est impedimentū gloriæ, apparentiam habet, & verum esset: si huiusmodi impedimentū non posset nisi mediante dolore de eodē remoueri, cum autem possit aliter q̄s per dolorem de illo habitum tolli, vt constat, consequens est, vt nō sit necessariū ob illā causam de illo dolere &c. Exo. 33.

¶ NEC obstat quod dixit Dauid psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mat̄ mea. Quod dixit, cū priam ageret de peccatis suis. Nō enī obstat, quia nō hoc dixit de hoc pœnitēdo, sed suā fragilē cōditionē deo rep̄sentādo, vt illū ad misericordiā facilius inclinaret, nā etiā ibidem dixit. Ecce enim veritatē dilexisti, incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi. Quod nō pœnitendo dixit, sed dei veracitatem & bonitatē confitendo ad eundē finem.

¶ AD ALIVD, quod de peccato veniali commisso quærebatur, an sit necessarium de illo pœnitere. Dixerunt aliqui ꝙ sic, tum quia peccatum veniale propria voluntate commissum fuit, igitur propriæ voluntatis actu venit tollendum, & non nisi pœnitendo, tum etiam, quia peccato veniali debetur pœna sensus, igitur de illo est pœnitendum necessario, saltem si homo vult in hac vita consequi peccatorum venialium remissionem. Pro quo facit Augustinus libro de vera & falsa pœnitētia sermone. 8. vbi ait, non posse hominem a peccato recedere, nisi per volūtatem dolentem de illo. Et ꝙ etiam de veniali loquatur, patet, quia ibidem ait, esse tam de maioribus, q̄s de minoribus peccatis pœnitendum.

¶ OPPOSITVM tamē videt̄ tenēdū: ꝙ .s. nō sit necessariū de venialib⁹ pœnitere, quia. l. id esset necessariū necessitate ꝑcepti, & hoc nō, quia autoritates scripturę ex qbus

videtur prȩcepti neceſſitas colligi, non de venialibus ſed de mortalibus ꝓcedere videntur, quandoquidem cõminationes, quæ in ſcriptura contra non pœnitentes ſcribuntur, locũ in venialibus habere non poſſunt/ vt ſuppono: vel eſſet id neceſſariũ neceſſitate ſuppoſitionis ſcilicet ad finem reordinandi voluntatem: vel ad finem conſequẽdi eorum remiſſionem, vel ad finem ſatiſfaciendi deo pro huiuſmodi offenſis. &c. Nõ primum, quia voluntas aliter poteſt reordinari, cꝫ de venialibus pœnitendo. Non ſecundum, quia venialia aliter poſſunt remitti etiam in hac vita cꝫ per pœnitentiam, cum ex cõmuni doctorum ſententia multa ſint remedia ſpiritualia & eccleſiaſtica, per quȩ venialia remittuntur. Non etiam tertium, quia vt ſupra dicebatur, *nil* eſt neceſſariũ ad ſatiſfaciẽdum deo pro peccatis, niſi quod deus ipſe offenſus loco ſatiſfactionis exegerit, cum igitur de venialibus non exigat a nobis pœnitentiam. ſequitur &c. Adde ꝙ tranſeunte actu peccati venialis *nil* in peccatore relinquit niſi reatus pœnȩ temporalis, hac igitur in ſe, vel ęquiualenti ſoluta, manet homo liber a peccato veniali. Attamen quia de hac quȩſtiuncula alibi, quando de venialibus peccatis agebam latiũs, quod videbatur dictum eſt, ſuperſedeo.

¶ AD rationes tamen ſupra factas dicendum ad primum, ꝙ cꝫuis venialia propria voluntate cõmiſſa ſint, non ideo ad eorum remiſſionẽ eſt neceſſarius dolor de eiſdem, cum deus huiuſmodi dolorem non exigat, & alia ſint ad venialium remiſſionem ſufficientia remedia. Ad ſecundum, cꝫuis propeccato veniali pœna ſenſus debeatur, non inde fit vt huiuſmodi pœna ſit cordis pœnitentia/quandoquidem per aliam pœnam infligtam ſeu per aliud a deo ad eũdem finem acceptũ poſſunt remitti venialia &c. Quod etiam ait Auguſtinus, eſſe ſcilicet de minoribus & maioribus peccatis pœnitẽdum; non opportet accipere, quaſi velit id eſſe ad ſalutem ſeu ad eorum remiſſionẽ neceſſarium, ſed veluti conueniens & valde congruum, an autem ſit veniale peccatum non pœnitere venialium cõmiſſorum, ſaltem in fine vitæ, cum venialia licet gloriam non impediant, ſaltẽ retardant eam, vide vbi ſupra in tractatu de venialibus peccatis.

¶ RESTAT igitur, vt neceſſitas pœnitendi ſit de mortalibus commiſſis &c. Sed an ſit huiuſmodi pœnitẽtia neceſſaria de cõmiſſis ante baptiſmũ &c. Et videbatur quibuſdã putantibus ſe Scotũ imitari, ꝙ non, co ꝙ cõmiſſa ante baptiſmum ſufficienter delentur per ipſum baptiſmum, niſi ipſe baptizatus obicem gratiæ ponat, ergo omni pœnitentia ſecluſa, obice malæ volũtatis ſecluſo, conſequitur baptizatus gratiam baptiſmalem, tum quia alioqui baptiſmus non conferret gratiã ex opere operato, ſi ad eam obtinendum eſſet neceſſariũ proprium meritum baptizati, tum etiam quia omne agens poteſt introducere effectum ſuum in paſſum omni impedimento ſeu obice ſecluſo, igitur & baptiſmus poteſt ſuam gratiam baptizato prȩſtare obice malæ voluntatis ſeeluſo. &c. Pro quo etiam videtur Ambroſius facere dicens, ꝙ gratia baptiſmalis non requirit gemitũ, aut plãctũ, ſed omnia gratis cõdonat, quod ait ſuper illud ad. Ro. 2. ſine pœnitentia ſunt dona dei & vocatio &c. ¶ Sed his nõ obſtantibus tenẽdum eſt oppoſitum, ſcilicet ꝙ non ſolum baptizatis ſed etiam baptizandis eſt neceſſaria pœnitẽtia ſuorum cõmiſſorum, nec ſine illa poterunt eorum veniam conſequi. Tum quia his qui baptizandi erant, & nondum baptizati, intimauit Ioannes baptiſta, quid illis neceſſarium foret, dicens, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ad eoſdem etiam baptizandos, dicebat Petrus. Pœnitẽtiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ. Ad eoſdem etiam dixit Chriſtus. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. &c. *Matth. 3. Actuũ. 2. Luc. 13.*

Ad hunc modũ poſſent alia teſtimonia adduci. Tum etiam idem patet ex decreto Auguſti. de conſecra. diſtin. 4. omnis homo qui ſuæ voluntatis arbitrer conſtitutus eſt, nouam vitam inchoare non poteſt, niſi pœniteat eum veteris vitę. Et ne per pœnitẽtiam intelligamus non complacentiam in peccatis, ſtatim ſubnectit, a qua pœnitẽtia ſoli paruuli immunes ſunt &c. Et idẽ Auguſtinus. capit. octauo. de vera & falſa pœnitentia ait. Sine pœnitentia nulli profuit baptiſmus, qui peccauit ſpontaneus.

¶ AD RATIONES vero ante oppoſitum factas. Reſpondeo. Primo fallũtur, qui dicunt opinionem Scoti fuiſſe, baptiſmũ adultis peccatoribus ꝓdeſſe, omni pœna & bono motu voluntatis ſecluſo &c.

Quod enim

Quod enim ipse vertit in dubium hoc est, an sit necessaria baptizãdo pœnitẽtia prœuia ad gratiã sufficiens, & cum de pœnitentia distinguat seu de dispositione positiua voluntatis, dicit esse aliquam perfectam seu sufficientem ad gratiam, aliam vero sufficiẽtem: concludit non esse necessariam dispositionẽ sufficientem, & ita per hoc ꝙ ait, satis esse baptizando non ponere obicem malæ voluntatis, non excludit necessitatẽ positiuę dispositionis, vt patet in quarto. distinctione decima quarta. quæstio. 2. & alibi, sed de hoc postea in parte dicetur. Ad rationẽ igitur qua arguitur, ꝙ ex parte baptizati satis est, quod non ponat obicem malę voluntatis/fateor, attamen eo ipso ꝙ adultus suorum peccatorum recordatus non pœnitet quando baptizandus venit, ponit obicem, si non cõmittendo, saltem omittendo prærequisitam dispositionem: alioqui etiam dabis, ꝙ adultus cui fides Christi est sufficienter intimata, & non credit, si baptizetur/consequitur gratiam, quia non ponit obicem positiuum vt suppono. Consequens autẽ est falsum: cum sine fide impossibile sit deo placere. Quod de acquisita fide & de adultis esse intelligendũ/patet ex Abacuc. 2. dicentis, iustus ex fide viuet, quod ad propositũ citat Paulus in epistola ad hebreos. Et declarat Innocentius in capit. Maiores. de baptismo &c. Ad heb. 11

¶ AD SECVNDVM, quo arguitur quia alias baptismus non præstaret gratiam ex opere operato. &c. Dicendũ cõsequẽtiã non valere, quia sacramenta gratiæ, præstare gratiam ex opere operato, non est eam præstare omni bono opere ex parte suscipientis secluso. Cum certum sit pœnitentiam sacramentum & Eucharistiam in suscipiente prerequirere bonam voluntatis dispositionem: sed est, sacramenta huiusmodi in præstando gratiam, non inniti merito suscipientis, sed Christi & ecclesiæ &c. Ita scilicet ꝙ vltra gratiam quam baptizatus ex ꝓprio merito consequitur, acquirit aliam ratione sacramenti suscepti: nec ad presens vim facio, an huiusmodi gratię specie differãt necne: aut si sacramenta præstent gratiam eam præhabenti &c. De quibus alibi &c.

¶ Ad TEATIVM, in quo arguitur de agente naturali, quod sufficit suũ effectũ in passum introducere, modo impedimentũ non reperiat &c. Respõdeo, multa esse agentia quæ effectum suum principalem introducere in passum non possunt, nisi passum sit positiue dispositum. Ignis enim formam substantialem inducere non potest, nisi passum sit prius sufficienter calefactum, nec natura animã in corpus inducit, nisi prius sufficienter sit qualificatũ & organizatum &c. Ita igitur sacramentum baptismi in adultis gratiam non operatur, nisi prius sint sufficienter dispositi.

¶ AD ID vero quod ex Ambrosio citatũ est. Respondetur ꝙ loquitur de gemitu & plãctu exteriore, vt exponit magister, in quo notatur differentia inter baptismum & pœnitentiam sacramentalem, nam hæc vltra interiorem gemitum requirit exteriorem satisfactionẽ, nisi interior contritio tanta sit, quæ peccata omnia extinguat &c. Baptismus autem cum quantulacunq; pœnitentia cordis susceptus, vlteriorem satisfactionem non exigit, & hoc significauit Ambrosius dicens, ꝙ baptismalis gratia oĩa gratis cõdonat &c.

¶ AD ALIVD quod quærebatur, an sit necessario pœnitẽdum de cõmissis in particulari, an sufficit in genere pœnitere. &c. Quam quæstionem nonnulli, e quibus Caietanus sub nomine cõtritionis, mouentes: dixerunt non esse necessariam cõtritionem omnium mortalium cõmissorum in particulari, sed sufficere vnicam contritionem generalem, & hoc asserunt, tam post sacramẽtalem confessionem institutam, q̃ etiam ante. Et loquuntur de contritione accepta pro detestatione peccatorum sufficiente ad gratiam. Hæc enim est quæ peccata cõminuit, cum omnia mortalia tollat, ideo & proprie contritio dicitur. Si tamen loquamur de detestatione peccatorum, quę ad gratiam est insufficiens, quæ nec contritio proprie dicitur, sed attritio seu pœnitentia saltem imperfecta, hanc dicunt esse necessariam de omnibus cõmissis mortalibus, saltem post institutam confessionem, licet non ante. Quod enim ante confessionem institutam vnica peccatorum pœnitentia in genere sufficerit, ideo dicunt, quia si necessaria est pœnitentia particularis de singulis, est ratione confessionis, quæ de singulis fieri debet, saltem in specie. Quæ confessio cũ ante legem euangelicam in particulari necessaria non fuerit, sequitur &c. Quod etiã nõ sit nec ante legẽ euãgelicã nec post necessaria cõtritio

proprie ſumpta de ſingulis/ probant quia vnica deteſtatio propter deum ſumme dilectum ſufficit ad gratiam: & ex conſequenti ad remiſſionem omnium mortalium/cum ad id ſufficiat vnica dei dilectio/ iuxta illud
Luc. 7. Chriſti de Magdalena. Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Non dixit/quoniam pœnituit de multis. Secundo idem probant ex eo quod per Ezechie.
Ezech. 18. dictum eſt/quacūq; hora ingemuerit peccator non recordabor ſuorū peccatorū. &c. Vnde patet momentaneam pœnitentiam ſufficere ad generalem peccatorum remiſſionem, & per conſequens non eſt neceſſaria pœnitentia perfecta de ſingulis

¶ NOS autem ſub nomine pœnitentiæ ad propoſitam queſtionem reſpondentes dicimus neceſſariā eſſe peccatori pœnitentiam in particulari de cōmiſſis memoriæ occurrentibus.

¶ PRIMO, quia pœnitētia exterior, quæ cōfeſſio dicitur, debet eſſe de ſingulis mortalibus in ſpecie: nec ſatis eſt in genere confiteri, vt patebit quando de confeſſione agetur &c. Ergo etiam pœnitētia cordis de ſingulis habenda eſt, nec ſufficit in genere dolere, & conſequētia patet, quia cōfeſſio oris pœnitentiā cordis præſupponit tanq̄ cauſam, ex qua procedit ſi vera ſit & non ficta confeſſiō. Eſt enim confeſſio ſignum interioris pœnitētiæ, ſignum autem ſi verum eſt, opus eſt ſuo ſignato correſpondeat, alioquī non vera ſed falſa erit huiuſmodi pnīa.
¶ SECVNDO, idē videtur ex eo quod
Eſaie. 38. ſcriptum eſt. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meę. &c. Vnde docemur eſſe neceſſariū peccatori ſuam conſcientiā & vitam exacte diſcutere ac recogitare. Iam quęro ad quid requirirur in nobis hæc exacta conſcientię & vitæ diſcuſſio ſeu examinatio? An vt in ipſa recogitatione ſiſtamus? An potius vt cum peccata recogitauerimus de illis doleamus? & ſi ſic, ſequitur neceſſariū eſſe peccatori de ſingulis peccatis ad memoriam reuocatis dolere / nec valet dicere non eſſe ſiſtendum in præfata recogitatione, ſed ad dolorem tranſeundum, ſufficit tamen generaliter de illis omnibus occurrentibus dolere. &c. Non valet inq̄, quia ad dolendum de omnibus cōmiſſis in generali non eſt neceſſaria illa tam exacta conſcientię examinatio, poſſumus enim hunc actum penitentiæ in genere habere, ſ. pœnitet me vtcūq; deū offendiſſe, etiam ſi ſingula peccata ad memoriā non reuocemus. Cū igitur ſit neceſſariū ſingula peccata ad memoriam reuocare & nō vt illic ſiſtamus, ſed vt de illis doleamus, ſequitur eſſe neceſſariū de ſingulis pœnitere. &c. Nec valet dicere ſingula eſſe recogitanda vt ſingula confiteamur. Nam propheta nō de cōfeſſione particulari loquutus eſt loco allegato, ſed de cordis pœnitentia, quando dixit. Recogitabo tibi omnes ānos meos in amaritudine ānimæ. &c.

¶ TERTIO ad idē facit qđ ex Ezechiele citatū eſt ſupra. Dixit enī, Si impius egerit pœnittētiam ab omnibus peccatis ſuis, & cuſtodierit omnia mandata mea, vita viuet, & non morietur. In quo videtur pariter de duplici vniuerſalitate loquutus. ſ. de pœnitentia agenda ab omnibus peccatis, & de omnibus mandatis cuſtodiendis, ſed non ſatis eſt homini omnia mandata dei in generali propoſito cuſtodire niſi particulariter cum materia occurrerit cuſtodiantur, ergo nec ſufficit in genere de omnibus cōmiſſis dolere, niſi cum menti occurrerint de illis particulariter doleatur.

¶ QVARTO, ad idem facit Auguſtinus de vera & falſa pœnitentia, quam citat magiſter in quarto. diſtin. xvi. dicēs. Peccatorem debere conſiderare peccata omnia quę fecit, & inſuper tempus & locum & cę teras circunſtantias per quas peccatum, vel aggrauatur, vel ſaltem nouam ſpeciē peccati inducūt, & addit q̄ debet de his oīibus & ſingulis dolere vt vere pœnitere dicatur.

¶ IAM ſequitur correlarie neceſſariā eſſe contritionem de ſingulis mortalibus memoriæ occurrentibus, accipiendo contritionē pro deteſtatione peccati propter deū, id patet, quia neceſſaria eſt pœnitentia cordis de ſingulis, vt ex dictis patet. Illa autem pœnitentia cordis quam deus a nobis exigit, eſt deteſtari peccatum ꝓpter deum, nam ſi propter deum nō fiat huiuſmodi pœnitētia, non liberabitur homo a morte, vt ſuppono & patebit etiam poſtea, quando tractabitur de qualitate pœnitentiæ. Et patet etiam, quia ſecundum cōmunem ſententiam in diffinitione pœnitentiæ includitur amor dei. &c. Ergo ita de ſingulis occurrentibus eſt pœnitēdum quod ꝓpter deum id fiat. &c.

fiat, & hæc eſt pro nunc dicenda contritio.

¶ Secũdo etiam patet, quia ex ſcriptura & cõmuni ſententia omniũ neceſſaria eſt homini cõtritio ſuorũ peccatorũ, hęc autem de omnibus peccatis eſſe debet, vel formaliter, ſi occurrũt, vl̃ virtualiter, ſi a memoria exciderunt. Quod ſi in cõtritione generali virtualiter cõtineatur cõtritio de ſingulis in particulari, conſequẽs eſt virtute huius generalis cõtritionis ſubſequi formalem contritionem particularem, ſi particulariter occurrãt. Hoc enim eſt per aliquẽ actũ virtualiter pœnitere, aut cõfiteri velle, aut aliud quid facere proponere: quod eſt ſtante prædicto actu, inde naturaliter conſequi pœnitere, confiteri, & aliud quid facere, quando opportuerit, & ita intentum.

¶ Correlarie ſequitur, nõ ſolũ propter cõfeſſionẽ particulariter agendã, eſſe neceſſariã particularẽ cordis pœnitẽtiã, ſed etiã ſecluſa cõfitẽdi neceſſitate, idq; tam in lege euãgelica, q̃ ante eam, patet id ex auctoritatib⁹ ſupracitatis ex veteri teſtamẽto. Qđ etiã rõni cõſonat, quia nõ ſolũ poſt confeſſionẽ inſtitutã, ſed etiã antea ſingulis mortalibus ſua particularis pœna æterna ſenſus debebatur: igitur de ſingulis erat tunc ſicut & nunc particulariter pœnitendum, idq; propter deum dilectũ, vt dixit per Ioelẽ. 2. Conuertimini ad me in ieiunio/fletu/& planctu. parũ enim proderat flere, & plangere, niſi ad deum ſe conuerterent. Ac proinde ſi talis fletus, & animi dolor propter deum ſumptus dicitur cõtritio, ſequitur contritionem de ſingulis, eſſe, & fuiſſe neceſſariam, etiam ante confeſſionis inſtitutionem.

¶ RATIO autẽ ſuperius facta pro his qui dicunt oppoſitum, non valet. Fundãt enim ſe in hoc, q̃ ſufficientia vnius excludit neceſſitatem alterius: & ita, cum conteri in genere propter deum ſũme dilectum ſufficiat ad gratiam & remiſſionem peccatorum, inde excludi colligunt neceſſitatem conterendi in particulari. Si enim ratio hæc valeret, ſequitur, q̃ non eſſet neceſſarium in genere, nec in ſpecie de commiſſis dolere: quia ſola dei dilectio ſufficit ad remiſſionem & gratiam. Sequitur, q̃ baptiſmus aquę non eſſet neceſſarius: quia ſolus baptiſmus flaminis ſufficit ad tolendum originale, & reliqua mortalia. Sequitur, q̃ non eſſet neceſſarium confiteri vocaliter ſacerdotibus: cum ad gratiam ſufficiat prævia contritio, quę omnia abſurda ſunt. Itaq; q̃uis ſola dei dilectio ſufficiat ad gratiam, eſt tamen ſuo tempore neceſſaria pœnitentia propter præceptum. Sicut q̃uis cõtritio, ſeu baptiſmus flaminis ſufficiat ad gratiam, eſt tamen ſuo tẽpore neceſſarius baptiſmus aquæ, ſimiliter & confeſſio propter præceptum. Et ita q̃uis pœnitentia in particulari de ſingulis, nõ ſit neceſſaria ad acquirendam gratiam, eſt tamẽ neceſſaria ad eam conſeruãdam, occurrente tempore præcepti. Et ita de aliis poteſt ſimiliter dici.

¶ NEC obſtat, quod de Magdalena allẽgatum eſt. Nam ex hoc, q̃ ad multam dilectionem multa illi fuerint peccata dimiſſa, non ſequitur, non eſſe neceſſariam pœnitentiam in particulari. Nam ex eodem ſimiliter ſequeretur, nõ eſſe neceſſariam formalem pœnitentiam in generali. Sed in loco illo id nobis ſignificatur, q̃tum ſcilicet apud deũ valeat dilectio dei feruida: cum per eam multorum peccatorum mulier illa fuerit veniam cõſequuta. ¶ Nec etiam obſtat, quod ex Ezechie. citabatur, Quacunq; hora ingemuerit, Quia ex hoc ſequitur, quod nuper dixim⁹, ſcilicet ad gratiam & remiſſionem peccatorum ſufficere momentaneam & generalem pœnitentiam: cum quo ſtat manere præceptum de particulariter pœnitendo ſuo tẽpore. Ezec. 18.

¶ NOTO tñ, q̃ tripliciter poteſt intelligi, eſſe neceſſarium de ſingulis cõmiſſis in particulari dolere. Vno modo, ita vt vnicuiq; peccato in numero reſpõdeat ſua p̃pria pnia actualis: vt. ſ. tot actus pœnitẽtię habeãtur, quot numero fuerũt peccata cõmiſſa: & in hoc ſenſu non intelligo quæſtionem ſupra poſitam. Alio modo, q̃ ſit pœnitendũ de ſingulis ſecũdum ſpeciem, ita vt omnib⁹ peccatis cõmiſſis vnius ſpeciei vnica reſpondeat pœnitentia actualis. vt ſi decies per fornicationem peccaui, ſatis ſit mihi habere vnum actum, quo doleam, me decies in illa ſpecie peccaſſe, & ad hunc modum de aliis. Et nec etiam dico, concluſionem in hoc ſenſu eſſe tenendam. Nõ enim intendo dicere, eſſe neceſſariũ numerũ actuũ pœnitẽdi iuxta numerũ pcto⁹ ſecũdũ indiuiduũ aut ſpẽm eo⁹,

ſed poteſt tertio modo intelligi, q̄ de ſingulis in particulari dolendum eſt ſic, vt cum omnia ſint ad memoriã reuocata, de illis omnibus ſignatis, & occurrentibus doleatur, ſiue vnico actu, ſiue diuerſis actibus pœnitendi id fiat. Suppono enim, q̄ ſicut intellect⁹ in multa obiecta ſimul accumulata, poteſt vnico actu, & diuerſis actibus tendere, ita & volũtas in multa p̄cta ſimul p̃ſentata, poteſt vnico vel pluribꝰ affectibus tẽdere. Quocũq; igitur ex his modis voluntas particulariter doleat de omnibus commiſſis, ſatisfacit homo præcepto de pœnitendo, etiam ſi nullus ex his modis per ſe neceſſarius ſit. Et in hoc ſenſu videtur mihi, q̄ ſicut neceſſarium eſt particulariter de ſingulis pœnitere, ita neceſſariũ eſt p̄ticulariter de ſingulis cõteri: accipiendo, vt dixi, cõtritionẽ pro deteſtatione, ſeu dolore de peccatis ꝓpter deũ. Ita ſcilicet, vt peccator non ſatisfaciat præcepto contritionis, ſi doleat propter deum, ſe eum vtcunq; offendiſſe, quod eſt in genere conteri: ſed oportet, q̄ propter deum doleat, ſe in his & illis, & illis occurrẽtibus cũ offẽdiſſe, & ſiue vnico actu, ſiue diuerſis id fiat, hoc eſt de ſingulis in p̄ticulari cõteri.

AX dictis ſequitur, quid ad aliud, quod de peccatis oblitis quærebatur, ſit dicẽdum. Nam ex quo de omnibus commiſſis in particulari dolendum eſt, ſequitur, ſi peccata prius oblita poſtmodum memoriæ occurrant, de illis eſſe neceſſario dolendum. Sicut & ſi peccata ante confeſſionem oblita, poſtea memoriæ occurrant, neceſſe eſt ea confiteri, nõ obſtãte, q̄ prius per contritionem, aut confeſſionem in genere fuerint remiſſa. Eſt enim neceſſarium de peccatis pœnitere, non ſolum ad finem conſequendi eorum remiſſionẽ, ſed etiam neceſſitate præcepti, vt ex dictis patet. Vnde iterum argumentum ſumitur contra eos, qui dicunt, non eſſe peccatori neceſſariam pœnitentiam cordis in particulari, ſed ſufficere, ſi in genere habeatur.

¶ ESSET tamen dubium: an exiſtente obliuione quorundam peccatorum, ſit neceſſarium de illis in genere conteri, ſeu pœnitere vltra pœnitentiam, quæ in particulari de his, quæ memoriæ occurrunt, habetur: an ſatisfaciat peccator de his omnibus ſolum pœnitendo in particulari, quæ memoriæ occurrunt. Reſpondeo, Diſtinguendum videtur, quia vel illa peccata ita oblita ſunt, vt nec in ſpecie, nec in genere recordatur homo ſe vlla alia p̃ter ea, quæ memoriæ occurrunt, commiſiſſe, nec illi in dubium venit, ſed certo putat ſe nulla alia perpetraſſe peccata: & tunc nõ erit illi alia pœnitentia neceſſaria de oblitis præter eam, quam de occurrẽtibus habet, modo illa ſua conſcientia inuincibilis ſit. Ratio clara eſt. Quia ſi nullam prorſus quis haberet conſcientiam certam, aut dubiam de peccato a ſe commiſſo, nulla eſſet illi pœnitentia neceſſaria: igitur ita in præſenti. Si autem ita oblita ſunt aliqua peccata, q̄ q̃uis memoriæ non occurrãt, putat tamẽ homo, vt ſaltem in dubium vertit, aut vertere debet, ſe alia præter ea, quę occurrunt commiſiſſe, & tunc neceſſaria eſt illi pœnitentia in genere de huiuſmodi oblitis. Attamen, quia vt in plurimum in hac re poſſunt homines decipi, tutius omnino eſt, vt cum peccator particulariter de occurrentibus dolet, ſimul de aliis in genere doleat, ſi forte alia commiſerit, iuxta dictum Pauli, Nil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. ad Corinthi. 4. Et Iob. 9. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. In quo locum habet dictum beati Gregorii. Bonarum mentium eſt, illi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt. Itaq; propter periculum, neceſſarium eſſe puto, hominem in genere pœnitere omnium, quæ commiſit: maxime cum non poſſit viator a peccatis, ſaltem venialibus, eſſe immunis, de quibus omnibus homo in particulari neſcire poteſt, ſint venialia an mortalia. In quo caſu non dubium eſt, homini neceſſarium eſſe de venialibus pœnitere, ſicut & de mortalibus: quando ſcilicet dubius eſt, fuerint mortalia, an venialia.

ADDO aliud, quod in quæſtione poſtremo propoſitum fuit de peccatis futuris, an ſit de illis pœnitẽdum, dicẽdum, non opus eſſe id in quæſtionem vertere, quandoquidem pœnitentia proprie ſumpta, non niſi præterita, & ab ipſo pœnitente, non ab aliis cõmiſſa reſpicit. Nec obſtat, quod ait Dauid. ab alienis parce ſeruo tuo. *Pſal. 18.*

Non

Non enim pœnitet alienorum peccatorū, niſi quatenus ipſe aliis cauſam peccādi dedit, nam tunc non ſolū pro ꝓpriis, ſed etiā pro alienis venit homo, qui cauſam dedit, quodāmodo puniendus, iuxta illud Hieronymi. Pœna Arrii, nondum eſt determinata, quia adhuc eſt poſſibile aliquos per eius hæreſim corruere, quibus corruentibus, ſemper eius pœna augetur.

¶ POSSET tamen in q̄ſtionē verti, an ſicut neceſſarium eſt de commiſſis præteritis pœnitere, ſit etiam neceſſarium formale propoſitum a futuris peccatis abſtinendi. Et pro affirmatiua parte arguitur, ex diffinitione ipſius pœnitētiæ ſuperius approbatę, ſcilicet, Pœnitētia eſt dolor volūtarius de peccato propter dei offenſam cū emendationis propoſito in futurum. Cui conſonat magiſter, in .4. diſtin. 14. dicens, Pœnitētia eſt virtus qua commiſſa mala, cum emendationis propoſito plāgimus, & odimus, & plangenda, iterum committere nolumus. Idq; ait cōformiter ad Gregō. & Ambroſium, qui cum pœnitētiam diffiniunt, dicunt eam eſſe præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Quę ſecunda pars, cum non poſſit ſecundum actum intelligi, reſtat vt ſecūdum mentis propoſitum intelligatur.

¶ SECVNDO idē patet, quia qui vere pœnitet, opꝰ eſt doleat de peccatis/quatenus fuerunt offenſa dei, hoc autem fieri non poteſt, niſi omnē dei offenſam odio habeat, non enim ſtat aliquem odire peccatum prout eſt dei offenſa, & ꝙ aliquam offenſam velit in deum committere, ſicut non ſtat me amare Petrum prout homo eſt, quin omnem hominem amem. &c. Igitur vera pœnitentia non ſolū dicit odiū commiſſorum, ſed etiam futurorum.

¶ TERTIO, quia vera pœnitentia debet eſſe talis, quę poſſit remiſſionem peccatorum impetrare, ſed hoc ſolū fit, cum quis vult omnino peccatum dimittere, & deum vltra non offendere, id patet ex Auguſtino .11. de vera & falſa pœnitētia. c. 17. dicēte. Credo illi qui dixit. Quacūq; hora ingemuerit peccator/ & conuerſus fuerit, vita viuet. Dixit cōuerſum, non tantū verſū vita viuere. Verſum quidē puto, qui dolet de crimine. Cōuerſum, qui dolet de omni quam expoſuimus varietate. Vertitur a peccato, qui iam vult dimittere peccatum. Cōuertitur, qui iam totus & omnino vertitur, qui iam nō pœnas tantum timet, ſed ad bonum deum tendere feſtinat. &c. Et ita patet ex Auguſtini ſententia hominem non conuerti, niſi velit omnino peccatum dimittere, in nullo volens deum offendere. &c.

¶ QVARTO id ipſum apparet ex Eſa. per quem ait dominus. Ad quem aſpiciam, niſi ad contritum corde, & tremētem ſermones meos. Non poteſt autē quis vere contritus & humilis eſſe & tremens ſermones dei, niſi qui vult in nullo diuina mandata præterire. Quod apertius dominus per Ezechi. dixit. Si impius egerit pœnitētiam ab omnibus peccatis ſuis, & cuſtodierit omnia præcepta mea, vita viuet & non morietur. In quo deus promittit gratiam pœnitenti, & præcepta omnia dei cuſtodienti. Quæ ſecunda pars nō ſecundum actum venit intelligenda, alioquī deus differret dare gratiam pœnitēti, quouſq; actu oīa diuina mādata in tota vita cuſtodierit, quod eſt abſurdū. Supereſt ergo ꝙ intelligatur ſecundum mētis propoſitū, & ita vtrunq; videtur æque neceſſarium ad vere pœnitēdū, ſcilicet de commiſſis dolere, & a futuris abſtinere proponere. &c. Eſa. 66. Ezec. 18.

¶ VERVM his non obſtantibus, videtur oppoſitum tenendum, ſcilicet ꝙ nō eſt neceſſarium formale propoſitum a peccatis futuris abſtinendi, ſatis eſt vere pœnitēti, ſi id virtualiter proponat, quemadmodum tale propoſitum in actu pœnitendi virtualiter continetur, tū quia q vere pœnitet, dolet de offenſa cōmiſſa prout offenſa dei eſt, in quo virtualiter odit omnē offenſam nō ſolū præteritā, ſed futuram. Tum etiā, ſi quis vere pœnitet, ſe vere ad deū cōuertit per amorē ipſius, nō qualēcūq;, ſed obedientialē: hūc enim ſæpe a nobis exigit deꝰ, in amore aūt dei vere obedientiali, includitur virtualiter volūtas abſtinēdi a peccatis futuris a deo prohibitis: alioquī ſtaret aliquem vere deum diligere dilectione obedientiali ſimul & velle in futu-

rum contra deum peccare, quod eſt abſurdum, & ita ſatisfacit quis præcepto pœnitendi, ſi vere de commiſſis doleat, propter deum ſumme dilectum, in quo implicite vult dei mandatis poſtmodum parere, & ex conſequenti a peccatis abſtinere, & talem pœnitentiam non dubito ad gratiam ſufficere, etiam ſi formale propoſitum abſtinendi a futuris actu non habeatur, quādoquidem illa dei dilectio eſt immediata diſpoſitio ad gratiam. &c.

¶ QVOD autē ſupra inductum eſt ex diffinitione pœnitentiæ & dictis Auguſtini & aliorum ſanctorum, ita accipiēdum eſt, vt ſentiant veram pœnitētiam nō eſſe, ſi quis de commiſſis doleat, & nolit a committendis abſtinere, talis enim non omnino vult a peccatis recedere. Sic procedit quod ait Grego. & habetur de pœnitentia diſt. 3. c. pœnitētia &c. cū aliis dicēs. Qui ſic alia deplorat, vt alia tamen committat, hoc eſt cōmittere proponat, adhuc pœnitentiā agere aut ignorat, aut diſſimulat. Quid enim prodeſt ſi peccata luxuriæ quis deſleat, & adhuc auaritiæ ęſtib9 anhelat! &c. Sic etiam accipitur quod ait Auguſtinus, & habetur ibidem. capt. Inanis &c. Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat. Et iterū. Nil proſunt lamenta, ſi replicentur peccata, ſcilicet in voto. Itaq; potius intendunt tradere ſimulatam & inanem eſſe pœnitētiam de commiſſis, ſi adſit voluntas poſtea peccandi, quam dicere neceſſarium eſſe formale ꝓpoſitū poſtmodum a peccatis abſtinendi. &c. Sufficit itaq; propoſitū a futuris abſtinendi, ſaltē implicite, vt dictum eſt, & per hoc patet ad rationes reſponſio.

¶ Queſtio quarta.

DE qualitate pœnitētiæ, qualis ſcilicet debeat eſſe vt ad ſalutem valeat, ſolet ſimiliter quæri, & primo occurrit dubitatio, an pœnitētia, vt ad gratiam valeat, debeat eſſe in deum relata, ſeu ex amore dei procedere. Et dixerūt aliqui, ꝙ ipſa ſola ſine ſacramento ſumpta, vt ad ſalutem valeat, oportet ſit in deum relata, ſi tamen cum ſacramento pœnitentiæ ſumatur, non opus eſt in deum eſſe relatam: ſatis eſt ob alium finem ſaltem moraliter bonum fiat.

¶ E CONTRA tamen videtur tenendum, ſcilicet ꝙ neq; cum ſacramento/neq; ſine illo poteſt de lege ordinata ad ſalutem animæ valere, niſi in deum ſumme dilectum ſit relata. Pro qua cōcluſione facit, quod ſupra ex Iohele. 2. citatum fuit. Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu, &c. & conuertar ad vos. Facit etiam quod ait Petrus in actibus apoſtolicis. Pœnitemini, & cōuertimini, vt deleātur peccata veſtra. Super quo ait Auguſtinus, vt ſupra adduximus. Ille dicitur ad deum cōuerti, qui non ſolum a peccato auertitur: ſed qui iam totus & omnino vertitur, qui iam non pœnas timet tantum: ſed ad bonum deum tendere feſtinat.

¶ FACIT etiam idem Auguſtinus in libro quarto confeſſionum, dicēs neminē poſſe ſine amore dei veniam cōſequi, ſine quo nemo vnq; inuenit gratiam. Vnde patet, ſine amore dei nō ſufficere homini pœnitentiam. Et idem Auguſtinus. & habetur de pœnitentia. diſtin. 7. capitu. Nullus. Ait, Quē pœnitet, opportet nō ſolum timere iudicem, ſed diligere: quia ſine charitate non poteſt eſſe ſalus.

¶ FACIT pro eodem Grego. tractans illud de Adam, quomodo ſe abſcōdit. Gene. 3. Ait enim, Cum ex peccato pœna metuitur, & amiſſa dei facies non amatur, timor ex timore eſt, non ex humilitate. &c.

¶ FACIT etiam pro eodē, quod Chriſtus dixit. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ad eum veniemus &c. Vbi ſolis diligentibus deum/gratia ipſius promittitur. Facit etiam Ioan. in canonica dicēs. Qui non diligit, manet in morte. Et Grego. & habet in Homilia, de qua in lectura apoſtolorum. Nō poteſt ramus aliquid viriditatis habere, niſi procedat ex radice charitatis. Itaq; pœnitentia ex amore proprio, aut rerum temporalium procedens

Ioānis. 14.

1. Ioan. 3.

cedens, non est quæ deum placat, nisi dei dilectioni coniuncta sit, & in deum relata. Pro quo etiam Paulus aperte facit, qui scribens ad Corinth. ait. Nullum humanum opus, nec interius, nec exterius, aliquid ad salutē prodesse sine charitate. Loquitur de charitate acquisita. De eo autem quod tangebatur, pœnitentiam etiam in deum non relatā, si cum sacramento assumatur, sufficere ad remissionem peccatorum, patebit postea, quando de confessione seu de effectu confessionis sacramentalis agetur.

1. Ad Corin. 13.

intelligi. implicite. seu tacite.

COROLARIE sequitur pœnitentiam, quæ ex solo timore fit, non esse eam quæ deum placat, & quæ ad peccatorum remissionem valet. Sed dubiū esset, an pœnitentia huiusmodi ex timore facta, sit bona saltem moraliter. Et dixerunt uonnulli ꝙ talis pœnitentia non solum nō est bona, sed viciosa, & culpabilis. Pro qua sententia facit, quod ex Grego. nuper citauī dicēs, cū ex peccato pœna metuit, & amissa dei facies non amatur, timor ex timore est, non ex humilitate.

FACIT secundo quod ait Augustinus dicēs, Qui ex timore preceptū facit, aliter quā debet facit, & ita nō facit, aut peream facit.

TERTIO facit ratio, quia timor pœnæ malus est, cum procedat ex amore sui, qui amor peccatū est, vt a Paulo vitu perantur homines seipsos amantes. 2. ad Ti. 3.

QVARTO, qui gehēnam timet & inde pœnitet, videtur diuinam iustitiam quodammodo odire, qualis in gehēna exercetur. Nam timor pœnæ, odium seu nolitionem eiusdem prēsupponit, dei autem iustitiam odire, peccatum est, igitur &c.

QVIBVS non obstantibus aliter videtur respondendum, ꝙ pœnitentia ex timore facta, talis est, qualis est timor ex quo procedit, si igitur timor sit filialis, aut castus, siue initialis, cum talis dei amorem includat, cōstat illum esse bonum, de quorū altero dictum est per psalmistā. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. De altero vero. Initium sapiētię timor domini. Si vero sit timor mundanus, cum hic animum rebus terrenis adherentem, deo postposito, importet, constat cum malum esse, qualem habēt qui paupertatē, aut dedecus, aut mortē, seu infamiam timentes, furātur, periurant, aut aliud quid illicitum perpetrant. Si vero sit timor mercenarius, quo quis timet se gloria carituru, aut seruilis, quo quis timet gehēnam, dicendum ꝙ talis timor potest simpliciter & secundū se cōsiderari, secluſa omni alia iniqua volū tate. Potest etiā mixte accipi, prout includit seu annexā habet iniquam mentis preparationem. Si primum, timor perdendi mercedem ęternam, aut in gehēnam eundi, non est malus, & potest taliter circūstantionari, ꝙ sit bonus: nam talis procedit ex amore sui, quo quis sibi vitā ęternā optat, qui quidē amor bonus est, imo & ex præcepto charitatis debitus, quo vnusquisq; seipsum & proximum sicut se tenet diligere. Si vero sit timor mercenarius seu seruilis mixtus, qui scilicet legis seu dei contemptum includat, ille est malus. vt si quis desinit fornicari seu furari, quia timet gehēnam, alioqui fornicaturus seu furatur⁹, talis timor mixt⁹ malus & culpabilis est, si non ratione sui, saltē ratione iniquæ præparationis mentis: qua sic timens, est alioqui paratus nepharia committere. Hac tamen iniqua mentis preparatione secluſa, timor gehēnę, aut mortis, aut alterius mali non est de se malus, sicut nec mala est tristitia, quæ de malo præsenti habetur, patet id exemplo christi, qui dixit. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et iterum. O vos omnes qui transitis per viā, videte si est dolor similis siut dolor meus. Et iterū de timore Christi dictum est per Marcū, cœpit Iesus pauere & mœstus esse. Non igitur timor mali de se malus est, quare nec opera ex timore huiusmodi procedentia erunt per se mala, quod patet ex sententia Augustini, & habet de pœnitētia. cap. Si quis, vbi aperte dicit, ꝙ si quis timore gehēnę velit pati potius q̄ negare Christū, nullo modo culpādus est, imo id proderit illi, vt mitius in inferno torqueat, torquebit aūt quia non ex amore dei passus est, quam doquidem in illo articulo id erat sibi maxime necessarium, scilicet deum super om

Matth. 26.

ps. 13. ps. 110.

nia amare, & pro illius gloria quęcūq; ad uersa æquo animo pati, ac proinde si aliquid mali est in timore pœnæ quē mixtū esse dixi, non in timore ipso est, sed in illa iniqua animi præparatione illi timori cōmixta.

¶ EX his aperte patet, quādo pœnitētia ex timore procedēs bona est, quādo vero mala & culpāda, ex hoc tamen q; ex timore orta est, non venit culpanda, imo ad bonum promouet, & quodammodo ad animæ vitam disponit. Si enim mala esset, & timor pœnę similiter damnandus, non ergo staret cū charitate, stat autē cum illa/salte cum charitate imperfecta, vt tradit Augusti. in homi. 9. super epistolam Ioā. c. 4. Et refert magister. in. 3. distin. 34. c. 6. Q̄d autem timor gehennę ad charitatem disponat, patet ex eodē Augustino ibidem. Et iterum in sermone. 10. ad fratres in eremo commorantes, timor inquit, qui pœnitentiam cōcipit, compūctionem parit, compūctio vero veniam importat. Patet etiam ex illo Esa. 26. A timore tuo domine concepimus & peperimus spiritum salutis. Nec refert q; dixerit, a timore tuo domine. Quandoquidem qui gehenam timet, dñm qui pœnam illam infligit, timet.

¶ AD rationes prius inductas facile est respondere. Ad primum ex Gregorio allegatū, procedit de his qui pœnitent ex timore pœnę mixto, cui scilicet admixta est iniqua animi præparatio, qua alioqui offendere paratus est, nisi pœnam timeret. Quod patet ex eo quod statim idem Gregorius adiūgit, dicēs. Superbit enim qui peccatum, si liceat, impune non deserit.

¶ AD secundum quod ex Augustino citatum est. &c. dicendum similiter, q; loquitur contra illos, qui mandata ideo solum adimplent, quia timent pœnam si nō compleāt, qui alioqui præuaricari parati sunt: tales enim, & si opere præcepta faciūt, voluntate tamē non faciunt, sed rei sunt, ac si præcepta non facerēt, id q; ob eorum mētis præparationem iniquā.

¶ AD tertiū, esto q; timor pœnæ ex amore sui procedat, non ideo malus est, cū nec malus sit amor sui: q; si Paulus reprehendit homines seipsos amātes, de illis loquitur, qui habent amorē sui vsq; ad contēptum dei, aut qui se inordinate amant, quales sunt qui affectionem cōmodi sequuntur, postposita affectione iusti, non tamen est contra affectionem iusti, si quis sibi vitā ęternam optet, & ex consequenti pœnam ęternam timeat. Hoc enim tam bonis q; malis potest sine vitio conuenire.

¶ AD quartum, dicendum q; iustitia dei non stat in hoc, quod est ęternaliter punire hominem: sed in hoc quod est peccatorē impœnitentem sic punire: qui ergo odit pœnam a deo peccatori impœnitenti inflictam vel infligēdam, ille quodammodo videtur dei iustitiam odire quo ad actū suum: qui tamen simpliciter odit & fugit propriam pœnam gehennę, non habito respectu ad sua finalia demerita, hic nō iustitiam dei odit, sed seipsum diligit, q̄ odia inter se multum differunt. Nam primum vltra q; est dissonum a diuina voluntate, nō est ad bonum aliquod spirituale promotiuum. Secundum vero conforme est diuinæ volūtati in actu volendi, & promouet ad bonū, scilicet ad vitandum peccata per quæ homo dignus est vt ęternaliter puniatur.

EX DICTIS quodāmodo apparet, vnde originetur pœnitentia cordis, non enim ex vnica tātum radice, puta ex timore, vt nōnullis visum est: sed ex multis oriri potest: secundum q; multis rationibus potest aliquis de peccato dolere, scilicet, vel qa peccatum est impeditiuum honoris, aut famę, aut alterius boni temporalis seu corporalis, & nascitur talis pœnitētia ex amore temporali, ideo non est hęc pœnitentia qualis debet esse, quę deo nos reconciliat.

¶ Pōt scdo quis peccati pœnitere, qa peccatum est inductiuū pœnę ęternę, & hæc nascitur ex timore seruili, & non est q̄ deū placat, cū ex amore sui principaliter procedat. ¶ Tertio, quia est impeditiuū ęternę beatitudinis, & hęc nascitur ex appetitu p̄prii boni spūalis & amore sui: & nō placat deū. ¶ Quarto, qa est qd turpe & inhonestū, & cōtrariū recte rationi, & hæc procedit ex amore honesti & virtutis, & melior est hęc pœnitētia prioribus. Verū cū hęc

communis

communis sit fidelibus & infidelibus/amicis dei & inimicis eiusdem, ideo non sufficit deum placare & eidem nos reconciliare. ¶ Quinto, quia est offensiuū dei, cui sūmus honor & reuerentia atq; obediētia debetur, & hæc pœnitentia procedit ex amore dei, & est quam deus acceptat, & quę nos deo reconciliat. Alias autem pœnitētias ex amore dei non procedentes: non ita acceptat, iuxta illud quod scriptum est, ego diligentes me, diligo, &c.

EQVITVR amplio q̄ nō satisfacit homo præcepto de pœnitendo quā litercunq; de commissis dolēdo: nisi propter deū de illis doleat, eo q̄ pœnitentia, quæ a nobis exigitur, dei dilectionem includit aut presuppo nit. Vnde iterum fit, vt si quis singula peccata recogitet, & de singulis doleat ob alium finem, quā propter deū, eum teneri ad iterato dolendū de eisdem, ex quo per priorē dolorē de commissis nondum præcepto de pœnitendo satisfecerat. Quemadmodū si quis omnia sua peccata confessus est, non habita de eisdē contritione, tenet ea iterato cōfiteri: quia nō sicut debuit fuerat cōfessus.

¶ SI obiectias, qui id facit quod eidem præcipitur, etiā si non id faciat ad intētionē p̄cipientis, satisfacit præcepto, ita vt non teneatur iterato idipsum facere, vt manifestū est, tā de p̄ceptis diuinis quā de humanis.

¶ PRAETEREA, si homo de singulis peccatis doluit, puta ex timore pœnę seu ex amore virtutis, cui opere fuerat contrarius, et in fine elicit vnum dolorē in gñe de omnibus commissis, idq; propter deum. &c. ille iam suppletid in quo prius defecerat, ex quo dolorem in deum iam refert, quem ante in deum non retulerat. ergo adminus in hoc casu satisfacit p̄cepto de pœnitendo.

¶ RESPONDETVR ad primum, q̄ quādo intētio p̄scientis nō cadit sub p̄cepto: sed sola substātia ipsius actus qui p̄cipitur, tunc satisfacit quis præcepto actum agendo, etiam si non fiat ad intentionem præcipientis. Secus tamē si intentio seu finis cadat sub præcepto: modo autem sub præcepto diuino cadit pœnitentia de commissis. Nomen autem pœnitentię, vt est cōmunis omniū interpretatio, importat dolorem voluntarium de cōmissis, quatenus fuerūt offensiua dei, & per consequens pœnitentia quæ exigitur a nobis, oportet q̄ propter deū fiat, alioquī pœnitentia vere non est dicenda, & ita non solum dolor de commissis cadit sub præcepto, sed modus & relatio doloris in deum.

¶ AD secundum consequēter loquēdo, vt detur q̄ in illo casu nō satisfaciat homo precepto de pœnitēdo. Patet, quia vel satisfecit p detestationes particulares singulorum peccatorum, vel per illam generalem quam in fine elicit, vel per vtrunq;. Primum non est dicēdū, quia ante illam generalem pœnitentiam nunq̄ propter deum pœnituerat, vt supponitur. Secundum etiam non videtur, quia vt supradictum est, non satisfacit quis pœnitēdo solum in genere, cum sit necessarium de commissis particulariter dolere eo mō quo explicuimꝰ. Tertiū etiā nō videt, quia illę particulares pœnitētię priores, nec p se, nec cū illa finali & generali pœnitentia sunt in deū relatæ: nec enim fuerūt relatę in deū quādo fiebāt, vt patet, nec quādo generalis elicit pœnitētia, quia tūc ille dolor generalis est qui in deū refertur, non actus qui iam præterierunt, quandoquidem nullus actus humanus dicitur in deum referri, nisi qui vel elicit vel cōtinuatur virtute dilectionis dei. Quod de illis prioribus pœnitentiis dici in casu non potest. &c. Ac proinde qui sic particulariter pœnituit ob alium finem, nisi postea de commissis particulariter propter deum doleat, non puto illū præcepto vere pœnitendi satisfacere.

¶ VNDE multum refert, illas particulares pœnitentias, quæ actu in deum non referuntur, p̄cedere vel subsequi dilectionē dei. Nam si dei dilectionem præcedant, ad veram pœnitentiam nō pertinent, quia nullo modo in deum referuntur: si autem dilectionē dei subsequātur, poterunt ad veram pœnitentiam pertinere, quia & si actu in deum nō referātur, virtualiter tamen referuntur, et placent deo, & ab eodem acceptātur. &c.

¶ PRO his facit ratio, quia vera pœnitentia, quam deus a nobis exigit, valet nobis ad remissionem peccatorum & gratiā, quæ in scriptura vere pœnitentibus promissa est. Illę autem pœnitentię quę dilectionē dei præcedunt, ad salutem valere non possunt, nec tunc quādo fiunt, nec postea, eo q̄

lege. precipi endo.

ſunt actus mortui facti in peccato mortali, qui nec viui ſunt, nec vnq̃ poterũt reuiuiſcere, ſicut nec alia opa in pcto mortali facta.

DEinde dubitant, an pœnitẽtia cordis debeat eẽ formata an iformis, ꝓuia, an cõcomitãs pctorũ remiſſionẽ, quã quõnẽ ſatis inuolute tangit Sco. qui in ſententia ait, pniam nõ ſufficere ad peccata remittẽda, niſi aliquo tẽpore duret, & cõtinuetur, & cũ in illo tempore huiuſmodi continuationis pœnitentia illa ſit præuia tempore remiſſioni peccatorum ſimul & informis, conſtat eſſe neceſſariam pœnitẽtiã informẽ, ſimul & ꝓuiam ad obtinendum peccatorum veniam. Vlterius, ſi ſit neceſſarium, q̃ talis pœnitẽtia duret vſq̃ ad inſtans terminatiuũ neceſſarię cõtinuationis incluſiue, ita vt debeat permanere, non ſolũ in tẽpore præuio, ſed etiã in ipſo inſtãti, quo fit peccatorũ remiſſio, tũc ſicut neceſſaria eſt pœnitentia præuia & informis, ita etiam neceſſaria eſt pœnitentia cõcomitans & formata, quia in illo inſtãti, quo fit peccatorũ remiſſio ꝓ infuſionẽ gratię, illa pœnitentia, quæ ante erat præuia & informis, fit formata & cõcomitãs, vt de ſe patet. Si vero ſufficit homini cõtinuare pœnitentiam per certũ tẽpus, eſto q̃ nõ duret incluſiue vſq̃ ad præfatũ inſtans terminatiuum illius temporis, tunc erit quidẽ neceſſaria pœnitentia præuia & informis, non tamen cõcomitans & formata, & q̃uis horũ vtrunq̃ probabile reputet, ad id tamen declinat, vt neceſſaria ſit pœnitentia præuia & concomitans, informis & formata, alioqui nõ valebit ad remiſſionẽ peccatorum.

¶VERVM cum hæc opinio præſuppo nat vnum incertum & forte falſum, vt magis patebit inferius, ſcilicet q̃ pœnitentia etiam in deum relata non ſufficit ad gratiã, niſi ante per aliquod tempus ſit continuata, cum veriſimilius ſit dilectionem dei ſuper omnia eſſe proximam & ſufficientem diſpoſitionem ad gratiã (modo efficax ſit) ideo dicendum, q̃ pœnitẽtia cordis, ſi vera eſt, ſcilicet propter deum ſũme dilectum, non poteſt eſſe informis, nec tempore præuia ſeu præcedens peccatorum remiſſionẽ, ſed ſemper eſt formata, & q̃ primum habetur, remittuntur peccata, ac proinde nec eſt neceſſaria pœnitentia informis, nec præuia ad obtinendum peccatorum remiſſionem, vt ex dictis aperte colligitur.

¶EST tamen argumẽtum in oppoſitũ, quia tũc ſequitur q̃ pœnitẽtia cordis nũq̃ remittat peccata, quia vel remittit ea quatenus eſt informis, vel quatenus formata eſt. Nõ primum, per ea quę dicta ſunt, ex quo non poteſt talis pœnitentia eſſe informis. Nec ſecũdũ, quia quatenus formata eſt, præſupponit charitatem, quę eſt forma ipſius, vnde ipſa dicitur formata, charitas autem pręſupponit peccatorũ remiſſionem, cum peccata & charitas ſimul eſſe nõ poſſint, igitur pœnitentia formata præſupponit peccata eſſe remiſſa, & per conſequens pœnitẽtia quatenus formata eſt, non remittit peccata. ¶Confirmatur, quia vel pœnitentia fit propter deum ſũme dilectum, vel non, ſi primum, igitur præſupponit dilectionem dei, ex qua procedit, nam in corde prior eſt finis q̃ ea quę ſunt ad finem, & cum per huiuſmodi dilectionẽ dei ſint condonata peccata, ſequitur q̃ pœnitẽtia cordis formalis, ſi propter deum fiat, non remittit peccata, cum ea remiſſa reperiat. Si autem nõ fit propter deum dilectum, ſed propter timorem pœnę, aut aliam ob cauſam, talis pœnitentia nõ placat deum, nec peccata remittit, & ita nunq̃ verum eſt, q̃ pœnitẽtia cordis actu remittat peccata, remitteret autẽ ſi teneremus cũ Scoto eſſe neceſſariam præuiã & informem, igitur.

¶RESPONDEO. Pœnitentia remittit peccata velut cauſa, ſine qua nõ, charitas dimittit peccata, velut cauſa formalis, Deus vero remittit peccata velut cauſa efficiens, & principalis. Primum patet, quia ex dictis conſtat pœnitentiam cordis eſſe neceſſariã ad dilectionem peccatorum, & ſine ea peccata minime dimitti. Secundum etiã patet, quia charitas & peccata mortalia imediate cõtrariãtur, ſaltẽ de lege ordinata, quicquid ſit de corũ natura, & ideo ſicut calor eſt cauſa formalis expellendi frigus, ita charitas eſt cauſa formalis expellendi peccatum. Tertium etiam de ſe patet, iuxta illud Eſaię. 44. Ego ſolus deleo iniquitates & peccata populi. Suppono etiam poſitionem ſatis communẽ, q̃ voluntas noſtra eodem actu poteſt velle finem & medium ꝓpter finem, ſicut & idem actus poteſt eſſe fruitio & vſus, ac proinde nil obſtat, quominus voluntas poſſit eodem actu odire peccata commiſſa

lege. delecto nem.

propter

propter deum, & eundem deum ſume diligere, & hæc pœnitentia eſt quæ ſemper eſt formata & ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, velut cauſa ſine qua non, quia hac poſita, fit peccatorum remiſſio, & ea nō poſita, non fieret, ſaltē per pœnitentiam, nam ſi dilectionem dei ſeiungas ab actu pœnitendi, eſto ꝙ actus ille pœnitētia a dilectione dei procedat, illa pœnitentia, & ſi meritoria ſit, non tamen actu remittit peccata, quæ per dilectionem præuiam conſtat eſſe remiſſa. Nec ob id ſequitur, ſine pœnitētia remitti peccata, quia & ſi per dilectionem dei fuerint remiſſa, in ipſa tamē dei dilectione virtualiter includebaꝫ pnīa, vt ex dictis patet.

¶ IAM ſequitur reſponſio ad argumentū, quia nec concedendum eſt, ꝙ pœnitentia cordis actu remittit peccata quatenꝰ formata eſt: neq; quatenus informis, & tamen remittit ea, & q̄uis eſſe informē & formatam ſint p̄dicata imediate oppoſita, nec ſtet pœnitentiam eſſe quin vel formata ſit, vel informis: attamē illa particula, quatenus, addita illis oppoſitis, non opus eſt alterum eorum de pœnitentia verificari in caſu, non enim inconuenit aliquod prędicatum vere & ſimpliciter de ſubiecto prædicari, & negari de eodem ſumptum cum ſigno reduplicatiuo, vt homo eſt riſibilis, & tamē nec eſt riſibilis, quatenus videns eſt, nec quatenus non videns eſt. & homo eſt albus, & tamen neq; quatenus rationalis, neq; quatenus irrationalis. & deus eſt omnipotens, & tamen neq; quatenus creans, nec quatenus non creans. Ita ergo pœnitentia cordis remittit peccata actu, & tamen, nec quatenus formata eſt, nec quatenus informis.

¶ AD ſecundum etiam patet, ꝙ pœnitentia illa, q̄ peccata remittit primo, ſiue actualiter, eſt pœnitentia, quæ ſimul eſt deteſtatio peccati & amor dei, illa vero quę ex amore dei ꝓcedit, non actu remittit peccata, cum per amorem dei præuium, ex quo ipſa originatur, remiſſa ſint, & de hac procedit hęc ratio ſecunda, nec enim concedimus per oēm pœnitētiā cordis actu peccata remitti.

¶ SEQVITVR ex dictis quid dicendum ad dubiū quod hic moueri ſolet, quo ordine ſe habeant hæc tria, ſcilicet pœnitentia, charitas, & ꝓtōrum remiſſio. Ad quod breuiter dicendū, ꝙ quando per pœnitentiam actu remittuntur peccata, ipſa pœnitentia præcedit natura, ſeu ordine naturalis præſuppoſitionis, & ſequitur peccatorum remiſſio, & deniq; infunditur charitas, poſtremo fit pœnitentia formata, quæ omnia in vno & eodē inſtāti tēporis fiunt, ſi tñ aliqua eſſet inter ea temporum ſucceſſio, hūc ordinem aſſignatum inter ſe ſeruarent. de quo alias, Ita ꝙ vnus actus ad aliquem effectum relatus, vna ratione præcedit illū, alia vero ſequitur eundem ordine naturali.

¶ Queſtio quinta.

DE quantitate pœnitentię ſolet ſimiliter quæri, tā ex parte intenſionis, ſeu conatꝰ, q̄ ex parte durationis ac perſeuerantiæ. Et primo dubitatur, an ſit neceſſaria pœnitentia intenſiſſima, ſeu ex toto conatu voluntatis, procedens, & dixerunt aliqui cū Ricar. & Adriano ꝙ ſic. Ad quod dicendum mouentur ex eo, quod habetur Deutero. 4. de filiis iſrael propter peccati demeritum a terra promiſſionis in alienā terram eiectis, ſi quęſieris dominum deum tuū, inuenies illum, ſi tamen quæſieris eum in toto corde tuo, & tota tribulatione animæ tuę. Et Pſalmiſta. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eū. Hieronymus etiam in epiſtola obiurgatoria eius q ſe falſo iactabat pœnitere ait. Miſerebitur tibi deus, ſi toto corde pnīam egeris, ſi omnē ſolicitudinem tuā ſuper deum miſeris. Ex quibus apparet, non ſatis eſſe remiſſe deū quærere aut pœnitere, ſed ex toto voluntatis conatu, ſi volumus remiſſionis gratiam obtinere. ꝑs. 118

¶ SECVNDO, idem Hiero. tractans increpationē epiſcopi Laodiceñ. Apoc. 3. De quo dictum eſt. Vtinam frigidus aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere, inquit. tepidum diſcipulum non diligit deus, ait enim Chriſtus. Qui vult meus eſſe diſcipulus, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. Tepidus autem videtur, qui remiſſe diligit, & remiſſe pœnitet. Vnde Hieremię. 48. dicitur. Maledictꝰ omnis qui facit opus dei negligēter, ſeu remiſ

se. & Ecclesiastes. 7. Qui timet deum, nil negligit, igitur.

¶ TERTIO necessariam esse pœnitẽtię intẽsionẽ & magnitudinẽ significat Augusti. lib. de pœnitẽtia dicẽs. Recte pœnitens, quidquid sordiũ post purificationẽ contraxit, opportet vt abluat lachrymis saltẽ mentis, sed satis durus est, cuius mẽtis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat se culpabiliter durũ, qui deflet dãna tẽporis, vel mortẽ amici, & dolorẽ peccati non ostẽdit lachrymis, Et hęc de pœnitẽtia. distiñ. 5. cap. Sunt plures.

¶ DVRA tñ visa est horum sententia. Vnde contra eam/ & pro opposita parte arguitur, ꝙ nõ sit necessaria tãta intẽsio, vt apud deũ validasit, sed sufficit remissa/ modo efficax sit. Primo, quia dilectio dei & conuersio ad deũ, etiã si tã intẽsa gradualiter nõ sit, valet ad gr̃am, igitur etiã pœnitentia vera cũ huiusmodi dei dilectionem includat, vt. ex dictis patet, antecedens patet ex innumeris promissionibus in scriptura sacra contẽtis. Ait enim Dauid. Prope est dñs omnibus inuocantibus eum. & Paulus ad Ro. Diues est deus in omnes qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit, & Ecclesiastici. 2. Quis vnq̃ inuocauit eum, & despexit illũ? misericors enim est, & pius. Ait etiã Christus in ewãgelio, Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ad eũ veniemus. &c. & Augusti. super epistolam ad Ro. 5. Si deus cõfugientes ad se nõ admitteret, esset in eo iniquitas: quia scilicet ꝓmissa nõ cõpleret. Vbi præsupponit deũ in lege ꝓmisisse gratiã suã omnibus ipsum diligẽtibus, iuxta illud Zachariæ. 1. Cõuertimini ad me, & cõuertar ad vos. &c. Et Iacobi. 4. Appropinquate deo, & appropiquabit vobis. Et Apoca. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si qs mihi aperuerit, intrabo ad eũ, & cenabo cũ illo, In quib9 omnibus nulla de graduali intensione fit mentio. Nec valet dicere ꝙ illa etiam veniunt limitanda ad casum quo quis ex toto conatu fertur in deum. Non enim valet, ꝓbaẽ quia deus rõ minorem erga homines exercet misericordiã quã iusticiam, imo magis misericordia vtitur, quã iustitia: cũ promptior sit ad miserẽdũ, quã ad puniẽdũ, dicẽte Iaco. Misericordia superexaltat iudiciũ. Sed loca scripturę: in quibus deus ex iustitia pœnã peccãtibus & se a deo auertẽtibus cõminatur, non sunt ad certũ conatũ seu intensionẽ ipsius actus auersiui limitãda, cũ quãtũlibet remisse se quis adeo cõtra præceptũ ei9 auertat, mortaliter peccat, & dei idignationẽ incurrit, ergo loca quæ salutẽ promittunt, his qui se ad deũ conuertunt, nõ sunt coartanda ad certũ conatũ & intensionẽ actus conuersiui. Iaco. 2.

¶ PRAETEREA facit pro hac sentẽtia Chryso. & habeẽ de pœnitẽtia, dist. 3. c. Talis. ait enim deũ nunq̃ pœnitentiã peccatoris contẽnere. Quodq̃ præstantius est, quãtulancũq; & quãtũlibet breui tẽpore gestã pœnitentiã deus non respuit, nec exigunę cõuersionis patitur perire mercedẽ. In quib9 innuit, nec necessariã esse in pœnitentia intẽsionem, nec tẽporis cõtinuationẽ/ vt deo placeat/ & a deo remuneretur.

¶ PRAETEREA facit ratio, quia tunc dilectio dei super omnia obediẽtialis, staret cum peccato mortali, nõ solũ quo ad reatũ, sed etiã quo ad actum, ita vt quis simul actu mortaliter peccet, & deum super omnia diligat. Probatur hoc, quia demus hominẽ remisse gradualiter pœnitere, idest nõ ex toto conatu voluntatis, iã per opinionẽ illa pœnitẽtia in deũ relata, nõ sufficit ad gratiam, ergo stat simul cum peccato mortali, & secundum reatũ, non est dubiũ. Quod etiã idem sit secundũ actũ, probatur, ponendo ꝙ citra totũ conatum pœniteat propter deum, tempore quo sibi necessarium est se in statu gratię reponere, totũ conatum apponendo, tã peccat in casu actualiter omittẽdo simul, & deum diligit.

¶ SI dicas ꝙ quãuis totus conat9 in deum sit necessari9 ad acquirendũ gratiã, nõ tamẽ totus cadit sub p̃cepto obligante sub pœna noui peccati. cõtra stat ratio aperta, quia si sit in tẽpore quo tenetur se in statu gratię reponere, nec aliter potest, nisi ex toto conatu se ad deũ cõuertendo, sequitur teneri sub pœna noui peccati ad se conuertendũ toto conatu. Hac enim ratione supra deduxim9 necessitatẽ p̃cepti de pœnitendo, ex necessitate ipsius pœnitẽtiæ ad salutem.

¶ ET quicquid sit de efficacia harum rationũ, quia volenti defendere præfatã opinionẽ non deerunt solutiones, attamẽ cũ nil sit affirmandũ esse necessariũ ad salutẽ/ aut sub pœna peccati mortalis obligare: nisi id auctoritate vel ratione sufficiẽti ostẽdatur, qđ tamen

tñ de pœnitẽtia, ex toto conatu volũtatis procedente oſtendi non poteſt, ideo videtur a p̃fata opinione recedẽdum. Q̃ enim illud oſtenſum non ſit, patet ſoluendo huius ſententię fundamenta, poſſet enim dici ad illa omnia quę ſonant, eſſe neceſſariũ ex toto corde diligere deum, & eundem inquirere, & de commiſſis pœnitẽtiam agere, q̃ procedũt de totalitate integritatis cordis, non de totalitate gradualis intenſiones. Ille enim dicitur toto corde quærere deum, qui cum deum quęrit, aliud tẽporale ſecũ non quęrit, quod non propter ipſum quęrat, & toto corde diligit deũ, qui cum deum diligit, aliud tẽporale ſecũ non diligit, quod nõ propter ipſum diligat, & toto corde de commiſſis dolet, qui ita de illis dolet, vt nullum reſeruet, quod placeat. Nam ſi quis cum deum quęrit aut diligit, aliud cum eo quęrit aut diligit, quod non propter ipſum quęrat aut diligat, non toto corde, ſed diuiſo eum quęrit & diligit, & hoc eſt, quod ait beatus Auguſtinus ad deum loquẽs. Minus te amat, qui tecũ aliquid amat, quod non propter te amat. &c. Et ita dicitur diuidi cor, cũ ad diuerſa afficitur: quorum alterũ in alterũ non refertur, cui diuiſioni opponitur totalitas ſeu integritas cordis, ad quam conſtat intẽſionem gradualem impertinentem eſſe.

¶ AD ſecũdum, de illo qui remiſſe & negligenter opus dei agit, dicendum, q̃ procedit de eo, qui in his ad quę tenetur, non adhibet omnẽ diligẽtiã, & ſolicitudinem quã adhibere tenetur, ſed in parte agit/qđ debet in parte non. Ille etiã qui nec calidꝰ eſt/nec frigidus, ſed tepidus/ſolet intelligi, qui nec amore, nec timore mouet ad agendũ quod debet, & ita hęc quę de tepiditate & remiſſiõe ſeu negligentia allegata ſunt, non videntur de remiſſione graduali intelligenda.

¶ AD tertium ex Auguſtino ſumptum dicendum, q̃ non inde ſequitur neceſſariũ eſſe abſolute, ex toto volũtatis conatu pœnitere, ſed potius, innuit q̃ debet quis magis de offenſa in deum commiſſa/ q̃ de rerum tẽporalium iactura dolere, quod quidem adimpleri poteſt: etiam ſi quis nõ ex toto voluntatis conatu de peccatis doleat, vt conſtat. De his inferius, vbi de feruore orationis agetur.

SED eſto non ſit neceſſaria pœnitentia ex toto conatu voluntatis, an ſaltem ſit neceſſaria in aliquo gradu certo citra ſummum, an potius quęlibet pœnitentia quãtumlibet remiſſa ſufficiat ad gratiam. Et dixerunt aliqui poſt Thom̃. in. 4. diſtinct. 17. Ad quintum, q̃ neceſſaria eſt certa intenſio, ita q̃ poteſt tam remiſſa eſſe pœnitẽtia, ſeu tam parua, vt contritio non ſit, & per conſequens nec ad gratiam ſufficiens. ¶ Tum, quia deus cum a nobis voluntatẽ exigit, nõ inefficacẽ ſeu remiſſam aut tepidã exigit, ſed efficacẽ: efficax autẽ eſſe nõ poteſt, niſi certo modo ſit intenſa. ¶ Tum etiã, quia de maiore peccato magis q̃ de minore dolendũ eſt, id exigente iuſtitia punitiua/ſecundum quã pœna debet culpę proportionari. Cũ igitur pœnitentia cordis in pœnam pro commiſſis nobis a deo iniuncta ſit, qui in hac re ſecit nos iuſtitię punitiuę miniſtros, ſequitur ergo non quantãcũq̃ pœnitentiam de peccatis ſufficere, alioq non magis de vno q̃ de alio eſſet dolendum.

¶ CONFIRMATVR hoc, quia de illo debet homo pœnitere, quod debuit vitare, ſed homo magis debet vnum peccatum vitare q̃ aliud, quia ſi neceſſitas incũberet in vnum de duobus incidere, id qđ grauius eſt, eſſet magis euitandũ, & ita ecõtra de cõmiſſo grauiori magis pœnitẽdũ.

¶ QVOD inde rurſus confirmat̃, quia vbi maior eſt cauſa dolendi ſeu pœnitẽdi, maior debet eſſe pœnitentia, cauſa autem quare de peccatis pœnitendum eſt, eſt quia offenſiua ſunt dei, cum ergo maius peccatum magis ſit dei offenſiuum, ſequitur de illo eſſe magis pœnitendũ, & ita non qualiſcunq̃ intẽſio pœnitentiæ ſufficit.

¶ RESPONDETVR. His nõ obſtãtibus aliter dicendũ videtur, q̃ ſcilicet nulla intenſio certa etiã citra ſummum gradũ eſt in pœnitentia neceſſaria, vt ad gratiã valeat, ſed quantũlibet remiſſa gradualr ſit, ſufficit, modo efficax ſit in eo quod efficaciã admittit. Probat̃ cõcluſio, quia ſi eſſet certa intẽſio neceſſaria, aut eſſet ratiõe prę cepti dei obligantis nos ad certam pœnitentię ſeu doloris intẽſionem, aut ratione iuſtitię punitiuæ dictantis pœnam culpæ debere proportionari, aut ratiõe iuris na

turalis obligãtis nos deo offenſo ſatiſfacere, & ꝑ maiori offenſa magis &c. ſed nullũ horum videtur dicendũ. Nõ primum, quia nõ dabitur tale præceptum, cum in teſtimoniis ſcripturæ, vbi a nobis pœnitẽtia exigitur, nõ fit mentio de graduli intẽſiõe actus, ſed vel ſimpliciter exigitur pœnitentia, vel exigitur ex toto corde: ſed ex neutro colligitur exigi certam intẽſionem citra ſummã, vt patet ex dictis, Tum etiã, quia irrationabile oĩno eſſet præceptum, quo quis obligetur ad aliquid, de cuius adimpletione certus eſſe non poſſit, cum ergo homo nullo modo citra reuelationem dei poteſt certus eſſe ad quantam intenſionẽ gradualem in pœnitẽdo peruenerit, vt cõſtat, ſequitur. Adde ꝙ dato præcepto de ſub certa intẽſione pœnitendo, de qua homo certificari non poteſt, ex conſequenti eſſet dicendum, ꝙ tenetur homo ex toto conatu pœnitere, & intenſiſſime, alioqui exponeret ſe periculo omittendi præceptum de pœnitendo, quod eſſet incidere in ſententiam duram ſupra citatam, nec ſatis probabilem.

¶ NEC etiam videtur dicendum ſecundum, ꝙ ſcilicet ſit neceſſaria certa intenſio ratione iuſtitiæ punitiuę: quia quãuis hoc apparenter diceretur, & vere, in caſu, quo eſſet ſtatutum, aut neceſſarium peccatorẽ in ſeipſo per viam ſolũ pœnitentiæ illam iuſtitiam exequi, & per ſolam viam pœnitentiæ debitum pro peccato ſoluere, non tamẽ ita eſt, ſtante lege ordinata, qua ſtãte, põt viator, vel hic ſoluere, vel pœnã debitã ad purgatorium remittere, contentus alĩ quali gratia, per quam culpa illi remittatur, hęc autem culpa poteſt per ſolam dilectionem dei ſine pœnitẽtia formali remitti, poteſt etiam per ſolũ ſacramentũ ſecundum multos ſimiliter tolli, poteſt deinde per opa alia meritoria a pœna peccato debita liberari. Itaq; non eſt homĩni intũcta maior iuſtitię punitiuę executio, q̃ ea quã deus a peccatore exigit, hæc autẽ eſt de cõmiſſis pœnitere ex vera dei dilectione, ad quã illico culpę cõmiſſæ condonantur, ꝙ ſi homo intenſionẽ, aut feruorẽ addiderit, proderit illi ad remiſſionem pœnę, etiam ſi talis intẽſio & feruor ab illo nõ exigat.

¶ NEC etiam videtur dicendũ tertiũ. ſcilicet ꝙ ratione iuris naturalis tenetur homo ad ſub certa intenſione pœnitendũ, vt ſcilicet deo offenſo ſatiſfaciat, quia vt ſupra dictum eſt, q̃uis ius neceſſario obliget offendentẽ ad ſatiſfaciẽdũ offenſo, in præſenti autẽ non deo alia ſatiſfactio debita eſt, niſi quam ipſe exigit, & ſtatuit: ac proinde cum in lege ſua, nec pœnitentiã ſub certa intẽſione exigere, neq; ſtatuiſſe legatur, nõ video quare homines huiuſmodi iugum peccatoribus imponant, tanq̃ eiſdem neceſſarium, etiam ſi alioqui ſalutare ſit.

¶ RESPONDENDVM igitur eſt ad rationes ſupra factas. Ad primum duo ſupponit, vnum ꝙ deus exigat a peccatore pœnitentiam de commiſſis efficacẽ, qđ tamẽ falſum eſt, quia illa pœnitẽtia, quę eſt odire peccatũ commiſſum, ſeu nolle hominẽ peccaſſe, eſt de impoſſibili cognito eſſe tali, quod ſub volitione efficaci non cadit, vt ſupra dictũ eſt, ſi aũt aliquid eſt in pœnitẽtia, quod efficaciã admittat, eſt ꝓpoſitũ poſtmodum vitandi peccata, idq; formaliter, vel in dilectione dei virtualiter contẽtũ.

¶ Secundũ quod ſupponit eſt, ꝙ efficacia actus voluntatis requirit certã intenſionẽ gradualem, cum non ita ſit, vt alias probauimus, ſed efficacia voluntatis in hoc ſtare videtur, ꝙ vult aliquid obtinere, vel procurare per modũ indicatiui, q̃ volitio, ſi talis eſt, quãtũuis remiſſa gradualiter ſit, ſufficit mouere ipſum volentẽ ad inquirẽdũ media ad id quod optat neceſſaria, Alia autem quę ad id non ſufficit, nõ dicitur efficax, etiã ſi multũ ſit intenſa, qualis eſt velleitas ſeu actus deſiderii per modum optatiui, aut conditionalis per modũ ſubiũctiui, ac proinde intenſio gradualis impertinens videtur ad efficaciam vel inefficaciã voluntatis.

¶ AD ſecundũ ex dictis patet reſpõſio, ꝙ ratio fundat ſe in falſo, ſcilicet ꝙ commiſſa eſt peccatori tota iuſtitię exequutio in ſeipſo, qua per viã pœnitẽtię debeat in ſe punire peccata, Falſum etiã eſt, ꝙ teneatur magis intenſe de vno peccato quã de alio pœnitere, cuiꝰ ratio clara eſt ex dictis, quia reductis ad memoriã omnibus peccatis cõmiſſis, non eſt neceſſarium ꝙ de ſingulis ſingulas eliciat contritiones ſeu pœnitentias, ſed vnico actu pœnitẽtiæ, quo illa omnia oblata deteſtatur propter deum, ſatiſfacit præcepto de pœnitendo, & ita per eundem

dē actū æque intēse de omnibus simul pœnitet & dolet, quēadmodū concedi solet, si quis eodē actu diligat deū & proximū, ꝙ æque intēse, idest actu æque intenso vtrūq; diligit, deū scilicet & creaturā, nec in hoc peccat: sed p̄cepto charitatis satisfacit & meretur. Pro quo videtur facere Hieroni. qui laudat Paulū de hoc, ꝙ minima pcta plangebat, sicut magna, vt refert Tho. vbi sup̄.

¶AD tertium dicendum, ꝙ ratio probat magis esse vnum peccatū vitandū & odiē dū, quā reliquum/ magis in q̄, nō intensiue gradualiter, sed p̄latiue (vt sic dixerim) intensiue non, quia vnico odio vnius intensionis possum sine peccato diuersa peccata odire, etiam si in grauitate differant, prælatiue autē secus est. Sicut patet in dilectione opposita, vnico quidē actu vnius intensionis possum deū & proximum amare sine peccato: debeo tamē deum ꝓximo in diligendo præferre, taliter, vt si opus sit ab alterius amore recedere, potius debeo ab amore proximi, q̄ ab amore dei recedere, & hoc est deum plus aut magis prælatiue diligere. Sic etiam in odio peccatorū, quę quāuis æque intense gradualiter odio habeantur, vnum tamē magis dicitur odio haberi prælatiue, quia si opporteret in alterū eorum incidere, deberet homo potiꝰ eligere fugam & odium illius, quod grauius est. Et in hoc sensu videtur Tho. procedere in hac materia/ quando de cōtritione loquitur, & de dolore maiore & minore peccati respectiue ad alios dolores.

¶ET per hoc patet ad vltimum, fateor enim ꝙ vbi est maior causa pœnitendi, scilicet maior offensa, debet esse maior pœnitentia, non quidem gradualiter, sed maior prælatiue ad sensum dictum. Et si velit peccator via pœnitentiæ soluere quod ꝓ peccato debet, si pro singulis peccatis debitū soluere vult, debet intensius pœnitere de grauiori peccato, quā de leuiori: liberū tamē sibi est hac via pro peccatis ad integrū satisfacere. Verum quātum ad remissionē culpę attinet, satis est, si vere pœniteat propter deum vere dilectū, etiam si huiusmodi pœnitentia gradualiter remissa sit.

QRAESVPPOSITO ergo non esse necessarium intēsissime pœnitere absolute, nec certam intensionem pœnitentię esse necessariā absolute, cū quantalibet pœnitētia quātūlibet remissa gradualiter sufficiat ad gr̄am, esset dubium, an saltem respectiue debeat esse summa pœnitentia, hoc est, an debeat esse intēsior/ q̄ dolor de quacūq; alia re. Et cōformiter ad ea quę dicta sunt, dicendum, ꝙ loquendo de intensione aut magnitudine graduali, non oportet pœnitentiam seu displicentiam de peccato commisso esse intensiorē/ quā sit displicentia de aliis rebus. Id patet, quia intensio certa pœnitentiæ/ non cadit sub prę cepto: ideo potest quis præcepto de pœnitendo satisfacere per pœnitentiam quantūlibet remissam, ac proinde/ siue intensius/ siue æque intense de aliis rebus displiceamus, satisfacimus præcepto pœnitendi. Præterea eodem actu potest nobis displicere peccatū, & alterius rei amissio, seu patris, aut amici mors, quēadmodum eodē actu possimus deum patrem & amicum amare, & tunc æque intense displicebit peccatum & mors patris, aut amici, idq; sine peccato. Pręterea displicētia de aliquo mē suratur seu proportionatur amori de opposito, & ita nō magis tenemur odire peccatum, q̄ teneamur diligere deum: deum autem non tenemur absolute, aut respectiue diligere intensius gradualiter quam patrem, amicum, aut rem aliam creatam, vt alias in tractatu de charitate probauimus, igitur.

¶SI TAMEN loquamur de intensione pœnitentiæ prælatiuæ, vt supra, tunc verū est ꝙ tenemur magis de peccato pœnitere seu dolere, quam de aliis rebus. Quemadmodum econtra tenemur magis diligere deum prælatiue, quam alias res, taliter, vt si nobis daretur optio alterum ex his eligere, scilicet a deo per peccatum separari, aut alterius rei cuiuscunq; iacturam pati, potius esset secundum eligēdum/ quam primum, & hoc est deum summe & super omnia diligibilia diligere appreciatiue seu p̄latiue, & peccatū summe & super omnia odibilia prælatiue odire. Et in hoc sensu itelligo doctores, qui dicunt esse nobis necessarium deum magis intense diligere, quam quodcunq; aliud, vt li intense, non ad gradum, sed ad modū diligēdi referatur, etiam si sint qui ad gradum intensionis id referant. &c.

Codex de poenitentia.

DE quātitate etiā pœnitentię quo ad durationē, eſt idem dubium, an ſcilicet, vt valida ſit pœnitentia cordis, debeat per tempus aliquod continuari, & dicebatur cū Sco. ꝙ ſic, cuius poſitionem queſtione prę cedēti tetigimus. Scoti ratio hæc eſſe videtur, quia pnia cordis eſt diſpoſitio neceſſaria ad pctōrū remiſſionē, tū ex his q̄ dicta ſunt, tū etiā quia alioquī difficile eſſet excuſare, quin deus ſit perſonarū acceptor, hūc iuſtificans, & illum nō, ſi nulla ex parte ipſorum diſpoſitio requiratur. Cū igitur diſpoſitio ad formam, debet ipſam formam præcedere, vt ex naturalibus patet, ꝙ calor præcedit inductionem formæ ignis, Igitur neceſſe eſt peccatorem per tempus aliquod præcedens inductionem charitatis, ac peccatorum remiſſionem pœnitere. Quātū autem ſit huiuſmodi tempus, quo debeat pœnitentia continuari, ab homine ſciri non poteſt.

¶ OPPOSITVM tamen videtur eſſe tenendū, ꝙ ſcilicet ſi pœnitentia vera ſit, & in deum vere dilectum relata/ q̄ primū a peccatore habetur, conſequitur remiſſionem & gratiam. Id probatur, primo, quia deus promptior eſt ad miſerendum/ q̄ ad puniendum, ſed vt homo dei indignationē incurrat, ſatis eſt, ſe peccando a deo auertat, & q̄ primum ſe auertit, gratiam eius amittit, ad cuius amiſſionem/ non opus eſt huiuſmodi auerſionem per tempus continuari, alioquī in illo tēpore ſimul quis mortaliter peccaret/ & eſſet in gratia dei, quod eſt abſurdū. Igitur pari forma/ q̄ primū peccator ſe ad deū vero corde cōuertit, admittitur ad gratiā dei abſq; vlla mora tēporis.

¶ PRETEREA, illa converſio ad deū æque bona eſt ac laudabilis in primo inſtanti quo primum habetur, ac ſi per horam continuetur, quandoquidem ex ſolo temporis tractu, nullam videtur bonitatē acquirere, ſed eam ex obiecto habet & fine, & aliis circumſtantiis conuenientibus, ac proinde q̄uis valeat continuatio pœnitentiæ ad maius premium, aut plenioremvenſam conſequendam, in ſe tamen & per eſſentiam, æque bona eſt momentanea, ſicut cōtinuata, & per conſequens in primo inſtanti erit deo grata & accepta.

¶ PRAETEREA, ſi neceſſaria eſt temporis mora in pœnitendo, ob id ſcilicet eſſet neceſſaria, vt deo offenſo ſatisfaciamus, ſed tunc ſequitur, ꝙ quanto quis plura contra deum cōmiſit, aut quāto grauius contra deū peccauit, tanto deberet magis pœnitentia continuari ad impetrandam gratiam, & ita ſi ꝑ vno mortali neceſſe eſt pœnitentiam per horam continuare, pro duobus oportebit eam in duplo cōtinuare, et pro quattuor in quadruplo, & ſic conſequenter, & ita poterunt toties peccata replicari, ꝙ non ſufficiat homini ad gratiam per totam vitam in pœnitentia permanere, quod eſt abſurdum & erroneum.

¶ PRAETEREA ſequitur ex poſitione dare peccatorem vſum rationis habentē, cui in via ſit præcluſa via ſalutis, q̄tunlibet ad deum toto corde confugiat. Patet hoc, quia ex quo neceſſaria eſt certa temporis mora in pœnitendo ad impetrandam gratiā, ſit exempli gratia vna hora, demus peccatorem eſſe in extremis, qui per naturam viuere vna hora integra non poteſt, & tunc ſe toto corde ad deum conuertat, ſequitur in caſu intentum. ¶ Si dicas, non eſſe inconueniens illatum ob culpam ipſius hominis, vt ſi teneamus cū Gre. & Ochā, ꝙ actus a voluntate libere elicitus naturaliter per tempus aliquod continuatur, & odiū dei homo eliciat, a quo per naturam reſilire per tempus certum nō poſſit, iam in illo tempore eſt illi præcluſa via ſalutis. ¶ Sed hoc parū valet, tum quia illa opinio quæ ponit huiuſmodi naturalem continuationem actus voluntatis, non eſt omnino vera, vt alibi deduximus, tum etiam eo dato, non eſt ſimile cum præſenti caſu, nam illo admiſſo, ſi pro tunc eſt clauſa via ſalutis illi homini odienti deum, ideo eſt, quia voluntatem habet ligatam & impedītam, ne poſſit naturaliter pro tūc ad deum per amorem converti, in noſtro autem caſu ſecus, vt conſtat.

¶ PRAETEREA ſequitur aliquē deū ſumme diligere, & vere de cōmiſſis ꝓpter deū pœnitere, & pro deo & Chriſto martyrium pati, & æternaliter damnari. Patet, ſi toties & taliter contra deum peccauit homo, ꝙ ſit ſibi per horam integram neceſſario pœnitendū, aut per duas horas, & ante q̄ tempus neceſſario pœnitendi complea tur, pro Chriſto, & fide eius patienter a ty

rāno

rãno occidatur. ¶Si dicas in caſu defectũ continuationis ſuppleri per martyrium, quæro iam, vel igitur ſufficienter ille defectus ſuppletur ſolũ per martyrium actu ſuceptum, vel etiam per martyrium in voto, ſeu efficaci propoſito mentis, & primum irrationabile eſt, quia voluntas pro facto reputatur, ſi efficax ſit, vt eſt omniũ vera ſententia, nec opus exterius valet ex parte operantis, ad aliam gratiam gratum facientem præter eam, ad quam interior efficax voluntas valet, & ita q̃ primũ quis habet voluntatem efficacem patiendi pro Chriſto ſumme dilecto, anteq̃ actu martyrium ſuſtineat, valet ſibi huiuſmodi voluntas ad gratiam, ac ſi actu pateretur, & hoc dato, ſequitur intentum noſtræ cõcluſionis, q̃ ſcilicet non eſt neceſſaria temporis mora ad obtinendam gratiam dei per actum volũtatis efficacem, cum igitur pœnitẽtia ſit actus efficax in ea parte, qua efficaciã admittit, vt ex dictis apparet, ſequtur.

¶PRAETEREA ſi neceſſaria eſt temporis mora in pœnitendo ad impetrandam veniã & gratiam, igitur peccabit homo non cõtinuando pœnitẽtiam cordis, tẽpore quo eſt ſibi neceſſarium ſe in gratia reponere, & cum incertus ſit quãto tempore debeat continuare pœnitentiam, an per horã, an per duas, peccabit, ſi nõ longo tẽpore continuet, quia alioqui exponit ſe periculo permanendi ſemper in eiſdem peccatis. Et certe ſicut irrõnabile eſt dicere, hominem eſſe obligatum ſub pœna peccati noui ad certam pœnitentiæ intenſionem, de qua homo certus eſſe non poteſt, quanta ſcilicet ſit ſibi ſub præcepto data, ita non minus eſt irrationabile dicere, hominem teneri ſub pœna peccati ad certam moram temporis in pœnitendo, cũ æque incertus ſit, quanta ſit ſibi neceſſaria.

¶POSTREMO, eadem cõcluſio probat̃ ex decreto Chryſoſtomi ſupra citato, de pœnitẽtia. diſti. 3. c. Talis. vbi ait. Quãtulãcunq̃, & quãtunlibet breui tempore geſtam pœnitẽtiam, deus non reſpuit, nec exiguę conuerſionis patitur mercedẽ perire. Vbi neceſſitatem intenſionis ſimul, & cõtinuationis in pœnitẽdo excludit. Iuxta illud Ezechi. Quacũq̃ hora ingemuerit peccator, nõ recordabor amplius. Vbi rurſus neceſſitas continuationis, & mora temporis excluditur. Pro quo facit exemplũ de latrone ſumptũ, ſtatim enim q̃ veniã peccatorũ a Chriſto poſtulauit/audire meruit, idq̃ ſine mora aliqua. Hodie mecum eris in paradiſo. Pro quo etiam Paulus facit dicens. Nemo poteſt dicere, dominus Ieſus, niſi in ſpũ ſancto. Igitur q̃ primũ quis vere Chriſtũ ex corde verum deum agnoſcit, habet gratiã ſpiritus ſancti. Neſcit enim tarda molimina ſpiritus ſanctus, ſed ſine mora his, qui vere ad deum confugiunt, quales ſunt, qui verã habent pœnitẽtiam, veniam largitur. Pro quo facit. cap̃. Multiplex. de pœnitentia. diſtin. 1. & c. Conuertimini. vbi dicitur. Si cor noſtrũ vndiq̃ a malo ad deum vertitur, mox ſuæ conuerſionis fructum meretur.

Ezec. 18.

Luce. 23.

1. ad corin thios. 12.

¶MOTIVVM autem Scoti parum valet, tum quia & ſi non requiratur diſpoſitio ex parte peccatoris tempore præuia, non ideo excluditur neceſſitas diſpoſitionis, ſaltem concomitantis: & ideo nulla eſt perſonarũ acceptio, ſi huic peccata remittuntur, & non illi: ſi hunc pœnitet, & non illum. Tum etiã, quia eſto deus pro ſuo beneplacito vellet hũc iuſtificare, & nõ illũ, omni diſpoſitione ex parte hominis ſeclusa, non veniret deus de acceptione perſonarũ arguendus. Sicut. n. ſecũdũ eundẽ Scot. deus pro voluntate ſua hunc prædeſtinauit, & non illum, cuius prædeſtinationis nulla ex parte prędeſtinati datur cauſa, ſic etiam dat deus gratiam præuenientem, quę auxilium ſpeciale dici ſolet huic, vt cõuertatur, & nõ illi, vt ait Paul9. Quibus vult, miſeretur, & quos vult, indurat. Sic etiam hũc trahit ad fidem, & nõ illum. Nec quærendum eſt, quare hunc & non illum trahat, vt ait Auguſtinus, tractans illud Chriſti. Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit illum, & tamen nemo in his poteſt deum tanq̃ perſonæ acceptatorem arguere, ſicut nec figmẽtum poteſt dicere ei, qui ſe finxit, cur me finxiſti ſic. Ille igitur venit de acceptione perſonarum arguẽdus, qui contra iuſtitiæ debitum vnum alteri præfert, vel qui ob cauſam indebitam vnum alteri anteponit, vt docet Iaco. in ſua canonica. ¶Quod etiam dicebatur diſpoſitionem ad formam debere tempore præcedere ipſius formæ inductionem, verum eſt de diſpoſitione inſufficiente, qualis eſt ca-

Ad Ro. 9.

Ioãnis. 6.

Ad Ro. 9.

Iaco. in canonica. c. 2.

liditas remiſſa, ſi tamen diſpoſitio illa ſufficiens eſt ad formę inductionē, nulla opus eſt mora in eius inductione, vt q̄ primū caliditas eſt ſufficienter intenſa, illico forma introducitur. Et q̄ primū ſpecies coloris oculum pertingit, efficitur viſio. Cū ergo pœnitentia vera, qualis dicta eſt, ſit ad gratiam ſufficiens diſpoſitio, ideo ſecum ſtatim ſine mora habet gratiam concomitantem: ad quam ipſa pœnitentia diſponit, & præuia eſt, ſi non tempore, ſaltem naturali præſuppoſitione.

SED adhuc ſupereſt dubiū, ſuppoſito, q̄ nec ſit neceſſaria certa pœnitētiæ intenſio, nec eiuſdem per tempus aliquod continuatio, vt apud deum valida ſit, an ſaltem ſit neceſſaria intenſio, ſeu continuatio huiuſmodi, ad hoc q̄ pœnitentia cordis ſit cōtritio. Reſpōdeo. Dubiū hoc quęrit, in quo differant attritio & cōtritio: & occurrit triplex modus dicendi. Quidam enim dixerunt, q̄ differūt penes magis & minus intenſum, putantes ſe id ad mentem Tho. dicere, cum ipſe in quarto de contritione tractans dicat, poſſe pœnitētiam de cōmiſſis eſſe adeo paruam, q̄ non ſufficiat ad contritionem. Sic videntur tenere Ricardus, ſimiliter & Adrianus, qui dicunt pœnitentiam, niſi ex toto voluntatis conatu fiat, ad gratiā minime ſufficere, & per conſequens nec ad rationē contritionis. ¶ Contra hūc modum ſtat ratio, quia gradualis intenſio impertinens videtur eſſe ad hoc, q̄ pœnitentia ſufficiat ad gratiā. Nam aut illa pœnitentia habetur propter deum ſūme dilectum efficaciter, aut non. Si primū, in quo cunq; gradu habeatur ſiue intenſo ſiue remiſſo, ſufficit ad gratiā, vt ex dictis patet. Si ſecundum, in nullo gradu quātunlibet intenſo ſufficit ad gratiam, ex quo ſine dilectione ſūma ipſius dei, nemo valeat gratiam conſequi, vt ſupra probauimus.

¶ PRAETEREA, q̄ id ad mētē doctoris ſācti dictū nō ſit, apparet. Quia ſi penes maiorē aut minorē intenſionem differrēt attritio & cōtritio, nil igitur obſtaret, quo minus attritio per ſui intenſionem fiat cōtritio, cum tamen Tho. dicat ſupra, id eſſe non poſſe, cum ſpecie differant ſecundum eum hi duo actus. Cum ergo ibidem loquitur Tho. de paruitate aut magnitudine diſplicentiæ, non de his loquitur abſolute & in ſe, ſed reſpectiue, ita ſcilicet, q̄ diſplicētia de peccatis debet eſſe magna per comparationem ad alia, quæ nobis diſplicent, vt per eius exempla patet.

¶ SECVNDVS modus ait, attritionem & cōtritionem differre ex parte finis, quia ſcilicet contritio eſt diſplicentia de cōmiſſis propter deum ſūme dilectum, attritio vero eſt de cōmiſſis diſplicere ob aliū finem, ſcilicet, vel timore pœnę, vel amore honeſti. Et ſecundum hoc, ait Gabriel, q̄ attritio non poteſt fieri contritio, hac motus ratione. Quia quādo atritio fit contritio, vel variatur circunſtātia finis, vel non. Si ſecundum, igitur ſicut actus voluntatis prius erat attritio, ita & poſt erit attritio. Si primū, igitur variatur obiectū voluntatis, & per conſequens variatur actus voluntatis, & ita nō eſt idem actus numero, qui prius erat attritio, & poſtea eſt cōtritio.

¶ CONTRA hūc modū ſtat ratio: quia p̄ſupponit, q̄ omnis actus elicitus volūtatis habet pro obiecto omnes ſuas circunſtantias, & ita variata circunſtātia, variatur obiectum, & per cōſequens variatur actus ipſe. Hoc autem præſuppoſitum videtur falſum, nam ſtat intētionem & electionem eſſe actus volūtatis diuerſos numero, quorum primus tendit in finem, & ſecundus in medium ad finem illum ordinatū. Vnde Ariſto. ait, accidere ſępe intentionem eſſe rectā, electione exiſtēte vitioſa. Sicut etiā ſtat fruitionem & vſum voluntatis eſſe diuerſos actus, quod in patria ita eſſe manifeſtum eſt, nam fruitio patriæ ſemper manet eadem, vſus autem non ita. Vnde patet q̄ ſępe datur electio ex intentione cauſaliter procedens, quæ non habet pro obiecto finem ipſum, in quem tendit intentio.

¶ QVO dato, apertum eſt hunc modū ſecundo deficere in eo, quod ait, attritionē non poſſe fieri contritionē. Nam data diſplicentia de cōmiſſis ob finem conuenientem ſeu licitum, citra tamen deum, poteſt illa cōtinuari, ſuperueniēte dei dilectione, quandoquidē non repugnat eundē actum ſucceſſiuē diuerſos fines dirigi, ſiue de exteriori actu loquamur, ſiue de interiore. Propter id enim quod actui accidit, nō oportet ipſius actus ſubſtantiam deſtrui: accidit

cidit autem displicentiæ de commissis, q̃ sit, aut non sit in deum relata, ac proinde de non relata in deum, potest fieri relata, & ita de attritione fiet contritio.

¶ TERTIVS modus est, q̃ attritio & cõtritio differunt ex parte obiecti sic. s. q̃ cõtritio sit de omnibus cõmissis displicere, attritio vero sit de quibusdã, sed nõ de omnibus displicere, manente in voluntate cõplacentia de aliquo peccato, aut propositõ ab aliquo tali nõ recedẽdi. Et tunc cõsequẽter dicũt attritionẽ nõ posse fieri cõtritionem, cum specie, aut saltẽ numero huiusmodi actus differant ratione diuersitatis obiectorũ. Ad id mouentur, quia attritio est fractio non integra, cõtritio vero est integra in minutissimas partes diuisio seu fractio, quod eo modo quo dixi, verificãt.

¶ Hoc tamen contra cõmunem doctorũ sententiã dictum esse constat, in eo, q̃ omnes tenent, attritionem actũ esse bonum q̃uis ad gratiam insufficientẽ: actus autem, quẽ hi attritionẽ dicunt, includit iniquã complacentiam, aut iniquum mentis propositum, vt patet.

¶ DICENDVM igitur cõmunẽ sententiam sequẽdo, q̃ in hoc differunt attritio & contritio, q̃ cõtritio est vltima & sufficiens dispositio ad gratiam, nec sine gratia esse potest, vt ait Tho. & Scot. & Ricar. & ceteri. Attritio vero est insufficiẽs ad gratiã dispositio, & informi esse potest. Hæc igitur sufficientia vel insufficientia est quę facit huiusmodi actus differre, idq; q̃tum ad rationem contritionis & attritionis, seu quantum ad nomen. Quæ autem sit pœnitentia in re, quę ad gratiã sufficit, & quæ nõ, satis superius declaratum esse puto, illa enim pœnitentia, quę propter deum summe dilectum habetur, est quę ad gratiam sufficit, quæ autem sine huiusmodi dei dilectione est, nõ ita sufficit, & ita illa prima est dicenda contritio, secunda vero attritio. Inde sequitur impertinentẽ esse pœnitentię huiusmodi intensionem gradualẽ, aut eiusdem per tempus continuationem ad hoc, q̃ sit, vel non sit contritio. ¶ Nec placet in præsenti Caietani sententia dicentis, Posse contritionẽ esse informẽ ad tẽpus, & mouetur ad id dicẽdũ ex hac ratione, quia si cõtritio sine charitate esse non posset, sequereꝫ, q̃ posset nobis esse euidens in via, nos charitatẽ habere (loquor de charitate infusa) probat. Quia nobis euidens est, nos dolere de cõmissis propter deum summe a nobis dilectum cum proposito efficaci postmodũ semper a peccatis abstinendi, & hoc est in re vere conteri, igitur euidens esse potest nobis, nos vere esse contritos, & per consequens, nos esse in charitate infusa. Verum hæc ratio nil ꝓbat aliud, nisi talem nos habere cognitionẽ de hoc, quod est, nos in charitate esse / qualem cognitionem habemus de hoc, q̃ vera contritio sufficit ad habẽdam charitatem. De huiusmodi autem sufficiẽtia, non euidentiam, imo nec fidem reuelatã habemus, sed opinionem aut humanam fidem in ratione & testimoniis scripturę fundatã, sed non inde euidenter deductam, nullo igitur modo sequitur, quod Caietanus infert, nec verum esse puto quod ait. s. huiusmodi cõtritionem in re habitam, posse esse informem, & de informi posse fieri formatam, nisi cum opinione Sco. de necessitate continuãdi per tempus aliquod ipsam pœnitẽtiam, si prodesse debeat ad gratiã, consentiat, quæ tamen supra est improbata.

¶ COROLARIE sequit̃, q̃ implicat, non variata lege attritionẽ eandẽ numero fieri cõtritionẽ, suppositã ꝑfata differẽtia, quę. s. in sufficiẽtia, vel in insufficientia ad gratiã consistat, nã actus voluntatis, qui semel est insufficiens ad gratiã, stante eadẽ lege, nõ potest esse sufficiẽs, si enim semel esset sufficiens, semper secundũ eandẽ legẽ esset sufficiens, vt constat. ¶ Si obicias de pœnitẽtia prius habita & non ꝓpter deũ, quę postea cõtinuetur, & in deũ referatur, eadẽ numero manens prius erat attritio, vt cõstat, postea vero fit contritio, ex quo sic relata iam sufficit ad gratiã. Respõdeo. Prius erat attritio fateor, postea vero, cum referri in deum incipit, est contritio, id nego. Quia si homo ille postea gratiã assequit̃, nõ vi soli⁹ displicẽtię datæ eã assequit̃, sed virtute dilectiõis deide nouo aduenientis, iõ illa eadẽ displicẽtia, quę prius ad gratiã nõ sufficiebat, etiã postea nõ est sufficiẽs sola, sed cũ dilectiõe superueniẽte. Hoc dixerim supposito, q̃ sufficientia ad gratiam sit de ratione seu cõnotatione cõtritionis, secus tamen si sufficientia huiusmodi esset a significatione nominis extranea.

¶IDEM etiã correlariũ verũ eſt, loquendo de attritione, q̃ in re ipſa ſpecie differt a cõtritione, vt ſi quis, cũ pœnitet de cõmiſſis inefficaciter tamẽ, ꝓponit poſtea abſtinere per quãdã velleitatẽ, aut ſi de cõmiſſis pœnitet, cũ propoſito poſtea a peccato nõ recidẽdi / tales attritiones inſufficiẽtes conſtat caſdẽ numero nõ poſſe cõtritiões fieri, cũ res de ſpecie in ſpeciẽ tranſire nõ poſſit.

¶SEQVITVR inſuper, quid de dicto Lutheri tenendũ ſit, quãdo ait, neminẽ poſſe certũ eſſe de ſe ipſo, an vere contritus ſit, quod dictum ipſe verificat hac ratione. Quia nemo poteſt de ſe certꝰ eſſe, q̃ de omnibus & ſingulis peccatis ſuis pœnituerit, aut pœniteat, cũ nemo certo ſciat, quot numero peccata cõmiſerit, iuxta id quod ſcriptũ eſt, delicta quis intelligit? Vbi cõtritionẽ ipſe accipit, pro pœnitẽtia de omnibus & ſingulis peccatis ab homine cõmiſſis. Nos tamẽ nomẽ ipſum cõtritionis diſtinguẽtes dicimus, ſi de ratione formali cõtritionis ſit ſufficiẽtia ad gratiã, ita vt cõtritio ſit dolor de peccatis ꝓpter deũ cõnotãdo, q̃ ad gratiã ſufficiat, verũ eſt dictum præfatũ, loquẽdo de certitudine euidentiæ, aut fidei / ſecus de certitudine morali, aut ꝓbabilis cõiecturæ. Si tamẽ cõtritio de ſuo formali, prædictã ſufficientiã non importet, ſed dolorẽ de cõmiſſis propter deũ ſuper omnia dilectũ cum propoſito efficaci poſtmodũ a peccatis abſtinẽdi, falſum eſt dictũ Lutheri, imo ſtãt hoiem certũ eſſe certitudine euidẽtiæ, ſe cõtritũ eẽ, vt ſatis de ſe cõſtat.

pſal. 18.

¶Queſtio ſexta.

DEinde ſolet quæri, quãdo ſit peccatori neceſſario agẽda pnĩa, & occurrit prima dubitatio, an q̃ primũ poteſt de cõmiſſis pnĩam agere, teneatur ad id. Pro pte affirmatiua arguit. Primo ex dicto coĩ, qui ſe piculo peccandi exponit, peccat, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. Qui amat piculũ peribit in illo / talis eſt quẽ nõ pœnitet cõmiſſi q̃ primũ poteſt ob periculum in aliud peccatũ cadẽdi, iuxta illud Gregorii. Peccatũ, quod per pnĩam nõ diluitur, mox ſuo pondere in aliud trahit.

¶Secũdo ex eo q̃ habetur Eccli. 5. Ne differas conuerti ad deũ, nec differas de die in diẽ: nã cito venit ira dei, & ſumit vindictã.

¶Tertio facit quod dictũ eſt ad angelum Epheſinũ. Age pnĩam, ſinautẽ venio tibi cito, & mouebo candelabrum tuũ de loco ſuo. Similis etiã ſẽtẽtia dicta eſt ad angelũ Pergamẽſem. Apo. 1. ¶Quarto, homo tenet nõ eſſe deo inimicus vllo vnq̃ tẽpore / cũ id maxime in pniciẽ hoĩs ipſius cedat, hoc eſt in mortẽ aiẽ: igit̃ ſicut tenet̃ homo in dei inimiciciã nõ incidere, ita etiãſi in cã inciderit, tenet̃ ſtatim ab ea exire, quãdoquidẽ nõ minus noceat aĩæ in dei inimiciciã incidere, q̃ in ea permanere, aut ecõtra. ¶Cõfirmatur, quia q laborat morbo aut vulnere lœtali, niſi ſtatim curauerit adhibere remediũ, dum poteſt / cenſetur ſibi cauſa mortis exiſtere, iuxta illud Symachi papæ, nõ grandis differẽtia eſt, lœtũ inferas, vel admittas. Mortẽ enim languẽtibus videtur infligere, qui hanc, cum poteſt, non excludit. Et habetur. 83. diſtin. Igitur qui poteſt ſe a morbo peccati liberare, cũ per pnĩam poſſit, niſi illico id faciat, peccat. ¶Quinto, ſi proximo leſionẽ aut damnũ aliquod intulimꝰ, tenemur, cũ primũ poſſumus, debitũ illi ſoluere. Quod enim ſine termini ꝓfixiõe debetur, ſtatim ſoluere oportet, vt iura ꝓclamãt, vt in debito pecuniario ex furto contracto exẽplariter patet .ſ. quia tenemur illud ſtatim ſoluere & reſtituere, igitur, cũ ex peccato cõtra deũ cõmiſſo ortũ ſit debitũ pœnitẽdi, nec ſit a deo terminꝰ aliquis ꝓfixus, ſequit̃, q̃ obligatõ pœnitendi currit, vt ſtatim nos pœniteat. ¶Confirmatur hoc, quia ſi frater habet aliquid aduerſus nos, neceſſe eſt abſq̃ dilatione eius reconciliationẽ querere, adeo vt nec munus ad altare liceat offerre, priuſq̃ fratri recõciliati fuerimus, vt habetur Mathei. 5. igitur a ſortiori, cũ deus ob culpã in eũ cõmiſſam habeat aliquid aduerſus nos, tenemur eidẽ q̃ primũ poſſumus recõciliari, nec aliter q̃ ꝓ pnĩam. ¶Sexto, ſi licitũ eſſet pnĩam differre ſciẽter & volũtarie, ſequitur, q̃ ſimiliter eſſet licitũ velle, hmõi pnĩæ dilationẽ ad tẽpus, & ex cõſequẽti eſſet licitũ ꝓ illo tẽpore velle carere dei gr̃a & amicitia: hoc aũt videt̃ falſũ, cũ ſit cõtra ꝓceptũ negatiuũ

negatiuū de nō odio ꝓsequēdo seipsum. Sicut enim velle proximo, ꝙ dei gratia & amicitia careat, est illum odisse: ita hoc ipsum, si sibi ipsi velle, est seipsū odisse, odisse autem seipsum, aut proximū, est cōtra pręceptū negatiuū, quod sēper, & ꝓ semper obligat, igitur. Et cōsequētia prima patet. Quia quod nobis licitum est operari, est etiam licitum velle operari: & quod licitū est nobis non facere/ similiter licitum est nobis velle non facere. ¶ Si dicatur licitū esse, id quod illatū est, ad tempus velle nobis aut proximis, nec hoc est proprie, nos aut proximos odisse: quia cum hoc stat, ꝙ optemus nobis, & proximis finalē & ęternam salutem. Cōtra, sicut optare mortem ęternā, ꝓximo aut nobis, est vere ad semper illum odisse, & contra charitatē ad proximū habendā: ita optare proximo mortem spiritualem ad tempus, est illū ad tempus odisse, & contra charitatem ad illū habendam, alioquī licitum esset velle proximo ꝙ ad tempus furtū, vel aliud vitium exerceat, nam cū hac volitione simul stat, ꝙ velimus ꝓximo ęternā & finalē salutē. ¶ IN oppositum tamen est plurimorum sentētia dixit Caietanus, triplicia esse præcepta/ quędam affirmatiua, quibus actus aliquī iubentur/ quędā negatiua, quibus actus ꝓhibētur/ quędā vero negatiua, quibus non actus directe, sed permanētia seu perseuerātia in aliquo statu ꝓhibetur. Exēplū primi de pręcepto, quo tenemur confiteri, cōteri, eleemosynā indigēti dare, & cōtra hęc directe peccatur omittēdo actus iussos. Exēplum secūdi de præcepto, quo ꝓhibemur mētiri, occidere, furari &c. & contra hęc directe peccatur, illos actus prohibitos agēdo. Exēplū tertii de pręcepto, quo prohibemur alienū detinere, in odio dei perseuerare, aut in peccato alio. Et contra hæc pręcepta, vt ait, non peccatur, nisi actus positiuus habeatur seu cōmittatur, quo homo velit in alieni detentione, aut in alio statu malo perseuerare: obligāt tamē huiusmodi pręcepta tertii generis ad statim, quia tenetur homo nō perseuerare in malo. Pręcepta autē secundi generis obligant ad sēper & ꝓ semper. Pręcepta vero primi generis, non pro semper, nec ad statim obligant, sed tempore determinato.

¶ AD propositū, cum pręceptū de contę rendo, directe affirmatiuum sit, & includit pręceptū negatiuū de vitando odium dei, seu de in eodem non perseuerando, concludit, ꝙ pręceptum de conterēdo, quatenus affirmatiuum est, non ad statim, nec pro semper obligat, sed pro tempore determinato, puta quando quis est in periculo mortis, aut quādo, vel suscepturus vel ministraturus est sacramentum aliquod iuxta doctrinam Thomæ. in. 4. & cōmunem. Attamen ratione pręcepti negatiui de cessando ab odio dei, quod in omni peccato mortali includitur, tenetur peccator ad statim conteri, de nouo tamen non peccabit per solam non contritionē, nisi actum positiuū eliciat, quo velit in tali statu odii dei permanere. ¶ In qua opinione vnum est, quod difficultatem facit, quia videtur dicere, ꝙ eo modo tenetur quis statim conteri, vt ab odio dei cesset, quo modo tenet quis statim restituere, quod abstulit, vt a peccato de detinendo alienū desistat, in quo innuit non peccare furem de nouo, si nō statim restituat ablatum, sicut nec si non statim de commissis doleat, excepto nisi actu positiuo velit rem alienam, aut odium dei detinere. Contra, videtur ratio de eo, qui cum alienum restituere potest, non tamen restituit, ꝙ peccat mortaliter, non solum quia abstulit alienum, sed quia postea cum potest non restituit. Tum, quia non minus damnificamus proximum, si rem illius eo inuito nobis ipsis retinemus, ꝙ̄ si eandem illi auferamus, vt constat. Igitur sicut auferre alicui, quod suum est, est peccatum, ita & detinere, similiter erit peccatum, etiam si nō eliciatur actus positiuus, quo velimus alienū detinere. Tum etiam, quia illud, per quod homo præstat impedimentum remissioni peccatorum & gratiæ, est peccatum/ tale est alienum non restituere, iuxta dictum Augustini, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et procedit hoc etiam, si post rem ablatam, voluntas se habeat neutraliter, vt scilicet, nec velit, nec nolit positiue alienū restituere cum possit, Si dicas non esse peccatū nouū, nō restituere, secluso nouo actu volūtatis restituere nolētis, sed antiquū & cōtinuatū: parū id ad rē attinet, si dicendū sit nouū peccatū an antiquū, modo id cōcedatur. ſ. rei alienę detentorē domino inui-

to, hoc ipſo pœna ęterna fore puniẽdum, vltra pœnam, quã ob eiuſdẽ rei iniuſtam ablationẽ meruerat. Et ꝙ id ita ſit, aperte patet, quia præſuppoſita iniuſta rei alienæ acceptione, ſtat ꝙ poſtea per ſolã non reſtitutionẽ eiuſdẽ rei, homo qui eam detinet, charitatẽ prȩhabitam amittat, quod ſine peccato, etiam nouo fieri non poteſt. Vt ſi huiuſmodi detẽtor de cõmiſſo ſufficienter cõtritus, proponat efficaciter rem ſuo domino reſtituere, iam eſt in gratia, deinde in exequutiõe ipſa a propoſito retrocedat, etiam negatiue omni actu voluntatis ſeluſo, ſed voluntate neutraliter ſe habẽte, & de reſtitutione notabiliter titubante ſeu vacillante, tunc enim, nõ dubium, eum charitatem præhabitam amittere, per ſolam non reſtitutionem ſine actu voluntatis poſitiuo, & erit nouum peccatũ numero, nec curo, an ſpecie ab antiquo differat, an nõ.

¶ SECVNDO, videt deſicere in eo, quod ait, præceptum de conterẽdo obligare ad ſtatim, ratione præcepti negatiui de non retinendo odiũ dei, in quod ex peccato mortali incurritur. Nã quęro, de quo odio dei ſit hoc intelligẽdum, vel de odio dei, quo deus odit peccatorẽ, & vitare illud, ſeu illud non retinere, non cadit ſub præcepto immediate & directe, quandoquidẽ nil nobis præcipi poteſt, niſi quod in noſtra poteſtate ſitũ eſt, quale eſt aliquid agere, aut non agere, ſiue actus elicitus voluntatis ſit ſiue imperatus, deũ autẽ odio nos habere, nec actus noſter eſt elicitus nec imperatus, nec in noſtra poteſtate immediate exiſtens, vt patet. Si vero ſit hoc de odio, quo deũ odimus intelligendũ, quæro, vel intelligendũ eſt de odio dei actuali, vl habituali, ſi de actuali, eſto ꝙ ita ſit, ꝙ præcepto negatiuo tenemur, nunq̃ deũ odio actualiter habere, huic præcepto ſatisfacit peccator, ſi poſt peccatum cõmiſſum, nõ actu doleat, nec de illo conteratur, modo deum actu non odio habeat, vt conſtat. Igitur falſum eſt, ꝙ ratione huiuſmodi præcepti negatiui, de non odiendo deũ actu, teneatur peccator poſt peccatum ſtatim conteri. Si autem de odio dei habituali intelligatur, tunc falſum eſt, eſſe præceptum tale negatiuũ, quo teneamur, deum nõ odire habitualiter, nã habitus non ſunt in noſtra poteſtate ſecundum ſe, niſi ratione actuum, dicente Ariſto. Actuũ dominiſumus a principio ad finẽ, nõ ita habituũ. Falſũ igitur eſt, ꝙ præceptũ, de conterendo obligat, ad ſtatim ratione prȩcepti negatiui in eodem incluſi, quo tenemur, nõ retinere odiũ dei.

¶ DICENDVM igitur ad quæſtionem, ꝙ peccator non tenetur conteri aut pœnitere de cõmiſſo ſtatim, ſeu q̃ primũ poteſt, etiã ſi peccatũ dimiſſũ nõ ſit. Tum quia prȩceptũ de pœnitentia eſt affirmatiuũ, affirmatiua autẽ nõ obligant, niſi tẽpore determinato, vt eſt omnium doctorum conſenſus, & patet exemplariter de prȩcepto de confitendo, ad quod nõ tenetur homo ſtatim, & de pcepto de baptiſmo ſuſcipiẽdo, ad quod nõ tenetur homo q̃ primũ poteſt, cum in primitiua eccleſia tẽpus baptiſmi fuerit determinatũ, puta in paſchate & pentecoſte: extra quę tẽpora baptizari quenq̃ abſq̃ neceſſitate nõ permitteba tur, de cõſecra. diſtin. 4. Ad hunc modũ de aliis. ¶ Tum etiã, quia non obligamur ad ſtatim reducere proximũ poſt lapſũ, quin poſſim⁹ maiorẽ oportunitatẽ expectare, vt Auguſti. tradit. 1, de ciui. dei. c. 10. Ergo nec tenemur noſmetipſos ſtatim ad gratiam reducere, cõſequẽtia patet, cũ teneamur proximos, ſicut nos ipſos ex charitate diligere.

¶ Tum etiam, quia alias pctor, qui q̃ primũ poteſt, nõ pœnitet, infinities peccaret, pniam differẽdo, cũ in oñi tẽpore dilationis infinita ſint partialia tẽpora, in quibus poſſit pœnitere. ¶ Deniq̃, cũ nec autoritate nec rõne cõuincẽte doceri poſſit, peccatorẽ ſub pœna noui peccati teneri, ad ſtatim cõteri, ſeu pniam agere, volũtarie videt id eſſe dictum. Quod autẽ illud certo doceri, ſeu concludi nõ poſſit, patet ſoluẽdo rationes ſupra in oppoſitum factas.

¶ AD primũ, quando arguit eſſe neceſſariũ ſtatim pœnitere ob periculum in aliud peccatũ incidẽdi/dicẽdũ, illud procedere, vbi tale periculũ eſſet pbabile & veriſimiliter euẽturũ, quod ipſe homo nõ poſſet, ſi vellet facile euitare, modo aũt q̃uis homo pniam differẽdo, in aliud pctũm poſſit cadere, non tñ erit caſus ille talis, quẽ nõ poſſit, ſi velit, facile euitare, tũc quãdo cadet. Secũdo dico Gregoriũ procedere de pctõre, qui diu a deo expectatus, vt pœniteat, contemnit pœnitẽtiam, vt videri poteſt homilia. 11. ſuper illud Ezechiel. 33. Si conuerſus iuſtus

iustus fecerit iniquitatem. Vbi quæstione mota, cur deus omnipotēs offendiculum ponit ei, quem cecidisse iam conspicit, inquit. Districta sunt omnipotētis dei iudicia, qui peccatorem diu spectat, vt redeat, non redeunti & contēnenti, offendiculum ponit ad huc, vbi grauius impingat. Et sequitur, peccatum quippe, quod per pœnitentiā non diluitur &c. Vnde constat, q̄ loquitur cōtra peccatorem, qui diu expectatus, pœnitere contēnit, talem enim deus aliquando deserit in peccato putrescere, vnde fit, vt in aliud peccatū cadat. Sic etiā Hieronymus exponit illud prophetæ. psal. 37. Putruerūt & corruptę sunt cicatrices meę, a facie insipiētię meę, i. quia priam facere cōtēnebā. Modo aūt stat peccatorē differre pœnitentiā ad tempus absq̄ hoc, q̄ pœnitentiā contēnat diu expectatus, nec etiam deus tam seuerus est aduersus eum, qui patum pœnitentiam differt ob causam aliquam non iniquam, vt illum omnino destituat, sicut contra eum, qui diu expectatus pœnitere non vult.

¶ AD SECVNDVM ex Ecclesiast. 5. dicēdum, q̄ illud dictum, non est verbum necessitatis, sed potius vtilitatis & consilii, tunc maxime, quando periculum mortis non īminet probabiliter, q̄uis enim dies mortis omnino incertus sit, non tamen inde semper est probabile, mortem subito seu illico euenturā, vt si nullus sit morbus, nec pestis, nec bellum, nec inimicitię, nec aliud verisimile periculum. Quod autem ait, nā cito venit ira dei, & sumet vindictam, li, cito, nō subitaneam statimq̄ vēturam mortem, sed breuitatem humanæ vitę, finisq̄ eius incertitudinem significat, ideo cōsulit sapiens, ne de die in diem pœnitentiā differamus, & hoc est, quod Christus admonet in euangelio. Estote parati, quia nescitis diem & horam &c.

¶ AD TERTIVM ex Apocal. 1. dici posset, q̄ illi cēpi, in quos diuina tendebat cōminatio, tenebātur statim cōminatione audita pœnitere: quia illis speciale de hoc tradebatur præceptum cōminatorii, quibus Christus ecclesiā suam specialiter cōmiserat, nec inde sumitur argumentum, q̄ similiter, quicunq̄ peccator sub nouo peccato teneatur ad statim conteri seu pœnitere, Secundo dici potest iuxta prędicta, q̄ q̄ tuncūq̄ tarde veniat homini mors, & diuina vltio, quæ peccatoribus expectatis, & denicq̄ non pœnitentibus post mortē parata est, dicitur satis cito venire, tum quia apud deum mille anni sunt, sicut vna dies, tum etiam, quia breuis est vita hominis, & sicut fœnum & ventus, & flos agri velociter transit, vt lamentatur Iob, & canit psalmista. Sed & in hac vitæ breuitate datur peccatori tempus ad pœnitendum, sicut & ad confitendum, sicut & ad baptismum suscipiendum, quem ad salutem hominis constat necessarium esse, sicut & ipsa cordis pœnitentia.

¶ AD QVARTVM, de inimicitia dei vitanda dicendum, q̄ ita est, q̄ tenetur homo nunq̄ fieri deo inimicus actu offendendo illum: non tamen inde sequitur, q̄ postq̄ quis factus est deo inimicus, statim tenetur amicitiam eius procurare, nisi tempus necessitatis vrgeat, puta si homo sit in periculo mortis, aut velit sacramenta recipere, vel ministrare, aut in alio casu, quo teneatur homo se ad gratiam disponere. Et quando arguitur: non minus est in perniciem salutis spiritualis, in dei inimicitia perseuerare, q̄ dei inimicitiam incidere: dicendum, id esse falsum, nisi velit homo semper in tali inimicitia permanere. Tunc enim huiusmodi perseuerātia mortale peccatum est, & contra salutem animæ, sicut & in dei inimicitiam per offensam incidere: permanere tamen in dei inimicitia, seu in peccato secundum reatum tantum, idq̄ ad breue tempus, quousq̄ necessitas vrgeat, nullum est animæ periculū nouum, vt ex dictis apparet. ¶ Ad confirmationē de eo, qui morbo aliquo laborat, q̄ tenetur statim remedium adhibere, verum est, quādo ex dilatiōe verisimiliter timetur mors euentura, aut aliud notabile damnum, cui postea occurri non possit: secus tamen si ex aliqua dilatione, nullum tale periculū probabile timetur. In casu autem præsenti homo per peccatum cōmissum iam mortuus est, & ideo si nullum est periculum in differendo suscitationem a morte, non est necessarium, statim suscitari. Sicut si medicus haberet potestatem suscitandi hominem iam mortuum, non tenetur statim eum suscitare, cum ex dilata suscitatione nullum immineat periculum. &c.

Sicut, nec tenemur delinquentem fratrem ſtatim corrigere, ſed differre poſſum⁹, quãdo ex dilatione nullum timetur periculũ.

¶ AD QVINTVM, de debito ſtatim ſoluendo. Procedit illud dictũ iuris de debitis realibus ex delicto contractis, nõ de gratuitis, cuius diſcrimen eſt. Quia ſi aliquid fratri debemus, quod, ſcilicet vi, vel iniuria, aut dolo aliquo eidẽ ſurripuimus, aut eum iniuſte dãnificauimus, illo inuito fecimus: & ideo q̃diu rem ſibi debitam, eo inuito detinemus, peccamus actu, non reddendo, cum poſſumus, quia ſemper ſumus in mora. In gratuitis autem debitis, qualia ſunt, quę ex mutuo, depoſito, aut acõmodato naſcuntur: non ita domino inuito rem eius retinemus, ideo talia debita, non tenemur ſtatim reddere, quouſq; creditor ipſe petat, aut terminus præfixus adueniat. Modo autẽ, q̃uis ex offenſa contra deum cõmiſſa manſimus deo debitores, & de offenſa tenemur eidem per pœnitentiam ſatiſfacere: non tamen ad id tenemur, anteq̃ ipſe exigat, quia pœnitentiam pro offenſa, non ex natura illi debemus, vt ſupra dixi, ſed quia ipſe eam exigit, ideo non eſt neceſſarium eam reddere, niſi quãdo ipſe exigit: ipſe autem dominus non eam ad ſtatim exigit, cum tempus ad pœnitendũ nobis p̃ ſua benignitate largiri dignetur.

¶ AD confirmationem de reconciliatione cum proximo dicendum, q̃ non inde colligitur, q̃ ſtatim, q̃ proximum offendimus, tenemur eum adire, & eidem reconciliari: ſed q̃ non prius munus ad altare offeramus, q̃ proximo reconciliemur, ſi ſcilicet, volumus noſtram oblationẽ deo gratam eſſe, vt illic dicit glo. Alioqui nil obſtat, quo minus poſſimus præcepta aliqua in peccato exiſtẽtes adimplere, abſq; hoc, q̃ de nouo peccemus, non tamen erit meritoria adimpletio. Ita igitur, ſi volum⁹ deo eſſe ſtatim grati, & eidem accepti, opus eſt, vt ſtatim eidem recõciliemur: non tamẽ id abſolute eſt ſub pœna peccati neceſſariũ.

¶ AD ſextum, in quo quæritur, an ſicut licitum eſt pœnitentiam differre, ſit etiam licitum actu poſitiuo, velle eam differre, & actu poſitiuo nolle ad tempus aliquod pœnitere. Reſpondeo non eſſe dubium, quin id licitum ſit. Quia ille actus, ſi eſſet illicitus, aut id eſſet ratione obiecti, aut alicuius malę circunſtantiæ, aut ratione præcepti, huiuſmodi actum prohibentis, ſed nullũ ex his videtur. Ratione quidẽ obiecti, non eſt illicitus, quia obiectũ eſt in ſe licitum. ſ. non pœnitere ad tempus, ſeu pœnitẽtiam ad tempus differre. Ratione etiam circunſtantię deprauantis, non eſt illicitus, quia omnem talem ego ſecludo. Ratione etiam præcepti, non eſt illicitus, quia non dabitur tale præceptũ, quo præfatus actus prohibeatur. Nam pono, q̃ talis actus habeatur eo tẽpore, pro quo non tenetur homo actu pœnitere: tunc enim, nec præceptum affirmatiuum, nec negatiuum, obligat hominem, ne pro tunc actum illum habeat. Confirmatur hoc, quia pro illo tempore, quo licitum eſt confeſſionem, aut baptiſmum, aut Euchariſtiam, aut eleemoſynã differre, licitum etiã eſt actu poſitiuo velle pro tunc illa omnia differre vſq; ad tẽpus neceſſitatis: igitur etiã pro illo tẽpore, quo non tenemur actu pœnitere, licitum erit actu poſitiuo, nolle pro tunc pœnitere.

¶ SED cõtra obiiciet aliquis, præceptũ affirmatiuũ, includit negatiuũ, quo p̃ ſemper p̃hibetur actus oppoſitus ei, qui præcipitur: cum ergo ſit præceptũ affirmatiuũ de pœnitendo pro aliquo tẽpore, & actui pœnitentiæ opponitur volitio non pœnitendi, ſeu pœnitentiam differendi, ex quo incompoſſibilia ſunt hæc duo, ſcilicet pœnitere actu, & velle pœnitẽtiam differre, vt conſtat, ſequitur, q̃ iſta voluntas non pœnitendi, ſeu pœnitentiam ad tempus differendi, eſt ſemper illicita. Reſpondeo, q̃ ratio procedit de actu, qui directe contrariatur actui præcepto, quales ſunt actus in idem obiectũ, contrario modo tendẽtes, vt diligere, & odio habere/placere, & diſplicere/nolle, & velle, reſpectu eiuſdem obiecti. Sic enim ſi dei dilectio, pro aliquã do præcepta eſt, odium eiuſdem dei pro ſemper prohibitum eſt. Si dolere de peccato commiſſo, pro aliquando iuſſum eſt, complacere de eodem commiſſo, pro ſemper illicitum eſt, ad hunc modum de aliis. Modo autẽ hic actus, qui eſt velle ad tempus neceſſariam pœnitentiam, aut confeſſionẽ, aut baptiſmum differre, non directe contrariatur actui cadenti ſub præcepto, qui eſt dolere de commiſſis, cõfiteri & baptizari, vt de ſe conſtat. Aliud enim eſt,

nolle

nolle nunc de cõmiſſis dolere, aliud vero eſt de cõmiſſis, nunc cõplacere: hoc ſecundum eſt ſemper illicitum, non primũ niſi pro co tempore, quo neceſſarium eſt pœnitere. Sicut patet etiam per aliud exẽplũ, diligere deum cadit ſub pręcepto pro certo tẽpore, & tamẽ extra illud tẽpus licitum eſt nolle deum diligere extra illud tempus, imo ſimul ſtat, q̃ quis actu diligat nũc deũ: & q̃ habeat volũtatẽ pro craſtina, nõ actu deum diligendi. ¶ Si contra hoc obijcias, q̃ nunq̃ licitum ſit, nolle diligere deum, ſicut nec odire: quia omnis actus, qui repugnat charitati eſt illicitus, & peccatũ mortale/talis eſt actus hic, quo nolo nunc deum diligere. Probaẽ, quia actus, qui repugnat actui charitatis, repugnat & ipſi charitati: ſed nolle nunc diligere deum, repugnat dilectioni dei, vt patet. Reſpondeo, minor eſt falſa, ſcilicet q̃ hic actus, quo nolo nunc diligere deum repugnat charitati infuſæ, nec ſequitr̃, repugnat actui charitatis, huic ſcilicet, quo actu deum diligo, igitur repugnat ipſi charitati, quia charitati nõ repugnat niſi inobediẽtia mãdatorũ. Modo autem hęc bene ſe compatiuntur, propono deo obedire, & eius mandata tempore debito per omnia cuſtodire: cum hoc tamẽ nolo nunc actum diligendi deum, aut proximum elicere, ex quo pro nunc, nullum mandatũ me ad actu diligendum obligat. ¶ Sed demus licitum eſſe actu velle pœnitentiam differre, ſeu nolle vſq; ad tempus vrgens pœnitere, cum in tali tempore neceſſe ſit hominẽ in peccato permanere, & in dei indignatiõe, & in morte animæ per carentiã gratię & charitatis, an ſit etiã licitum actu poſitiuo, hęc omnia pro tunc velle, cum ea velle, videatur ad odium ſui ipſius pertinere. Et an hæc omnia ſit ſimiliter licitũ velle proximo abſq; hoc, q̃ eum odiſſe dicamur. Reſpondeo, poſſet dupliciter dici, primo q̃ illa, quæ illata ſunt, non eſt licitum actu velle, cũ contra charitatem ſui ad tempus eſſe videatur, & conſequentia illa, in qua ſe fundat ratio dubii præſentis non valet, ſcilicet vult homo licite antecedens bonæ conſequẽtiæ, igitur ex conſequẽti, vult ipſum cõſequens. Nam ſępe accidit, me ſcire conſequentiam eſſe bonã, & velle antecedens, cuius tamen conſequens non ita volo. Scio enim valere hanc, ſi perſeuerauero in amore fœminæ, æternaliter damnabor, & tamen ſtat, me velle antecedens non volendo conſequens. Scio etiam valere hanc, ſi defendero me ab inuaſore, occidam illum, cum non habeam defenſiuum niſi lœtale: & tamẽ volo antecedens, & non inde volo conſequens, nec licitum eſt ipſum velle, ex multorum ſentẽtia. Vallebat etiam hæc, ſi Chriſtus eſt redemptus mundum, eſt a Iudęis occidendus/cuius tamen antecedens poterant homines licite velle, non ita conſequens, & ad hunc modum de aliis. Ita igitur in pręſenti, ſcio hanc conſequẽtiam bonam eſſe, differam pœnitentiam vſq; ad quattuor dies, igitur interim ero in peccato mortali, in dei inimicitia & indignatione, in morte ſpirituali ſine charitate: & tamen ſtat, me velle antecedens, abſq; hoc, q̃ velim cõſequẽs. Quod ſi verum eſt dictũ, ſcilicet qui vult efficaciter antecedẽs bonę cõſequẽtię, ex cõſequẽti vult ipſum conſequẽs, procedit, & verũ eſt, quãdo ipſum cõſequẽs eſt mediũ neceſſariũ ordinatũ, ad conſequẽdũ antecedens, vt qui vult antecedẽs hoc, ſcilicet ſe finaliter ſaluari, ex conſequẽti vult ſacramẽta neceſſaria fidei ſuſcipe, & alia dei mãdata ſeruare. Secus quãdo conſequẽs non ſic eſt de ſe ordinatũ ad antecedens, quẽadmodum aperte patet in hac cõſequẽtia, pœnitet me peccaſſe, ergo peccaui, quã ſcio bonã eſſe, & tamẽ volo antecedẽs, cõſequens autẽ nõ volo. ¶ Poſſet ſecũdo dici, q̃ ea quæ illata ſunt ex dilatiõe pnię, poteſt homo licite velle. ſ. carere gratia, & eſſe in morte animæ, & in dei inimicitia, nõ quidẽ abſolute, ſed ex ſuppoſitiõe: ꝑ ſuppoſito, ſcilicet, q̃ ad tẽpus velit pniam differre, & quia per peccatum meruit in illa mala incidere, q̃ iuſtũ eſt ipſum peccatorẽ pati, nec hoc eſt ſeipſũ odiſſe, ſed ſe humiliter diuinę vltioni ſubijcere, quã ſcit ſe per offenſã cõmiſſã meruiſſe, odiſſet autem ſe, ſi proponeret nunq̃ pœnitere, ſed de hoc alibi in tractatu de confeſſione, vbi ſimilis quæſtio propoſita eſt.

¶ EST itaq; reſolutio, q̃ perſeuerare in peccato ſecundum reatum per tempus aliquod, ꝓ quo non tenetur quis ſe ad gratiã diſponere, non eſt peccatũ nouũ, nec p hoc meret homo ęternã pœnã, nec augmẽtũ eius. Tũc enim volũtate exiſtente neutra, nec peccat homo cõmiſſiue, nec omiſſiue,

cum pro tunc nullū actum positiuum eliciat, nec elicere tenetur, & per consequens non tenetur homo sub pœna noui peccati, vel augmenti eiusdem, statim pœnitere de commisso, sed potest licite actu positiuo velle differre pœnitentiam vsq; ad tempus vrgens, cum quo stat propositum verum debito tempore pœnitendi, Vnde sequitur esse dabilem actum voluntatis deliberatū licitum quidem, qui tamen meritorius esse nō potest, patet de actu, quo positiue nō vult homo tali tēpore pœnitere, patet de actu quo positiue, nō vult homo deum diligere pro eo tempore, quo diligere non tenetur. Nam tales actus repugnāt dilectioni dei, ideo in deum referri nō possunt, & ita nec meritorii esse. Sicut stat dare actum licitum, qui bonus moraliter esse non potest, patet de actu, quo quis pro eo tempore, quo non tenetur actum aliquem elicere, nolit positiue amorem honesti elicere, qui actus repugnat amori honesti, & ita in honestum referri non potest, ac proinde, nec esse bonus moraliter. Ad hunc modum possent alia inferri, quæ parum aspicientibus dura esse videbuntur/ de his hactenus &c.

HIa occurrit dubitatio, an post primam de commissis contritionem sit necessarium postea, quoties peccata memoriæ occurrerint, de eisdē pœnitere, Dixerunt aliqui, ꝙ sic, si practice peccata memorię occurrant, quod fit, quādo aduertit homo se deū per illa peccata offendisse, & pro his facit ratio. Quia peccatis memoriæ occurrentibus, vel homo complacet in illis, vel displicet, vel nullum actum elicit, sed neutraliter se habet: si complacet, peccat, & de nouo deum offendit: si neutraliter se habet, videtur deum negligere, quem non offendere, sed summe diligere, & reuereri, atq; timere deberet, restat ergo, vt de sic occurrentibus displicere debeat.

¶ PRAETEREA, pro eisdem videtur facere Augustinus. lib. de vnica pœnitentia, & habetur de pœnitentia. distinct. 3. ca. Pœnitentia est quędā. &c. Vbi ait, Quotidie dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dilectionis virtus. Et infra, pœnitere enim est pœnā tenere, vt semper puniat in se vlciscendo, quod cōmisit peccando. Et infra, pœnitentia enim est vindicta sem per puniens in se, quod dolet cōmisisse, vbi dolor finitur, deficit pœnitentia, si vero pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia: Ex quib⁹ apparet, pœnitētiā nunq; esse finiendam, sed quotidie frequentandā, etiam si semel quis de peccatis fuerit cōtritus. Pro quo etiā videtur facere Isidorus. lib. 2. de sūmo bono dicēs, Propitiatio dei occulta est, sine intermissione flere necesse est, & per consequens, quoties peccata memoriæ occurrunt, dolendum est. ¶ Quibus non obstantibus, videtur opposita conclusio tenenda. Et probatur: quia post habitam primam contritionem, non videtur necessaria iterata contritio: quia, vel esset necessaria ad obtinendam remissionē culpæ cōmissæ, & pœnę æternę, vel ad remissionem pœnę temporalis residuæ, in quam per cōtritionem fuerat æterna commutata, vel ad satisfaciendum precepto de pœnitēdo. Non primum: quia per primā contritionem obtenta fuit gratia, & remissio peccatorum, quo ad culpam & pœnam æternam, vt suppono alibi probatū, Nec est dicendum secundū: quia illa pœna temporalis potest absq; reiteratione contritionis totaliter aboleri, scilicet per primā contritionem vehementem, seu superabūdantem, & per feruorē charitatis, aut per sumptionem sacramentorum, aut per alia opera meritoria, aut denicq; poterit talis pœna solui in purgatorio, & vsq; ad id tempus eius solutio reseruari. Igitur ad finem obtinendi remissionem illius pœnæ temporalis, non est necessaria iterata contritio, sed nec est necessaria ratione præcepti: quia licet sit præceptum de pœnitendo, non tamen reperitur præceptum de iterato pœnitendo, & multo minus de pœnitendo toties, quoties peccata commissa memoriæ occurrunt. Adde, ꝙ ex autoritatibus scripturæ, non ad aliud videtur sub necessitate tradita pœnitentia, nisi ad consequēdam remissionem, iuxta illud Petri in actibus. Pœnitemini, vt deleantur peccata vestra. Cum ergo per primam contritionem fuerint deleta, videtur, ꝙ non amplius ad illū finē sit necessaria iterata pœnitentia. ¶ Confirmatur: quia sicut iussa est pœnitentia ad finem consequendi peccatorum remissionem, ita iussa est confessio sacramentalis ad

eundem

eundem finem, vt ſuppono: ſed peccator ſatisfacit præcepto de confitendo per primam confeſſionem legitime factam, ita vt iterata confeſſio eorundem peccatorum neceſſaria nō ſit. Igitur ſimiliter ſatisfacit præcepto de pœnitendo per primam contritionē, ita vt iterata cōtritio neceſſaria nō ſit.

¶ AD idem facit, quia non minus tenemur deum diligere, q̄ de offenſis in deum commiſſis pœnitere: ſed ad diligendū deū toties, quoties deus memoriæ noſtræ occurrit minime tenemur: cum huiuſmodi præceptum charitatis habeat ſua tempora, pro quibus ad actum obligat: igitur nec tenemur de commiſſis pœnitere, quoties memoriæ occurrunt. Et procedit hęc concluſio, quando certum vel probabile eſt, peccata eſſe per primam contritionem condonata. Quod ſi hoc certum, aut probabile non ſit, ſed dubium, ſtante dubio, neceſſe eſt contritionē iterare ob periculum decedendi ſine venia. Quemadmodum ſi talem quis habeat conſcientiam, qua putet ſibi neceſſarium eſſe frequenter pœnitendum: tenebitur ratione conſcientiæ. & ſi erronea ſit, iuxta eam agere, qui enim contra conſcientiam agit, ędificat ad gehēnam

¶ IAM reſpondēdum eſt ad rationes ſupra factas. Ad primum dicendum, q̄ peccator poterit in caſu neutram habere volūtatem pro illo tempore, quo præceptum affirmatiuum eum nō obligat ad actum. Nec inde fit, vt contēnat, aut negligat deū: ſicut nō contēnit homo deū, quando actu eum nō diligit extra tempus, quo alioquī teneretur diligere. Nec ideo quis conſilia euangelica contēnere dicitur, quia neutraliter ſe habet, puta nullum circa eorum obſeruantiam actum eliciendo, quo velit, aut nolit ea obſeruare, ſicut nec Euchariſtiam dicitur quis contēnere, quia cum de ea recordatur, non elicit actum, quo vult eam ſuſcipere. Nec rem ſe quis facit, cū in huiuſmodi neutraliter ſe habet, loquor extra caſum neceſſitatis.

¶ AD SECVNDVM, dicendum, q̄ illa verba Auguſtini, non ita accipienda ſunt, vt intelligamus nunc̄ eſſe a fletu ceſſandū, aut ſemper eſſe actu dolēdū. Si enim ita eſſet, nunc̄ igitur eſſet homini licitū intellectū a memoria actuali peccatorū diuertere, & alia ſpeculari, aut contēplari, quod eſt erroneum. Quod ergo ait, pœnitentiā nunc̄ debere finiri, recte venit intelligendum. Stat enim tripliciter pœnitentiam finiri, ſcilicet in propoſito ipſius pœnitentis, & actu negatiue, & actu poſitiue. Finitur in propoſito: quando aliquis pœnitens de commiſſis, proponit poſtmodum ad tempus tātum a peccatis abſtinere. Finitur pœnitētia actu negatiue: quando aliquis dolet de commiſſis cum vero propoſito, ſemper a peccatis poſtmodū abſtinendi, & non ſuperueniente propoſito contrario: ceſſat ab actu illo pœnitētię, ad aliarum rerum conſiderationem ſe diuertens. Finitur tertio actu poſitiue: quando poſt habitam pœnitentiam de commiſſis cum propoſito a peccatis abſtinendi, ceſſat tale propoſitum per ſuperuentum contrarii propoſiti, puta de peccato aliquo cōmittendo. Tunc dicendum ad dictum Auguſtini, q̄ venit intelligendū, ita q̄ pœnitētia nunc̄ debet finiri in propoſito, nec in actu poſitiue, per contrarii propoſiti ſuperuētum: poteſt tamen licite finiri actu negatiue. Si enim in propoſito aut voto finitur, vt explicitum eſt, nil de venia relinquitur, quia nulla peccata dimittunt illi, qui cū de commiſſis dolet, ad tempus tantum a peccatis abſtinere proponit. Si etiam finitur pœnitentia actu poſitiue, nil de venia relinquitur: quia q̄tum attinet ad excludendum huiuſmodi pœnitētē a regno dei, & in perpetuum carcerem detrudendum, perinde eſt, ac ſi nullam veniā fuiſſet prius per pœnitentiam conſequutus.

ADDE, q̄ ſi neceſſarium ſit ſemper flere, & ſemper pœnitere iuxta ſanctorū doctrinam citatam: non intelligendum eſt id eſſe neceſſarium, ad obtinendam gratiam dei, quæ in momēto acquiritur, q̄ primū ſcilicet peccator vere de commiſſis pœnitet, vt ſupra diximus: eſt tamen in pœnitentia & fletu, ſemper perſeuerandum, & corde, ſaltem de commiſſis dolendum, vt in hoc ſeculo plenam culpæ & pœnæ veniā cōſequamur. Et q̄uis in re accidat, vt tam plene ſimus iam cōſequuti: quia tamē nobis id ſemper incertū eſt, ideo ſi volumus hic omnino liberari, ob huiuſmodi incertitudinem, eſt nobis ſemper pœnitēdum. Ad quod alludit, quod ex Iſidoro citatum eſt dicente, Dei propiciationē, ſcilicet per

fectam nobis incertã esse. Pro quo etiam facit, quod dicitur Ecclesiastici.5. De propiciatu peccatorũ noli esse sine metu. &c. Et quãuis de hoc in casu possimus certificari, vt certi simus nos totaliter a peccatis per baptismum liberari, similiter & per indulgentias plenissimas legitime cõcessas: attñ quia semper peccamus saltem venialiter, si volumus hic omnino liberari, & purgatorium ignẽ euadere, semper dolendum est. Esto etiam ꝙ peccata non reiterarentur: adhuc esset in hoc statu semper de commissis, etiam si remissa sint, dolẽdũ ob effectum remanentem: quia scilicet tẽpus in peccatis cõsumptum recuperari nõ potest. Nam innocentia per peccata priora amissa, recuperari nõ potest: quia peccata illa de se erãt ẽternaliter exclusura hominem a gloria, nisi dei misericordia subuenisset: quia per illa peccata homo ingratũ se deo fecit & dignũ, qui ẽternaliter cruciaretur, nisi deus optimus cõdonasset. Itaq; sicut semper in hoc statu deus est diligendus/ita semper detestanda sunt peccata per q̃ deũ offendimus. Vnde ait Hugo de sancto victore/ꝙ deus absoluens hominem a culpa & pœna eterna, ligat eũ vinculo perpetuę detestationis peccati. Nec tamen id ita in rigore accipiatur, ꝙ nouum incurratur peccatum, quoties homo actum detestationis non eliciat: satis est habitualiter illa commissa detestari. &c.

LIVD etiam occurrit dubium, an sit necessariũ pœnitere de cõmissis in die dominica: dixerunt multi doctores ꝙ sic. Non enim seruatur præceptum de sanctificatione sabbati, vt dicunt, nisi de peccatis, saltem in genere, conteramur/& deum super omnia diligamus, sic sentit Scotus. in.3. Sic Gabriel/sic Angelus declauasio verbo ferię. sic Florentinus parte.2. titulo.9. sic Nider in suo preceptorio, idq; vt ait, de mẽte doctoris sancti/& multi alii.

¶PRO quorum sententia videtur facere primo institutio ecclesiæ, q̃ instituit, vt in initio missę, quę diebus festiuis est de necessitate audiẽda, prẽmittatur generalis cõfessio: quam facere non solum celebrantibus, sed omnibus astantibus, & astare debentibus conuenit, vt ipsa consuetudo demonstrat.

¶SECVNDO, quia id potissimũ intẽdit deus & ecclesia, cum obseruantiam sabbati præcipiunt, ꝙ scilicet homines tunc deo vacent, & eum colant, & summe diligant: ac proinde qui id nõ agit tali die, nõ seruat præceptum, vt debet, etiam si ad litteram et sonũ verborum illud seruet. Nõ enim dubium est in legem impingere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C. de legib⁹ & in regula iuris. certum est. in.6.

¶TERTIO id ipsum de cõtritione apparet ex Leuiti.16. vbi dicitur. Sabbatum requietionis est, affligetis animas vestras. Et.c.23. de die festo legitur. Affligetis animas vestras in eo, omne opus seruile nõ facietis in die hac, &c. Et sequit̃, Omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populo. Hanc autem afflictionẽ animarum, quę illic sub precepto tradita est, dicit Origenes, & Lira. & glosa interlinealis & alii/esse contritionem seu dolorem de peccatis, nam subiungitur illic pro causa. Vt repropitietur vobis dominus. Et de eadem die festi legitur ibidem. c.16. Ab omnibus peccatis vestris mũdabimini, qđ sine dilectione dei & peccatorum pœnitentia fieri non potest.

¶QVARTO pro eadem sententia videtur facere, quod dñs dixit per Esaiã. c.58. Ait enim, Si auerteris a sabbato pedẽ tuũ, facere voluntatẽ tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum & gloriosum dñi, & glorificaueris eum, dum nõ facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua: vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super dño, & sustollam te super altitudines terię, & cibabo te hereditate Iacob. &c. Vbi videtur, ꝙ dñs non promittit hæreditatẽ gloriæ nisi his, qui sabbata sic seruauerint scilicet a peccatis abstinendo, qđ est a suis voluntatibus recedere/& deũ glorificando, & eius voluntatem faciendo, qđ est deum corde colere, & amore obedientialiter eundem amare. Pro quo etiã facit, quod ait Esa.c.1. Odiui & spreci solennitates vras: quia eas vobis facitis/non mihi. hoc est, quia in illis vestras voluntates adimpletis nõ meam. In quo innuit esse necessarium in diebus festiuis dei voluntati se conformare corde & opere, quod est illũ obedien

tialiter

tialiter diligere, igitur.

¶ HIS non obstantibus, videtur oppositum tenendum scilicet, ꝙ non est necessarium, sub pœna peccati mortalis, in diebus festiuis de cõmissis actu pœnitere, nec deum actu diligere. Quia, aut hoc esset necessarium iure humano, aut diuino. Non humano: tum quia humana potestas ad interiores nostræ mentis actus, nisi forte indirecte, non se extendit ex cõmuni sententia: tum quia, quod ecclesia in dominica die agendum Christianis præcepit, vt ex decreto, de consecratione. distin. 1. colligitur, non est, nisi missam integram audire, aut eidem assistere, & ab operibus seruilibus abstinere: quæ absq; contritione, & dei dilectione possunt inculpabiliter adimpleri. Nec video, vbi ecclesia præceptum de diligendo deum super omnia, aut de cõtemnendo, sub obligatione limitauerit ad diem dominicam: q̃ q̃ ea iusserit, per quæ homines ad præfatos actus, quodãmodo præparentur, seu disponãtur: qualia sunt aliis temporalibus rebus non intendere, sed diuinis officiis interesse. ¶ Quod etiam diuino iure ad id in die dominica non teneamur, apparet, tam de iure nouo, q̃ de veteri: quia celebratio dominicæ diei, non est a Christo instituta, aut iussa: sed ab hominibus, vt supppono, quorũ institutione ob certas causas factum est, vt cessante sabbato, succederet dominica dies, ob id potissimum: quia tali die dominus surrexit, vnde & dominica dies appellata est. Quod si de iure diuino veteri, esset necessarium certa die conteri, & deum diligere, maxime ex eo, quod scriptum est Exod. 20: Memento, vt diem sabbati sanctifices: verum, cum illic explicetur modus, quo debuissent sabbatum sanctificare, in cuius explicatione nulla de contritione, aut dilectione dei mentio fit, consequens est, non inde colligi præfatorum actuum necessitatem, pro illa die. Tum etiam, esto lex vetus, ad id homines certo tempore obligasset, non inde fit, vt tempore legis gratiæ, ad idem teneamur: cum constet legem veterem, per legem gratiæ vim suam amisisse, solis præceptis moralibus, in suo robore permanentibus. Diligere autem deum, aut conteri de commissis tali vel tali die, morale purum non fuit: sed iudiciale, aut ceremoniale, ea, s. parte, qua dies certa, ad id determinabatur: ideo iudicialibus cessantibus, mansit dilectio dei, & cõtritio de commissis, de iure diuino indeterminate tradita.

¶ AD rationes ante oppositum factas dicendum. Ad primũ, esto talis sit ecclesiæ institutio, simul & consuetudo præmittendi confessionem, hæc tamẽ sub præcepto ipsis celebrantibus, non laicis missam audiẽtibus est imposita, quandoquidem satisfaciunt laici præcepto de audiendo missam, si ab introitu vsq; ad finem interfint, etiam si confessionem illam generalem non faciant. ¶ Ad secundum, intentio dei & ecclesiæ in obseruantia sabbati, seu diei dominicę illa est, vt scilicet, homines deo vacent, sicut & iustum est, vt posti q̃ de rebus tẽporalibus per sex dies curauerint, septima die ab illarum cura remoti, deum colant, & in obsequio ipsius se occupẽt. Aliud tamen est, quod in illo præcepto hominibus præcipitur aliud quod intẽditur. Sicut in cæteris præceptis, vt plurimum contingit. Intentio autem finalis præcipientis non cadit sub præcepto, alioquí peccaret homo, quoties aliquod opus sibi iniunctũ facit: nisi eo modo illud faciat, quo dei gloriam promereat: hoc enim intendit deus, præcepta hominibus tradens. Et ita homo in peccato, & sine charitate existens, peccaret, quoties præceptum aliquod adimpleret, siue comedat, cum necessarium sit, siue necessitatem patienti subueniat, siue parentes honoret, siue vnicuiq;, quod debet, reddat, eo, ꝙ talia non facit ad intententionem præcipientis, quod suppono falsum. Ad legem autem allegatam, nõ dubiũ est, dicendum ꝙ verum est, esse potius ad intentionem legis attendendum, q̃ ad sonum verborum, loquẽdo de intentione obiectiua, non de finali, hoc est, præceptum seu lex illo modo est adimplẽda, quo præcipiens intendit subditum obligare, quam nunc appello intentionem obiectiuam seu materialem. Et verum est talem intentionem cadere sub præcepto, & qui hanc non seruat, & si sonum verborum seruet, non dicitur legem adimplere. Intentio vero finalis, quę respicit finem, gratia cuius datum est præceptum, nõ ita cadit sub præcepto, cum illa sit extra substantiam præcepti.

¶ AD tertium ex Leuitico sumptũ, vbi

precipitur, q̄ certa die affligerent animas, dici potest vno modo, q̄ per huiusmodi afflictionem, non opus est intelligere contritionem, seu cordis pœnitētiam, de qua loquimur: sed abstinentiam a voluptatibus, & ab his, vnde solent homines recreationem sumere corporalē. Vnde Esai. 58. dicitur: nunquid hoc est ieiunium, quod elegi, per diem hominem affligere animā suam? Vnde apparet, q̄ Iudei, qui iuxta legem per diem a cibis abstinebant tempore ieiunii, dicebātur animas suas affligere, etiam si de peccatis tunc nullam haberent contritionē, nec pœnitētiam. De his enim loquitur illic dominus, qui die ieiunii non domini, sed suas voluntates complebant: ac proinde afflictio animarū, de qua in Leuitico, non opus est pro cordis contritione accipiatur. Posset secundo dici, ad mentem exponentium, q̄ esto illic iussit dominus, q̄ intus animas per pœnitentiā affligerent: hoc erat speciale in illa festiuitate, quæ dicebatur festum propiciationis seu expiationis, quod erat specialiter institutum semel in anno, scilicet decima die mensis septimi, ad hoc, q̄ sacerdos pro peccatis populi offerret, & oraret, vt deus illis propitius, & misericors redderetur, vt dicitur in fine. cap. 16. & ita, non inde colligitur, q̄ in qualibet die dominica sit necessarium conteri, aut pœnitere. Adde, q̄ festa illa iā per legē nouā abolita fūt, vt constat.

¶ AD QVARTVM ex Esa. sumptū dicendum, q̄ deus in illo. c. vbi de ieiunio & sabbato loquitur, potius intendit declarare, quid sibi acceptum & gratum sit, hominibusq̄ ad salutem suarum animarum vtile & proficuū, q̄ quid sit in illis diebus necessitate præcepti agendū. Cōquerebantur enim Iudei, q̄ deus sua ieiunia/orationes/ & solennitates non acceptaret, quibus deus respondet, se illa acceptaturū, si cum illis simul opera charitatis & misericordiæ exercerent, quæ cum non facerent, sed potius illis diebus peccata cōmitterent, ideo ait, sibi non esse grata illorum obsequia. Itaq̄ ex textu illo non colligitur, q̄ in die ieiunii aut sabbati essent sub p̄cepto astricti, ad tunc deum diligēdum, aut de peccatis pœnitendū absolute, secus ex suppositione. s. si vellent sua obsequia, deo grata & accepta fore: & eodē modo dicatur ad id, quod vltimo allegabatur ex Esai. 1. capit.

¶ Quod si obicias: ex textu illo infertur a contrario sensu, esse necessarium in die sabbati, deum glorificare, & eidem adhęrere/sic arguendo: deus promittit hæreditatem Iacob & fœlicitatem his, qui sabbatum custodierint deum glorificando, & tota mēte colendo: igitur a contrario, qui illo modo nō seruauerit sabbatum, carebit hęreditate Iacob. Respondeo, non bene arguis a contrario/sic enim ex loco illo arguendum est. Qui seruauerit sabbatum & non suam, sed dei voluntatem compleuerit, & deum glorificauerit, habebit hæreditatem Iacob: igitur a cōtrario, qui cum sabbatum seruauerit, suam voluntatem/ & non domini fecerit, nec dominum glorificauerit, non habebit hæreditatem Iacob. Et tunc verum est consequens, sed nil contra conclusionē positam, vt constat.

QVæret etiā dubiū, an sit necessariū de commissis pœnitere, seu conteri ratione alicuius actus ad officium ecclesiasticum pertinentis: ad quod breuiter sequendo communē sententiam dicendum, distinguēdo tam de actu q̄ de officio. Est enim aliquis actus sacratus seu sacer, qualis est actus sacramentalis, puta ministrare sacramētum aliquod, missam celebrare, ecclesiam, seu monialem consecrare, aut oleum vel chrisma conficere, & denicq̄ alios actus exercere, qui proprii sunt ordinis sacri, extendendo ordinem ad episcopatum. Et quia tales actus in peccato sine noua culpa exerceri non possunt, necesse est, huiusmodi actus exercentem curare, se in statu gratiæ reponere, quod sine pœnitētia commissorum, si memoriæ occurrunt, fieri nō potest. Alii sunt actus sancti quidem & boni, & ad sanctitatem ordinati/ non tamen sacri aut sacrati, quippe qui nō immediate ad ordinē sacrum pertineant, vt orare/prædicare, officium ecclesiasticum in choro exercere, & talia sine peccato nouo fieri possunt in peccato, ideo ad ea exercēdum non est necessariū hominē se in statu gratię reponere, & p consequēs nec de cōmissis pœnitere. Sunt alii actus, qui potestatem ecclesiasticam p: ę supponunt iurisdictionis, non tamen ordinis, vt corrigere iudicialiter delinquentem, excōmunicare, suspendere, & interdicere,

cere, & ab eiſdem abſoluere, ſeu diſpenſare. Et tales, q̄uis ad officium ſpirituale pertineant: quia tamē in ſe ſacri non ſunt, qui non ad ordinē ſacrum pertinent: ideo poſſunt ſine noua culpa, ſaltē mortali, in peccato fieri, & per conſequens non eſt neceſſarium de cōmiſſis pœnitere, ad huiuſmodi actus exercendum: q̄uis id neceſſariū ſit, tam in his actibus poſtremis, q̄ in ſecūdis actib⁹ quos diximꝰ, ex ſuppoſitiōe. ſ. ſi velit quis eos digne & meritorie exercere.

¶ COROLARIE ſequitur, q̄ prælatus indigne ſuū officiū exercēs, & iudex ſententiā ferens, & doctor ex officio docēs, aut prædicans, non ideo de nouo peccat, q̄ indigne ea facit, indigne in q̄ priuatiue ideſt non digne, aut non meritorie: ſecus ſi indigne poſitiue ea faciat. Et tunc indigne poſitiue ea exercet, quando perperam aut vitioſe ob finē malū, aut cum alia circunſtantia deprauante ea agit: ſed de his alibi.

Queſtio ſeptima.

DE effectu pœnitētię, breuiter veniūt aliqua inquirēda, & quia inter effectus pœnitentiæ primus, qui cōnumerari ſolet, eſt q̄ pœnitentia tollit ſeu delet, ſeu remittit peccata: & cum peccatum commiſſum, quod ſemel prēteriit, non poteſt non prætiiſſe, venit inquirendum, quid relinquitur in peccatore tranſeunte actu peccati, quod debeat per pœnitentiam deleri. In qua quæſtione variant doctorum ſententiæ: dixerunt quidam, q̄ non opus eſt aliquid poſitiuū ex cōmiſſo peccato relinqui, vnde homo dicatur eſſe in peccato: ſed priuatiuū hoc eſt priuatio gratię, per quam priuationem formaliter dicitur homo eſſe in peccato, & ita peccatum deleri, eſt huiuſmodi priuationem gratiæ tolli, quod non aliter q̄ per reſtitutionem gratię fieri poteſt. Vnde dicunt, peccatum malū eſt, & quia malum, opus eſt, vt alicui bono opponatur, quod per ipſum malum aduenies expellatur. Bonum autem, cui malum peccati opponitur, non eſt bonum nature, cum natura integra maneat poſt peccatū, ſicut prius: ſupereſt ergo: q̄ peccatum formaliter opponatur bono gratiæ, & ita peccatum, vt tale, eſt formaliter gratiæ priuatio, & hęc priuatio manet tranſeunte actu peccati.

¶ CONTRA hanc poſitionē arguitur primo, q̄ falſum ſit, peccatum formaliter opponi gratiæ: quia tunc per nullam potentiam fieri poſſet, quin homo eſſet, vel in peccato, vel in gratia, cum ſint formaliter & immediate oppoſita: ſicut priuatio & res, cuius eſt priuatio, formaliter, & immediate opponuntur, nec inter ea poteſt dari medium: ſicut fieri nō poteſt, quin homo ſit cęcus vel videns, vt priuatiue opponuntur, quin homo moueatur vel quieſcat, & ita de aliis, quæ immediate opponuntur. Sed conſequēs eſt falſum: quia fieri potuit, imo de facto ex quorūdam doctorum ſententia fuit, q̄ homo, aut angelus crearetur in puris naturalibus ſine peccato, & ſine gratia naturæ ſuperaddita: igitur falſum eſt, q̄ peccatum & gratia priuatiue & formaliter opponuntur.

¶ SECVNDO ſi peccatum, ideo peccatū formaliter eſt, quia priuat hominem gratia: igitur quanto peccatum maiorem gratiam tollit, tanto eſſet dicendum maius peccatum, & ita daretur, q̄ ſimplex fornicatio eſſet grauius peccatum, q̄ adulterium. Patet hoc, ſi ſimplex fornicatio committatur ab vno præhabente gratiam, vt octo, & adulteriū cōmittatur ab alio prę habente gratiam, vt vnum tantum.

¶ TERTIO ſequeretur amplius, q̄ ſi homo frequēter fornicationem cōmittat, q̄ ſola prima fornicatio, per quam gratia priuatus fuit, peccatum fuit, & non ſubſequētes: cum ſola prima, & non ſubſequentes, gratiam prēexiſtentem abſtulerit. Si dicis etiam ſubſequentes fornicationes eſſe peccata, quia licet de facto non auferant gratiam, ex quo eam ablatam reperiunt: ſunt tamen apta nata eam tollere, & ita nō ad actualem gratiæ ablationem reſpiciendum eſt, ſed ad aptitudinalē. Contra, quia tunc ſequitur, omnia peccata, quātumlibet genere, aut ſpecie differentia, eſſe æque grauia & mala, quod ſuppono, eſſe errorē ſtoicorum a catholicis merito damnatum. Et ſequela patet: quia omnia peccata mortalia

apta nata ſunt æqualem gratiam tollere, quia omnē: ex quo peccatum omne mortale cuicūq; gratię, ſiue paruę ſiue magnę priuatiue opponitur.

¶ QVARTO, q falſum ſit, quod dicunt, ſcilicet q peccatum deleri, ſit formaliter gratiā reſtitui, patet. Quia diuerſa ſunt beneficia, ſi offenſus condonet iniuriam ſibi irrogatam, & ſi offendentem in priſtinam gratiam & amicitiam reſtituat: quod inter homines diuerſum eſſe, & vnum ab altero ſeparabile manifeſtum eſt: ac proinde peccatū deleri, non eſt formaliter, idem quod gratiā priſtinam reſtitui, etiam ſi ſtante lege ſe inuicem comitētur peccatorum remiſſio, & gratię collatio.

¶ DIXERVNT alii, q tranſeūte actu peccati/relinquit̄ in peccatore aliquid poſitiuū reale, per quod homo dicitur in peccato manere, & illud non quid abſolutum eſt, ſed reſpectiuum: & dicitur reatus ſeu indignitas poſitiua, qua, ſcilicet homo ob cōmiſſam culpā dign⁹ eſt ſupplicio, & ita peccatum deleri, eſt huiuſmodi reatū ſeu indignitatem tolli.

¶ CONTRA hunc modū arguitur: & quęro cauſam efficientem illius reatus remanentis, vel eſt ordinatio diuinę voluntatis ordinātis hominē ad ſupplicium pro culpa perpetrata, vel eſt natura peccati, ex quo talis reatus relictus eſt. Si primū, non igitur eſt reſpectus realis, tū quia habet eſſe per actū diuinæ voluntatis, tū etiā, quia relatio illa non eſt realis dicenda, quæ non requirit exiſtētiam realem extremorum: ſed huiuſmodi reatus, qui fundatur in homine reo, & terminatur ad ſupplicīū, quo dignus eſt, ponit̄ in reo, & tū exiſtētia p̄fati ſupplicii, quo dign⁹ eſt, nōdū poſita eſt, quouſq; ad infernū homo ille deſcēdat: nō igitur eſt reſpectus realis. Si dicant ſecūdū, ſcilicet q ſequit̄ realiter naturā peccati cōmiſſi: contra eſt de peccato puræ omiſſionis, quod, cum nil poſitiuum ſit, non poteſt aliquid poſitiuum efficere: contra etiā eſt de peccato, quod de ſe non eſt malum, niſi quia prohibitum, tale enim ſecūdum naturam ſuam, non eſt inductiuum p̄fati reatus. ¶ Præterea poſt peccatum prius cōmiſſum/quęro, an ſit in libera poteſtate dei, tollere reatum illum, an non? Si nō, igitur impoſſibile eſt peccatū deleri, ſi ipſum deleri ſit reatum p̄fatū tolli: ſi ſic, igitur ſtat, q deus illum tollat pro voluntate, & iuſte ipſum peccatorem ęternaliter puniat pro cōmiſſo peccato. Patet, quia ſupplicīū non datur homini propter reatum illum, ſed propter peccatum, quod libere cōmiſerat: nec reatus ille, qui effect⁹ peccati eſt, facit hominem dignum ſupplicio, ſed inobedientia, & p̄uaricatio ipſius, per reatū enim illū, nec inobediens fit, nec præuaricator diuinę legis, vt cōſtat: igit̄ impertinens omnino eſt talis effect⁹, ex peccato relictus ad hoc, q homo ſit dign⁹ ſupplicio, & iuſte pro peccato puniatur, ex quo omni tali reatu per dei voluntatem deſtructo, dignus eſt homo, pro præterita præuaricatione eternaliter puniri.

¶ DIXERVNT alii, q id, quod relinquitur in peccatore tranſeunte actu peccati, eſt aliquid poſitiuum, ſed rationis: & eſt ordinatio, qua peccator deo ordinante eſt obnoxius ſupplicio pro peccato ab eodē cōmiſſo, & q̄diu homo eſt ſub tali ordinatione, dicitur eſſe in peccato, & peccatū deleri, eſt talem ordinationem tolli: quod fit, quando deus condonat offenſam/nolens hominem pro ea punire.

¶ CONTRA hunc modū etiā militat ratio: quia inde ſequit̄, q peccatū ab homine cōmiſſum nō poſſet vllo modo deleri, ſi ita eſt, q non deletur, niſi ſemota præfata dei ordinatione ad pœnam. Nam illa ordinatio, ſemel poſita in dei voluntate, tolli amplius non poteſt: quia, cum ſit relatio rationis, quę ſolū habet eſſe per actum diuinæ voluntatis: relatio autem rationis remoueri non poteſt, niſi remoto actu voluntatis, vnde habet eſſe, actus vero diuinę voluntatis ſemel poſitus, remoueri a diuina voluntate non poteſt, cum ſit omnino immutabilis, & quod ſemel ſcit, ſemper ſciuit, & ſciet, quod ſemel vult, ſemper voluit, & volet, igitur relatio rationis ex tali actu orta remoueri non poteſt, & ita neceſſe eſt, hominē ſemel a Deo ad ſupplicīū ordinatū, ſemper ad idē eſſe ordinatū, & ita intētum.

¶ QVICQVID ſit de hmōi poſitionib⁹, dicendū, curioſā eſſe quęſtionē hāc. Ad eam tamen reſpōdēdo videtur, q tranſeunte actu peccati, nil relinquitur in peccatore priuatiuum aut poſitiuum, vnde dicatur formaliter eſſe in peccato, ſed homi-

nem

nem esse in pecato duo dicit, s. hominem peccasse, & peccatum suum non esse a deo sibi condonatū. Deus autē dicitur peccata condonare, seu remittere, vt more scripturę sanctæ loquar: quia illorum non recordatur, sic enim dixit per Ezechielem. Quacunq; hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius peccatorum suorum. Aut etiam, quia deus illa peccata tegit, sic enim per Psalmistā ait. Beati quorū remissæ sunt iniquitates: & quorū tecta sunt peccata. Aut quia deus auertit faciem a peccatis, prout orabat Dauid dicens. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Hoc autē quod est, deum non recordari peccatorum, & ea tegere, & faciem suam ab illis auertere, est deum illa peccata ad pœnam non imputare/quēadmodū per psalmistā dixit. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatū. Itaq; hominem in peccato esse, est deum illum pro peccato ad pœnā imputare, & ex consequenti peccatū deleri, est illud nō amplius ad pœnam imputari. Hoc autē fit, etiam si nil positiuum aut priuatiuum in peccatore relinquatur, vnde dicatur formaliter ī peccato esse, quod necesse sit per pœnitentiam auferri. ¶Sed obicies, si nil tale in peccatore relinquitur post peccatū, non ergo differunt peccator & non peccator, sed similes esse per omnia possunt. Respōdeo. Quo ad naturam, & ea quę naturaliter adiacent, similes esse possunt: attamen non quo ad gratuita, ex quo iustus a peccatore per charitatem distinguitur, & etiam quia peccator est ad pœnā ordinatus, nō ita iustus. ¶Si iterum obicias: quia si nil positiuum relinquitur post cōmissum peccatum, nil igitur deletur per pœnitentiam. Respondeo. Nil positiuum deletur, nec deleri necesse est: sed dicitur peccatum deleri, vt dixi, quia non amplius ad pœnam imputatur sicut prius ¶Sed adhuc stat ratio cōtra tertium modū, superius facta. Nam quem semel deus ad pœnā imputauit ęternam, quomodo postea eum ad eandē pœnam desinit imputare absq; suæ voluntatis mutatione? Illa enim imputatio, non aliud videtur, q̄ deum velle Petrum pro suo peccato ęternaliter punire: & si hoc voluit, necesse est ipsum adimpleri, ne cassa, aut impotens, aut mutata dicatur diuina volūtas. Respōdeo. Duobus modis deus ordinat hominem ad perpetuam pœnam: vno modo secundum prędestinationem iustitiā, alio modo secundum finale iudicium. Primo modo ordinat ad pœnam omnē peccatorē in peccato mortali existētem, q̄diu non pœnitet. Secundo modo ordinat ad pœnam omnem præscitum, quem scit finaliter in peccato mortali decessurū. Differūt autem huiusmodi duæ ordinationes: quia prima est conditionalis, qua scilicet deus ordinat peccatorem ęternaliter punire, si in statu, in quo actu est, finaliter decedat. Et hęc ordinatio habet locum, tam in prędestinatis, q̄ in prędestinatis. Qualiscunq; enim sit, eo ipso, q̄ in peccato mortali est, est hoc modo ad pœnam ordinatus. Secūda vero ordinatio est magis absoluta, qua vult absolute hominem, quem in mortali decessurū præcognoscit, ad æternam pœnam deducere, & hæc ordinatio nō nisi in prędestinatis locum habet. Cum prima ordinatione stat, absoluta ordinatio eiusdē hominis ad gloriā, vt patet, si prædestinatus sit. Cum secunda vero ordinatione, nō ita: existēte prima ordinatione, dicitur homo in peccato esse, & reus dignusq;, qui punitur: existente tamen secunda ordinatione, nō ideo homo dicitur in peccato esse, quę omnia satis nota esse suppono.

¶NOTO etiā, q̄ prima ordinatio ad pœnā, q̄ est secundū prędestinatē iustitiā, aut potius iniustitiā durare dicitur, q̄diu homo ab iniustitia per veram pœnitentiam non recedit: q̄ primū vero a sua iniustitia per veram pœnitentiā recedit, non amplius dicitur ordinatus ad pœnam secundum præsentem iustitiam. Et hęc mutabilitas non in Deo est, sed in homine, quem modo nō pœnitet, & in peccato manet: modo autē pœnitet & a peccato recedit. Itaq; deus ordinat hominem ad gloriam, vel ad gehēnam secundum prędestinationem iustitiā, vel iniustitiam, prout ipsius hominis dispositio exigit, nec per nouam hominis dispositionem noua deo aduenit voluntas, nec ab antiqua voluntate deus ipse recedit. Et sicut deus hominem in peccato perseuerantem pro eo tempore, & secūdum iustitiā illius temporis ad gehēnam ordinat conditionaliter: ita aduenięte pœnitentia, deus eundem ordinat ad gloriam secundum iustitiā & dispositionem talis temporis. Quæ

Ezechi. 33

psal. 31

psal. 50.

psal. 31.

quidem ordinationes, seu volũtates, cum sint conditionales, & diuersa tempora respiciant, etiam si ad fines omnino oppositos tendant, compatibiles sunt, & æternæ in deo, nec vna alteri succedit, sed tempus priæ/tẽpori impnię succedit. Et qui secũdum iustitiam temporis illius erat pro tali tempore ad gehẽnam ordinatus: ita secũdum iustitiã temporis præsentis, in quo vere illũ pœnitet cõmissorum, non est iam ad gehẽnam ordinatus. Itaq; ordinatio diuinę volũtatis semel habita, nunq; remouetur in se, & ideo peccatum deleri non est dei ordinationem remoueri secundum se. Sed sicut deus aliud ordinat de homine cõditionaliter pro tempore, quo illum non pœnitet, aliud vero pro tempore, quo pœnitet secundum iustitiam huius, aut illius temporis, ita peccatum homini imputaẽ ad pœnam pro tempore, quo non pœnitet. Tempore vero sequenti, quando pœnitere vere incipit, non iam imputatur pro illo tempore ad pœnã, vt prius. Et ita tunc dicitur peccatum deleri, quia pro tunc, & secundum iustitiam illius temporis, nõ ad pœnam eternam imputatur, vt prius. Vnde patet lapsum tẽporis esse in casu necessariam causam verificãdi duo cõtradictoria, scilicet. Petrus est in peccato, & ad gehẽnã ordinatus &. Petrus nõ est in peccato, nec ad gehẽnam ordinatus, vt satis constat intuenti. ¶Sed vrget adhuc ratio contra dicta, quia falsum videtur, q̃ homo dicatur, esse in peccato transeũte actu peccati, per hoc, q̃ deus ordinat illum ad pœnã. Nam cum deus non sit prius vltor, q̃ aliquis sit peccator & supplicio dignus, prius igitur homo est peccator, & supplicio dign⁹, q̃ deus illum ad pœnam, seu supplicium ordinet. Non ergo est in peccato, aut supplicio dignus per hoc, q̃ ad supplicium est a deo ordinatus. Et cum in peccato esse nõ dicatur per hoc solum, q̃ peccatũ commisit, nam tunc post peccatũ cõmissum, semper homo diceret in peccato esse, etiã si beatus sit, sequit, q̃ vltra hoc quod est, hominem peccasse, & deum illum ad pœnam ordinare, est aliquid aliud medium inter, & trunc; assignandum, ratione cuius dicat esse in peccato, & dignus supplicio, nec videtur quid aliud sit, q̃ reatus aliquis ex peccato cõmisso relictus. Respõdeo. Ratio probat, q̃ homo non dicitur formaliter esse in peccato, aut supplicio dign⁹, eo q̃ est ad pœnam ordinatus. Et hoc verum est. Stat tamen quod diximus, tandiu, s. homine esse in peccato & supplicio dignũ, q̃ diu est a deo ad supplicium pro peccato cõmisso ordinatus: nec tamen ad id verificandum est necessariũ, ponere aliquid positiuum ex peccato relictũ, quod inter peccatum & dei ordinationem mediet. Ordinatur enim ad pœnam, quia dignus est illa: est autem dignus pœna, quia peccauit, interim q̃ deus non cõdonat. Itaq; hominem esse in peccato, & dignum esse supplicio, hę duo, vt dixi, formaliter importat. s. hominem peccasse, & peccatum non esse a deo illi cõdonatum, nec alia ratio formalis ad id est inquirẽda, nec sunt idem sed diuersa, peccatum non esse a deo condonatum, & esse ad pœnam ordinatum. Quando quidẽ primũ, quod negatiuũ est, saluari potest voluntate existente neutra. Secundum autem, quod positiuum est, non nisi volente voluntate saluari potest.

¶COROLARIE sequit, posse per diuinam potentiam, peccatum deleri seu remitti, sine pœnitentia ipsius peccatoris, q̃uis de potentia ordinata nõ, nisi per pœnitentiã formalem, aut virtualem remitti possit. Cuius correlarii, cũ secũda pars supra sit sufficienter pbata, prima etiã patet ex dictis, quia peccatũ formaliter remittit̃ per hoc, q̃ non amplius ad pœnam imputatur, quod est peccatum seu iniuriam aut offensam condonare, sed in voluntate dei libera est condonare iniuriam & offensam sine pœnitẽtia peccatoris, vt cõstat, igitur. Et patet etiam: quia potest deus peccatorẽ omni pœnitẽtia secluſa conseruare per diẽ sine pœna aliena, & per mensem, & per annum vnum, & duos, & centum, igitur & semper, & ita infinitum. ¶Si obicias, non posse fieri transitum inter hęc contradictoria. s. Petrus est ad pœnam ordinatus ęternam. & Petrus non est ordinatus ad pœnã ęternam nisi causa aliqua assignetur, causa autem esse non potest mutatio diuinæ voluntatis, vt constat, solus etiã tẽporis lapsus causa esse non potest, quia solus lapsus temporis impertinens est, vt quis dicat̃ in peccato esse, aut non esse: superest ergo esse necessariam mutationẽ voluntatis ipsius peccatoris,

catoris, nec videt, quę alia mutatio sit in eo necessaria, nisi q̄ de non pœnitente fiat pœnitens. ¶ Confirmatur: quia de iure naturæ videtur esse necessarium, hominē pœnitere ad remissionem peccati: quia cum peccatum per voluntatem hominis in malo complacētis, cōmissum fuit, ita per voluntatem eiusdem in eodem displicētis venit remittēdū, iuxta regulā iuris. Res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur.

¶ RESPONSIO ad primū, in casu solum lapsum temporis, omni alia mutatione reali secluſa, posse esse causam transitus inter cōtradictoria assignata, qđ patet ex dictis. Quia post commissum peccatū, homo est in peccato, q̄diu deus illū ad supplicium pro peccato ordinat, idq; non secundū finale iudicium, sed secundū præsentem iustitiam, & conditionaliter, ita, vt Deus statuerit de Petro, post peccatum ab eo cōmissum, illū ad pœnā ordinare, si in hac hora præsenti decesserit. Si tamē vltra horam vixerit, nō illum pro cōmisso puniet, omni alia ipsius Petri dispositione secluſa, & negare hoc esse Deo possibile, est absurdum. Quo dato, Petrus est in peccato in hora præsenti, & ad pœnam ordinatus ad sensum dictum, & lapsa hora præsenti, nec erit in peccato, nec ad pœnam sic ordinatus, vt constat: vbi nulla alia mutatio concurrit præter lapsum temporis, prout diuino placuit beneplacito: & ita ratio prima non valuit.

¶ AD secundū iam supra probauimus, nō esse de iure naturę stricte esse pro peccato pœnitendū, maxime ad eius remissionē; quādoquidē deus pro suā voluntate, potest peccata cōdonare, prout vult, nullā satisfactionē a peccatore exigendo. Et quod dicitur ex regula iuris, habet veritatem in multis, stante iurū dispositiōe: secus alias. Imo stante iurium dispositione, admittit multas fallentias, patet de voto/ iuramēto/ matrimonio, quę per volūtatē vouētis/ iurantis aut cōtrahentis, dissolui nō possunt, cū tñ ex ipsorū voluntate ortū habuerint.

¶ CONCLVDITVR ergo, q̄ transeūte actu peccati, nil aliud relinquit̄ in peccatore soluendū, vt peccatū deleri dicat̄, nisi debitū pœnæ æternę, cui obnoxius per peccatū cōmissum factus est. Et dicitur homo esse i tali debito, q̄diu deus habet animū vindicādi p̄ctum illud, seu illud ad pœnā imputādi. Exit aūt a debito, q̄ndo deus cōdonat, ut supra explicuimus. Et quia de lege ordinata deus p̄ctōrē a p̄fato debito nō liberat, nisi interueniente pnīa: ideo pœnitentia de lege ordinata, est causa necessaria remissionis peccatorum, & ex consequenti gratiæ, sine qua peccata de lege eadē remitti nō possunt, vt alibi p̄bauimus.

Edorit̄ inde dubiū. An ita sit, q̄ sicut p pnīam cordis delent̄ p̄cta quo ad culpā, ita ēt deleantur quo ad pœnā, tam ęternā q̄ tēporalē. In qua q̄stione multi multa dixerūt. Quidā. n, dicere p̄sumpserūt, q̄ eo ipso, q̄ culpa remittitur, nulla relinquit̄ pœna p̄ p̄cto soluēda, nec æterna, nec tpalis. Alii vero, q̄ dimissa culpa per pnīam, adhuc relinquit̄ reat⁹ ętnę pœnę, quousq; accedat sacramētalis absolo. Alii vero, q̄ dimissa culpa, simul remittit̄ tota pœna æterna debita illi p̄cto, & cōmutat̄ illa ęterna in tēporalem: sed hęc nec ī toto, nec in pte remittit̄ p cōtritionē, nisi superabūdans sit. De qbus assertionibus breuiter vidēdū est. ¶ Qui dicūt, q̄ post dimissam culpā, nulla pœna æterna nec tēporalis relinquit̄ pro cōmissis soluēda, fundāt quod dicūt in eo, qđ dixit dñs per Esai. 1. loquēs ad eos, q opa charitatis fraternę exercerent, Si fuerint p̄cta vr̄a, vt coccinū, quasi nix dealbabunt̄. Et si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erūt. Vnde apparet hominē, cui culpę a dño cōdonant̄, ab omni peccato, & reatu eius illico liberari. Similit̄ p illud Ezechi. sępe citatū. Quacūq; hora ingemuerit p̄ctor, nō amplius recordabor suorū peccatorū, igitur. Similiter, quia si post dimissam culpā maneret aliqua pœna p̄ dimissis soluēda, oporteret hoiem cōtritū p ea satisfacere. Quod inde dicūt falsū esse: quia Christus sufficiēter p nobis satisfecit. Et etiā Christus nō legitur satisfactionē pœnalē exegisse ab his, quib⁹ peccata dimittebat, vt patet de peccatrice. Luce. 7. & de adultera. Ioā. 8. quib⁹ peccata condonauit. Nil enim ab illa exegit, sed illi hoc dixit. Vade in pace, & noli amplius peccare &c. ¶ Verū explodenda est huius modi assertio, cū erronea sit, & per ecclesiā tanq̄ talis merito condēnata, Cum cōstet per scripturā, deū a multis p̄ctoribus pœnā

aliquam exegiſſe, aut eiſdem intuliſſe poſt remiſſa illis eorū peccata, vt conſtat de Dauid. 2. Regū. 12. Cui cū dominꝰ trāſtuliſſet peccatum ſuum adulterii, ſ. & homicidii, poſtea dei iudicio in filio ſuo punitꝰ fuit. Similiter legit̄ de Manaſſe rege, q̄ poſt actā pœnitētiam de peccatis ſuis, & veniam obtentam, multa mala ipſe cum populo ſuo pro ipſius peccatis, iam dimiſſis, perpeſſus eſt. De pœnitentia Manaſſes, habetur in fine ſecundi Paralipomenō. De malis autē, quę paſſus eſt, habetur ibidē, & in. 4. Reg. Similiter de Maria ſorore Moyſi, q̄ iuſſa eſt ſeptē diebus extra caſtra manere p̄ peccato, quo in Moyſen murmurauerat: idq̄ poſt actam pœnitētiā de eodē peccato, Numerorū. 41. Ad hunc modū de aliis poſſumus exemplificare: ſed de his alias. Adde, q̄ qui id aſſerunt, ex conſequēti negant locum purgatorii, ex quo dimiſſa culpa, nulla penitus manet p̄ dimiſſis, hic, vel alibi ſoluenda pœna, quod iterū conſtat in multis conciliis dānatum eſſe. Sed quia de his poſtea in tractatu de ſatiſfactione agetur, ideo ad alia tranſire conuenit.

¶ QVI dicunt per pœnitentiam dimiſſi culpam, manere tamen reatum ad æternam pœnā, quouſq̄ ſacerdotalis accedat abſolutio, fundant ſe in hoc, q̄ deus promittit remiſſionem, q̄̄ primum peccator contritionem habuerit de peccatis, iuxta illud Eſai. 56. Ad quem reſpiciam, niſi ad contritum corde? Et iuxta illud Pſalmiſtę. Dixi, confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei, & alibi. Cor contritum & humiliatum deus non deſpicit. Vnde patet, Deum per pœnitētiam intus habitam illico peccata remittere. Econtra vero dixit Chriſtus, non eſſe peccatoribus ſua peccata remittēda, anteq̄̄ ſacerdotes ea remittāt, iuxta illud Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis. Vbi nō dixit, quorū remiſeritis peccata, iā illis remiſſa ſunt, ſed remittentur. Vbi notaꝫ, p̄cedere remiſſionē ſacerdotalē in terris, & ſubſequi remiſſionem in cœlis. Hæc autē non videntur cohærere, vt iſti dicunt, niſi dicamus, Deum per contritionem remittere peccata quo ad culpam: ſacerdotem vero eadem poſtmodū remittere quo ad æternam pœnā, & ita opus eſt dicere, q̄ dimiſſa culpa, relinquitur reatus æternę pœnę per ſacerdotem auferendus.

¶ HIC modus opinandi coīter improbatur: quia, vt ex ſupradictis patet, nō relinquitur in peccatore trāſeunte actu peccati, aliquid remittēdū, niſi reatus ęternę damnationis: nec aliter culpa cōmiſſa dicitur remitti, niſi huiuſmodi reatū dimittendo. Non igitur ſtat culpam mortalē dimitti, manēte debito dānationis æternę: alioquī ſimul eſſet homo filius regni & perditionis, regni per charitatē, & perditionis per reatum, quo pœnæ æternę obnoxius eſt.

¶ Prętera facit ratio aperta: quia ſi dimiſſa culpa per pœnitētiam, manet homo ad pœnam æternā ordinatus: vel igitur manet ad illam ordinatus ſecundū preſentē iuſtitiam, vel ſecundū finale iudicium. Non primum: quia ſi in ſtatu præſenti, in quo eſt, poſt dimiſſam culpam per gratiam, decederet, abſq̄ dubio ſaluaretur: nec mortem ſubiret æternam. Nec ſecundum: quia loquor de pœnitente predeſtinato. Verum quia de hac opinione latius agemus in tractatu de confeſſione, tractādo opinionem Hugo, & Ricardi de ſancto Victore, quorum fuit huiuſmodi opinio, ideo nunc ſuperſedendum, vide ibi.

¶ QVI dicunt, per pœnitentiam cordis culpam remitti ſimul, & pœnā æternam totam, ſed relinquī pœnā temporalem ſoluendam, vt plurimum, de qua nil remittitur per contritionē, niſi ſuperabundans ſit, duo dicunt. ſ. q̄ pœna debita pro peccato mortali, non dimiſſo quoad culpā: eſt alterius rōnis, ſeu ſpēi a pœna debita p̄ eodē p̄cō dimiſſo, quo ad culpā: ſō tota pœna debita mortali p̄ p̄mā cōtritionē oīo tollitur, ſed ſuccedit debitū ſoluēdi aliā tēporalē. Vnde coīter dicitur, q̄ per pniam cordis, cōmutatur eterna pœna in tēporalē.

¶ SECVNDO dicunt, q̄ de huiuſmodi pœna temporali ſoluenda, nil per contritionem remittitur, niſi ſit ſuperabundans, cuius ratio per eoſdem aſſignatur, Quia contritio ſufficiens, & non ſuperabundans nō ordinatur, niſi ad deletionē culpę per reordinationē actus, dū bene diſplicet id, quod male placuerat, & ad remiſſionē offenſę per gr̄am cōcomitātē ipſam cōtritionē. Cōtritio aūt ſuperabūdans, pœnā habet adiunctā, quę redūdat in viribus

ſenſitiuis

ſenſitiuis ex imperio volūtatis dum pœnitens in ſeipſo dolorem excitat, vel ex neceſſitate naturę, per quā vires ſenſitiuæ ſequūtur motum virium ſuperiorū, & ratione talis pœnæ dimittitur aliquid de pœna temporali, in quā fuerat æterna cōmutata. Sic dixit Durandus fautor huius opinionis.

¶CONTRA vtrūq; videtur ratio militare. Cōtra primū quidē: quia diuturnitas temporis nō variat ſpeciē rei. Quod enim albedo duret per longū tēpus aut per paruum, non inde variatur ſpecies. Quod homo viuat ad mille annos, aut in perpetuū, ſiue ad horam ſolā, non variatur, ſeu mutatur ſpecies ipſius. Igitur q; pœna pro peccato debita ſit æterna aut temporalis, non ſufficit ad mutandum rationē, & ſpeciem ipſius pœnæ. ¶Præterea pœna æterna cōſiſtit in pœna damni & in pœna ſenſus, pœna dāni carentia diuinę viſionis eſt, in qua carētia ratio aut ſpecies nō mutat̄ per hoc, q; homo ad tēpus, vel ad ſemper diuina careat viſione. De pœna ſenſus idē videtur, q̄ triſtitia quędā eſt, quā in inferno dānati patiūtur, aut quā per ſenſum poſt die iudicii tollerabunt. Cuius ratio & ſpecies ſeu natura, nō videt̄ diuerſa eſſe, ex eius diuturnitate. ¶Hac ratiōe motus eſt Caietanus ad dicēdū, per pniam, nō totā pœnā remitti, ſed ſolū ęternitatē eius tolli; & vbi ſine pœnitētia foret perpetua, ea exiſtēte, manet ſolum tēporalis, nō variata natura, aut ſpecie ipſius pœnæ. Et inde conſequēter ait, non eſſe verā cōmunē ſentētiā, q̄ tenet, per pœnitentiā cordis ęternā pœnā in tēporalem cōmutari, cū verius diceret̄, pœnā eandē poſt pniam manere, ſed temporalē tantū, cōueniret rem prius diſtinguere, & nō ita indiſtincte falſū cū vero aſſerere. ¶Et quidem de pœna dāni, vt purā priuationē gloriæ importat, verū eſt, per æternitatē eius, aut tēporalitatē, eius ſpeciem & naturā nō mutari. De pœna etiā ſenſitiua, ſi qua eſt, ab igne inferni realiter euētura, itidē verū eſt, eandē ſpeciē eſſe æternā & temporalē. Attamē de pœna interiore ex actibus voluntatis procedente, nō ita certū eſt, eandē ſpecie eſſe æternā & tēporalē, quādoquidem alius eſt actus, ſpecie etiam differens, quo mors ęterna volūtati diſplicet, & æterna a deo ſeparatio, ab actu, quo pœna temporalis, & tēporalis a deo ſeparatio voluntati diſplicet, & per conſequens ſpecie differre videnť, triſtitię ex huiuſmodi actib⁹ tam differētibus pcedētes. Similiter alia eſt pœna mentis ex odio dei, quod dānati contra deū habent, pcedens, alia vero ea, q̄ non ex huiuſmodi odio, ſed aliunde cauſatur. Nec dubiū diuerſū eſſe vermē conſcientiæ, quē dānati habent, ab eo quē habent hi, q purgant̄, in illis etiā eſt deſperatio maxime crucians, qualis non eſt in his. Et de huiuſmodi pœnis mētis, q̄ non niſi dānatis cōpetere poſſunt, certū eſt, eas oēs per pniam tolli, ſicut & culpas. Et de huiuſmodi pœnis mētis poſitiuis recte verificat̄ cōmune dictum. ſ. q; per pœnitentiam pœna æterna cōmutatur in temporalem.

¶SED cōtra ſecundū occurrit ratio, quia nō eſt dabilis pnia ſufficiens ad remiſſionē culpę, q̄ nō ſit quodāmodo ſupabūdans, ſiue dicatur cōtritio ſupabundans ratione intenſionis, ſiue ratione cōtinuationis, ſiue ratione pœnę ipſi cōnexæ. Quia quacūq; data cōtritione, in quocūq; gradu intenſionis habeat̄, minor illa eſſet ſufficiens ad remiſſionē culpę: quia vt ſupra diximus, cōtritio in quocūq; gradu, q̄tunlibet remiſſo ſufficit ad gratiam. Pari forma, quocūq; tempore contritio continuetur, in minori tempore continuata, imo & inſtantanea ſufficeret ad gratiā. Similiter quantacunq; ſit, & q̄tunlibet breui tempore geſta vera cordis cōtritio, habet ſecum pœnalitatem annexā, ſi nō ſenſus, ſaltem mentis. Cum ipſa diſplicentia de cōmiſſis de ſe ſit ſufficiens cauſa triſtitię, ſecluſo impedimento, & ita non datur contritio, quæ ſuperabundans non ſit, hoc eſt, quæ maior non ſit, q̄ ad delendum culpam ſufficiat, niſi forte detur minima contritio, qua minor dari non poteſt, quod non omnino certum eſt. ¶ET cōfirmatur: quia tāta poteſt eſſe cōtritio, vt tota pœna temporalis remittatur. Et ſi a ſūmo gradu deficiat contritio, pœna temporalis erit aliquanta, & quanto magis a ſūmo gradu deficiat, eo maior ſoluenda veniet temporalis pœna, ſicut econtra, quo magis creſcit contritio, eo magis decreſcit pœna temporalis, ſiue quo ad intenſionem, ſiue quo ad durationem. Et ita omnis contritio, quātulacunq; ſit, valet ad remiſſionem pœnę temporalis quo ad aliquid ſui &c.

¶ Quæstio octaua.

Olet prę terea quæri, an per pœnitentiam resurgat homo ad maiorem gratiã & maiorẽ gloriã, & ad plura merita, q̃ prius habuerat. In quo etiam multi varia opinati sunt. Vnde dixerunt quidã, vt Henricus, q̃ peccator per pœnitentiã solũ resurgit ad gratiam minimam nouam, & non ad antiquam, quam, priusq̃ caderet, habuerat. Alii autẽ vt Scotus, & Durandus dixerunt, q̃ pœnitens resurgit ad gratiam ꝓportionatã bono motui voluntatis, per quẽ a peccatis resurgit: non tamen redit gratia prius amissa, q̃uis antiqua merita redeant. Alii vero, vt Alexander & Bonauentura dixerunt, q̃ pœnitens resurgit ad gratiam proportionatã contritioni, per quam resurgit, cum opinione pręcedente, similiter & redeunt antiqua merita, sed huiusmodi merita veniũt pręmiãda secũdũ finalẽ gr̃am, in qua hõ decedit. De quibus breuiter videdũ est.

¶ QVI dicunt in pœnitente non redire priora bona, a quib⁹ cecidit, nec merita antiqua, nec gr̃am, nec gloriã, quã prius meruerat, ideo id dicũt: quia prioribus bonis iuste ꝓpter peccatũ suum & ingratitudinẽ peccator ipse priuatus est. Et sicut cadenti nõ redeũt antiqua peccata, ita & resurgenti nõ redeũt antiqua merita: sed sicut antiqua peccata nõ amplius obsunt resurgenti, ita antiqua merita nõ amplius ꝓsunt cadenti, prout videtur dicere dñs per Ezechie. 18. qui ęqualiter videtur de cadẽte & resurgẽte loqui. Sicut. n. ait de resurgẽte, & vitã emẽdãte, q̃ priores iniquitates, nõ amplius recordabũtur/ita subiungit de cadẽte, seu ad vomitũ redeunte, q̃ suę iustitię priores, nõ amplius recordabunt. Ratio aũt quare gratia, ad quã pœnitẽs resurgit, est minima, videtur esse: quia cũ peccator anteq̃ gratiam habeat, nullã possit gratiam mereri, eo q̃ human⁹ actus meritorius esse nõ potest, nisi ex charitate ꝓcedat: consequẽs est gratiã illã primã, nõ dari pœnitẽti, secundũ quãtitatẽ cõtritionis, per quã primo resurgit: sed datur tanta, q̃ta requiritur, & sufficit ad hoc, q̃ illi peccata remittãtur, ad id aũr, sufficit minima gr̃a, vt constat. Et inde inferũt secũdũ hanc opinionẽ, q̃ omnes pœnitẽtes resurgũt ad ęqualẽ gratiã, & ex cõsequenti ad ęqualẽ gloriã illi gratię correspõdentẽ.

¶ Verum in eo, quod opinio ait, q̃ priora bona in pœnitente nõ redeũt/patebit infe rius. In eo autẽ quod ait, q̃ omnis pœnitẽs resurgit ad gr̃am minimã, & ex cõsequẽti omnes pœnitẽtes ad gr̃am ęqualẽ resurgũt, videt irrationabilis. Quia quoties gr̃a datur alicui, nõ ex opere opato, sed ex opere operãtis datur ꝓportionata actui, ratione cuius pręstat. Et quãdo forma, q̃ inducitur, recipit magis & minus, vti est gr̃a gratũ faciens, eo maior inducit, quo subiectũ magis ad illã dispositũ est: ac proinde, qui intensius & feruẽti⁹ cõteritur, maiorẽ gr̃am assequitur. Et si deo grata est, & accepta cõtritio p̃ctõris, nõ dubiũ, quin maior cõtritio, sit eidẽ magis grata, & magis accepta, q̃ minor. Et quo intẽsi⁹ ipse pœnitẽs deũ diligit, nõ dubiũ, quin a deo ecõtra magis diligatur: & per cõsequẽs nõ dubiũ quin maiorẽ gr̃am cõferat ei, qui maiorẽ & feruentiorẽ habet pœnitentiã ꝓpter deũ. Nec valet dicere, q̃ prima gr̃a non datur ꝓpter meritũ pœnitentis. Quia, q̃uis humanus actus ex natura sua meritorius apud deum non sit: attamẽ attendẽdo dei acceptationẽ & liberalitatẽ, q̃ pro sua bonitate statuit homines iuxta eorũ opera remunerare, non dubium, quin possit homo mereri apud deũ, nõ solũ per actus, qui ex charitate ꝓcedũt, sed etiã, per actus pœnitẽdi & Deũ diligendi, etiã si ex charitate p̃cedẽte nõ fiant. Quẽadmodũ. n. deus in lege ꝓmisit his, q̃ ex charitate opant, p̃miũ: ita & in lege ꝓmisit, eos q̃ ad ipsũ vero corde cõfugiũt, in sui gr̃am admittere, vt ex supra dictis patet.

¶ QVI dicunt, pœnitentẽ nõ resurgere ad gratiã & gloriam gratiæ correspõdẽtẽ, a qua cecidit, resurgere tamen ad merita antiqua, & ex cõsequẽti ad gloriam illis meritis correspõdentẽ, ideo id dicũt, quia gratia, a qua homo cecidit, erat Dei, & a Deo gratis data. Qua, quia priuari meruit, & eadem iuste priuatus est, ideo sibi non amplius restituet, nec nisi quam de nouo meruit assequet: merita tamẽ antiqua in pœnitente redeunt, quia illa erant opera ipsius

pœnitẽtis,

pœnitentis, ideo ſibi ſunt reſeruata, etiam ad gloriam illis correſpondentem.

¶ HAEC opinio in eo, quod ait, q̄ pœnitens reſurgit ad antiqua merita, & ad gloriā illis correſpondentē, & ex cōſequēti reſurgit ad maiorē gloriā, non tñ ad maiorē gr̄am: quia non ad gr̄am antiquā, videtur irrationabilis. Quia ſi ad antiquā ſeu maiorē gloriā reſurgit, etiā ad maiorē gratiā reſurgere debet. Tū, quia gloria pr̄ſupponit gratiā, & maior gloria/maiorē gratiā, & vnuſquiſq̄ gradus gloriæ/ſuū gradum gratiæ p̄ſupponit. Tū etiā: quia ſi reſurgit ad antiquā gloriā, ideo eſt, quia p opera bona acquiſiuit ius ad illā, vt dicunt: quia illā homo meruerat. Igitur ob eam dē rationē habent cōcedere, q̄ reſurgit ad amiſſā gratiā: quia idē ius habuit ad illā. Sicut enim de lege p opera bona homo ille meruerat tantā gloriā: ita eadē lege per ſimilia & eadem opera meruerat illā gratiā, quā preha buerat. Loquor de homine, qui ſecūdū cōmunē legē gratiā obtinuerat, cui ſecundū cōmunē legē non minus debita eſt gratia, q̄ gloria, vt ſuppono. Tū etiā, quia ſi pœnitēs reſurgit ad antiquā gloriā, & non ad antiquā gratiā: igitur ſtaret hominē in cœlo magnam habere gloriā, puta, vt centū: & paruiſſimā gratiā & charitatē, puta, vt vnū. Patet, ſi in via cētum merita habuit, per quę meruit gloriā correſpondentē, vt cētū, & poſtea cadat in peccatū, & finaliter reſurgat per pœnitentiā, vt vnū, & ſic decedat. Cōſequēs autē videtur irrationabile: quia deus, quāto alicui maiorē gloriā confert, ſeu ad maiorē gloriā eū ordinat, tanto magis illum diligit. Et quanto aliquē magis diligit, tanto illum ſibi chariorē habet: & magis amicū. Quanto autē aliquis ipſi deo charior eſt, & magis dilectus, tāto maiorem charitatē illi infūdit. Ergo a primo ad vltimū, quanto aliquē ad maiorē gloriā ordinat, & maiorē gloriā actu illi dat, tāto magis ſe illi p charitatē cōmunicat. ¶ Reſpondent aliqui ad hæc, q̄ ita eſt, q̄ qui reſurgit ad maiorē & antiquā gloriam, ex conſequenti reſurgit ad antiquā gratiam, non tamen ſtatim ipſi pœnitēti reddita m, ſed poſtmodum in fine vitæ reddendam, ſeu quādo illi reddetur gloria ſibi debita. Cōtra hoc etiā ſtat ratio probans, q̄ ſi reſurgit ad antiquam gratiam per pœnitentiā, q̄ ſtatim ſibi conferatur, & non illi differatur. Quia ſi non ſtatim ſibi redditur, hoc ideo eſſet: quia non eſt tunc, cum pœnitet, capax illius, ob quā cauſam differtur gloriæ collatio, quia q̄diu quis eſt viator, nō eſt capax gloriæ: aut quia pœnitens ponit obicem gratiæ amiſſæ, ob quam cauſam non datur gratia baptiſmalis ponenti obicem, ſed differtur: aut quia non eſt vtile, nec expediens ipſi pœnitēti, q̄ ſtatim ſibi reddatur amiſſa gratia, ob quam cauſam deus peccatoribus, quibuſdam tēpus vitæ prolongat, quia ita illis expedit, vt vel amplius mereātur, vel de cōmiſſis pœniteant, & ſatiſfaciāt. Aut quarto ideo pœnitenti nō datur ſtatim gratia amiſſa, qa p peccatū amiſit ius ad illā, ob quam cauſam nulla ſit hæretico poſtmodum pœnitēti iniuria, ſi bona cōfiſcata, eidem pœnitēti nō reddunt: ſed nullū ex his poteſt rationabiliter dici, nec huiuſmodi cauſæ habent locū in præſenti: ergo. Patet: quia falſum eſt, q̄ pœnitens ex corde vero, nō ſit capax gr̄æ prius habitæ: falſum etiam eſt, q̄ illi gratiæ obicem ponat: falſum eſt etiam, q̄ non ſit conueniens & expediens ipſi pœnitenti illam habere, cū hoc longe illi melius ſit, q̄ eam ſibi differri: falſum etiā eſt, q̄ amiſerit ius ad gratiam priorē abſolute loquēdo. Nam ſi non amiſit ius ad gloriam, quam prius meruerat, quomodo verum eſt, q̄ amiſit ius ad gratiam, quam ęque meruerat & habuerat? Adde, q̄ ſi non datur ſibi cū primū pœnitet gratia prior, quia amiſit ius ad eam: igitur, nec poſtmodum venit ſibi reddēda ob eandem cauſam, & ita illa ſolutio voluntaria potius, q̄ in ratione aliqua fundata videtur. Reſtat ergo, q̄ vel antiqua gratia nūq̄ redibit, vel redit, ſtatim q̄ peccator vere pœnitet.

¶ QVI dicūt, q̄ pœnitēs reſurgit ad gratiā contritioni proportionatam, & ad merita priora, q̄ ſecundū finalem gratiā veniūt remuneranda, ideo id poſtremū dicunt: quia vnuſquiſq̄, ſecundum q̄ fuerit finaliter inuētus, ſic iudicabitur, cū nec ſit locus poſtea gr̄am augēdi aut diminuēdi. ¶ Cōtra id poſtremū videt, q̄ opinio hęc ſit irrationabilis in eo. ſ. quod ait, q̄ merita antiqua p̄miabunt ſecūdū exigētiā, ſeu q̄ntitatē finalis gratiæ, & non ſecundū exigentiā gratię, ex qua fuerūt elicita. Primo quidē:

quia merita premiabuntur, secūdum q̄ a deo fuerint acceptata, cum de se & ex natura sua, secluſa dei acceptatione, humana opera nullū habeant valorē ad gloriam & vitam eternā. Sed opera meritoria ab homine facta, nō acceptantur a Deo secundū gratiam finalē, sed secundū gratiā, ex qua p̄sentialiter fiunt. Quia si secundū finalem gratiā venirent ad gloriā acceptanda: ergo si finalis gratia hominis erit magna, opera q̄ in vita fiunt, ad magnam gloriam acceptantur, & si parua ad paruā, ergo si nulla erit gratia finalis, ad nullam gloriam humana opera acceptantur, & ita dabis, q̄ opera bona ex charitate, & propter deum facta, cū omnibus bonis circūſtantiis, non acceptantur a deo, quando fiunt in caſu, ſ. quo ea faciens, eſt finaliter deceſſurus ſine vlla gratia, quales ſunt omnes p̄ſciti. Quod cōſtat in concilio Conſtañ. eſſe dānatū. Ex conſequenti enim ſequitur, q̄ talia opera, etiam ſi ex toto voluntatis conatu, ſimul & ex tota charitatis inclinatione fiant, non valent in caſu ad augmentū gratiæ. Nam ſi ad augmētū gratiæ valerent, valerent ex conſequenti ad augmētū gloriæ, ſecundum præſentem iuſtitiā. ¶ Secundo ſequitur ex opinione hac, q̄ æqualiter operantes ex æquali conatu & gratia, ita vt omnia paria ſint, non æqualiter ad præmiū acceptantur. Patet, ſi alter eorum, qui æqualiter operati ſunt, decedat in gratia magna, alter vero in parua. Quod conſequens videtur contra diuinā iuſtitiā, in ſacris literis nobis ſignificatā, p̄ quas docemur, deum vnicuiq; ſecundū ſua opera redditurū tam premiū q̄ ſupplicium. Vnuſquiſq; enim reportabit ſecundum ea, quæ in proprio corpore geſſit. ¶ Tertio cōtra idem, ſequitur, q̄ impertinens eſſet ex magno feruore charitatis, aut ex paruo oriri, & vehemētē habere cōtritionē, aut remiſſā, & bene agere ex charitate, aut ſine charitate, ad finē aſſequendi gloriam, ſi ita eſſet, q̄ deus in acceptando noſtra opera ad gloriam, nō reſpicit gratiam p̄ſentem, ex qua fiunt, ſed finalem, in qua homo decedet.

Am videamus de principali quæſtione: an ſcilicet per pœnitentiam homo reſurgat ad gratiā amiſſam, & ad merita priora, ſimul & ad gloriam, ad quā prius fuerat ordinatus. In quo magna eſt inter doctos controuerſia, his partem negatiuam tuentibus, illis vero affirmatiuā. Pro his ergo, qui negatiuā defendūt partē. Arguitur primo, quia oppoſito dato, ſequitur, q̄ peccator ſemper perpriam reſurgit ad maiorē gratiā, & ex conſequēti ad maiorē gloriā, q̄ ſi in peccatum nō cecidiſſet: quo dato, ſequitur, q̄ ex peccato reportaret cōmodū. ¶ Secundo ſequitur, q̄ pœnitēs a peccato reſurgens ſemper reperiret ſe magis idoneū & promptū ad opera charitatis, & ad dilectionē dei & proximi, q̄ erat ante q̄ a gr̄a priore cecidiſſet. Nam charitas quanto maior eſt, tanto magis inclinat hominem ad bonum agendum, & a triſtia & difficilia ſuperandum. ¶ Tertio, homo quādo poſt habitā charitatē in peccatū cadit, nō ſemper cadit graui, q̄ antea vnq̄ ceciderat: ergo, quādo a peccato ad gr̄am reſurgit, nō ſemper ſurgit gratior, q̄ prius fuerat, & ita nō ad maiorē gratiā. Cōſequētia videt̄ tenere a ſimili, Antecedens patet: quia ſtat, q̄ olim ceciderit homo ī peccata grauiſſima, & poſt habitam gratiam cadat in peccatum ſimplicis fornicatiōis aut furti. ¶ Quarto, ſi peccator, quando pœnitet, acquirit gratiam, quam prius amiſit: quæro, an eam acquirit ex meritis ſuis, ſeu ratione ſacramenti ſuſcepti, an non? Non ſecundum: quia ſuppono, ſtante lege, neminē de nouo gr̄am acquirere gratū facientē, niſi ex opere operātis, vel ex opere operato virtute ſacramēti. Cū ergo pœnitēs virtute ſacramēti, q̄d nōdū ſuſcipit, vt ſuppono, gratiā nō acquirat, reſtat, vt eā acquirat ex meritis p̄priis. Vel ergo eam acquirit ex merito nouo, q̄d eſt actus pœnitētiæ, per quā a peccato reſurgit, & hoc non: quia illa contritio ſufficienter remuneratur per gratiā vt vnum, ſuppono enim contritionem illam vt vnum, non eſſe meritoriā, niſi vnius gradus gratiæ. Nec etiam illam magnam gratiam acquirit ex meritis antiquis, quia homo per opa meritoria q̄ nunc agit, nō meretur, q̄ ſi cadat in peccatum, gratia ſibi poſtmodū conferat̄, aliqui homo in gr̄a exiſtēs mereretur gr̄am primā p̄ tēpore futuro poſt lapſū cōferēdā. Quod inde videtur falſū, quia tūc, ſi reſtitutio gratiæ poſt lapſum caderet ſub meritis antiquis, ſequit̄, q̄ homo

a gratia

a gratia cadens, posset eam recuperare sine pœnitentia, & sine bono motu voluntatis per hoc solū, q̄ post lapsum cesset ab actu peccati, & obicem gratiæ restituendæ non ponat. Quia cum huiusmodi gratiæ restitutionem prius sufficienter meruerit, sequitur, q̄ ad eam recuperandam, non opus est nouo merito. ¶ Quinto ex Ezechie. 18. apparet, vt supra tactum est, q̄ sicut peccata priora per pœnitentiam subsequentem tradūtur obliuioni, ita merita antiqua per subsequentem recidiuam, traduntur obliuioni. Ergo sicut peccata priora, subsequēte pœnitentia, non amplius redeunt, nec ad ęternam pœnam imputātur, ita & merita antiqua, subsequente recidiua, nō amplius redeunt, nec ad gloriam acceptātur. Vnde & glo. ibidem ait. Sicut iustum ante peccatorem, non grauant antiqua delicta, sic peccatorem ante iustum veteres iustitiæ non iuuant. Pro quo etiam videtur facere beatus Grego. dicens. In perpetratione malorum, nulla debet esse fiducia præteritorum bonorum. Facit etiam Hugo de sancto Victore dicens. Nemo debet in spe correctionis peccare: quia quod semel amittitur, amplius nō recuperatur. His suadere putant aliqui hanc suam assertionē.

¶ QVID tamen ponderis prefatæ rationes habeant, facile est ad eas respondendo videre. Ad primū dicendum, q̄ ex peccato secundū se sumpto, nemo potest commodum per se reportare, sed iram & indignationem dei, & perpetuam mortem: occasionaliter tamen accidit, ex peccato aliquod euenire bonum. Ita enim ex peccato adę, quo natura humana tā abiecta fuit, id bonum fuit subsequutum, q̄ deus efficeretur homo, in quo humana natura sūme fuit exaltata. Ex peccato etiam Petri Christum negantis, magnū illi bonū euenit, scilicet abūdans fletus, & in Chr̄m feruidus & firmus affectus: vnde meruit gratior esse q̄ prius. Ex dubitatione Thomę. in resurrectione Christi, hoc bonum illi, & nobis euenit, vt post ostensionem manuum, & lateris Cristi transfixi, fides resurrectionis Christi in illo, & in nobis firmaretur. In proposito autem nostro cōmodum pœnitenti eueniens, quo, scilicet maiorem gratiā iam habeat, q̄ prius habuerat, per se ex meritis antiquis & nouis illi euenit, non ex peccato: ex quo id boni occasiōaliter accidit, q̄ hominē pœniteat, q̄ illi meritorium est. ¶ Ad secundum nō sequitur illatū: quia bene se compatiuntur hæc. s. q̄ homo habeat maiorē charitatē, q̄ prius habuerat, & q̄ nō se reperiat tam habilem ad opera charitatis & virtutum, sicut prius, huius ratio est: quia per peccata inter casum & pœnitētiā cōmissa, disponitur homo ad malū per habitus vitiosos inde genitos, destruūtur etiā, aut remittuntur habitus virtutum, qui hominem ad bonum facilitabant: & ita non mirum, q̄ homo maiorem gratiam habens, magis ineptum se ad bonum agendum reperiat. ¶ Ad tertiū antecedēte cōcesso, cōsequētia non valet, cuius discrimē apertū est. Quia dimissa peccata, nō redeunt in recidiuante/ quēadmodū merita priora redeūt, quo ad acceptationē ad gloriā & gratiā in pœnitēte. Erant enim opera meritoria priora per peccatum subsequēs mortificata, quę peccato per pœnitentiam recedente, reuiuiscunt ad gratiam, vt prius, vt patebit post. ¶ Ad quartū dicendū, q̄ pœnitēs acquirit gratiā cōtritioni ꝓportionatā ob meritū ipsius nouę contritionis: gratiā vero, quā amiserat, acquirit ex meritis antiquis, per quę prius illā gr̄am meruerat, idq̄ cōcurrēte sūma dei bonitate, q̄ dignatus est, opa bona acceptare, nō solū ad dandā pniāliter gr̄am illis correspōdentē, quādo fiunt: sed quoties obicē ipsi gratię nō posuerit, eandē restituēdū. Obex aūt peccati nō tollitur, nisi homo a peccato cōmisso recedat, nec ab eo recedere de lege pōt, nisi per pniam, vt supra ostēdimus. Ideo pœnitēti gratia prius amissa, restituit ex antiquis meritis, & nō ex merito cōtritionis nouę: quia hæc ad restaurādū deperdita nō requirit tanq̄ meritū, sed tanq̄ id, p quod obex deponit. Quod inde apparet: quia si tanq̄ meritū coageret pnīa ad amissā gratiā, quo maior esset pœnitētia & feruētior, eo maior gratia esset recuperāda, quod est falsū: quia imptiues est ad recuperādū gr̄am antiqs meritis respōdētē, paruā aut magnā cē cōtritionē. ¶ Ad quintū dicendū, q̄ probat autoritatē illam Ezechiel. non directe probare, q̄ antiqua merita, & gratia amissa in pœnitente redeant: quod fateor, vt postea patebit. Nec obstat, quod ait glo. illic citata: quia

loquitur de peccatore in peccatis ſuis permanente, ꝙ illum ſuę iuſtitiæ veteres non iuuant, vt ſaluetur, & id verum eſt. Quia niſi pœniteat, nil illi proderūt ſua antiqua merita. Et hoc modo videtur accipiēdum dictum Grego. ibidem citatū. Quod autem ex Hugone citatum eſt, procedit, vt ait Tho. de bonis amiſſis, quæ recuperari non poſſunt, quale eſt tempus nobis ad ſalutem & gratiam promerendā cōceſſum: nō ſic gratia & merita antiqua, quę quidē per veram pœnitentiam recuperantur.

¶ EST igitur ſecūda ſententia, quę communior eſt, & magis diuinę bonitati & miſericordię conſona, quæ tenet per pœnitētiam redire omnem charitatē prius amiſſam, ſimul & merita antiqua in diuina acceptatione ad eandem gloriam, ad quam prius fuerant acceptata. Pro qua ſententia facere videtur primo, quod ex Ezechiele ſæpe citatum eſt, per quem dominus ait. Si impius egerit pœnitentiam, omniū iniquitatum ſuarū nō recordabor: in iuſtitia, quā operatus eſt, viuet. Et iterum ait, Impietas impii non nocebit ei, in quacunq; die cōuerſus fuerit ab iniquitate ſua. E quibus colligit, ꝙ ſi deus non recordatur peccatorum, peccatore pœnitentiam agente, ſed obliuioni ea tradit/ita ac ſi cōmiſſa nō fuiſſent: & ſi cōmiſſa non fuiſſent, homo ille haberet omnem gratiā, quam ante lapſum habebat: Igitur etiam ſi poſt lapſū vere pœnitet, eandē, vel aliā eiuſdē gradus gratiā habebit. Si rurſus impietas impii non nocebit illi, ſi cōmiſſorum pœniteat, nil igitur gratiæ aut gloriæ prius habitæ illi auferetur. ¶ Facit etiam, quod habetur Iohelis. 2. vbi cum premiſiſſet. Conuertimini ad me in ieiunio/ fletu & plāctu/deinde addit beneficia illis euentura, & inter cętera ait. Et reddam vobis annos, quos comedit locuſta/brucus/& rubigo/& eruca. Vbi gloſa. Non patiar perire vbertatem ſpiritualium, quam animi perturbationibus pdidiſtis. ¶ Facit ad idē glo. ſuper Leui. 7. dicens. ęque placet deo virtus iuſtorū & pœnitētia peccatorum, quę reſtituit in gradum priſtinum Dauid & Petrū. Idem habet glo. ſuper epiſtolam ad hebre. 6. ſcilicet, ꝙ opera priora, quę per ſe ſubſequentia peccata mortificata ſunt, p pœnitentiā reuiuiſcūt. ¶ Facit etiam Ambroſius, qui de pœnitentia loquens, & refert Tho. ait. Pœnitentia res optima eſt, quę omnes defectus reuocat ad perfectum. Sed hoc non eſſet, niſi omnis gratia & merita per pœnitentiam redirent. ¶ Facit etiam Auguſti. in epiſtola ad Macedoniū dicēs. Quod ſuper peccatores, facit deus oriri ſolem ſuū, & addit. Nec minus tribuit, q̄ ante tribuerat munera vitæ & ſalutis. Quod maxime de pœnitentibus videtur veritatē habere. ¶ Facit etiam Chryſoſt. & habetur de pœnitentia. diſtin. 3, cap. talis. Vbi inter alia inquit de pœnitente, ꝙ deus ſuſcipit illum & libenter amplectit, & facit omnia, quatenus ad priorem reuocet ſtatum. ¶ Facit rurſus Auguſti. in libro de pœnitentia vera & falſa. cap. 14, dicens. Pium eſt credere, vt recepta dei gratia, quę in ea deſtruet mala priora, etiam remuneret bona: vt cū deſtruxerit, quod ſuum non inuenit, amet, & diligat bonum, quod in peccatore plantauit. ¶ Facit ad idem ratio: quia ſi poſt verā pœnitentiam gratia prius habita & gloria eidem gratiæ, & meritis antiquis correſpondens non rediret, vt prius, ſequeretur, ꝙ homo in patria beatus, perpetuo puniretur pro peccato in via cōmiſſo, & ita peccatum cōmiſſum, nunq̄ plene dimitti poſſet. Sequela patet, quia priuatio gratiæ & gloriæ correſpondentis propter lapſum in peccatum, pœna peccati fuit. Et ſi prior gratia & gloria, nunq̄ ſunt, ſic lapſo reſtituenda, etiam ſi vere pœniteat: ſequitur ꝙ eadem gratiæ & glorię priuatio perpetuo manebit, etiam ſi homo ille beatus in patria regnet, & ita intentum. ¶ Confirmatur: quia oppoſito dato, ſequeretur, datis duobus, quorum alter in vita ſua innumera opera meritoria fecit, alter vero nullū, præterq̄, ꝙ in fine vitæ ſuorum delictorū, quę ſimiliter innumera fuerūt, pœnitet, ꝙ tales in cœlo ęqualiter premiabuntur, ſequela patet: ſi prior poſt illa innumera merita priora in peccatum cadat, a quo finaliter reſurgat per contritionē ęqualem contritioni alterius, & ſic decedant. Conſequens tamen videtur cōtra diuinā promiſſionē, quę ſępe in ſcriptura promittit, vnūquēq̄ mercedem ſuorum operum reportaturū, non ſolū boni operis finalis, ſed omnium bonorum, quæ quis in proprio corpore geſſit, iuxta doctrinam Pauli.

¶ PRAETEREA

¶PRAETEREA ad idem, homo finaliter pœnitens, & in gratia decedens, potest iure a Deo exigere mercedem bonorum operum, quæ anteq̃ caderet fecerat: quandoquidē deus ad remunerandū omnia obsequia ipsi deo facta, se obligauit. Si dicas, q̃ illa sufficienter fuerunt remunerata per gratiam, & per alia spiritualia dona simul & temporalia, quę nobis nescientibus deus ob opera bona cōcedit/ cōtra. Quia deus non satisfacit bene operanti, si temporalia præstet, cum ipse æternam mercedē pro obsequio eidem impenso promiserit: igitur iure potest pœnitens æternam mercedem pro prioribus meritis exigere. Si dicas, iam deus illi mercedē æternam reddit, ex quo finaliter pœnitet, contra, Quia illa gratia & gloria, quæ ob pœnitentiam finalem homini datur, illi debita est ob ipsam pœnitētiam, etiam si priora merita & obsequia non fecisset, & ita iure potest gloriam prioribus meritis respondētem exigere. Si dicas, q̃ illam, quā ob priora merita erat habiturus, per peccatū subsequens amittere meruit: ideo sibi non erit postmodum debita: contra hanc responsionē pro parte dei datam, stat iterum diuina p̃missio. Promisit enim homini pœnitenti, nō amplius sua peccata imputare: igitur ob peccata priora, non potest deus iuste negare huiusmodi pœnitenti gloriam, quam per obsequia antiqua sibi debitam fecerat: & ita stantibus diuinis p̃missionibus, pœnitens iure potest a deo exigere gloriam & gratiam, prioribus obsequiis debitam seu correspondentem, & per consequens non potest sibi iure denegari.

¶CONTRA tamē hanc cōmunē sententiā nōnulla vrgent, potissimū cōtra fundamēta nūc posita. Et vt omittamus scripturę & sanctorū autoritates infirmare, ex rationibus tamen vltimo factis, videtur id colligi, q̃ peccatum non plene remitti potest, nisi omnia bona per ipsum peccatum ablata restituantur. Nam illis nō restitutis, videl̃ pœna illa priuatiua semper manere. Contra quod occurrit primo, q̃ in baptismo plene remittitur peccatum, tam parvulo q̃ adulto obicem non ponenti: & tamen bona', quibus primo homines ob peccatum priuati fuerunt, nō restituūtur, vt patet de iustitia originali/ de īmortalitate/ de dominio rerū vniuersali, quę hoīes ab initio habuerunt, quibus per peccatū priuatos esse constat. Patet etiam de innocentia baptismali, qua homo postea in peccatum cadens priuatur, & si deinde ad plenum pœniteat & satisfaciat, nō illi restituitur. Patet etiā de virginitate semel per culpam amissa, & de aureola virginitati debita, quæ, q̃uis integra subsequatur pœnitētia, & plena fiat satisfactio, non restituitur corruptæ pœnitenti. Ad hunc modū posset de aliis exemplificari: igitur ad plenam peccati remissionem, non est necessarium omnia bona per peccatum ablata restitui.

¶SECVNDO occurrit aliud dubiū: quia ex eisdē rationibus videt̃ colligi, imo & aperte doctores hanc sententiam tuentes dicunt, hominē pœnitentē habere ius ad gloriam prioribus meritis correspondentem, non obstante lapsu in peccatum postmodum subsequuto, ratione cuius iuris potest peccator post pœnitentiam contra deum in iudicio agere, vt gloria prioribus operibus debita sibi reddatur. Cōtra quod arguitur, quod si tale ius ad gloriam illam homo haberet, maxime id obtineret, quando opera meritoria agit, sed hoc non, & probo. Quia homo viator non aliud, nec aliter ius acquirit ad gloriā per opera, q̃ eius opera ad gloriam acceptantur, cum de se meritoria nō sint, nec digna gloria, sed opera hominis q̃tūuis bona, non acceptantur a deo, ad tantam vel tantam gloriam absolute, sed conditionaliter scilicet, si perseuerauerit, & in tali statu, in quo est, finaliter decesserit, prout scriptum est. Qui perseuerauerit vsq; in finē, saluus erit. Quod si ita sit, sequitur q̃ ius ad gloriā finalem pendet ex cōditionis euentu, & ex consequenti ante conditionis euentum nō dicitur homo habere ius ad gloriam finalem, & ita homo, cum bona opera facit & meritoria, nondū acquirit ius ad finalem gloriam ante positam conditionem.

¶PRAETEREA, nemo habet ius ad id, quod nec suum est, nec sibi debitū, sed anteq̃ quis in gratia decedat, gloria æterna, nec sua est, nec sibi debita. Si enim sine gratia decedat, nulla gloria debetur ei, etiā si innumera opera bona prius fecerit: & ita homo non acquisiuit ius ad gloriam absolute, quando opera bona fecit. Sed nec ius

acquirit ad gloriam prioribus meritis correspondentem, quãdo per pœnitentiam a peccato resurgit, eo ꝙ ratione contritionis propriam mercedem illi respondentẽ prę tendere potest non aliam. Sequitur ergo, ꝙ si ius aliquod ad gloriam acquirit homo, quando opera meritoria agit, est ius conditionatum & non absolutum: sic ꝙ tunc non debetur illi operanti gloria absolute, sed cõditionaliter: sicut & opera illa nõ a deo acceptantur ad gloriam, nisi secundũ prędestinatam iustitiam, quod est ea conditionaliter acceptare: sicut nec Deus pro illis operibus gloriam promisit absolute, sed conditionaliter. s. si in illis homo vsq; ad finem perseueret. Ex hoc autẽ, ꝙ homo per huiusmodi opera, ius conditionale acquirat, non inde fit, ꝙ si postea cadat, & demũ pœniteat, ꝙ habeat actionem contra Deũ ad gloriã prioribꝰ meritis correspõdẽtẽ.

¶ Inde sequitur, ꝙ cuius homo pœnitens gloriam & gratiã suæ cõtritioni correspõdentem tantum accipiat, & non eam, quã ob priora merita fuisset consequutus, si perseuerasset, ꝙ carẽtia talis gloriæ nõ erit dicenda pœna priuatiua. Nam pœna dicẽda non est, priuatio, seu carẽtia gloriæ, quæ nec ipsius hominis fuerat, nec sibi simpliciter debita. Cum ergo gloria prioribus meritis correspondens, nec ipsius pœnitentis fuerit, nec ipsi debita, nisi solum cõditionaliter, vt dictum est, sequitur inualidam esse rationem primo factam, quã nõnulli doctores adeo magnificiunt, ad probandum hanc cõmunem sententiam.

¶ TERTIO oritur inde dubium: quia & si homo, quãdo peccat, priuetur gratia prę habita, & gloria finali sibi correspondente/ talis priuatio non videtur esse proprie pœna peccati, nec in pœnã peccati videtur peccans illa gratia finali priuari, sed quia peccatũ est incompossibile gratiæ illi & acceptationi ad gloriam. Huius ratio videtur esse: quia si priuatio gratiæ & gloriæ esset proprie pœna, sequitur, ꝙ æqualiter peccantes, non æqualiter punirẽtur, quod suppono esse contra diuinam iustitiam. Sequela patet, si duo in idem peccatum cadant, cæteris paribus, demptõ ꝙ alter cadat a gratia vt centum/ alter vero a gratia vt vnum, & casus est clarus. Sicut econtra homini remitti peccata, non proprie est præmium boni operis, alioqui ęqualiter bene operantes, non æqualiter pręmiarẽtur. Patet: si duo ęqualem dilectionem dei elicitãt, quæ sufficiat ad æqualem gratiam, quorũ alter centum peccata mortalia cõmiserat, a quibus liberatur, alter vero vnũ tãtum. & casus patet. Igitur cuius in peccatum cadens maneat perpetuo priuatus gratia prę habita & gloria illi correspõdente, nõ obid dicendus est, æternaliter puniri ob lapsum illum. Et ita rationes supra factæ, non sunt omnino efficaces, cum has & alias difficultates patiantur.

¶ RESPONSIO, nõ esse ob has obiectiones a sententia præfata recedendum, nec eiusdem sententiæ fundamenta posita eneruantur, patet hoc, ad ipsas respõdẽdo. Ad primum, in quo quęritur, an ad perfectam peccati remissionem necessarium sit, omnia bona per ipsum peccatum amissa reparari dicendum, ꝙ non, sed ea opus est reparari, quę ad beatitudinis essentiã pertinere dicuntur, vt sunt visio/ & fruitio, ad quam fuerat homo prius ordinatus, & ex consequenti gratia illi beatitudini pręuia. Nam ad hæc acquisiuerat homo ius per sua bona opera, & per obsequia deo impẽsa. Alia autem bona, quibus contingit homines peccando priuari, sunt in multiplici differentia. Quędam, quę reparari non possũt, vt est virginitas semel amissa, & ex consequenti aureola correspondens. Quędam sunt bona corporalia, vt sanitas, & vita corporalis, sine quorũ restitutione potest peccatum totaliter remitti: sicut & plene remissum est, anima plene purgata cũ Christo regnãte. Quędam sunt bona spiritualia pręter charitatẽ, vt donum scientiæ linguarum/ virtutũ/ & prophetię, quibus, si quando homo ob peccatum priuetur, nõ opus est ea reparari ad plenam peccati remissionem. Et quia iustitia originalis: immortalitas, status innocẽtię, dominiũ q; rerum vniuersale, & alia huiusmodi non sunt de his, quę ad essentiam beatitudinis pertinent: ideo non mirum, si peccato plene condonato, siue per baptismũ, siue per pœnitentiam, illa in se formaliter non redeant. Horum ratio est. Quia illud solum est necessarium restitui ad plenam peccati remissionẽ, cuius priuatio pertinet ad ea, quæ sunt de essentia punitionis seu pœnæ peccato:

peccato debitę: qualia sūt, q̄ ad pœnā damni, & pœnam sensus pertinent: ideoq; plene peccatū nō remittitur, nisi gloria prius debita simul & gratia repareť, & reatus ad pœnam sensus auferatur. Alia autem bona prenumerata nō sunt talia, q; eorum carentia pertineat ad essentiam pœnæ peccato debitæ, siue loquamur de pœna damni, siue de pœna sensus, vt patet.

¶ AD secundū, in quo de iure ad gloriā quęritur, dicēdū, q; homo, eo ipso q; opera bona facit in obsequium dei, & propter ipsum deum sūme dilectū, acquirit ius ad mercedem ęternam, idq; ex promissione ipsius dei, vt supra tactum est. Et fateor, q; non acquirit ius absolutum, quo simpliciter & absolute sibi gloria finalis debeať, sed conditionatum, vt tactū est: & hoc ius conditionatum acquiritur homini, quando deo obsequium aliquod pręstat, purificatur autem huiusmodi ius per conditionis euentum. s. quādo finaliter pœnitet, & in dei gratia decedit. Tunc enim habet ius absolutum, quo ex lege sibi promissa merces æterna negari nō potest, & per hoc patet ad secundum. Nec sequitur, quod ibidem correlarium illatū prętendit. Quia, cuius gloria ęterna non debeatur simpliciter & absolute homini, q̄diu in via est, sed conditionaliter, attamē per aduētum conditionis debetur absolute. Et ita hominē in gratia decedentē perpetuo priuari gloria, sibi iā absolute debita, pœna ꝓprie est.

¶ AD tertiū, in quo quęritur, an priuatio gratię & gloriæ correspondentis, qua homo per lapsum in peccatū priuať, sit proprie pœna, dicendum q; sic. Quia huiusmodi priuatio ad pœnam damni pertinere videtur, vt patet ex dictis. Et quando arguitur, q; tunc ęqualiter peccātes inęqualiter punirētur. Resp. negando sequelā de pœna essentiali loquēdo, vt purā glorię carētiā importet, nā si de pœna dāni loquamur, ęqualiter puniuntur omnes mortaliter peccantes. Quia hęc pœna est, hominem a regno dei exulare, & gloria perpetuo carere, in qua carētia, oēs eq̄les sunt, qui mortaliter peccant. Si loquamur de pœna sensus ęterna, hanc q̄tum ad eius durationem ęqualē habent omnes æqualiter peccantes. Quod autem in casu dubii proponitur, accidit huic pœnę. s. q; peccās, prius habuerit paruam, aut magnā, aut nullam gratiam, q; q; ad magnam, vel paruā fuerit gloriā ordinatus. Quia ęqualiter a gloria dei excludenť, & æqualiter æterno prę mio priuabuntur, esto q; alteri fuerit conditionaliter debitum, alteri vero nō, quod constat ad essentiā pœnæ damni imperti nēs esse. Vel dicatur secūdo, q; pœna damni non opus est, sit quantitati peccati proportionata. Patet, quia si duo infideles, qui nunq̄ gratiā habuerunt, inęqualiter peccent, & decedāt, æquales tamē erunt in pœna damni. Ita econtra, si alter aliquādo gratiam habuit, & ex consequenti ius ad gloriam, alter vero non, & ambo in peccatis decedāt ęqualibus, nō erūt in pœna damni ęquales, seu in pœna priuatiua, cū alter gratia actu fuerit priuatus, seu expoliatus, & alter non. Cuius exemplū ex humana iustitia sumi potest. Si duo in eandē hæresim inciderūt, & cætera sint paria, dempto q; alter erat valde diues, alter vero non, & ambo in perpetuum carcerem detrudantur, & vtriusq; bona omnia confiscentur: constat peccata ęqualia esse, & tamen pœnā priuatiuā non esse ęqualē, cum alter priuetur multis bonis, alter vero paucis. Ita in proposito, seu in diuino iudicio, cum accidat, cadentem magnam, aut paruam gratiā prę habuisse: ita accidit æqualiter peccātes inęqualiter puniri pœna priuatiua, accipiendo pœnā priuatiuā, nō vt dicat puram carentiam gratię aut glorię, sed vt dicat carentiam gratiæ præhabitæ, aut gloriæ prius debitæ.

¶ Questio nona.

EX dictis in præcedenti quæstione alia consequitur, an scilicet, sicut per pœnitentiā antiq̄ merita redeunt, & ad gloriā, vt priꝰ acceptantur, ita etiā per recidiuā antiqua peccata redeant, & ad supplicium imputentur, vt prius. In qua quęstione duę sunt opiniones solēnes, quarum, quæ cōmunior est, & magis pia, tenet, q; antiqua peccata prius remissa, non

/ majorje. 4. d. 2

redeunt per recidiuam ita, vt ad æternam pœnam, vt prius imputetur. Pro qua sententia solet argui. Primo ex eo, quod sæpe ex Ezechi. 18. citatum est. Quacunq; hora ingemuerit peccator, nō recordabor amplius peccatorū suorū, nōigit punit deus reincidētē pro peccatis, de quibus pœnitētiā egerat. Hoc enim est deū recordari peccatorū, quod est velle punire, seu ad pœnā illa imputare. Econtra vero non recordari est, ea ad pœnam non imputare.

¶ Secūdo ex canonica Ioco, 1. cap. Deus oī b9 dat affluēter, & non improperat, put etiā Paulus ait ad Romā. 11. Sine pœnitētia sunt dona dei & vocatio: igitur, quę deus semel condonauit, deus nō amplius repetit. Nec eum pœnitet ea condonasse: qualiter pœnitere videretur, si dimissa peccata rursus ad pœnā imputaret.

¶ Tertio ex eo, quod dicitur Naum. 1. Deus non punit bis in idipsum, seu non consurget duplex tribulatio. Si igitur semel deus peccatorem in hoc seculo, pro peccato puniuit, interueniente dolore cordis, & debita satisfactione ipsius peccatoris, quomodo postea pro eodem peccato, eū in alio seculo puniet?

¶ Quarto, quæro, quādo de9 pœnitēti cō missa remittit, an remittat ea absolute, an cōditionaliter, ſ, nisi postea relabat. Non secundum: quia tunc peccata remitti pœnitē t, pēderet ex futuro statu seu lapsu, aut decessu ipsius pœnitētis ita, q; si verum est, q; reincidet, non remittuntur peccata, si autē nō reincidet, remittūtur. Cum igitur deus certus sit, conditionem non stare in eo, qui relapsurus est, cum omnia etiam, quæ futura sunt, aperta sint oculis suis, sequitur, q; remissio non fit pœnitenti, quē deus scit in culpam relapsurum. Consequēs est falsum & erroneum, quia siue pœnitens relapsurus sit, siue in bono pseueraturus, deus dat absolute gratiam ipsi pœnitenti, & per consequens absolute, sine præfata conditione remittit peccata per pœnitentiam. Quia, vt arguit Durandus, posita absolute causa alicuius effectus, ponitur absolute effectus, causa autem ex parte peccatoris ad remissionem peccatorum est pœnitentia, ex parte autē dei est gratia, cum igitur hæc absolute, & sine futura conditione ponunt, igit absolute, & sine futura conditione ponit peccatoꝝ remissio. Quo dato, sequit, q; quæcūq; eueniat cōditio, nō amplio9 ad pœnā æternam imputabunt.

¶ Quinto, tota ratio ēre dicunt peccata dimissa redire in recidiuante, est ingratitudo ipsius reincidentis. Aut igitur qualiscūq; ingratitudo facit peccata redire, vel nō nisi certa aliqua. Si primū, igitur peccata redeūt in eo, qui venialiter peccat post remissionē obtentā priorū pctōrū, quod cōstat esse falsum. Si secūd, demus q; debeat esse ingratitudo magna scilicet, mortalis, adhuc ipsa habet latitudinē, ex quo vna est maior ingratitudo, q; altera, igitur si per ingratitudinē meretur homo peccata redire quo ad pœnā, quæ maior ingratitudo est, plura peccata redire meretur, q; quę minor est, & ita falsum est, q; in omni recidiuante omnia dimissa peccata redeant.

¶ Sexto, & est cōfirmatio pcedētis. Aequaliter peccātes, equaliter veniūt puniēdi, & vnusq; scq; iuxta quātitatē culpę, iuxta illud Deutero. 25. Iuxta quātitatē delicti, erit plagarū modus, sed oppositū accideret, si oīa dimissa in recidiuante redirent. Patet, quia stat, q; ille, cui plura & grauiora peccata dimissa sunt, leuius reincidat, puta in simplicem fornicationem, alius vero, cui pauciora sunt dimissa, grauius cadat, puta in graue adulterium. Et patet sequela.

¶ SED quoniam magister & Gracianus reputant opinionem contrariam probabilem, quam & tenere videtur Hugo doctor illustris, putādum est, rationes præfatas, non sufficienter concludere, quod pretendunt. Vnde ad eas respondendo, posset dici. Ad primū, q; si illa autoritas probaret, q; peccata priora, non redeūt in recidiuante, eo q; deus eorum nō recordatur, homine de illis pœnitentiam agente, similiter probaretur, q; iustitiæ priores & merita, si homo ab illis cadat, non redeunt in pœnitente, cum de illis similiter dicat textus, q; si homo a iustitia recesserit, deus non recordabitur suarum iustitiarum, hoc autem non probatur, nec patet ex dictis in quæstione præcedēte, igitur. De hoc postea dicetur. ¶ Ad secundum, fateor q; deus dat sapientiam & gratiam omnibus se sufficienter disponentibus, & cætera, quæ illis sunt ad salutem necessaria, & non exprobrat, nec eum collati beneficij pœnitet. ſ. si

lege. vt.

homo

homo non agat, vnde accepto beneficio, priuari mereatur. Sic enim ob ingratitudinem & peccata hominū, deus eos priuat charitate & aliis donis spiritus sancti, aliisq; bonis corporis & fortunæ, vt innumera scripturæ exempla demonstrant. Cum ergo inter beneficia, quæ deus homini confert vnum est, & de prioribus, cōdonare offensas, & debita remittere, non mirum si tali beneficio homo ingratus priuetur, vt patet de liberto, qui propter ingratitudinem reuocatur a domino, qui eum manumisit l. 2. C. de libertis &c.

¶ AD tertium dicitur, q; illud ad literam exponūt de terra Iuda, quam Salmanasar rex afflixerat, cui deus promittit, q; nō vltra per Senacherib filium eius affligetur, vt exponit Lira cū aliis. Quod si ad peccata dictum illud referatur, q; pro peccato deus non punit bis, intelligatur, quādo semel peccator p peccato est sufficienter punitus, aut pro quo peccator ipse sufficienter satisfecit, vt vult Hugo, similiter & glosa ibidem. Vnde qui pro adulterio hic decollatur, etiam venit in inferno a deo æternaliter puniendus, quia decollatio nō fuit peccato cōmisso condigna pœna.

¶ AD quartū, potest argumētū inarguētē retorqueri, q̄tendo de operibus bonis ab homine factis, quando a deo ad gloriā acceptātur, an deus illa ad gloriam acceptet absolute, an conditionaliter. Si primū, igitur qualitercūq; homo postea vixerit, erit semp ad gloriā ordinat⁹. Si secundū: igitē opa bona hois in p̄ctūm postmodū relapsuri, nō acceptant ad gl'iam: q̄ ratio cū nō concludat, sequitur, q; nec ea quę facta est, concludit. Ideo dicēdum, q; sicut deus acceptat ad gloriā opera bona, dupliciter. s. secundum præsentem iustitiam, aut secundum æternā præscientiā, ita, cum peccator pœnitentiam agit, deus eius peccata remittit secundum præsentē iustitiam, aut secundum æternam prȩscientiam. Et sicut homine bona opera agente, deus secundum præsentem iustitiam, absolute illi dat gratiā, & ad gloriā eūdem ordinat: ita homine pœnitēte, absolute remittit deus illi peccata secundum præsentem iustitiam, ita vt in neutro dependeat acceptatio, aut remissio ex futuræ conditionis euentu. Attamē secundum æternā prædestinationem, seu præscientiam, atq; finale iudiciū acceptatio ad gloriam, & peccatorum remissio ex finali hominis statu dependet.

¶ AD quintum, admisso, q; peccata non redeant, nisi p̄ lœtalem ingratitudinē, attamen impertinens est, hanc magnā esse aut paruam, modo lœtalis sit, ad hoc, q; oīa dimissa redeant. Quia eo ipso, q; homo est hoc modo benefactori ingratus, dignus est, qui beneficio gratuito prius accepto priuetur, quale fuit peccatorum remissio, quo beneficio ablato, necesse est oīa peccata dimissa redire, modo multa fuerint, modo pauca.

¶ AD sextū, admisso antecedēte simul, & q; stat grauius & leuius reincidere, non sequitur, aliquē grauius puniendum pro leuiori q̄ pro graviori peccato, quia illa peccata reincidentiæ, sicut propriam habent malitiā, ita propria & proportionata pœna illis respōdebit. Quod si qui leuius cadit, grauius punietur, non propter peccatum casus id erit, sed propter plura peccata prius cōmissa, quæ per casum redeunt. Et ita patet cōmunem sententiam, non omnino efficaciter contra Hugonem suum intentum probare.

¶ EST igitur secunda opinio, quæ partem q̄stionis affirmatiuam tenet. s. q; in recidiuāte redeunt antiqua peccata, quo ad pœnam æternā, ad quam videtur Gracianus declinare, p̄ qua sentētia faciūt, q̄ sequunt.

¶ PRIMO: quia peccata, quæ a memoria dei exciderunt, aliquādo redeunt in memoriam eius: nec videtur quando, aut per quid, nisi per recidiuam. Antecedens patet ex propheta. psal. 78. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū, cito anticipet nos misericordia tua. & iterū, redeāt in memoriam iniquitates patrū suorum. Et. 3. Regū. 17. dicebat mulier sareptana ad Heliam, Quid mihi & tibi vir dei? ingressus es ad me, vt rememorentur iniquitates meę? Sed deum rememorari & reminisci antiquarum iniquitatū nil aliud esse videtur, q̄ ad pœnam iterum imputare peccata, quæ prius remiserat, quod maxime in recidiuante verificari videtur.

¶ SECVNDO idem videt ex Oseę. 7. Vbi dominus improperat filiis israel peccatum, quod ad preces Moysi patribus fuerat remissum, s. peccatū idololatriæ, pro-

pter quod dicit eis, q̃ casuri sunt, & in captiuitatem redigendi, & citat Gracianus de pœnitentia distin. 4. cap̃. Ve eis, Quod si peccata patribus dimissa in filiis diuinitus puniuntur, & redeunt, secundum q̃ alibi dictum est. Ego sum deus visitans iniquitatem patrum in filios: a fortiori igitur peccata hominis semel dimissa punientur in eodem, si recidiuet.

¶ TERTIO, id ipsum videtur propheta psal. 37. significasse, quando dixit. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, vbi glosa. Plagæ per baptismũ sanatę, in putredinẽ redeunt per peccata postmodũ cõmissa. Vnde idẽ propheta in psal. 50. lamentatur & confitetur dicens. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea. cum tamen sciret peccatum originale, sibi per circumcisionẽ & fidem fuisse remissum. In quo significat originale prius remissum, postmodũ per alia peccata commissa rediisse. Vnde & Rabanus tractans illud Matth. 18. de seruo, qui suo noluit conseruo misereri, ait. Non solum peccata, quę post baptismũ homo egerit, reputabuntur ei ad pœnã, verũ etiã peccata originalia, q̃ in baptismo ei dimissa sunt.

¶ QVARTO facit ratio: quia merita antiqua redeunt ad præmiũ per pœnitentiam, igitur peccata antiqua redeunt ad pœnam per recidiuam: antecedens supra probatum est. q. precedenti, per illud Ezechi. Quacũq; hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor peccatorum suorum, & etiam per eundem Ezechielẽ. cap̃. 33. dicitur. Si auerterit se iustus a iustitia, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? omnes iustitiæ quas fecerat, non recordabuntur, & nõ erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecerit. Vbi æque dicit, q̃ deus nõ recordabitur iustitiarum antiquarum, si homo iustus a iustitia se auertit: & q̃ deus non recordabitur peccatorum prius cõmissorum, si peccator pœniteat, vel igitur peccata in recidiuante redeunt, vel merita in pœnitente non redeunt. ¶ Confirmatur id: quia si homine recidiuante, deus non recordatur iustitiarum preteritarum, nec pœnitentię prius habitę, perinde igitur est, ac si nõ pœnituisset: sed si non pœnituisset de prius cõmissis, illa manerent ad pœnam æternam imputata, igitur ita erit in casu recidiuæ. ¶ Facit ad idem: quia maius beneficiũ est, deum homini gratiam præstare, & eundẽ ad gloriam ordinare, q̃ debitum peccatorum remittere: sed homo per recidiuã iuste priuatur gratia & iure ad gloriã, ad quã fuerat præordinatus, igitur etiam iuste priuatur beneficio remissionis, & ita intentũ. ¶ Postremo facit quod legitur Matth. 18. de seruo, cui rex omne debitum remiserat, a quo, cum conseruo suo nollet similiter cõmiserei, & debita remittere, omne debitum, quod remiserat, repetiit. Super quo Gregorius ait. Inde constare si quod aliquis in nos delinquit, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigit, quod nos iam per pœnitentiã dimissum fuisse gaudebamus. Et Augusti. lib. de baptismo. Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissime dominus in euangelio docet in illo seruo, a quo dominus debitum petiit, eo q̃ ille conseruo suo debitum nollet dimittere.

¶ HIS tamen non obstantibus, videtur ad quæstionem, sub distinctione respõdendũ. Potest enim intelligi peccata in recidiuante redire tripliciter. s. quo ad actum: & hoc modo certum est, ea quę preterierunt, non amplius in recidiuãte redire in se, etiã si homo possit in similia peccata incidere. Potest secundo modo intelligi, dimissa redire quo ad pœnam, ita. s. vt punienda veniant eo modo, quo punienda forent, si pœnitentia nõ præcessisset, aut si dimissa non fuissẽt: & in hoc sensu tenendum est, peccata dimissa, non amplius redire. Id patet ex decreto Augustini in. lib. sententiarũ prosperi. dicẽtis. Qui a Christo recedit, & alienatus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in damnationem vadit! sed nõ id, quod dimissum est redit, nec originali peccato dãnabitur. Idem dixit Gelasius papa, & habetur de pœnitentia distin. 4. Diuina clementia dimissa peccata in vltionem vltcrius redire non patitur. ¶ Præterea, quando peccator vere pœnitet, deus peccata remittit, & secundum legem a debito peccati, quo ad deum absoluitur, absurdum autem est, eum qui semel ab aliquo debito legitime absolutus est, eodem debito rursus teneri, vt ait Bonifacius & Benedictus vndecimus in extrauagante. Inter cunctas.

¶ Præterea,

¶ Præterea, & est confirmatio eiusdem, si peccatorē vere pœnitet, æterna pœna suis peccatis debita cōmutatur in temporalē, quam, si quis persoluat, erit omnino a peccatis cōmissis liber, tanq̄ qui ad plenum satisfacit, pro peccatis a se cōmissis, ex quo deo persoluit totum id, quod loco satisfactionis deus ab illo exegit. Igitur, esto postea recidiuet, non exigetur ab illo pro peccatis prioribus alia satisfactio, & hoc fatentur aduersarii. Ergo etiam si pœnam temporalem, in quā æterna fuit cōmutata, hic nō soluatur: in alio seculo nō exigetur a tali peccatore, nisi pœna huiusmodi temporalis, cuius tātum mansit debitor post contritionem. ¶ Præterea inhumanum & ferale videtur, duriorem seruitutem exigere, vbi minor est ingratitudo: sed cōtingit, q̄ is cui plura peccata dimissa sunt, sit minus ingratus recidiuādo, q̄ alius, cui pauciora sunt dimissa, vt patet, si is cui centum peccata sunt dimissa, incidat ex fragilitate, aut inaduertentia, aut ex metu vehementi in peccatum aliquod, puta quo ieiunium ecclesiæ soluat: alius vero cui vnum peccatum dimissum fuit, incidat in peccatū contra deum cōmissum in cōtemptum & despectum ipsius Dei, a quo remissionis beneficium acceperat. Certū est enim, hunc secūdum esse magis ingratum primo: & tamen ex contraria sententia, maior seruitus exigeretur a primo, cui multa redeunt peccata, q̄ a secundo, vt constat.

¶ NEC valet dicere, q̄ quicunq̄ recidiuat, dignus est ob ingratitudinem, q̄ omnia priora peccata illi imputentur, ex quo iuste posset deus homini pro omni peccato mortali infinitā, etiam intensiue, pœnā infligere, quod plus est, q̄ priora cōmissa ad supplicīū replicare, nec si illud deus faceret, esset iniustus aut feralis, nō inq̄ valet. Quia esto q̄ posset iuste, si vellet, omnia dimissa recidiuanti imputare: non tamen ita facit, sua erga homines misericordia potius q̄ iustitię rigore vtens. Sicut p vnoquoq̄ peccato mortali iuste posset, si vellet, infinitā pœnam intensiue exigere, & hominem anichilare: non tamen ita facit, sed p vnoquoq̄ peccato, certā statuit pœnā inferre, put peccati quantitas exegerit.

¶ POTEST tertio modo intelligi peccata dimissa in recidiuante redire per modum circunstātiæ, aggrauantis ipsam recidiuam, & hoc modo verum est dimissa redire. Vt si quis post acceptū ab aliquo beneficium, illi iniuriam irrogat, certum est cæteris paribus, huiusmodi iniuriam grauiorem esse, q̄ si beneficium ab illo nō recepisset. Et ita, quanto peccator plura aut maiora a Deo beneficia recepit, tanto grauius peccat, deum benefactorē offendendo. Et hęc est cōmunior sentētia ac verior. Et ita, qui recidiuat exempli gratia in fornicationem post dimissa sibi priora peccata, grauius peccat, ex duplici capite secundum Scot. Primo: quia ille homo, magis tenebatur Deo ratione beneficii accepti, puta remissionis priorum peccatorū, idq̄ lege gratitudinis, vt cōstat, igitur grauius peccat cōtra legem gratitudinis recidiuando. Secundo: quia pluribus obligationibus tenetur is, cui peccata remittuntur ad non peccādū: vna ratione legis peccatū ipsum prohibentis: alia ratione voti aut promissionis, quæ in pœnitentia, vt ait, includitur, quia vere pœnitens p̄ponit postmodum abstinere a peccatis. ¶ Verum hæc p̄batio Sco. deficit: quia præsupponit in pœnitentia includi votum seu promissionem, non vltra peccandi, quod non est verum, quia aliud est pœnitentem proponere non amplius peccare, aliud vouere, aut promittere, vt constat. Et primū vtile & necessarium est. Secūdum vero non ita, imo multis est periculosum, propter periculū recidiuādi in aliquod peccatum, ad quod maxime proclines se experiunt. Inde his, qui assueti sunt ludere, periculosum est iurare, q̄ a ludo abstinebunt, cū vix possint abstinere, vt experientia docet. Ac proinde confessores cauere debent, ne cum videant pœnitentem frequenter in peccatū aliquod incidisse, ab eo iuramentum exigant, de non recidiuando in illud. Nec Iudex debet clericum compellere, abiurare concubinam ob rationem dictam. capitu. Clericos. de cohabitatione cleri. & mulie.

¶ Aliud etiam sequitur ex his rationibus Sco. q̄ nō potest quis recidiuare, quin duplici peccato peccet specie differenti, imo triplici peccato principali. s. fornicationis, & peccato ingratitudinis, & peccato infidelitatis, qui p̄missum non cōplet, quod tamē nō opus est. Stat enim, q̄ sit p eccatū

ſimplex fornicationis, ſi quãdo fornicatur nil aliud intẽdit, nec illi in mentẽ aliud venit, niſi fornicari. Imo ſtat, q̃ talis fornicatio nõ aggrauetur ex beneficio remiſſionis prius ſuſcepto. Patet: ſi quando in fornicationẽ labitur, nullatenus recordatur beneficii ſuſcepti, ita, vt illa nõ recordatio ſit ei inuincibilis, quod negari eſſe poſſibile nõ poteſt. Tũc eſt manifeſta ratio, q̃ nõ aggrauetur talis fornicatio ex accepto beneficio: quia ignorantia inuincibilis præcedẽs, excuſat a tota malitia, quę alioqui erat euentura, non exiſtente tali ignorantia, de quo alias. Ac proinde, q̃uis vt in plurimũ peccatum recidiuę aggrauetur per beneficium remiſſionis prius ſuſceptum, nõ tamen ſemper, & per conſequẽs, nec dimiſſa peccata ſemper redeunt per modum circunſtantię aggrauantis, niſi in eo, qui aduertit, aut aduertere debet, ad beneficiũ ſic per eum receptum. Et tunc erit duplex peccatum. ſ. fornicatio & ingratitudo. ¶ Pro quo notandũ, quod ait Tho. 2. 2. ſ. tres ſunt gradus gratitudinis. Primus: beneficium agnoſcere. Secũdus, laudare & gratias agere. Tertius, loco & tẽpore retribuere pro facultate. Econtra vero ſunt tres gradus ingratitudinis. Primus, beneficiũ non referre, ſeu nõ retribuere. Secũdus, diſſimulare, quaſi non demonſtrans, ſe beneficium accepiſſe. Tertius, q̃ nõ recognoſcat p obliuionem. ſ. voluntariam, aut alio modo. Et quia in affirmatione oppoſita intelligitur negatio, ideo ad primũ ingratitudinis gradum pertinet, q̃ alias retribuat mala pro bonis. Ad ſecũdum, q̃ beneficium vituperet. Ad tertiũ, q̃ beneficium, quaſi male ficium reputet. Ad quorum, primũ pertinet peccatũ recidiuæ, cum per illud iniuria fiat Deo, qui tãtũ beneficiũ tribuerat. ¶ SED hic dubitant Doctores, vbi eſt maior ingratitudo: in caſu ab innocentia, an in caſu a pœnitentia. Et videtur Sco. dicere, q̃ in caſu ab innocentia, eo q̃ quanto maius eſt beneficium acceptum, tanto magis eſt ingratus, qui benefactorem offendit, ſed innocẽtia eſt maius beneficium, q̃ pœnitentia. Probat hoc, quia maiorẽ gratiam fecit Chriſtus matri ſuæ, eam in innocẽtia præſeruando, q̃ Magdalenæ, eam a caſu leuãdo. Vnde ſingularis gloria, & ornatus eſt ſanctis in hoc, q̃ nũq̃ ceciderũt.

¶ OPPOSITVM tamen videtur verius. Pro quo ſupponẽdum eſt, q̃ quantitas beneficii ſeu gratiæ alicui factæ, nõ cõmenſuratur præciſe, ex quãtitate doni ſeu rei donatę, ſed ex qualitate dãtis, & ex qualitate, ſeu conditione accipientis. Ex dante quidem, vt ſi is, qui alteri beneficiũ facit, id cum periculo ſuo, aut ſuarum rerum diminutione, aut cũ magno labore, aut magnis expenſis faciat. Ex parte etiã accipientis, quia cęteris paribus, quanto is, cui beneficium fit, minus dignus eſt illo, aut magis indignus, tanto eſt maior gratia, & maius beneficium, vt ſi inimico, & ei, qui cõtrarium meruit, beneuolentiam exhibeo. Inde magis meritoria eſt dilectio inimici q̃ amici, prout Chriſtus ſignificauit dicens. Si diligitis eos, qui vos diligunt, quã mercedẽ habebitis? nã id Ethnici faciunt. Et Paulus idẽ docet. d. Cõmendat autem charitatem ſuam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, pro nobis mortuus eſt. Matth. 5. Rom. 5.

¶ CORRELARIE ſequitur, q̃ ſtat munus alicui datum eſſe minus, & tamen beneficium ſeu gratiam eſſe maiorem. Patet ex parte dantis, ſi minori incõmodo & labore, conferat maius q̃ minus. Similiter ex parte capientis, ſi capiens minus ſit illo penitus indignus, & contrarium meruit, alius autẽ, cui maius tribuitur, eſt illo dignißimus. ¶ Sequitur amplius, maius eſſe beneficium redemptionis q̃ creationis, tam ex parte benefacientis, q̃ ex parte recipientis. Ex parte quidem facientis, quia beneficium redemptionis, factum eſt cũ magno labore, & iactura, & expenſis ipſius Chriſti redemptoris: nam cum ſanguinis effuſione & morte crudeliſſima nos redemit. Ex parte etiam recipientis, quia nos ipſi, qui redempti ſumus, eramus tanto beneficio penitus indigni, non ſolum contradictorie, ſed cõtrarie, quia merebamur æternaliter captiuari, & dãnari, imo & in nihilum redigi, quę cauſę non cõcurrunt, ad augendum gratiam creationis, vt conſtat.

¶ SEQVITVR inde, q̃ maiorẽ gratiam fecit Deus, dando innocentiã virgini gloriosę, q̃ eam dando Adę & Euæ, in ſtatu integræ naturæ, eſto q̃ munus in ſe eſſet æquale. Patet hoc ex parte dantis & accipientis

pientis: quia, si Christus virginem ab omni culpa etiã originali conseruauit, fuit ob meritum passionis ipsius Christi, & ita cũ magno labore & passione dantis: cũ tamẽ Adę data fuit pro tunc innocẽtia liberaliter, & nõ ob passionẽ Christi præuisam. Similiter quia virgo Maria, nisi præseruata fuisset, ad massam cõmunem naturæ infectæ pertineret, vt alii. ¶ Sequitur vltra maiorem gratiam esse, lapsum in peccatũ per pœnitentiam erigere, q̃ cum tenere ne cadat, idq̃ ex parte recipientis. Quia minus dignus est beneficio, qui cecidit, imo est illo indignus positiue, vt constat, qualiter nõ est dignus is, qui nunq̃ cecidit. Ac proinde, licet beneficium innocẽtiæ in se sit maius, q̃ beneficium pœnitentiæ, per quam quis resurgit: attamen attenta conditione recipiẽtis, maius est beneficium pœnitentiæ q̃ innocentiæ. Et inde fit, q̃ lege gratitudinis, magis tenetur quis ob pœnitentiam susceptam, q̃ ob innocẽtiam: & per consequens cæteris paribus, grauius peccat, qui a pœnitẽtia cadit, q̃ qui ab innocentia. Quod ex sententia Hugonis cõ probatur dicẽtis. Nõne attendis, quanto sępius gradatur, tanto iniquior ingratitudo iudicatur? Ecce duo sunt, vnus sępius offendit & sępius oranti venia indulgetur: alter innocenter viuens, & semper voluntati, & imperio presidentis domini humiliter obediens, non habet pro quo deprecetur. Contingit autẽ postea, quod contingere potest, vt vterq̃ in simili culpa offendat: dic ergo, quis horum amplius reus iudicatur, nisi ille, qui prius tantam gratiam ingratus cõprobaꝟ accepisse? Leges secũda crimina grauius plectunt, & iterata vulnera difficilio ad sanitatẽ reducũꝟ. hęc ille. ¶ IAM respõdeamus ad rationes supra in oppositũ factas. Ad primũ, in quo arguit, Deum aliquando antiquarũ iniquitatum recordari, dicendũ est in illis & aliis huiusmodi locis, Deũ dici recordari, quãdo effectum exhibet, quo ostendit, se memorem esse, & in mẽte retinere, quæ ab aliquo cõmissa sunt. Nec opus est, id ita accipere, quasi Deus olim in mẽte aliquid habuerit, qđ a memoria excidit, qui postea ad recordationẽ excitatur. Sed recordari dicitur per hoc, q̃ effectũ operaꝟ, in quo se iustũ, vel misericordẽ ostendit, iuxta illud Genes. Recordatus est Deus Noe, & adduxit spiritũ super terrã. Et iterũ, Apparebit arcus meus in nubib9, & recordabor fœderis mei. Quod autẽ dixit Dauid, Ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ, & iterũ. Redeant in memoriã iniquitates patrum suorũ: ita est accipiendũ, vt intelligamus, iniquitates patrum, aliquando in filiis puniri, iuxta id quod scriptũ est, Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitates patrũ in tertiã & quartã generationẽ. Quod dupliciter solet verificari. Vno modo, q̃ filii in hoc seculo aliquãdo puniunt̃ p peccatis patrum, etiam si filii mores paternos non imitentur: sic puniuit Deus Dauid in filio suo paruulo, eum e medio tollendo. Sic solet etiã pro peccato regis, populum sibi subditũ punire, saltem in hoc seculo. Secundo modo, q̃ filios puniat p peccatis patrũ, ideo. s. quia patrũ peccata imitãtur. Et tunc proprie, nõ pro veterũ peccatis filii puniuntur, sed pro propriis, prout scriptum est. Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filii, sed vnusquisq̃ ī peccato suo morietur. Sed pro tanto dicuntur peccata patrum in filiis redire quo ad pœnã: quia ita Deus indignatur contra filios, qui patrũ scelera imitantur, sicut contra ipsorum patres fuerat indignatus. Et ita patet, q̃, quæ allegata sunt, non probant, q̃ peccata prius dimissa redeãt ad supplicũ. ¶ AD secũdũ ex Oseę. citatum patet ex dictis respõsio, q̃ filii Israel nõ puniunt̃ ętna liter p pctis pr̃um suorũ. Nec ideo pctã patrũ in filiis Deus im ꝓperat, q̃ velit significare, pctã patrib9 dimissa ī filiis redire, quo ad supplicũ, sed quo ad imitationẽ, intendens significare filiis, ipsorũ malitiã & iniquitatẽ, q velint ea facere, patres imitãdo, p quibus sciebant Deũ cõtra patres, tam vehementer iratum olim fuisse. ¶ AD tertiũ ex. p̃s. sũptũ videt̃, nõ eẽ illã referẽdũ ad pctũm originale, qđ plene fuerat p circũcisionẽ & fidẽ remissũ, nec originale post sui remissionẽ relinqt cicatrices quẽadmodũ actuale, qđ trãseũte actu, relinquit habitũ vitiosũ, seu dispositionẽ ad malũ, ante cui9 totalẽ amotionẽ, nõdũ sanatũ dicit̃ pctũm. Et tale habituale vitiũ putrescit, & corrũpit̃ qñ vires assumit ex freq̃nti vsu, vti videm9 fieri in his, q pniam differũt, quorũ mĩam Dauid ī illo psaꝟ. narrare

Lib. 2. de sacramentis.

Ezechi. 8.

Psal. 78.

Psal. 108.

Exod. 20.

2. Reg. 12.

Ezech. 18.

p̃s. 37.

p̃s. 37.

prętendit. Aut ſi velis, ꝙ originale dicatur cicatrices relinquere, quæ ſunt fomes peccati, illi dicitur putreſcere, & corrũpi: quãdo homo huiuſmodi fomiti deſeruit eius inclinationem ſenſualem ſequẽdo. Et vt cunctꝫ ſit, non inde fit, vt originale dimiſſum redeat ad ſupplicium. Sed tamen ob reuerentiã autorũ, qui dicũt originale redire, ſicut & cætera peccata dimiſſa, intelligatur, vt ſupra, ꝙ redeunt per modũ circunſtantiæ aggrauãtis peccatũ recidiuæ.

Ezech. 28. ¶AD quartũ ex Ezechiele allegatũ. Vnde illo eodẽ loco vti eos, qui tenent peccata nõ redire, ſimiliter & eos, qui tenent peccata redire, vtriſꝫ ſuã tam contrariã ſentẽtiã hac eadẽ autoritate probantibus: cũ in̄ locus ille, nec vni nec alteri ſentẽtiæ ſuffragari videat. Quãdoquidẽ ſi recte attendas in illo, capꝫ. 18. & capꝫ. 33. videbis id prętendere aperte prophetam. ſ. ꝙ antiqua pecta nil oberunt peccatori ad cõſequutionẽ ęternę vitę, ſi vere pœniteat eum, & in bono & iuſto perſeueret: & ꝙ antiqua merita nil proderunt iuſto, ad hoc ꝙ æternaliter viuat, ſi a iuſtitia cadat, & in peccato perſeueret. Ita enim ait. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit oñia præcepta mea, & fecerit iudiciũ & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur: omnĩ iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ recordabor, in iuſtitia ſua, quam operatus eſt, viuet. Et ſequitur. Nunquid voluntatis meę eſt mors impii? & non, vt conuertatur & viuat? Vnde patet intentum. Et ſequitur. Si autem auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem: omnes iuſtitias eius, quas fecerat, non recordabor. Et ſequitur. In præuaricatione, qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccauit, in ipſis morietur. Et ſimilis ſentẽtia ibidem iterum repetit: & infra. ca. 33. In quibus æqualiter loquit̃ de obliuione peccatorum antiquorum, & de obliuione iuſtitiarum antiquarum, taliter, ꝙ ſicut antiqua peccata non ſufficiunt ad mortem æternam, ſi homo pœnitentiã agat, & perſeueret: ita antiqua merita non ſufficiunt ad vitam æternam, ſi homo a iuſtitia cadat, & in malo decedat. Vnde patet impertinens id eſſe, ad aſſerendum vel negandum, ꝙ antiqua merita per pœnitentiam ad idem præmium redeant, aut ꝙ redeant antiqua peccata per recidiuam ad idem ſupplicium. Et hoc eſt, quod ait gloſa ibidem, Sicut iuſtum ante peccatorem non grauant antiqua delicta: ſic peccatorem ante iuſtum, veteres iuſtitiæ non adiuuant. Vnuſquiſꝫ enim in quo inuenitur, in eo iudicatur. Vnde patet argumentum Hugonis tenere in hac parte, ꝙ ſi antiqua merita redeunt per pœnitentiam ad idem prę̃mium, etiam & antiqua demerita debent redire per recidiuã ad idem ſupplicium, ſi præſenti textui ſit innittẽdum. Nec obſtat, ꝙ textus dicat de recedente a peccatis, ꝙ in iuſtitia, quam operatus eſt, viuet. Quia etiam de recidiuante dicitur, ꝙ in peccatis ſuis morietur. Q; ſi primum ad veteres iuſtitias extendatur: quare ergo ſecundum ad vetera peccata non extenditur? Quicquid ſit de p̃ſenti textu, qui pro fundamẽto vnius vel alterius ſententiæ ſumitur. ¶Dicendum, ꝙ q̃uis antiqua merita redeant per pœnitentiam ad idem prę̃mium, non inde ſequitur, ꝙ redeant antiqua delicta ad idem ſupplicĩu. Diſcrimen poteſt dari, vt ſupra tactũ fuit. Quia, quando peccata cõmiſſa per pœnitentiam remittũtur, cõmutatur pœna æterna in temporalem abſolute, & non ex conditione pendente ex futuro. Ideo quomodocũqꝫ illa pœna tẽporalis in ſe, vel æquiualẽte ſolvatur, manet homo omnino liber a cõmiſſis, quomodocũqꝫ finaliter decedat. Præmiũ autem ęternũ meritis antiquis correſpondens nunqꝫ cõmutatur in temporale: ideoqꝫ ſemper manet in acceptatione Dei integrum. Inde fit, vt remoto obice per pœnitentiam, dicantur antiqua merita reuiuiſcere. Non ſic reuiuiſcunt antiqua demerita. Aliud diſcrimen: quia Deus in lege promiſit mercedẽ ęternã pro quocũqꝫ meritorio obſequio Deo impenſo, ideoqꝫ videtur homo habere actionẽ ad prę̃fatã mercedẽ p̃miſſam, ſi finaliter in gratia decedat: & ideo ſtante lege, iniuſte ageret cũ homine in gratia decedente, ſi merces ſuis obſequiis debita, illi denegetur. Pro peccatis autem ſemel dimiſſis, ſtante lege, non ita debetur æternũ ſupplicium: nec Deus habet actionẽ cõtra peccatorẽ, finaliter in peccato decedentem, vt iure, ab illo æternum ſupplicium ſeu debitum exigat pro peccatis, de quibus pœnitentiam egit, ſed

ſolum

ſolum iure poteſt, ab illo exigere pœnam temporalem, in quam fuit æterna commutata: ideo iniuſte cum illo agitur, ſi pro dimiſſis æterna pœna ab illo exigatur. Deniq; ſi ad miſericordiam recurramus, & Dei bonitatem, vtrunq; decet diuinam liberalitatem & miſericordiam, q; ſcilicet, pœnitẽti, antiqua reſtituat bona, & cadenti nõ aliã vltra pœnã temporalem in quã fuerat æterna commutata infligat, & ſi iuſte maiorẽ poſſet exigere, cum proniori ſit ad miſerendũ q; ad puniendum.

Matth, 18 ¶AD poſtremũ ex Matth. ſumptũ dicũt cõmuniter, ex illo loco colligi, peccata dimiſſa redire per recidiuã, nõ quo ad pœnã ſenſus, ſed quo ad pœnã dãni: quẽadmodũ illud accipiẽdũ eſt, vt dicũt, qđ ait Iacob⁹. Qui peccat i vno, fact⁹ eſt oĩm reus. Nõ tñ videt id textui citato ſatisfacere. Quia in illo ſeſu nil referret, vnũ p̃ctũm dimiſſũ redire, aut plã: eo, q; loquẽdo de pœna dãni tãta pœna debet hoĩ p vno p̃ctõ, q; tã p multis: cũ cadẽ ſit in omnib⁹ pœna dãni. Text⁹ aũt ait, q; dñs ſeruũ illũ tradidit tortorib⁹, quouſq; oẽ debitũ ſolueret. In quo aliqd ampli⁹ ſignificat, q; q; redeãt debita, quo ad pœnã dãni tm̃. Quod ex Matt. 5. apertius colligit, vbi cõcordiã ffm̃ p̃cipiens de illo, qui fratri nõ vult recõciliari inquit, q; mittet in carcerẽ, & non exibit inde, donec ſoluat nouiſſimũ quadrantẽ. Quod ſi de reditu p̃ctõrũ quo ad pœnã dãni ſolũ intelligeret, nil referret oẽ debitũ dimiſſũ repetere, aut partẽ ipſius. Adde q; in pœnã dãni nõ minus incidit homo p̃ peccatũ ipſũ recidiuẽ, q; ſi nulla peccata illi dimiſſa fuiſſent. Cũ ergo recidiuãti peccata priora cõdonata repetantur: argumentũ eſt, aliquid aliud pro dimiſſis hominẽ illum ſoluturum eſſe, q; pœnã damni.

¶ALITER autem reſpõderi ſolet vt ſupra, q; ex loco citato colligit, p̃cta dimiſſa redire p̃ modũ circũſtãtiæ aggrauãtis. Cõtra quod obiicit. Quia tũc ille ſeru⁹ nõ p̃ dimiſſis peccatis detruderetur in gehẽnã, ſed p̃ p̃ctõ recidiuẽ: q; uis ob illud grauius puniet, quia ingratitudinẽ videt annexã habere. Textus aũt ſignificat, q; nõ ſolũ p̃ p̃ctõ recidiuẽ incarcerabit: ſed p̃ peccatis prius dimiſſis. Quia dicit de ſeruo illo, q; nõ exibit inde, donec ſoluat quicqd debebat, & ſibi cõdonatũ fuerat: igit antiqua debita pri⁹ cõdonata poſtmodũ repetunt, ac ſi cõdonata nõ fuiſſent. Nec obſtat q; hui⁹ repetitionis cauſa fuerit impietas ſui illi⁹. Aliud. n. eſt p̃ ſola impietate quẽq; puniri: aliud vero, impietatẽ illã cauſã eſſe, q; p̃ dimiſſis peccatis puniat. ¶Ad quod ſtando in cõmuni ſententia, dicendũ, q; Chriſtus illã parabolã dixit, vt ſignificaret nobis q; tã deoplaceat fraterna charitas, q; tũq; illi diſpliceat in fratres impios eſſe, & miſericordes ſeu crudeles: ꝓpter quod dign⁹ eſt homo a quo omnia dimiſſa repetant. Quãq; deus pro ſua bonitate, nõ ita repetat, quę ſemel cõdonauit: attamẽ, & ſi ea nõ repetat, magnã vltionẽ ſumet de homine, qui cũ a deo tantã fuerit miſericordiã cõſecutus, in fratrẽ ſuũ tam impius ſit & crudelis, Et dicit Deus a tali recidiuãte omnia prius cõdonata repetere, quia in puniẽdo ingratũ, ad beneficiũ remiſſionis pri⁹ illi collatũ reſpectũ hẽt, & q; to plura cõdonauerat, tanto maiorẽ vindictã ſumet de illo.

¶SVNT tamẽ, qui dicũt, caſum huius textus ſpecialẽ eſſe, in quo dimiſſa peccata redeant ob peccatũ crudelitatis, ſeu imiſericordiæ in proximũ. Quibus reſpõdẽdũ videt, q; in nullo caſu, peccata ſemel a Deo remiſſa redeũt. Et eſto, q; preſens textus de caſu ſpeciali loqui videat, nõ tamẽ ob ſpecialitatẽ caſus, dimiſſa p̃cta redire ad idẽ ſupplicũ dicenda ſunt: ſed ideo de reditu peccatorũ, in præſenti textu facta eſt mentio, vt intelligamus, nobis fraternã charitatẽ ſpecialiter cõmẽdatã eſſe, q; q;, ſi cõtra eam agamus, maior de nobis vindicta ſumẽda eſt, eo q; patrẽ miſericordiarũ non imitamur, quẽadmodũ imitari debemus: qui nobis tam abunde largitur, & debita dimittat, vt & nos ſimiliter dimittamus, quibus minime dimittet, niſi & noſtris debitoribus dimiſerimus: prout præfata parabola concludit, conformiter ad petitionem orationis dominicæ, nobis a domino traditæ, in qua petimus, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

RAESVPPOSITO ergo dimiſſa peccata per recidiuam non redire quo ad reatum, ſed per modum circũſtantiæ aggrauantis, eſſet dubium, an recidiuãs teneas

tur iterato confiteri peccata prius per cõfessionem dimissa. Et dixerũt aliqui, vt refert Tho. q̃ sic, idq̃ in particulari, si saltem confessio fiat sacerdoti, cui nõ fuerat prius peccata confessus. Mouetur ad id dicendũ ex duobus. Primo: quia si dimissa peccata sacerdoti nõ exponãtur, sequitur q̃ recidiuãs nõ sufficieter cõfitetur quantitatẽ suæ ingratitudinis cõtra deũ cõmissę: quæ tanto maior est, quanto plura peccata illi fuerãt a deo remissa. Secũdo, quia alioquí sacerdos non sufficienter agnosceret vultũ illius pecoris: cum tamẽ scriptũ sit, diligẽter agnosce vultum pecoris tui. Prouer. 27

¶ ALII vero dixerunt, vt idem Tho. q̃ necessariũ est dimissa peccata iterum confiteri, idq̃ saltẽ in genere, & aliquãdo in particulari, propter duo. Primo quidẽ, vt debitũ satisfaciendi modus illi recidiuãti imponatur: & debitũ remediũ illi adhibeat, ad quod multum cõfert scire mores illius confitentis. Secũdo: quia peccata prius dimissa, solent esse occasio homini cadendi in peccatũ: & ita, vt sacerdos sciat, quã occasionẽ debeat ille recidiuans posthmodũ vitare, necesse est priorem consuetudinẽ malam illi confessori exponere.

¶ VIDETVR tamẽ nec primũ nec secundũ modũ esse tenẽdũ, quodq̃ peccata prius dimissa per confessionẽ non sint de necessitate iterum confitenda. Et probo id excludendo causas, quas prędicti doctores afferũt ad fundandũ necessitatẽ recõfitẽdi. Quia si necessariũ esset dimissa iterũ confiteri, vel esset ad finẽ consequendi eorũ remissionẽ, vel ad finẽ exponendi quãtitatẽ ingratitudinis, vel ad finẽ exponendi vultũ pecoris pastori, vel ad finẽ imponendi debitũ modũ satisfactionis, vel ad finẽ præscindendi occasiones recidiuę (has enim causas tangunt modi recitati) sed ex nulla ex his colligitur necessitas iterũ confitẽdi peccata prius dimissa. patet de prima, scilicet ad finẽ cõsequẽdi remissionẽ illorũ peccatorum, Quia illa peccata iam ante fuerãt per contritionem & confessionẽ legitimã dimissa, vt supponotigitur cum per recidiuam non redierint quo ad culpam / nec quoad reatum eternæ pœnę, vt iupponimus, sequitur. &c.

¶ SECVNDO ad finẽ exponẽdi quãtitatẽ ingratitudinis nõ est necessariũ, illa iterum confiteri. Patet hoc: quia sub prȩcepto cõfitendi nõ cadit quãtitatẽ peccati exponere, modo eius species exponat. Vt si appetitui fornicari ex vehemẽti conatu voluntatis, nõ est necessariũ exponere, quãto conatu aut quãto feruore appetitus id fecerim: cũ ille feruor maior aut minor speciẽ peccati nõ mutet. Igitur quãuis maior sit ingratitudo recidiuantis, si multa peccata illi sint condonata, q̃ si pauca/cũ eadẽ species ingratitudinis maneat, sequit nõ esse necessarium quãtitatem ingratitudinis explicare. Et per consequens nec omnia peccata prius dimissa iterum confiteri.

¶ Confirmatur hoc. Quia tunc non satis esset peccata dimissa iterum confiteri: sed omnia bñficia a deo recepta esset necessariũ confiteri, puta, q̃ deus creauit nos, q̃ redemit/q̃ nutrit, q̃ scientiã/ q̃phetiam/intellectũ, & alia dona spiritualia & tẽporalia concessit, quodq̃ contriti fuimus de peccatis intense, q̃ opera multa bona fecimus, qđ est ridiculũ, cum nõ sit necessariũ cõfiteri sacerdoti nisi peccata, de quibus iudicandi sumus. Et sequela patet. Quia illa oia bñficia a deo recepta cõducunt ad quãtitatem ingratitudinis ipsius recidiuantis, contra suum benefactorem delinquentis.

¶ TERTIVM q̃ nõ sit necessarium dimissa iterũ cõfiteri ad finẽ exponẽdi vultũ pecoris pastori, apparet. Tum, quia quod scriptum est q̃uerbiorum. 27. diligenter agnosce vultũ pecoris, non ad oues dirigitur: sed ad pastores seu q̃latos, quib? incũbit cura & solicitudo q̃ salute ouiũ, scilicet, vt vigilãter attẽdãt, si oues sibi cõmissę habeãt aliqđ vitiũ, qđ per correctionẽ veniat amouendũ: ad qđ im pertinẽs est, q̃ priora peccata emẽdata iam & dimissa iterum in confessione exponantur, vt patet.

¶ Tum etiã: quia si ad hũc finẽ esset necessariũ peccata iã emendata & remissa iterũ confiteri, a fortiore esset necessariũ, peccata omnia venialia non emendata suo pastori confiteri, vt perfecte vultũ pecoris agnoscat, & corrigat, quod tamen est falsum.

¶ QVARTVM, q̃ non sit necessariũ, dimissa iterũ cõfiteri ad finẽ, s. imponẽdi debitũ modũ satisfaciẽdi ipsi recidiuanti, patet. Tũ, quia stat, q̃ in priore cõfessione fuit sibi debita satisfactio imposita, & illã poterit etiã post recidiuã adimplere absq̃ hoc, q̃

hoc, ꝙ priora iterato cōfiteatur. Tū etiā: quia nō est necessariū pniam iniūgere, aut iniunctā a sacerdote acceptare, vt patebit in tractatu de cōfessione, cū post deletā culpā, & ęternā pœnā in tēporalē cōmutatā, sit liberū homini pœnā illā tēporalē hic, vel in alio seculo soluere. Ergo ad illū finē nō est necessariū priora iterū cōfiteri. Adde, ꝙ pnię iniunctę sunt arbitrarię, & potest sacerdos, paruā aut magnā pniam, put velit imponere: nec ad salutē pœnitētis est necessariū, pœnitentiam adęquatā eidem iniūgere, vt suppono. Et patebit inferius.

¶ QVINTVM, ꝙ non sit necessariū, priora iterū cōfiteri, ad finē vitandi occasiones recidiuę, patet. Quia nō est necessariū confiteri sęper occasionē, vnde quis in peccatū cadit: quia sub pręcepto cōfessionis nō cadit, nisi pctōrū cōfessio. Stat autē & sępe, vt occasio vnde in peccatū caditur, non sit pctūm. Patet hoc ex puerbiis. Pau
5. Capi. pertas similiter, & diuitię, solēt esse occasio cadēdi in peccatū furti vel supbiæ. Similiter cōiugē accipere, & eidē copulari, solet esse occasio cadēdi in peccatū carnis. Imo & virtutes ipsæ actu exercitæ & scientia, solent esse occasio cadēdi in quādā vanā gloriā, & cōtemptū aliorū. Et tamē illa, q̄ prędicta sunt, nō sunt ob id necessario cōfitenda. Tū quia talia nō sunt, de qbus homo in iudicio rationē reddere teneat, nec p illis est iudicād9. Tū etiā: quia illa solēt pctūm sequēs alleuiare, circūstātias autē alleuiātes peccatū, nō est necessariū cōfiteri, vt cōstat ex doctrina oīm. Et per cōsequēs, q̄zuis peccata frequētia prius tū p cōtritionē & confessionē dimissa, sint aliqñ hoī occasio recidiuādi: nō inde fit, vt sit necessariū illa reiterū cōfiteri. Illę tñ occasiones sūt necessario cōfitędę, qbus cū se hō imisceat, peccat exponēdo se piculo cadēdi in peccatū, iuxta magistralē regulā & sapiētis dictū. Qui amat piculū, peribit in illo. Vt pōt exēplificari de quibusdā negociis, q̄ sine peccato exerceri nō possunt. Iuxta cap. Falsas pnias. & cap. Negociū. de pœnitētia. distin. 5. Similit & nudū cum nuda in eodē lecto esse ad vires resistēdi experiendū, quod in concilio Constantię dānatū est tanq̄ mortale. Et ita patet, ꝙ ob nullā causam ex assignatis, est necessariū dimissa peccata, iterū confiteri. ¶ Quod amplius confirmatur in se ex extrauagāti Bonifa. & Benedi. 11. Absurdū est, eos qui semel legitime absoluti sunt, eodē debito rursus teneri. Similit de pœnitentia. distin. 1. vt refert Tho. Non ne cesse est, vt qui semel sacerdotibus confessi sumus, denuo confiteamur.

¶ SED adhuc videt ratio vrgere. Quia si quis in fornicationē recidiuet post beneficium remissionis prius obrentum; talis peccat, nō solum per fornicationē, sed per ingratitudinē, quæ distinctum peccatū est specie a fornicatione, cū alia sit lex de non fornicando, alia vero, de non esse benefactori ingratū: igitur, qui post recidiuā nō confitetur ingratitudinē, dimidiat confessionē: & per consequens tenetur, ne dimidiet, iterū confiteri peccata prius ex gratia dimissa, si nō inpticulari, saltē in generali.

¶ RESPONSIO. Ratio hæc quærit, quando ingratitudo recidiuātis est peccatum speciale, & quando solū circunstātia. Nā si speciale peccatū sit, opus est illud pticulariter, cū cæteris cōfiteri: secus si sit prę cise circunstātia. Et dixit Bonauentura & alii post: ipsum, ꝙ dupliciter aliquis dicitur ingratus. Vno modo, quando benefactorem offendit in contemptum beneficii susceptī, aut ipsius benefactoris, & tunc est speciale peccatum, & per consequens confitendū. Alio modo, qui post beneficium receptū aliquod malū contra benefactorē agit, secluso p̄fato cōtēptu: & tūc est circūstātia peccati, q̄ oīe pctūm cōcomitat, eo ꝙ omne pctūm est cōtra deū, a quo beneficia multa recepim9, & tūc nō opus est illd cōfiteri, satis est pctūm ipsū, seu factū criminosū cōfiteri. ¶ Sed, salua pace, nō videt id sufficiēter esse dictū: quia circūstātia ingratitudinis semp dicit nouū peccatū, siue volūtas peccātis habeat p obiecto beneficiū aut benefactorē, siue nō. Id patet, quia illud est nouū pctūm ab alio specie distinctū, quod ꝑpria lege aut ꝑhibitione vetitum est, sed ꝑpria lege vetitū est, ingratos nos esse, aut malū pro bono reddere, sicut lex gratitudinis alia est a lege castitatis. Lex autē gratitudinis, cum affirmatiua sit de benefactori gratificando, includit negatiuam de non inferendo malum pro accepto beneficio, sicut præceptum de honorando parentes, includit prohibitionem dehonestādi eosdem. Quod autē nō opus

sit, voluntas peccantis, benefactorẽ seu beneficiũ eius pro obiecto habere, vt nouũ peccatũ sit, patet de eo qui furat rẽ aliquã de loco sacro. Ille enim committit sacrilegiũ, etiã si de loco sacro nõ meminerit tempore quo furatur. Et qui in die dominica fornicatur, nouũ peccatũ vltra fornicationem, in diem festũ & deo dicatũ, cõmittit, etiam si eius voluntas in diem non tendat, nec prætẽdat aliquid in cõtemptũ tẽporis aut loci sacri, Similiter, qui cũ nupta alteri fornicatur, peccat per adulteriũ: etiam si volũtas eius nõ habeat pro obiecto coniugiũ, seu maritũ adulterę. Sicut si quis pilcit lapidẽ, vnde accidit hominẽ occidi, cũ aduertere debuit, peccat per homicidiũ: etiam si eius volũtas nõ fuerit, quẽq; occidere. Ad hunc modũ de aliis: igitur vt circunstãtiæ pctõrũ nouã culpã inducãt, nõ opus est, eas esse actualiter obiecta volũtatis peccãtis, cum sępe cõtingat hominem præter intẽtum peccare, q̃uis, vt quis illis nouis peccatis formaliter volnntarie peccet, requiratꝰ huiusmodi circunstantias obiecta esse voluntatis, secus tamẽ, vt peccata noua sint in re & materialiter. Sequit̃ iam, q̃ qui recidiuat in fornicationẽ, est ingratus nouo peccato ab ipsa fornicatione distincto: etiã si id in cõtemptũ beneficii susceptí, aut benefactoris dei nõ fiat. ¶ Illud tamẽ nota, q̃ q̃uis fornicari post remissionẽ priorũ peccatorũ acceptã, peccatũ nouũ sit specie distinctũ a fornicatiõe, in quã homo cadit: non tamen est noua ingratitudo specie distincta ab ingratitudine ipsius fornicãtis ob beneficia alia a deo accepta. Recepimus enim a deo beneficiũ creationis/redemptionis/iustificationis/& multa alia: quæ beneficia, q̃uis specie differãt, ingratitudo tamẽ respectu omniũ illorum vna specie est, etiã si multiplicatis beneficiis, augeat̃ ipsa ingratitudo. Sicut augetur furtum, si res furto sublata, sit valde preciosa: nec species furti variat̃, si furemur rem preciosam, aut minus p̃ciosam specie differentẽ. Sicut cõtra beneficiũ remissionis priorũ peccatorum ingratitudo cõmissa, eo maior est, quo plura peccata fuerũt condonata, sed si illa specie fuisset diuersa, non inde ingratitudo ob præfatã remissionẽ diuersorũ peccatorũ, diuersa est specie dicenda. ¶ Si obiicias, q̃uis ingratitudo recidiuãtis, ob remissionẽ priorum peccatorũ, nõ sit specie distincta ab ingratitudine, ob beneficiũ creationis & redẽptionis, & reliqua alia beneficia, attamẽ est nouũ peccatum distinctũ ab ipsa fornicatione recidiuantis, & per cõsequens tenetur cũ fornicatione, simul ingratitudinem de beneficio remissionis confiteri, saltem in genere.

¶ Respondeꝺ, negando sequelã. Quia ex quo ingratitudo de beneficio remissionis, nõ est secũdũ se nouũ in specie peccatum, sed vna species ingratitudinis est, cũ ingratitudine de aliis beneficiis in genere a Deo acceptis: ideo si ingratitudo de beneficio creationis & redẽptionis, & aliorũ bonorũ non est de necessitate confitẽda, sequit̃, q̃ nec ingratitudo de beneficio remissionis. Quod autẽ nõ sit necessariũ ingratitudinẽ de beneficiis a Deo acceptis cõfiteri, etiã si specie differant a peccato recidiuę, ratio ẽ manifesta. Quia talis ingratitudo nota est ipsi sacerdoti, nec illi occultari potest: puta, q̃ ipse cõfitens fuit a deo creatus & redẽptus/& cõseruatꝰ/& nutritꝰ. Modo aũt, q̃ndo aliquę circũstãtię, q̃ nouã spẽm peccati inducũt, notæ sũt cõfessori, satis est factũ ipsũ nude illi cõfiteri: quia ex eius cõfessione sufficiẽter videnꝺ tales circũstãtiæ expositæ. Vt si monialis cõfiteat̃ fornicationẽ cõfessori sciẽti illã esse monialẽ, aut si laicus, qui Petrũ clericũ occidit, confiteatur se Petrũ occidisse, confessore sciente illum Petrum clericum fuisse, satisfacit, factum ipsum exponendo, ita in proposito.

¶ CONCLVDO igitur, non esse necessariũ in particulari, aut in generali iterato cõfiteri peccata prius per cõfessionẽ dimissa, etiã ad finẽ confitẽdi ingratitudinẽ recidiuãtis, nõ obstante, q̃ talis ingratitudo nouũ peccatũ sit specie distinctum a peccato recidiuę, excepto nisi ipsius recidiuãtis ingratitudo esset per se peccatũ, & nõ solũ circunstãtia alterius peccati. Quod esset, quãdo recidiuans aliquid ageret in cõtemptum beneficii accepti, aut ipsius benefactoris. Quia tunc per se peccatum est, etiam si id, quod ex illa intẽtione agit, alio qui peccatũ nõ esset, vt constat. Tunc enim necessarium est talem voluntatem & contemptum, particulariter cõfiteri: non tamen præteritorũ confessio ob id est reiteranda de necessitate &c.

¶ Quęstio decima.

¶ Questio decima.

Quia in p̄missis, vnū tanq̄ certum videtur esse præsuppositū, ſ. q̄ peccator p̄t post verā pœnitentiā reidiuare, & rursus ad gr̄am per pœnitētiam resurgere, quēritur: an id sit verū. Et dixerūt ad primū nōnulli, quorū opinionē, magister in quarto refert, ſimiliter & Gracianus de pœnitentia, diſtin. 3. q̄ nemo potest post verā pœnitētiā in peccatū mortale cadere, & ſi ceciderit, verā nō fuiſſe pœnitētiā, a qua cecidit. Pro quibus videtur facere Ambro. ſimiliter & Gre. qui verā pœnitentiā diffinientes dicunt, eam eſſe p̄terita mala plangere, & plāgenda iterum non cōmittere. Repugnat ergo verā fuiſſe pœnitentiā, ſi postea homo aliquid plagēdū cōmittat. Vnde ſubiungit Gregorius. Nam qui ſic alia deplorat, vt alia tā dē cōmittat, adhuc pœnitentiā agere, aut ignorat, aut diſſimulat. Facit etiā Auguſt. in lib. Soliloquiorū dicēs. Inanis est pnia, quā frequēs culpa coinquinat, nec aliquid p̄ſunt lamēta, ſi replicent̄ peccata, nil etiā valet veniam a malis poſcere, & mala denuo iterare. Facit etiam Ambro. lib. 2. de vnica pnia. Reperiunt̄, qui ſępius agēdā pniam putant, qui luxurianť in Chr̄o. Nā ſi vere pniam in Chriſto agerēt, iterandā poſtea nō putarent: quia ſicut vnū baptiſma, ita vna est pnia. ¶ Secūdo idē probant rōne. Quia pnia, vt vera ſit, opus est proportionetur offenſe: offenſa autē cū infinita fuerit, neceſſe est, pniam illi p̄portionatā infinitā eſſe, nō intenſiue, vt cōſtat: ſupereſt ergo, vt ſit infinita quo ad durationē, ſed talis non est, ſi quis a pnia cadat. Quod ex Auguſti. confirmant lib. de vnica pnia, vt ſupra citauimus, dicente, Pœnitentiā nunq̄ eſſe finiēdā. Vbi. n. dolor finit̄, deficit pnia: ſi vero pnia finit̄, quid relinquit̄ de venia? ¶ PRAETEREA vera pnia est, qua peccator vere apud Deū iuſtificat̄: ille aūt apud Deū vere iuſtificat̄, qui de filio perditionis fit filius regni, ſed filius regni nō est, ſi poſtmodū in mortale pecatū cadat, & maxime ſi in eo decedat, cū talē ſecundū legē neceſſe ſit in æternā perditionē abire: nō igitur ſtat aliquē verā agere pniam, & rurſus ab eadem in peccatum incidere.

¶ HIS nō obſtātibus, aliter dicendū est, diſtinguendo de pnia vera, q̄ quidē p̄t vera dici tripl̄r, vera veritate exiſtētię, vera veritate fructꝰ p̄ſentanei: & vera veritate fructꝰ finalis. Vera est pnia veritate exiſtentię, qū hō realit̄ dolet de p̄ctis a ſe cōmiſſis: q̄tenꝰ offenſiua ſūt dei, cū p̄poſito efficaci, deū nō amplius mortaliter offendēdi. Vera dicit̄ pnia veritate fructus p̄ſentanei, quando talis est pnia, q̄ per eam homo veniā conſequit̄ delictorū, & gr̄am de p̄ſenti. Vera dicitur pnia veritate effectus, ſeu fructus finalis, quādo pœnitens, nō ſolū in præſenti acquirit gr̄am, ſed finaliter obtinebit gloriā, quā per pœnitentiā meruerat. Contra etiā potest tribus oppoſitis modis dici nō vera pnia. ſ. ſi non vere propter deum doleat, ſi taliter doleat, q̄ eius dolor ad gratiā nō ſufficiat, ſi doleat, & gratiam acquirat, non tamen finaliter gloriam aſſequatur. An autem ſit dabilis vera pœnitentia, primo modo. ſ. veritate exiſtentiæ, quæ non ſit vera veritate effectus p̄ſentanei, vt multi opinantur dicentes, pœnitentiam non ſufficere ad gratiam, niſi ſit certo modo intenſa, aut per certum tempus continuata, iam ſupra inquiſiuimus, & concluſum est oppoſitū, ſcilicet, omnē talē ad gratiā ſufficere, nec ad id eſſe neceſſariam certam intenſionem, aut per certum tempus pœnitentiæ durationem. Quod ſatis colligitur ex eo, quod habetur de pœnitentia. diſtinct. 1. capit. Multiplex. vbi poſt alia dicitur. Si quem vere pœnitet, nullas patitur moras veniæ conuerſio. Vbi gloſa ciat, quod ſcriptum eſt, Spiritus ſancti gratia, tarda neſcit molimina. Sed de his ſupra. Differunt autem præfatæ pœnitentiæ veræ. Quia vera pœnitentia, veritate effectus finalis, nō niſi prædeſtinatis competere potest, quia ſoli illi finaliter gloriā conſequuntur: aliæ autem veræ pœnitentiæ communiter poſſunt præſcitis & prædeſtinatis conuenire, vt ſtatim patebit.

¶ IAM RESPONSIO ad quæſtionē est clara. ſ. q̄ homo potest, poſt veram pœnitentiam, quomodocunq̄ ſumptam in peccatum mortale cadere, poſt ve

veram tamē pœnitentiā tertio modo ſumptā, nō poteſt in peccato mortali finaliter decedere. Hoc ſecundū apertū eſt, Nam repugnat, fuiſſe verā pniam veritate effectꝰ finalis, & finaliter in peccato mortali decedere, vt cōſtat. Primū etiā ſatis notū eſt, tū exēplis ſcripturę, tum etiā ratione. Exēpla notaſūt. Nā Dauid verā egit pœnitētiā de adulterio. & de homicidio: quia ad eū pœnitentē miſſus fuit Nathā & dixit ei. Tranſtulit dñs peccatū tuū, nō morieris, & tamē poſtea peccauit in numeratiōe populi, de quo, 2. reg. vltimo. De Saul etiā patet, qui cū prius fuiſſet a Deo electus, & gr̄a dei in regē vnctus, poſtea in peccatū lapſus eſt. Idem patet de Petro & cæteris apoſtolis, qui poſtq̄ fuerunt a Chriſto electi, & ad gr̄am & amicitiā eius admiſſi: tempore tū paſſionis, Petrus Chriſtū negauit, & alii apoſtoli a fide ipſius receſſerūt. Patet ēt ratione eadē cōcluſio. Quia homo poſt verā pniam, & obtētā gr̄am remiſſionis habet liberū arbitriū, quo poteſt, oblata materia peccādi, cadere, & ſtare, cū nō illico, q̄ habet verā pniam, ſit in gr̄a confirmatus, vt ſuppono. Quod Paulus ſignificat dicēs. 1. ad cor. 10. Qui ſtat, videat, ne cadat. Qui ſimiliť docet, multos a fide & gr̄a, quā receperant ceciditſe, vt patet ex epl̄a ad Gala. & ad Cor. Idem patet ex Apocal̄. de quibuſdā epīs, quos a gratia prius per pœnitentiam recepta conſtat cecidiſſe. Capitu. 2. q. 7.

¶ AD rationes prioris opinionis, reſpō deo. Primū, quod ait Ambroſius & Gre. pniam diffinitēs, ſoluit̄, recte illud exponēdo, vt exponit magiſter. ſ. Pœnitētia eſt pręterita mala plangere, & plangēda iterū non cōmittere, ideſt, de peccatis dolere, cū ꝓpoſito, ea nō amplius cōmittendi. Itaq̄ quod dicunt, & plangēda iterū nō cōmittere, non ad rem, ſed ad mētis ꝓpoſitū referatur. Vnde, qui de cōmiſſis dolet, ꝓponens tamen poſtea in aliquo perſeuerare, vel ad illud redire, talem nō vere pœnitet, vt conſtat. Quod etiā ait Auguſt. Inanis eſt pœnitētia, quā ſequēs culpa coinquinat, ſimiliter id ad mētis propoſitum referatur, nō ad euentū rei futurum. Quod inde patet: quia culpa poſtmodum ſubſequens in re, ſi in propoſito non fuit, quādo homo pœnitentiam agebat, non poteſt dici coinquinare pœnitentiam pręteritam, vt conſtat. Coinquinatur autē pœnitētia per ſequētē culpā, quando illa ſequens culpa habetur in mentis propoſito, & tunc nō eſt vera pœnitētia. Eodē modo intelligatur, quod ait. Nil proſunt lamēta, ſi replicantur peccata, ſi. ſ. replicantur in propoſito: alioquī ſi in re replicantur, nō inde fit, vt fructuoſa nō fuerit, ſaltem præſentialiter, pręterita pœnitentia. Quod etiā ait Ambroſius, vnicā eſſe pœnitentiam, & non iterandam, intelligitur de pœnitentia ſolenni, vt alias diximus, non de pœnitentia cordis, de qua nunc loquimur.

¶ AD SECVNDVM admiſſo, q̄ pœnitentia, ſi vera eſt, etiam veritate effectus pręſentanei, debet eſſe infinita, vt offenſæ proportionetur, ſaluatur primo huiuſmodi proportio: quia ſicut offenſa fuit infinita, nō intenſiue, nec duratiue, ſed obiectiue, ita & pœnitentia eſt obiectiue infinita. Secūdo: quia eſto neceſſarium ſit, pœnitentiam eſſe infinitā quoad durationem, intelligatur, non in re, ſed in mentis propoſito. Et ita eſt, q̄ ſi quem vere pœnitet, debet habere propoſitū a peccatis in perpetuum abſtinēdi. Ad id autem, quod ibidem ex Auguſtino citatur, ſupra reſponſum fuit.

¶ AD TERTIVM. Si aliquid probaret, ſimiliter probaret, nullum præſcitū poſſe in hac vita habere gratiā. Quia ſi p̄ſcitus eſt, finaliter in gehēnā ibit, tanq̄ filius pditionis. Si gr̄am dei habet, filius regni eſt. Sed cōſequēs eſt error dānat9, cū multi p̄ſciti per baptiſmū gr̄am acqrant, vt patet, ſaltē de paruulis, ſimiliter de multis adultis, q vere cōtriti baptizanť, & alia ſacramēta deuote recipiūt, & tandē finaliť cadūt. Ideo dicēdū, q̄ per pniam verā, fit illico homo filius regni ſecūdū præſentē iuſtitiā, cū quo ſtat, q̄ ſit filius perditionis ſecundum finale iudicium.

DAto igiť poſſe hoiem poſt verā pniam ī mortale pctūm cadere, eſſet quęrēdū: an poſt hmōi recidiuā poſſit p iteratā pniam a peccato reſurgere. Et dixerūt aliqui, q̄ nō, tū primo ex eo, quod ſupra ex Ambro. citatum eſt, reprehendēte eos, qui putant pniam iterādā eſſe, dicēte. Si vere eos pœniteret, pniam iterādā eſſe nō putarēt: quia ſicut vnicū eſt baptiſma, ita vnica debet eſſe Lib. 2. de vnica pœnitentia.

bēt esse pœnitentia.

¶SECVNDO: quia Christus non legitur eundem bis sanasse corporaliter, nec spiritualiter. Argumētū igit̄ est, iteratā pœnitētiā nō valere ad remissionē peccatorū.

¶TERTIO, quia inquit Paulus ad Hebre. Impossibile est eos, q̄ semel illuminati sunt, gustauerūtq; donū cęleste, et gratiā spūs sancti/si prolabant̄, rursus renouari ad pœnitentiam. Et q̄ id non solum de renouatione baptismali sit intelligēdū, apparet, Quia eos, qui sic prolabuntur, cōparat terrę proferenti spinas & tribulos, quam dicit reprobam esse, & maledicto p ximiam, cuius consummatio est in combustionem. &c.

¶QVARTO, si pœnitētia posset saluberiter iterari, sequeretur hoc inconueniēs, q̄ hominibus preberetur occasio frequētius peccandi iuxta illud Gregorii. Facilitas venię incentiuum prebet delinquendi. Imo & deo peccata placere videret̄, si semper presto esset illa condonare.

¶His tm̄ nō obstāti b⁹, tenēda est cōtraria sentētia tanq̄ catholica/ q̄. s. peccator potest per iteratam pœnitentiam ad gratiam resurgere, non tantum semel: sed pluries. Id patet exemplo Dauid, qui post adeptā iusticiam dei & gr̄am in adulteriū lapsus est, & inde per pœnitentiam resurrexit: & rursus per numerationem populi a gratia cadens, postea iterum pœnitens saluus factus fuit. Patet etiā de Petro semel per pœnitentiam iustificato, & deo multum dilecto, qui a gratia cadēs, Christum negauit: & rursus per pœnitētiam & fletū veniam meruit obtinere. Idē patet de cęteris apostolis, qui cum frequenter cecidissent/ tandē p pœnitētiā surrexerūt/ & sctissimi sunt.

¶SECVNDO hęc veritas patet ex dicto Christi Matth. 18. qui quęrēti Petro, quoties fratri peccāti esset dimissurus peccatum/ an septies/ respondit. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. In quo numer⁹ determinatus ponit̄ pro indeterminato, ac si dixisset, quoties frater in te peccauerit/ si illū pœnituerit, dimitte illi. Nec audiendi sunt, qui dicūt, deum homini insunxisse, vt toties dimittat fratri in se peccanti, quoties pœnituerit illum, & q̄ deus ipse, qui summa misericordia est, non nisi semel, peccantibus dimittat, cum paratissimus sit omnes ad se cōfugiētes admittere. Imo ad id ipsum pro sua bonitate se astrinxit, veniam & salutem omnibus vere pœnitentibus p̄mittens, vt patet ex his, quæ supra ex Ezechiele adduximus. Vnde ausus est Augustinus dicere/ q̄ si deus confugientes ad se nō admitteret, esset iniustus, qui promissum non compleat.

¶TERTIO eadem veritas patet ex determinatiōe ecclesię, de sūma trinitate & fi de catholica. c. firmiter, vbi declaratum est cōtra Nouatum, posse hominem post baptismum lapsum semper per pœnitentiā reparari.

¶QVARTO idem patet, quia scriptura sępe hortatur peccatores in generali & quosdā in particulari, vt post lapsum pœnitentiam agant: quibus, si conuertātur, salus promittitur, vt patet, tūm alibi, tum etiam Apoca. 2. &. 3.

¶Ad rationes supra factas dicēdū. Ad primū rūsio patet ex dictis, q̄ Ambro. nō negat pœnitētiā cordis posse salubriter reiterari, cū ipse aperte contrariū doceat: sed loquit̄ de pœnitētia exteriore solēni, q̄ nō venit iteranda, ne, si iterari posset, vilescat: & vim reuocandi homines a grauibus crimi nibus amittat. Et etiam: quia talis pœnitētia significat expulsionē, qua adam de paradiso tantum semel expulsus fuit. Vt igitur signum suō signato correspōdeat, cōuenienter fuit per ecclesiam institutū, ne possit solennis pœnitentia iterari.

¶AD secundum. Esto scriptum non sit, Christum eundē hominē bis sanasse, non inde sequit̄, q̄ nō bis sanauerit. Quia multa fecit Iesus, q̄ scripta non sunt, vt ait Ioā. c. 20. Nec, si non eundem bis sanauerit corporaliter, sequitur, q̄ nec bis eundem spiritualiter sanauerit: cum constet, eundē hominē per iteratā pœnitentiam sępe sanatū esse spiritualiter, vt patet ex exemplis supra citatis. Adde, q̄ Augustinus ad hanc obiectionem respōdens, sentit oppositū. s. q̄ nō solum spiritualiter, sed etiam corporaliter Christus eundem hominem sanauit. Ait enim li. de vera & falsa pœnitētia. c. 5, q̄ in eo, quod legitur Christū sanasse multos cecos, multos claudos, multos leprosos, ostenditur Christum eisdem hominibus sępe peccata dimisisse. Ideo, inquit, tot sanauit claudos, cęcos, aridos, ne

deſperet peccator. Ideo autē non ſcribitur niſi ſemel ſanatus, vt timeat quiſq; iungi peccato. Et ſubdit: Videmus adhuc quotidie in eccleſia ſepe febricitantes, ſæpe languidos, ſepe paſſionibus captos, ſæpe liberari, vt appareat toties opus miſerentis, quoties confeſſio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod vilis res eſt, ſæpe ſanaret: & animā digniore & redemptā nō toties liberaret? Medicum ſe vocat, & non ſanis, ſed male habentibus opportunum. Sed qualis eſt medicus, qui malū iteratum neſcit curare? Medicorū enim bonorū eſt, infirmum centies viſitare, centies curare.

¶ AD tertium ex apoſtolo ſūmptū dicendum cū cōmuni expoſitione, q̄ loquitur illic Paulus de renouatione baptiſmali. Vbi ait glo. Ne quis vero exiſtimet, ſecundum vel tertiū baptiſma poſt peccata poſſe fieri, ſubdit. Impoſſibile eſt, nō tantum difficile, nequis in hoc cōfideret. Et in verbo renouari ait. Negat hic apoſtolus reiterationem baptiſmi, ſed non excludit pœnitentiam. Renouari enim, eſt nouū fieri: nouum autē facere, lauacri eſt, ideſt baptiſmi, iuxta illud, quod ait ad Titū. 3. q̄ Chriſtus ſecundū ſuā miſericordiā, ſaluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis. Hoc idem dicit Chryſoſt. homil. 9. ſuper epiſtolā ad hebr̄eos: ſimiliter & Auguſti. vbi ſupra. Addid aūt, quod opponūt ex verbis ſequētibus ipſius Pauli cōparantis recidiuantē terrę, dicendū, vt ait Chryſoſtomus, q̄ in illis verbis conſolatur nos Paulus, ſi verba pōderemus. Nō enim ait, taliter lapſos, eſſe eo ipſo maledictos, ſed maledicto proximos. Qui autem maledicto proximi ſunt, & nō maledicti, poſſunt a maledicto longe fieri. Nec dicit, taliter lapſos eſſe cōbuſtos, ſed q̄ eorum conſūmatio eſt in cōbuſtionem. In quo ſignificat, eos comburēdos, qui lapſi in peccatis perſeuerant vſq; in fine. Cum quo tamen ſtat, q̄ ante finem, poſſunt fructuoſe conuerti, & pœnitere.

¶ AD quartū reſpondet Auguſti. & habetur de pœnitētia. diſt. in. 3. ca. adhuc, eos qui ſic arguunt, errare. Conſtat enim multum ei peccata diſplicere, qui ſemper præſto eſt, ea deſtruere: ſed ſi ea amaret, non ita ſemper ea deſtrueret. Quod enim frequēs venia præbeat incentiuū delinquendi occaſionaliter, & per accidens, nō bonis, ſed prauis, nullum eſt inconueniens, quemadmodū Paulus ad Roma. 7. docet, bonum occaſionaliter, aliquādo mortē inducere. Attamen loquēdo per ſe, & nō occaſionaliter, frequens venia cauſam præbet recognoſcendi tantūm beneficiū, & deo gratias agendi, & eundē verediligēdi, qui tanta erga peccatores, & tam frequēter miſericordia vtitur. In quo, & illud Pauli verificari poteſt. Vbi abūdauit peccatū, ſuperabundauit & gratia. Ad roma.

¶ CONCLVDITVR ergo quoad hæc duo, quę ſupra queſita ſunt, poſſe hominem iuſtum poſt veram pœnitentiam, in peccatum mortale cadere: poſſe etiam a peccato per iteratam pœnitentiā frequenter ad gratiam reſurgere.

¶ Queſtio. xi.

Erū tria ſuperſūt inquirenda, ſan de lege ordinata adimat aliquando peccatori vſum diſcretionis habēti facultas vere pœnitendi: ita, vt de cōmiſſis, pœnitere non poſſit. Secundo ſuppoſito q̄ non, an poſſit peccator ſemper per pœnitentiam a peccatis, quibuſcūq; , q̄tumuis grauib⁹ ad gratiam reſurgere. Et ſuppoſito q̄ poſſit, an de facto ita ſit, & certū, q̄ ſemper ad gratiam reſurgat, ſi illum pœniteat. Et ad primum dixit Armachanus. lib. 9. in ſumma ſua, q̄ ſæpe accidit, vt deus facultatē vere pœnitendi a peccatoribus ob eorū grauiſſima, vel nimia peccata auferat, ita, vt tales poſtmodū pœnitere non poſſint, aut etiam, quia ſunt de maſſa perditionis. Pro qua ſententia arguitur. Primo, quia aliquā do deus denegat hominibus fidem & cognitionem veritatis, ſine qua vere illos pœnitere non poteſt: igitur illis non relinquitur facultas vere pœnitēdi. Antecedēs probatur per illud Ioan. 12. de Iudeis incredulis dictum. Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Eſaias. Excęcauit oculos eorum, vt non videant oculis, & nō intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. Vbi

eos, Vbi glo. dicit, illos pro magnitudine sceleris pœnitentia esse indignos.

¶ Confirmatur idem ex eo, quod Ioan. 6. dicitur, Nolite murmurare adinuicem, nemo potest venire ad me. s, per fidē, nisi pater, q̄ misit me, traxerit illū. Vbi Aug. ait. Quasi dicat, scio, quare esuritis, sic, vt istū panem non intelligatis, neq̄ queratis, nemo potest venire ad me. Et addit. Magna gratię commendatio: nemo venit nisi tractus, quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & nō illum, noli iudicare, si non vis errare. Igitur multi sunt, quib⁹ deus fidem necessariam negat, vel ob eorū peccata, vel quia sunt de massa perditionis.

¶ Hoc idē rursus apparet ex illo Matth. 11. Ve tibi corrozaim. Vę tibi Bethsaida. Quia si in Tyro & Sidone factę fuissēt virtutes, q̄ factę sunt in te: olim in cilicio & cinere pœnitētiam egissent. Vbi Hieron. in sententia ait, illis ciuitatibus gentiū negatam fuisse a Christo fidei prædicationē, quam si audiuissent, conuersi fuissent. Vnde & apostolis præcepit dicēs. In viam gentium ne abieritis.

¶ Ad idem facit, quod habetur Amos. 8. Ecce dies veniunt dicit dominus, & mittā famē in terram, non famē panis, nec sitim aquę: sed audiendi verbum dei: et cōmouebuntur a mari vsq̄ ad mare, & ab aquilone ad orientem, & circuibunt quęrentes verbum dñi, & non inuenient. Ex quo Hieronymus cōcludit, q̄ deus aliquando his, qui malum faciunt, & perseuerant, immittit prælatū, qui nesciat illos fidem docere. Immo aliquando deus immittit spiritum erroris his, qui in sordibus sunt, vt docet Paulus ad Ro. 1. loquens de gentib⁹ contra legē naturę viuētibus, dicēs. ꝓpter quod tradidit illos deus in reprobū sensū.

¶ SECVNDO aliquando deus indurat cor peccatorum, subtrahēdo illis suū auxiliū & gr̄am conuersiuam, & illos deserendo, & a se ꝓiciendo. Id patet ex Paulo ad Ro. 9. dicēte. Deus cui⁹ vult miserē, & quē vult indurat/quemadmodū indurauit cor Pharaonis, nec illi permissum est a mala voluntate affligendi Hebręos recedere. Et Hiere. 6. Erudire Hierusalē, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponā te desertam terram inhabitabilem. Et iterū ibidem. Frustra conflauit conflator: malitię enim eorū non sunt consumptę, argentum reprobum vocate eos, quoniam dñs proiecit eos. Nec id solum, sed etiam sępe homines ob sua peccata priuātur auxilio & custodia angelorum, prout dicit Hiere. c. 51. Curauimus Babylonem, & nō est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisq̄ in terram suam: quoniā peruenit vsq̄ ad cœlum iudicium eius. Et iterum ꝓ Esaiam. c. 5. Auferā, inquit dñs, a vinea sepem, & erit in conculcationem/& direptionem. Vbi glo. ꝓ sepē circundātem intelligit angelorū custodiam. Facit etiā, quod legitur Ezechi. 3. Sed & linguam tuam faciam adherere palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans es. Ex quibus & aliis multis videtur, q̄ deus sępe subtrahit homini remedia necessaria ei ad vere pœnitēdū: puta cognitionē/& fidem, & miracula, & doctorē seu prędicatorem, & gratiam, & auxilium suum, & angelicam custodiam, & linguę vsum ad petendū veniam, & reliqua opportuna remedia. Et per consequens talibus hominib⁹ adimitur facultas vere pœnitendi, ita vt pœnitere non possint.

¶ HIS nō obstantibus, videtur duram esse & impiam hanc prędictam sententiā, nec rationi nec scripturæ sanctæ satis consonā. Vnde contra eam, & pro opposita sententia arguitur primo. Et si daretur tempus vię, in quo homo pœnitere non posset, habens per se actum iudicium discretionis, sequit̄, q̄ homo ille de necessitate peccaret, & de necessitate in peccato perseueraret, cū a peccato recedere nō posset: & sequela nota est, falsitas tamen consequentis patet. quia repugnat dicere hominem de necessitate peccare, cum secundum Augustinum/peccatum intantum peccatum est, inquantū voluntarium: ita vt si voluntarium non sit/peccatum non sit. Et Hiero. de ecclesiasti. dogmatibus, anathematizat eos, qui dicunt deum obligare hominem ad aliquid ipsi impossibile: qualiter obligaret, si ita esset, q̄ homo nō posset nō peccare, aut a peccato per pœnitentiam non posset recedere, vt constat.

¶ Deinde homini competere liberum arbitrium, quo libere possit, si velit, bonum aut malum eligere, apertū est ex eo, quod scriptum est. Ante hominē vita & mors,

bonum & malum, ad quod volueris, porrige manū. Ecclesiasti. 5. Similit Deutero. 30. Moses ad Hebræos loquēs, etiā postq̄ grauissima peccata cōmiserant, ait. Testes inuoco hodie cœlū & terram, q̄ proposuerim vobis vitā & mortē: elige ergo vitā, vt viuas. Et ad Cain, postq̄ fratrē occiderat, dixit dominus. Nōne, si bene egeris, recipies? sinautem male, statim in foribus aderit peccatū, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Ex quibus aperte patet, liberum esse homini, q̄tūuis sceleratō a peccato recedere, si velit, & illius pœnitere. Pro quo etiam facit Paulus. 1. ad Corin. 10. Fidelis deus, qui nō permittet vos tētari vltra, q̄ potestis. Et ita patet, hominē ex parte sua semper habere potestatē, si velit, a peccato per pnīam recedendi.

¶ SECVNDO si diuinā misericordiā attēdamus, simul & scripturā sacram, hoc ipsum colligemus. s. deum omnes peccatores ad pnīam vocare, eisdemq̄, si illos pœniteat, æternam vitam promittere. Ita enim dixit omnes peccatores inuitans. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matthęi. 11. Et iterum per Ezechiel. omnibus peccatoribus, qui ab iniquitatibus recesserūt, quantumlibet graues & enormes fuerint, vitā similiter promittit, & peccatorum omniū veniam, vt sępe citatū est. capī. 18. & 33. Et iterū per Esai. & Zachariā & Iohelē, omnes peccatores ad se vocat, dicens. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Quoties etiam Deus conquerit̄ de populo suo, quē de adulterio/de idololatria/de fornicatione/de infidelitate/de Dei contemptu & blasphemia, de altisq̄ grauissimis peccatis redarguit, a quibus se repulsum esse & abiectum conquerit̄? Et nihilominus clemens pater misericordiarum, benigne illos ad se vocat, pnīam hortatur, & venīā promittit. Non enim Deus vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Dicere igitur, q̄ deus aufert ab homine facultatem pœnitendi, ita vt non possit pœnitere, nec ad Deum se conuertere, impium est, & contra diuinam clementiam.

¶ TERTIO idem patet: quia apertum est Christum pro omnibus peccatoribus q̄tūuis sceleratis passum esse. Et omnes tales ad pnīam vocasse, ipso per Lucam dicente. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pnīam. Et tāto magis charitas Christi ad homines cōmendat̄, qui pro impiis mori voluit, quāto grauiora fuerant peccata & offensæ contra diuinā magestatem cōmissæ, vt docet Paulus ad Roma. 5. Ex parabola etiam patrisfamil. qui fecit cōuiuiū, ad quod vocari præcepit omnes claudos/cęcos & debiles, & quocunq̄ morbo laborantes, hoc idem intelligimus. s. Deū omnes peccatores, quæcūq̄ sint, & qualia cūq̄ crimina q̄ cōmiserint, vocare ad cœnā suā, illisq̄ ex parte ipsius inuitantis omnia esse parata. Impium igitur est dicere, Deum adimere peccatoribus facultatem pœnitendi, p quorum salute, tot & tanta passus est Christus. ¶ Deinde quomodo staret, quod ait Paul⁹. 1. ad Timo. 2. Deus vult oēs homines saluos fieri, si ipse deus ex parte sua negaret homini, quod ipsi est necessariū, vt conuertat̄? Nec placet hoc accipere, vt aliqui accipiunt dicētes, q̄ sensus sit, nullum hominem saluari, nisi Deo volente. Nam ex textu ipso colligit̄, q̄ Dei voluntas huiusmodi ad omnes se extēdat, & non solum ad eos qui saluant̄: cum præmittat ibidem fieri orationes & obsecrationes p omnibus hominibus, cuiuscūq̄ cōditionis sint. Et sequit̄ quod dictum est scilicet, nam Deus vult omnes. Quomodo etiā illud staret a dño dictum. Ego sto ad ostiū, & pulso, si quis aperuerit, intrabo ad eum. Et iterum, Petite & accipietis, pulsate, & aperiet̄ vobis? Quomodo etiam staret, quod ait Ioā. in sua canonic. s. Christum esse propiciatorē pro nostris peccatis, & nō pro nostris tantum, sed pro totius mundi peccatis, si essent aliqua peccata tam enormia, vt isti dicūt, q̄ pro illis auferat deus a peccatore potestatē pœnitēdi? ¶ ADDE, q̄ si p̄pter aliquod peccatum enorme adimeret̄ homini facultas pœnitendi, maxime propter peccatū in spiritū sanctum, de quo dixit dominus, q̄ non remittetur in hoc seculo nec in alio, sed hoc nō. Quia si textū euāgelii percurras, reperies Chr̄m vocasse ad pnīam, ac venīā p̄misisse his, quos antea de peccato in spiritū sanctū arguerat, de quo alias, quando de peccato in spiritum sanctū agebamus. ¶ DICENDVM igitur, q̄ deus nulli viatori iudiciū discretionis habenti claudit viam

Apocal. 3. Matth. 7. 1. canō. c. 2.

dit viam ſalutis, nemini tollit arbitrii libertatem, nemini, quę illi neceſſaria ſunt, vt cõuertat, tollit, neminẽ ad peccãdum, vel in peccato perſeuerandũ neceſſitat, neminem ad bonum impoſſibilitat, neminem fallit, nec errorẽ per ſe immittit, q̃uis permittat multos errare, & in ſuis peccatis perſeuerare, & in alia noua peccata incidere. Cum hac tamen permiſſione ſtat in illis libertas a peccato recedendi, ſi velint: quia vnumquẽq; relinquit in manu cõſilii ſui, exceptis his, quos pro ſua voluntate vult prę ſeruare, aut ad ſe ſpecialiter cõuertere. Pro quo illud notandum, q̃ duplex eſt fauor, quem hominibus Deus præſtat. Alter, ſine quo homo bene agere nõ poteſt, & talem nemini negat, q̃tumuis ſceleratus ſit, ne homo in diẽ iudicii peccata ſua in Deum retorqueat, qui illi fauorem neceſſarium negauit. Alter eſt fauor ſuperabundans, qui & ſi neceſſarius non ſit homini ſimpliciter, vt bonum agere poſſit, confert tamen multum, vt bonum de facto agat, quod, ſecluſo huiuſmodi ſpeciali fauore, alioqui nõ ageret, & ſi poſſet. Id ex aliis aperte cognoſcere poſſumus. Nã peccator aliqua peccata euitaret, verbo reprehenſionis adiutus, quę alioqui non vitarẽt, etiam ſi poſſet. Nam etiam munere ſolet moueri, ad bonum aliquod agendum, quod alioqui nõ ageret, & ſi poſſet. Ita igitur deus munere quodã, ſiue exteriore, ſiue interna inſpiratione, certo modo iuuat ſpecialiter quos vult, vt illos pœniteat: ſine quo iuuamine dormirent, & non pœnitearet, q̃uis poſſent. Multis etiam hoc iuuamen ſpeciale non confert ad pœnitẽdum, vel credendum, aut aliud bonũ opus agendum, quod agerent, ſi huiuſmodi iuuamẽ illis præſtaretur. Et hoc modo per negationem huiuſmodi ſpecialis iuuaminis, dicitur quoſdã indurare, aut obcęcare, ſciens illos ſine præfato iuuamine a peccato non receſſuros. Et hoc modo illos deſerit, & a ſe abiicit, eos perire permittens, vel quia ſunt de maſſa perditionis, vel quia id ſua facinora meruerunt: non tamẽ ob id ſunt impoſſibilitati ad pœnitendum, vt ſatis iam conſtat.

¶ NVNC ad motiua prioris ſententię dicẽdum. Ad primũ ſumptũ ex Ioan. 12. Nõ poterãt credere, quia Eſai. dixit &c. Dicunt aliqui illud verbum, nõ poterant ſonare, non, neceſſitatem cõſequẽtis, ſed conſequentię: quia non poſſe credere, idem eſt quod neceſſe eſt, nõ credere, & ita ſenſus ẽ neceſſe eſt, ſi Eſaias dixit, q̃ nõ erant creditури, eos non credere. Sed hoc q̃uis in ſe verè dictum ſit, non tamen videtur ad propoſitum textus. Quia illic euangeliſta intendit ſignificare obſtinationem & duritiem cordis Iudęorũ, qui cũ tanta ſigna a Chriſto fieri vidiſſent, non credebant. Nec intendebat neceſſitatẽ conſequentię ſignificare, nec q̃ cauſa, quare credere nõ poſſet, erat, quia ab Eſaia ſic fore, erat prænunciatum. Nec ad id citauit prophetę dictũ: ſed vt intelligamus cauſam ſuę obſtinationis, ſeu obdurationis fuiſſe, quia Deus obcęcauit oculos eorum, prout Eſaias prędixerat. Hęc autem obcęcatio non fuit, niſi diuini iuuaminis ſubtractio, ſine quo non erant crediturі, q̃uis credere poſſent, ſi vellent, etiam ſi iuuamẽ illud ſuperabundans illis ſubtraheret. Et q̃ poſſent, ſi vellent: Auguſtinus dicit, eundẽ locum tractans. Quęrit enim, quare autẽ nõ poterant credere, ſi a me, inquit, quęratur: cito reſpondeo, quia nolebant. Et ſi obiiciatur, aliam cauſam dediſſe prophetam, quare non credebãt. ſ. quia dedit Deus illis ſpiritũ compunctionis oculorum, vt non videant. Reſpondet idem Auguſti. hoc ipſum eorum voluntatẽ meruiſſe in malo obſtinatam, a qua mala voluntate, ſi vellent recedere, potuiſſent. Vnde fit illud verbum, non poterant, non ſonare impoſſibilitatẽ credendi, ſed ineptitudinẽ volũtatis, ſimul & intellectus eorũ. Erat enim ex parte intellectꝰ obſtaculũ, quo credere in Chriſtũ impediebant. Ex parte etiam volũtatis obſtinatio, & peruerſa affectio, quibus ſtantibus, credere in Chriſtũ non poterant. Illa autem obſtacula in illis permanebant: quia Chriſtus gratiam ſuam, vt amouerent, illis nõ præſtabat. Ita q̃ illis ſtãtibus obſtaculis, credere non poterant: ſimplicit tamen poterant, ſi vellent. Quod inde rurſus patet: quia ſi ſimpliciter non poſſent credere, ipſa incredulitas non eſſet illis imputanda, quod ſuppono falſum. ¶ Ad aliud ex Ioãne. 6. citatũ. Nemo poteſt venire ad me, dicendum ſimiliter, q̃ illud verbum non poteſt, nõ dicit ſimpliciter impoſſibilitatem

veniendi ad Christum per fidem, vt ex dictis patet, cum id esset in libera ipsorū potestate: sed secundum quid, vt dictum est, stante. s. corū ineptitudine, quā deus sciebat in illis sine gratia & fauore speciali ipsius, non esse amouendam. Et hac ratione dicit ibidem, Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a patre meo. De qua fide inquit Paulus, ꝙ dei donum est. Simpliciter tamē non negandum est, hominē recte suis naturalib⁹ vtentem, si per hominē aut per miracula doceat, posse credere i Christum, alia superabundanti gratia secluſa. Attamen doctorem habere, aut miracula fieri, per quæ fides doceat, inter dona Dei venit cōnumerandū, ita vt semper verifice tur, quod ait Christus. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eū. glo. i. nisi pater reuelauerit per se. s. vel per aliū.

¶ Ad aliud ex Matth. citatū. Vę tibi Corrozaim, patet responsio, ꝙ Deus illis ciuitatibus gentilium Tyro. s. & Sydoni non abstulit facultatem vere pœnitendi, cuius fidei prædicationē illis subtraxit, sed sine hac potuerunt credere: quia si quod in eis erat, debite fecissēt, doctore fidei, Deo prouidente, minime caruissent: sicut nec eo caruit Cornelius, nec Eunuchus Cādacis reginæ, qui, quod in eis erant, fecerūt, vt patet ex actibus apostolorum. cap. 10. & ca. 8.

¶ Ad aliud ex Amos. 8. sumptū, similiter respondetur, ꝙ inde colligitur Deum subtrahere hominibus ob eorum peccata doctorem veritatis, & non solum hoc, sed aliquando immittit spiritū erroris, quo peccatores seducantur, & pereant, vt patet ex eo, ꝙ ex Paulo ad Roma. citatū est, & etiā ex eo, quod ait. 2. ad Thessalo. 2. Eo ꝙ Charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent: ideo mittet Deus illis operationem errorum, vt credant mēdacio. Facit etiam Deus aliquando, vt prophetę interrogati, non verum, sed falsum respōdeant, prout dicitur Ezechi. 14. Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas prophetę erit. Quę omnia permissiue sunt accipienda, sicut illud aliud, propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominię &c. ad Ro. 1. Siue igitur Deus multos errare, & fidem ignorare permittat, siue remedia opportuna ad cognitionem veritatis illis subtrahat, stat tamen in eisdem potentia pœnitēdi, & se ad Deum conuertendi, & per consequens ea, quę illis necessaria fuerint, sciendi, vt ex dictis patet. Remedia tamē, quæ sunt homini ad pœnitendum, & Dei mādata seruandum necessaria, nulli iudicii discretionis habenti adimit Deus. Et ita patet ad omnia, quę supra in oppositum allegata sunt, & multa alia. ¶ Illud tamen, quod postremo ex Ezechie. 3. citatū est, videtur ad propositum impertinens. Nam illic prædicit dominus Ezechieli mala, quę per reprobos passurus erat, in pœnā quorum futurum erat, vt Ezechiel ad illos non egrederetur, nec illis prædicaret, nec eorum vitia obiurgaret: vt in sordibus suis amplius sordescerent. Et hoc est, quod ait. Linguā tuā faciam adhærere palato, & eris mut⁹, quasi vir non obiurgans: quia domus exasperās est. In quo significat Iudęos indignos esse, quibus doctor aliquis, aut vitæ director mitteretur.

PRæ suppositō ergo, ꝙ in via nemini adimit facultas pœnitēdi, quærebatur secundo, an possit quilibet peccator per pœnitentiam resurgere ad gratiam, quęcunq;, & qualiacunq; crimina perpetrauerit. Et dixit idem Armachanus, ꝙ non, sequutus in hoc Augustinū, qui aliquando tenuit esse aliqua peccata tam grauia, quæ non possunt peccatori remitti, quicquid faciat ad eorum remissionem.

¶ PRO hac sentētia facit. Primo, quod legitur Matthei & Lucę. 12. de peccato in spiritum sanctū, de quo ait Christus, ꝙ nō remittet in hoc seculo, nec in futuro. Si dicas, ꝙ loquitur textus de facto, non tamen tollit possibilitatem remissionis. contra arguit, ꝙ loquat de possibili. Quia quod de aliis peccatis affirmat Christus, idipsū negat de peccato in spiritum sanctum: sed de aliis affirmat, ꝙ remittent, quod nō de facto, sed de possibili est accipiēdum: alioqui falsum esset, ꝙ cætera peccata remittētur, si de facto intelligatur, vt constat: ergo idipsum negat de possibili de peccato in spiritum sanctum,

¶ SECVNDO facit, quod ait Ioan. in canonica. cap. 5. de peccato ad mortē, pro quo ait, non esse orandum. Quod tractans Augustinus ait. Aperte ostenditur, quosdā fratres esse, ꝙ quibus non orare iubemur:

significans

ſignificās ideo id eſſe, quia ſunt aliqua peccata, de quibus veniam non poteſt peccator obtinere. Ait enim inter alia. Nō quia non ſit ignoſcendum pœnitenti: ſed quia tanta eſt labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem ſubire non poſſit. Exemplificat de peccato Iudę: & de eo, qui ſciens fraternitatem oppugnat.

¶ TERTIO facit, quod ait Paulus de peccato ex malitia cōmiſſo ad Hebrę. 10. Voluntarie enim peccantibus, poſt acceptam noticiā veritatis, iā non relinquit hoſtia pro peccato. Quod non videtur intelligendum ita, vt Chriſtus nō ſit iterum p peccatoribus illis occidendus. Nam nec p voluntarie peccantibus, nec pro inuoluntarie peccantibus relinquitur hoſtia in illo ſenſu, nec valet dicere, quod gloſa ait. ſ. q̄ per voluntarie peccantes intelliguntur hi, qui perſeuerant in peccato. Nam ſi de perſeuerantibus in peccato intelligitur, non etiā relinqueretur hoſtia p illis: ſiue perſeuerent poſt acceptam noticiam & voluntarie, ſiue ex ignorantia & inuoluntarie. Et ita, cū aliquid ſpeciale de voluntarie & ſciēter peccantibus videatur Paulus dicere, ſequitur, q̄ illis nullum relinquitur remedium ſalutis maxime cum addat, Sed formidabilis quędam expectatio iudicii, & ignis ęmulatio. Igitur ſic ex malitia peccātibus nil prodeſt poſtmodum pœnitere. Quod idem ad Hebrę. 6. viſus eſt ſignificare, dicēs. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, ſi prolabantur, rurſus renouari ad pœnitentiam.

¶ Confirmatur ex Leui. 4. & 15. vbi cum eſſent hoſtię inſtitutę pro peccatis ex ignorātia commiſſis: pro his tamē, quæ ex malitia commiſſa erāt, nulla talis hoſtia inſtituta videtur. Quod videtur figura præſentis temporis.

¶ QVARTO facit, quod de peccato idololatrię legit Ezech. 14. Si Noe, Iob & Daniel oraſſent pro eis, nō eos ſaluarent. Loquitur de his, qui poſuerunt immundicias & idola in corde ſuo. Similiter Hiere. 7. & 11. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eo laudes & orationes, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam. Loquitur de populo iſrael, pro eo, q̄ idololatriā perpetrauerat. Idem habetur Hiere. 14. Noli orare p populo hoc in bonum, quia non exaudiam: ſiue ieiunauerint, ſiue victimas obtulerint, nō ſuccipiā: igitur hoc modo peccantibus nil prodeſt pœnitere. Vnde ait glo. Prophetæ pręcipitur, ne pro eis oret, in quos eſt iam conſummata ſententia: ne videatur oratio eius infirma, & merito non exaudita.

¶ QVINTO facit, quod legit Amos. 1. & 2. de multis nationibus. Dicit dominus. De tribus ſceleribus Damaſci, Tyri, Gazæ, & Edom, & ſuper quatuor non cōuertā. De quo Hiero. in prolo. ſup Amos, ait. Et quia inquit propheta ſuper tribus impietatibus, & ſuper quatuor non cōuertam eum, tertio peccatorum indulgentiā deū dare poſſe ſignificat: quē quarto eadē peccata admittentibus/ nec pœnitentiam/ nec indulgentiam daturum annunciat.

¶ AVGVSTINVS etiā lib. de vita Chriſtiana ſignificat certā eſſe hominib⁹ periodum ad pœnitendū conſtitutā, aut certū numerū peccatorū: quo completo. poſtmodum veniæ nō eſt locus. Ait enim poſt alia. Nos enim plurimorum habem⁹ exempla, per quē probare ſufficimus, ſceleratos & impios, peccatorum ſuorum fine completo, & hoc tēpore iam iudicari, & pręſentem eis vitam negari nō minus q̄ futuram. Ad quod alludit, quod dicitur Geñ. 15. Nondum ſunt completa peccata Amorręorū, Ex quibus videtur colligi, multa eſſe peccata adeo grauia, de quibus homo veniam obtinere non poteſt, quantuncū q̄ pœniteat, certamq̄ eſſe peccatoribus periodum ad pœnitendum cōſtitutam, vltra quam, quidquid homo faciat, etiam ſi pœniteat, miniſme veniā aſſequet. Quod innuit Hiero. li. hębraicarū quęſtionum, tractans illud Gene. Nō permanebit ſpiritus meus in hominb⁹ iſtis in ęternum, quia caro ſunt: ſed erunt dies eorum anni cētum & viginti. Hoc ipſe ſic exponit. Habebūt cētū viginti annos ad pœnitēdum. Nec enim de annis ad vitam erat id intelligendum, cum cōſtet, multos homines poſt tēpus illud vixiſſe vltra ducentos & trecentos annos. Gene. 6.

¶ HIS non obſtantibus tenenda eſt oppoſita ſententia. ſ. nulla eſſe peccata q̄tum uis numero & grauitate magna, de quibus homo veniam non poſſit per pœnitentiā conſequi, q̄diu viuit. Pro qua ſententia &

catholica faciunt, quæ ſupra citata ſunt ex variis ſcripturę autoritatib⁹, in qbus deus promiſit cuicūqꝫ vere pœnitenti vitā ęternam. Ratione cuius pmiſſionis dixit Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Roma. ꝯ. vt ci tauimus ſupra, inſuſtū fore Deum, ſi peccatores ad ipſum confugientes in ſui gratiam nō admittat. Hoc etiā ſignificat Ioā. in ſua canonica. 1. cap̄. 1. Si cōfitemini peccata veſtra, fidelis, & iuſtus eſt Deus: vt remittat vobis peccata veſtra, & emūdet vos ab omni iniquitate. Vbi nullam iniquitatem ꝫtumuis magnā excludit. Et. capi. 2. Hæc ſcribo vobis, vt non peccetis: ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē Ieſum Chriſtum iuſtū, qui eſt propiciatio pro peccatis veſtris, & non veſtris tantum, ſed etiam totius mundi. Ex quo aperte docemur, nullum eſſe in mundo cōmiſſum peccatum, a quo nō poſſit homo veniā conſequi, ſi pœniteat, Chriſto pro nobis intercedente. Vanū autem omnino eſſet, Chriſtum intercedere pro peccatis, quæ ſcit, remitti non poſſe. ¶ Facit etiam, quod habetur Eſaiæ. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereat filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Vnde aperte patet, Deū nemini claudere gremium, ſed paratum eum eſſe pro ſua infinita bonitate & clementia, omnē vere pœnitentē in ſui gratiam admittere: maxime cum hi, ad quos dominus per Eſaiam loquebatur, illa crimina, quę grauiſſima dicuntur, cōmiſiſſent. ſ. peccata infidelitatis/ idololatrię/ blaſphemię. ¶ Facit etiā determinatio eccleſiæ de ſūma trinitate & fide catholica. cap̄. Firmiter. vbi declaratū eſt, poſſe hominē peccatorem ſemper per veram pœnitentiā reparari. Ibidē etiā declaratum eſt, baptiſmū omnibus, tam paruulis ꝫ adultis obicem nō ponentibus, ad ſalutē prodeſſe, quęcūqꝫ & qualiacūqꝫ crimina ante baptiſma fuerint commiſſa. Quod, ſi infidelibus/ idololatris/ & peſſimis hominibus, hęc gratia fit, vt poſſint per baptiſmum iuſtificari: quare etiam de Chriſtianis in peccatū lapſis negabimus, ſimilem gratiā fieri eiſdē poſſe, vt per pœnitentiam iuſtificentur: quā ſecundam tabulam eſſe conſtat, ſicut & baptiſmus eſt prima: maxime, cum idipſum præfata decretalis ſonet, puta de hominibus poſt baptiſmum in peccatum lapſis?

¶ ADDE, ꝙ eccleſia nullū peccatorem, ꝫtūuis criminoſum, a pœnitētia repellit, quę omnes in articulo mortis cōſtitutos, ſi in eiſdem ſigna cōtritionis apparent, iubet vniuerſaliter abſolui: ſicut & Chriſt⁹ cōtulit ſacerdotibus poteſtatē omnia peccata remittendi, nullā inter hæc, & illa peccata differentiā ponens. Vnde de pœnitētia, diſtin. 1. cap̄. Multiplex. dicitur. His autē, qui tempore neceſſitatis & periculi vrgentis inſtantia pœnitētiæ prę ſidiū, & mox reconciliationis implorant, nec ſatiſfactio interdicenda eſt, nec recōciliatio denegāda: quia miſericordię Dei, nec menſurā poſſumus ponere, nec tempora diffinire: apud quē nullas patitur moras veniæ cōuerſio. Et gloſa citat, quod ſcriptum eſt. Spiritus ſancti gratia, tarda neſcit habere molimina. Et. ca. Nemo. Ibidē Ambroſius reprehendens eos, qui prę uaricantibus adimūt ſpem ſalutis, ait. Deus autē nullū crimē excipit, qui peccata omnia donauit. Et. cap̄. Quātuſlibet, ait. Qꝫtuſlibet ergo mortui fœtor ſit, abolebit omnis, vbi ſacrū redoleuerit vnguentū. Et, cap̄. Poteſt fieri. ita cōcludit. Ergo euidentiſſime domini prædicatione mādatum eſt, etiam grauiſſimi criminis reis, ſi ex toto corde & manifeſta cōfeſſione peccati pniam agant, ſacramenti cœleſtis gratiam perfundendā. Et de Iuda peccatore grauiſſimo, ait idē Ambroſius. Arbitror enim, ꝙ & Iudas potuiſſet tanta miſeratione domini, non excludi a venia, ſi pniam non ſolū apud Iudęos, ſed apud Chriſtū geſſiſſet. ¶ Cyprianus etiā ſignificans, omnes pœnitentes eſſe admittendos, ait. Miror autē, quoſdā ſic obſtinatos eſſe, vt dandā non putent lapſis pniam, aut pœnitentibus eſtiment veniam denegandam. ¶ Hieronymus etiā inductiue oſtendit, Chriſtum neminē vere pœnitentem reiecciſſe: ſed in ſui gratiā admiſiſſe. Exemplo mulieris importunę, quę precibus impetrauit ab amico tres panes: Chriſtus etiam a publicano precibus vincitur. Niniuę ciuitas, quæ peccato perijt, fletibus fletit. Chriſtus in paradiſum latronē de cruce tulit. Prodigū filiū ſero etiam reuertentem Chriſtus lætus amplectitur. Et nonaginta nouē pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ

cula, quę remansit, humeris boni pastoris aduehitur. Pro his etiã, qui ipsum Christum crucifigebant, orabat dicens. Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Alios etiã, qui in spiritũ sanctũ blasphemantes peccauerant, adhortatur, vt pœnitentiam agant, & sic pœnitẽtibus veniã promittit. Nunq̃ denicq̃ repulit quẽq̃, qui ad ipsũ cõfugeret. Ex quibus patet nostrũ intẽtũ.

¶ GELASIVS etiã papa in. to. anathematis dicit, nullũ esse peccatũ, pro quo ecclesia nõ oret, & quod remitti nõ possit, nisi peccatũ perseuerantię vsq̃ ad finẽ. Et habetur in decretis Gelasii, in. lib. Concilio rũ. ¶ Augusti. etiam in. lib. retractationũ dicit. De nemine q̃ tuncũq̃ scelerato desperandum est, quia q̃diu viuit, pœnitere potest, & ad Deũ conuerti. Vbi retractat, quod ante dixerat de peccato aliquo post habitã charitatem cõmisso, dicens illud remitti non posse.

¶ AD rationes autẽ superius pro prima sententia adductas, Respõdeꝯ. Ad primũ de peccato in spiritũ sanctũ, quod irremissibile dicitur. respondendo, quicquid sit de huiusmodi peccato, quale & quotuplex sit: similiter & quot modis dicaꝯ irremissibile, dimissis etiã variis modis dicẽdi, de quibus alias. Dico ad præsens, peccatũ in spiritũ sanctũ dici irremissibile, nõ ob difficultatẽ suę remissiõis: quãdoquidẽ ex parte Dei ęque facile est vnũ sicut & reliquum peccatũ dimitti, cuius misericordia, cũ infinita sit, omnẽ culpam in infinitũ & absq̃ pportiõe superans, nõ dubiũ, quin absq̃ vlla difficultate possit omnẽ offensam dimittere. Ex parte etiã pctõris non multũ difficile est peccati cõmissi pœnitere, cũ voluntatẽ ad vtrũq̃ vertibilẽ habeat homo: esto, q̃ vt ait Aristo. 7. Ethicorũ. qui ex malitia peccãt, nõ põt eos facile pœnitere: quales sunt, qui ex ignorãtia, aut passione peccant, qui passione & ignorãtia cessante, illi cõ de cõmisso dolẽt. Vnde & nõnulli hãc causam esse dixerũt, quare angeli mali nõ egerunt pœnitẽtiã, quia scilicet, ex malitia peccauerũt, quod est proprium peccato, quod dicit in spiritũ sanctũ cõmissũ. Nec etiã dicit irremissibile ob impossibilitatẽ suę remissiõis, vt sufficiẽter ex dictis appareat. Nec Christus in loco citato pretendit significare impossibilitatem suæ remissionis, sed eius grauitatẽ & indignitatem nobis intimare, Cum non sit aliud peccandi genus magis abominabile, q̃ ex malitia, & specialiter contra Deum peccare. Vnde cũ cętera peccata, quę ex ignorãtia aut passione cõmittunt, habeant vnde digna sint venia & remissibilia, cũ ipsa passio & ignorãtia, ex qua fiunt, nõnulla sit peccati excusatio: peccatũ tamen in spiritũ sanctũ commissũ, quod ex pura malitia fit, nil tale habet, vnde venia dignũ sit, aut remissibile: ideo cętera, remissibilia dicunt, nõ sic peccatum in spiritum sanctum.

¶ AD secundũ de peccato ad mortẽ, videtur magister in. 2, cum Augustino dicere, idem. esse peccatũ in spiritũ sanctũ, & peccatum ad mortẽ: & q̃ ideo pro illo orandũ non est, quia remissibile nõ est. Addunt tamen huiusmodi peccatũ esse, peccatũ cui finalis impœnitẽtia adiungit, pro quo solo nõ est orandum. Mihi tamen videtur diuersa esse peccata. s. peccatũ in spiritũ sanctũ, de quo Euãgelistę loquunt, & peccatũ ad mortẽ, de quo canonica Ioã. Si enim peccatũ in spiritũ sanctũ diceret oẽ illud, cui adiungit finalis impnĩa, nil opus fuisset distinguere inter peccatũ in patrẽ & filiũ & spũm sãctũ, dicẽdo solũ illud, qđ in spũm sãctũ cõmittit eẽ irremissibile: cũ oẽ pctũm in quẽcũq̃ cõmittaꝯ, si illi adiũgaꝯ finalis impnĩa, sit irremissibile. Adde, q̃ pctũm in spũm sanctũ, de quo euãgelistę, erat actu cõmissũ a Iudæis, quos Chr̃s tã acriꝯ redarguebat, idq̃ illis viuẽtib⁹, quos tñ postea ad pniam hortabaꝯ. Pctũm autẽ ad mortẽ nemo incurrit nisi moriẽdo, si. s. tunc sine pnĩa decedat, quẽ ad pniam post modũ adhortari, oĩo supuacaneũ est. Q. đ aũt fuerit pctũm ĩ spũm sctũm, de q⁹ Chr̃s loquit⁹ẽ, satis explicat Mar. s. blasphemia, qua op⁹ dei miraculosũ, Beelzebuth attribuebãt, vbi nil de finali impnĩa dictũ est.

¶ Dicẽdũ igiꝯ pctũm ad mortẽ dici pctũ finalis impnię, p quo solo nõ ẽ orãdũ. Nã p aliis omnibus, q̃diu viuit hõ, orandũ est, quẽadmodũ docet Pau. 1. ad Timo. 2. Q. si qs obiiciat eũdẽ Paul. qui cũ p aliis oraret, p Alexãdro tñ ærario nõ videt orasse, imo iussit Timo. vt illũ euitaret, qui ipsius Pauli fuerat persequutor, Respõdeo. Nõ legitur, q̃ Paulus pro Alexandro non oraverit, q̃uis legatur, q̃ iusserit Timotheo,

lege. non sunt facile pœnitẽtes:

q̄ illū euitaret, vt patet. 2. ad Timo. 4. Q̄d ideo fuit, quia Paulus illū Sathanę tradiderat, & excōmunicauerat tanq̄ apostatā. Et q̄uis dicat ibidē Paulus, reddet Deus illi, ſ. Alexandro mercedē ſui operis: nō imprecantis verbum eſt, ſed prænunciantis, vt dicit illic gloſa.

¶ AD tertiū de volūtarie peccātibus. Reſpōdetur, q̄ quia Paulꝰ videt̄ adimere ſpē ſalutis his, qui volūtarie poſt acceptā notitiam veritatis peccant, ideo quidā opinati ſunt, epiſtolā ad Hebręos nō fuiſſe Pauli: cū Paulus alibi & ſępe eos, qui poſt baptiſma receptū, & poſt notitiā veritatis habitā labunt̄, ad pœnitentiā hortatur, ſpē venię illis tribuēs. ¶ Alii vero tenētes epiſtolam vere Pauli fuiſſe iuxta ſanctorū doctorum & eccleſię doctrinā, hunc locū exponentes dixerunt, per voluntarie peccantes intelligi eos, qui in peccato perſeuerāt vſq̄ ad finē, videntes pro nullo alio peccato adimi peccatori ſpē ſalutis, ſic dicit glo. ibidē. Contra quos occurrit ratio, quia in illo ſenſu nullā feciſſet Paulus differentiā inter voluntarie peccantes & inuoluntarie, nec inter peccātes ſcienter poſt acceptā notitiam veritatis, & peccātes ignorāter. Quia quomodocūq̄ quis peccet, ſi perſeueret vſq̄ ad finē, nulla illi relinquit̄ hoſtia, nec remedium ſalutis: cū tamē textus aliquid ſpeciale de voluntarie, & ſcienter peccantibus dicat. ¶ Alii vero dixerūt poſt Chryſoſt. homilia. 20. q̄ cū ait Paulus, non relinqui hoſtiam pro peccato his, qui voluntarie peccant, non excludit omne remediū ſic peccantibus, ſed remediū baptiſmi, qui hoſtia quędā eſt, quia in baptiſmo cōmorimur Chriſto, & eidē ſacrificamur. Itaq̄ intendit ponere differentiam inter hoſtiā p̄ peccato legis veteris, & hoſtiam hanc p̄ peccato legis nouæ, quia illa iterari frequenter poterat, non hęc. Et hoc dicitur conformiter ad id, quod Paulus in eadē epiſtola. c. 6. dixerat. Impoſſibile eſt, eos qui ſemel illuminati ſunt, ſi prolabantur, rurſus renouari ad pœnitētiam. Sed nec hoc ſatisfacit. Tum, quia illo modo impertinens eſſet, q̄ quis peccet voluntarie, aut inuolūtarie ex ſcientia, aut ex ignorantia ſeu metu, quia quomodocūq̄ quis peccet, nō poteſt denuo baptizari: cū tamē Paulus aliquid ſpeciale dicat de volūtarie & ſcienter peccantibus. Tum etiam, quia non ſolū videtur excludere illis hoſtiā baptiſmi, ſed etiā pœnitētiā, & quodcūq̄ aliud remedium ſalutis: nam poſtq̄ dixit, Non relinquitur illis hoſtia pro peccato, ſtatim ſubiungit, ſed formidabilis quędam expectatio iudicii. ¶ Alii dixerunt, q̄ per implicationē additam, ſ. voluntarie, & poſt acceptam notitiā veritatis, nō excludit Paulus peccātes culpabiliter ex ignorātia culpabili ſeu vincibili, quaſi illis hoſtia aliqua relinquat̄, nō autē his qui ſcienter & voluntarie peccant: ſed eos intendit excludere, qui deficiunt a legis obſeruatione inuoluntarie, quod impoſſibile eſt cū culpa accidere. Nam aliquādo in ſcriptura dicitur peccatū, etiā ſi culpa & imputabilitate careat, vt opus contra legem Dei cōmiſſum per ignorantiā inuincibilē, quale fuit acceſſus Iacob ad aliam, quādo ſua nōdū erat, quale etiā fuit detinere vxorem alienam neſciēter, quod accidit Abimelech regi. Gene. 20. Sic enim peccātibus bene relinquitur hoſtia & remediū ſalutis, etiā ſi perſeuerent, nō aliis. Sed nec hoc ſatis pertinenter videtur eſſe dictum, cum nō ſit intentio Pauli alicui peccatori qualitercūq̄ peccanti remediū ſalutis adimere, ſicut opinione iſtorū adimitur his, qui volūtarie peccant. ¶ Videtur ergo intētum Pauli in eodē. cap̄. eſſe, ponere differentiam inter homines ante legē euangelicam, quando. ſ. ſub lege erant Moyſi, & inter homines poſt legē euangelicā: ſimiliter & inter hoſtias illius legis, & legis nouæ. Qui enim ſub lege erant, in vmbra erant & in ignorantia. Et hoſtia illius legis, quę erat animalium occiſio, nō proderat ad remiſſionē peccatorū. Et cū quolibet āno hoſtiæ fierent, remiſſio tamen peccatorum non fiebat, ſed peccatorum remiſſionis cōmemoratio. Et qui peccabant, ignorantes & lumine carentes peccabant, & illis erat vna hoſtia vera promiſſa, quæ erat paſſio Chriſti, per quā vere p̄tā erāt remittēda, & ignorātia expellēda, legis nouę luce ſuperueniēte. Et hęc de cōditione hoīm ante legē nouam. Deinde lege noua veniēte, & Chriſto ſemel in cruce oblato, iam hoīes ſi peccāt, volūtarie peccāt, & ſcienter, nō vti prius. Et iā poſt lucē euāgelicā nō relinquitur hoſtia, quia ceſſauit aīalium īmolatio p̄ Chriſti īmolationē, & Chriſtus nō eſt amplius pro nobis

pro nobis imolandus, nec confidendum nobis iam est in alia hostia ventura. Quia illa vnica Christi oblatio sufficientissima fuit pro peccatis omnibus etiã futuris, si Christo pro nobis imolato, firmiter adhæreamus. Et hoc est, quod vere Paulus intẽdit in loco præsenti. Et cũ addit, Formidabilis autẽ expectatio iudicii, non debet accipi, vt argumentũ pretendit, s. q̃ post legẽ euangelicã peccantibus, nil remedii relinquit, sed sola formidabilis expectatio iudicii. Quia hanc clausulam non aduersatiue ponit, sed ostẽsiue, docens. s. q̃ formidãda sit certitudo iudicii cõtra impios ferẽda. Itaq; intendit Hebræos firmos in fide Christi facere, & a ceremoniis legis amouere, proponens eis finalis iudicii terrorẽ. Ex quibus apertũ est, q̃ impertinẽter multi circa præsentem locum fuerint loquuti.

¶ AD confirmationẽ dicendũ, falsũ esse, q̃ nulla fuerit hostia p̃ peccato ex malitia cõmisso in lege veteri instituta. Nã Leui. 6. statuta est hostia p̃ his, qui peccauerint in contemptum domini, si depositũ negauerit, quod fidei illorũ cõmissum est, similiter pro his, qui vi alienum extorserint, aut calũniam fecerint. Quæ quidẽ peccata constat, non nisi voluntarie & scienter cõmitti.

¶ AD quartũ ex Ezechiele & Hieremia citatũ dicendũ, q̃ intelligitur de irrogatione pœnæ, quã Deus decreuit aliquibus inferre in hoc seculo, siue sit mors siue bellũ, siue alia plaga, quibus malis Deus tẽpore legis populũ flagellare solebat, partim vltionẽ de cõmissis sumendo, partim homines, ne offenderent deterrendo. Et ideo non mirũ, si ab huiusmodi tẽporali pœna, homines per pœnitentiã non liberarẽtur, ex quo erat sententia Dei ad id determinata, ideo nec ad id orationes sanctorũ tũc proderant. Sic etiam est accipiendum, quod legitur. 1. Regũ. 3. Iurani domui Heli, q̃ non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsq; in æternũ, quia scilicet erat Heli cũ sua posteritate in perpetuum priuandus dignitate põtificia, vt patet ex. capi. 2. ibidem.

¶ AD quintum ex Amos citatum dicendum, q̃ non potest intelligi, vt Hebræi putant, q̃ si quis quater in aliquod peccatũ cadat, non poterit veniam postmodũ obtinere: cum constet ex. 4. Regum, Manassem regem, non solum quater, sed pluries idolatrasse, & pluries homicidium perpetrasse, qui tamen veniam tandem obtinuit, vt patet ex. 2. Paralipomen. in fine, sed procedit de irrogatione pœnæ temporalis, quã Deus tunc contra perseuerantes & pertinaces inferre decreuerat. Et sic etiam videtur Hiero. intelligendus in prologo supra citato. Et quod ait, q̃ per hoc significat, deũ quater peccantibus, pœnitentiã non daturum, nec indulgẽtiam, intelligitur de pœnitentia liberante a tali pœna temporali illis parata. Et q̃ ita sit, patet ex fine eiusdẽ prologi, similiter & ex textu ipso, in quo exponitur pœna non remittenda. s. ignis, & ciuitatum illarum destructio.

¶ AD aliud ex Augusti. citatũ, de certa periodo. dicendũ, vt verba ipsius Augustini significant, eum de periodo vitæ fuisse loquutum: taliter, q̃ aliquando videns Deus hominẽ in peccatis perseuerare, eum de medio tollit, ex quo dato illi tẽpore pœnitendi, non vult pœnitere. In quo Deus illi peccatori magnam facit misericordiã, eum morte præueniens: ne si diu viueret, peccata peccatis accumularet, & sibi longe maiorem dãnationem pararet. Quod etiã ex Genes. 15. citatum est, scilicet. Nondũ sunt cõpletæ iniquitates Amorrheorum. Ita accipiendum est, vt ea, quæ supra exposita sunt de pœna temporali: puta de expellendo illos populos de terra promissionis, quã Deus Abrahæ & posteris suis promiserat: qua forte priuati non fuissent, si expectati pœnitentiam egissent. Et quia tempus, per quod Deus, eos ad pœnitentiam expectare decreuerat, nondum erat completum, ideo differebat filiis Abrahæ terrę promissę traditio. Itaq; hæc omnia impertinentia sunt ad dicendum, hominem q̃diu viuit, non posse veniam peccatorum & gratiam, per pœnitentiam consequi, vt ex dictis patet.

SED esto id ita sit, posse scilicet, hominem per pœnitentiã semper reparari, An de facto ita sit, q̃ semper, q̃ hominẽ vere pœnitet, cõsequat veniã & gratiã. Et dimissa eorũ opinione, qui dicũt, nõ quãcũq; pœnitẽtiam sufficere ad gratiã, nisi valde intẽsa sit, aut p aliquod tẽpus pseuerãs, cui idẽ Armacha-

nus vbi supra consentit, de qua opinione supra q̄stione.5. aliquid diserimus: ideo presens quæstiuncula procedat de pœnitentia q̄ tumuis intensa & cōtinuata. Et arguitur pro parte negatiua scilicet, q̄ non sit vniuersaliter verum, aut nō sit certum, hominē per pniam semper veniā cōsequi.

¶PRIMO ex eo, quod legitur Danielis.4. vbi Daniel dedit consilium regi Nabuchodonosor, vt.s. pœnitentiam ageret, & se Deo cōmendaret (vt exponit Tho) ad dēs; peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Q̄ si certum esset, pœnitentiam hominis sufficere ad remissionem peccatorum, non id reuocasset Daniel in dubium, sicut reuocauit dicens, forsan.

¶SECVNDO actuum.8. Petrus dixit Simoni mago, Pœnitentiā age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. Vbi videtur in dubium reuocare, an pœnitētia & oratio ad Deū pro dimissione peccatorū fusa, sufficiat semper ad obtinēdū veniam.

¶TERTIO facit ad idem, quod dicitur Iohelis.2. Conuertimini ad Deum vestrum, quia benignus & misericors est. Et addit statim. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionē? Idem habetur Ionę.3. vbi, cū statuissent Niniuitę pœnitentiam agere, q̄ conuerterentur ad Deum, & vnusquisq; recederet a via mala: statim addit, quod dictum est.s. Quis scit, si cōuertatur, & ignoscat Deus? Vbi hi prophetę videntur in dubium reuocare: an de facto Deus semper indulgeat ad pœnitentiam peccatoris.

¶QVARTO idem videtur exemplis comprobari de Esau, de quo ait Paulus ad Hebręos.12. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, q̄uis cum lachrymis inquisiuisset eam. Et de Antiocho.2. Macha.9. dicitur. Orabat scelestus dominū, a quo nō erat misericordiā cōsequuturus. Igitur nō solū nō est certū, hominē per pniam de facto veniā cōsequi: sed de q̄busdā certū est, veniam per pœnitentiam non obtinuisse.

¶QVIBVS nō obstātibus videt stan dum in eo, quod supra probatum est, scilicet, Deum omnes vere pœnitētes illico in sui gratiam admittere. Cuius fundamentā nō opus est repetere, sed ad rationes nuper in oppositum factas respondere. Et dicendum breuiter, omnia illa loca citata, in quibus videtur in dubiū reuocari, an per pœnitētiam homo assequatur indulgentiam, esse intelligenda de indulgētia pœnę temporalis presentis vitæ. Nam de indulgentia culpæ & pœnę æternę, dubitari nō potest, vt ex dictis patet. Et discrimen certum est: quia de diuinę promissionis adimpletione, atq; de ipsius Dei fidelitate minime dubitandum est. Ipse autem promisit, idq; frequēter in scriptura sancta, se ad gratiam admissurum omnem, quem vere pœniteat, & ad ipsum Deum vero corde cōfugiat. De pœna autē temporali amouenda, talis promissio nō habetur, sed hāc potest libere infligere, & amouere, si velit salua veritate legis. Hanc legitur Deus a populo suo ad preces Moysi & aliorum sanctorum amouisse. Aliquando etiam legitur, sanctorū orationes ad id minime profuisse. ¶Particulariť id patet de pœna Nabuchodonosor ī somno prenūciata, q̄ scilicet erat ad tempus regno suo priuādus, & cū bestiis terrę fœnū cōmesturus. Hanc enim pœnam illum per pœnitētiam euasurum, reuocabat Daniel in dubium, non pœnam ęternam debitam pro peccato.

¶De pœna Simonis magi, idem dicendū: quia Petrus prædixerat multa mala, multasq; afflictiones, illi ob suā pessimam cogitationem euenturas, has incertum erat, illum per pœnitentiam euasurum. ¶De pœna Iudęorum, ad quos loquebatur Iohel, patet, q̄ erat temporalis, scilicet aduētus hostium, eorūq; desolatio, aduersariorum q̄ in eos crudelitas, hanc eos per pœnitentiam euasuros, non erat certū. Idem dicatur de Niniuitis. ¶Ad exempla dicendum, q̄ pœnitētia Esau, nil illi profuit ad recuperandum primogenita, quæ fratri suo vendiderat. Et si ad remissionē culpæ nil valuit, ideo fuit, quia vera pœnitentia nō fuit. De Antiocho etiā idē dicit, q̄ nō vere illum pœnituit ppter Deum, sed solum propter pœnæ timorem, & pœnam solum prætendebat euadere, ideo non fuit exauditus &c.

¶Quæstio.xij.

¶Quęritiā

Quæritur solet, an possit homine vere pœnitere de vno pcto absq; hoc, q; de alio pœniteat. Quæ qstio pot dupliciter intelligi, secudu q; vera pnia pot accipi, vt dicat veritatē existētię, aut dicat veritatē effect9 psentanei, q; est remissio culpę, de qua aliquis pœnitet. Et i hoc secu do sēsu accepta q̄stione, idē est, ac si quer̄at an possit hō p pniam cōsequi remissionē vni9 peccati absq; remissione aliorū peccatorū: loquor, vt hacten9 de peccatis mortalib9. Et dixerūt aliqui, vt Gracian9 refert de pnia, distī. 3. q; sic, Ad quod dicēdū mouetur primo. Quia aliquādo Deus punit hominē in hoc seculo p vno pcto & nō p aliis, ad minus ita fieri potest sicut puniuit ęgyptios & Pharaonē, eo q; nolebat dimittere populū dei libere abire: sicut etiā puniuit populū Hebręorū & Dauidē regē missa desup pestē, p peccato numerationis populi, & nō pro aliis peccatis pro tūc. Et de multis aliis legitur, q; fuerunt in hoc seculo a Deo puniti, pro quibusdam certis peccatis, etiā si nō p omnib9 suis peccatis punirent̄. Iā arguit̄. Homines illi sic p determinatis peccatis a Deo in hac vita puniti, consequunt̄ remissionē taliū pctorū, eo q; nō punient̄ in alio seculo p eisdē iuxta dictū Nau. De9 nō punit bis in idipsū, aut secūdū aliā trāslationē. Nō cōsurget duplex tribulatio: & tn̄ cōstat alia pcta, in quib9 homines illi pseuerāt, nō illis dimitti. ¶ Cōfirmāt id autoritate Hiero. sup eundē locū dicētis, q; genus hūanū diluuio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, & Israelitas i eremo perdidit. Scitote ideo tēporaliter p peccatis punisse, ne in æternum puniret, quia non iudicabit Deus bis in idipsum.

¶ SECVNDO idē p̄bant autoritate Grego. sup Ezechie. & habet̄ de pnia dist. 3. pluit. Vbi dicit, q; De9 pluit aliq̄n super vnā ciuitatē & nō sup aliā: & aliq̄n cōpluit vnā & eādē ciuitatē ex pte, & ex pte eādē arida relinqt: quia. s. pctor, qui ciuitati cōparatur, in quo multa habitant vitia, aliqua peccata resecat, Deo mouente, peccatore in reliquis vitiis perseuerante.

¶ TERTIO p̄bant idē ex Ambro. sup octonariū. 18. qui de pctōrib9 loquēs ait, q; duplicē hēnt cōsolationē. Prima ē: quia nō obliuiscit̄ misereri De9, & quia etiā si desit fides, pœna tn̄ releuat & satisfacit. Si igit̄ pœna satisfaciti his hominib9, in quibus fides nō est, sequit̄, q; manēte infidelitate, ipse infidelis cōsequitur remissionem aliorum peccatorum.

¶ QVARTO facit rō: quia dem9 pctō rē nō oia pcta q̄ fecit, cōfiteri sacerdoti, sed aliq̄, aut si oia cōfiteat̄, nō tn̄ ab oīb9 absoluat̄, cū aliqua sint supiori refuata, iam deus remittit illi pcta, q; sacerdos remittit: alia vero, q; sacerdos nō remittit, nec Deus remittit, iuxta id qđ Chr̄s dixit, Quorū remiseritis pcta, remittent̄ eis: & quorū nō remiseritis, nō etiā remittent̄ eis in cœlis. Ioānis. 20.

¶ Cōfirmāt. Si tali pctōri sacerdos pniam imponat p confessis cōdignā, & pctor illā cōpleat, quęrūt, an illa pnia sit satisfactoria an nō. Si primū, igit̄ illa pcta, p quib9 imposita fuit, erunt remissa sine aliis. Si secundū, igit̄ veniret imponēda iterū pnia pro eisdē peccatis, quod reputant durum.

¶ QVINTO, doleat hō de vno peccato ex toto corde, nō tn̄ de alio, iam illud, de quo dolet, tollit̄ iuxta regulā Chryso. tes, p quas causas nascit̄, p easdē dissoluit̄, & tn̄ aliud, de q; nō dolet, nō tollit̄, vt suppono.

¶ AD quā q̄stionē coīter respondet̄, q; de potētia dei absoluta, pōt pctōrē vere & fructuose de vno pctō pœnitere, & nō de aliis ad sēsū nup tactū, nō tn̄ de potētia dei ordinata. Prima pars p̄bat̄, quia Deo possibile est, quicqd cōtradictionē nō implicat, put coīter accipit̄, qđ dixit Angelus ad Mariā. Nō est impossibē apd deū oē verbū. Vnū aūt pctūm remitti sine aliis, nullā videt̄ repugnātiā ip̄licare, qđ inde patet, quia de pluribus offensis, & iniurijs alicui hoī illatis, pōt ipse offens9 vnā sine aliis remittere, igit̄ id poterit Deus a fortiori: cū longe p̄ior sit ad misērēdū q; hō. Secūdo id cōfirmant, quia de potētia dei absoluta pōt de9 remittere pcta sine charitate infusa, igitur & vnū sine illo potest remittere. Quia, vt dicūt, ratio quare de potētia ordinata vnū mortale remitti non potest sine aliis, est, quia nullū mortale remittitur sine charitate, quæ omnibus mortalib9 peccatis æque repugnat. Si igitur sine charitate potest de potētia ab

ſoluta peccatum remitti, iam nil obſtabit, quo minus poſſit, vnum peccatum ſine alio dimitti. ¶ Secunda pars, ꝙ id de potentia Dei ordinata fieri non poteſt, Probatur tum, ob rationem modo tactam: quia remiſſio peccati mortalis, non fit de lege ſine charitate infuſa, quæ omnibus æque repugnat: tum ex probationibus, quibus Auguſtin⁹ hoc ipſum probat/ lib. de pœnitentia. Primo: quia Chriſtus, quem ſanat, perfecte ſanat, vt patet inductiue de eo, qui habebat ſeptem demonia, quem cum curaret, non vnum ſine alio expulit, ſed omnia. Similiter de eo, qui habebat legionem angelorum malorum, a quo ſimiliter omnes eiecit, & ita de aliis. Tum ſecūdo: quia Deus nulli remittit peccatū mortale ſine amore ipſius: amorem autem ſuū nulli communicat, q̄ diu eſt inimicus: igitur neceſſe eſt, ſi vnum remittit, omnia ſimul remittat: quia, vt ait. Impium eſt a deo iuſto dimidiā ſperare veniam.

¶ IN his tamen eſſet difficultas. Primo: quia videtur, ꝙ non habeat locum diuiſio illa cōmunis de potentia Dei abſoluta & ordinata: quia repugnantia videtur, dicere, ꝙ Deus poſſit facere aliquid de potentia abſoluta, quod non agat de ordinata. Quia illud dicitur agere de potentia ordinata, quod ipſe ab æterno ordinauit facere: igitur ſi ponatur in eſſe, ꝙ aliquid agat de potētia abſoluta, neceſſe eſt dicere illud agere de ordinata, cū nil agere poſſit, quin illud ordinauerit ab ęterno facere. ¶ Si dicas illud ſolum dici, Deum agere de potētia ordinata, quod ſecundum legē ſuam per eum reuelatam agit, ſeu quod in lege ſua reuelauit ſe facturum, contra: quia præſuppoſita reuelatione aut p̄miſſione, qua in lege dixit, aut promiſit, ſe aliquid facturum, repugnat, ꝙ de potentia abſoluta oppoſitum faciat. Tum: quia oppoſitū agendo mentiretur, cum tamen id ſit impoſſibile, vt ait Paulus ad Hebræos. 6. Tū: quia oppoſitum agendo, eſſet infidelis: cum tamen iterum dicat Paulus, Deum fidelem eſſe, qui ſeipſum negare non poteſt. Ideo Ioannes. 22. & alii dixerunt, præfatam diuiſionem ſupra poſitam nullā eſſe. ¶ Ad hæc dicendum, ſtandum eſſe in diuiſione poſita, & eam bene poſitā eſſe. Quia illa dicitur Deus poſſe de potentia ordinata, quę fieri poſſunt ab eo, ſalua veritate legis ab ipſo reuelatę. Illa vero dicitur poſſe de potentia abſoluta, quæ facere poteſt, non tamē ſalua tota lege per eū reuelata. Exempla ſunt clara. Potuit Deus ſimpliciter facere, ꝙ nullus homo moriatur corporaliter, omnem imediate ad cœlum tranſferendo: ſed eſſet contra legem, quia ſcriptum eſt. Quis eſt homo, qui non videat mortem? Et vt ait Paulus. Statutum eſt omnē hominem ſemel mori. Potuit ſimpliciter pro ſua voluntate, omnes paruulos a peccato originali, ſicut virginem præſeruare: non tamē ſtante lege, in qua ſcriptum eſt, Nemo mundus eſt coram illo, etiam ſi ſit infans vnius diei. Potuit ſimpliciter, ſi vellet genus humanum redimere abſq; hoc, ꝙ filius Dei carnem mortalem aſſumeret, ſed non ſalua lege, in qua frequenter ſcriptum eſt, Meſſiam Deum & hominē ad redimendum venturum. Ita igitur, in propoſito potuit Deus ſimpliciter vnum peccatum mortale ſine alio dimittere, non tamen ſtāte legis veritate, Nam ſcriptum eſt per Eſaiam. Ad quē aſpiciam, niſi ad pauperculum contritum corde tremētem ſermones meos? Ex quo colligitur, Deum neminī peccata remittere, niſi contritus ſit, qualis non eſt, qui in aliquo peccato vult perſeuerare, etiā ſi de alio illum pœniteat. Et Pſal. 65. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Ergo decreuit Deus non remittere vnum peccatum, durante in homine alia iniquitate. Et iterū dixit dominus per Ezechielem. Si receſſerit impius ab oīb⁹ iniquitatib⁹ ſuis, & fecerit oia p̄cepta mea, vita viuet/ alioq in peccatis ſuis morietᵉ. Et ita patet intētū.

Pſal. 88.

Iob. 25.

Eſaiæ. 56.

Ezechi. 33.

¶ IAM quando arguitur, ꝙ Deus contra legē, nil poteſt de potētia abſoluta: quia alioqui mentiretur, & infidelis eſſet. Reſpondetur. Nec hoc nec illud ſequitur, ſi attendamus ſcientiam Dei de futuris, eiuſq; decretum, nullam rebus futuris neceſſitatem abſolutam imponere: quicquid ſit de neceſſitate cōſequētię, ſeu ex ſuppoſitiōe. Vnde ſtat, ꝙ Deus decreuerit aliquid agere: & tñ poteſt oppoſitū agere. Sicut ſtat, ꝙ homo currat cū poſſibilitate ſeu poteſtate non currendi. Sed poſito in eſſe illo poſſibili, neceſſe eſt ſuū oppoſitum deponi. Quod quia artiſtis notū eſt, iō non inſiſto.

¶ Sed iterum

¶Sed iterum obiicitur, ꝙ Deus non posſit etiam de potentia abſoluta, vnum mortale ſine alio dimittere: quia ſi vnum mortale dimittere poſſet ſine alio: igitur originale peccatum poſſet dimittere ſine mortali, cum longe leuius ſit originale ꝙ̄ actuale mortale: conſequens videtur repugnare, vt patet per rationem Innocentii. cap. Maiores, de baptiſmo & eius effectu. Si enim originale dimittit̄, igitur ordinat hominem ad gloriam: ſi autem mortale nō dimittit, ordinat eundem ad gehennā, quod eſt cōtradictio. Nec valet dicere, ꝙ non eſt ſimile de originali & mortali: quia originalis peccati pœna eſt carentia diuinæ viſionis, actualis autem peccati pœna eſt cruciatus æternus: ideo originale, non poteſt dimitti, manente mortali: non inꝙ̄ valet. Quia nō minus debetur pro mortali peccato pœna damni, quę eſt carentia diuinæ viſionis, ꝙ̄ pro originali: cum pœna ſenſus mortali debita, pœnā damni includat. Igitur ſi originale non poteſt ſine mortali remitti, ſequitur, ꝙ nec vnum mortale ſine alio. ¶Reſpondetur, Illam rationem Innocentii procedere, potius de ordinata potentia ꝙ̄ de abſoluta, & illo modo concedo, ꝙ ſicut originale ſine mortali dimitti non poteſt, ita nec vnū mortale ſine alio. Q̄ autem de ordinata potentia procedat, patet. Quia de abſoluta non implicat, aliquem ab originali liberari per viſionem Dei, manente cruciatu & pœna ſenſus ęterna. Quia & ſi naturaliter repugnent viſio clara Dei & pœna ſenſus, non tamen ſupernaturaliter. Quod manifeſtum eſt in Chriſto, cum eſſet in via tēpore paſſionis, qui ſimul Deum clare videbat, & vehementē dolorē & triſtitiam ſimul ſentiebat: quod & ſi ad tempus tantum durauit, nihil tamē repugnat potentię Dei poſſe in homine in perpetuū durare. ¶Sed nunquid de potentia abſoluta poſſet originale dimitti ſine hoc, ꝙ homo vnꝙ̄ Deū clare videat? Reſpōdetur, ꝙ ſic, nō obſtante, ꝙ pœna originalis culpæ ſit carētia diuinæ viſionis, nec ad dimiſſionē peccati neceſſe eſt, pœnā ſimpliciter tolli: ſatis eſt ipſum peccatū, non amplius ad pœnam imputari: & ita, ꝙ̄ diu carentia viſionis Dei habet rationem pœnæ pro originali peccato, manere dicitur ipſū peccatū. Si autē maneat carentia diuinę viſionis, non tamen in pœnam peccati, iam non manet peccatum, nec dicitur amplius imputari. Cuius exemplum clarum eſt ſecundum Auguſtinū. Mors corporalis, pœna eſt peccati generis humani, & ante baptiſma habet rationem pœnę, poſt baptiſma vero, & ſi maneat mors, nō tñ iā habet rōnē pœnæ ꝓ originali pctō, quod plene fuit per baptiſmū condonatū. ¶COROLARIE ſequit̄ ad hoc, ꝙ vnū mortale ſine alio poſſit de potentia abſoluta dimitti, imptinēs eē, dicere, ꝙ mortale poteſt ſine charitate infuſa remitti. Ratio ē clara. Quia ꝙ̄uis charitas ęque repugnet oīibus peccatis mortalib⁹, iō vno per charitatē remiſſo, neceſſe eſt oīa ſimul remitti, hanc tñ repugnātiā, quā charitas habet ad oīa mortalia, nō ex natura habet, ſed ex dei ordinatione. Id patet. Tum, quia dabilis eſt omiſſio pura, q̄ ſit pctū mortale, & tñ omiſſio pura alicuius actus nullā ex natura habet repugnātiā cū habitu charitatis. Tū etiā, quia aliquis eſt actus peccati mortalis, qui non eſt ex natura ſua malus, ſed ſolū quia ꝓhibitus, & cōtingēter ꝓhibitus, & talis, ſi nō prohiberetur, charitati infuſæ nō repugnaret. Igit̄ eſto ꝓhibeat̄, nō ex natura ſua repugnat charitati, cū ꝓhibitio illa nō variet naturā & eſſentiā actus, ꝙ̄uis variet eius qualitatem. ¶IAM reſpōdēdū eſt ad ratiōes ſupra ꝓ priori ſnīa factas. Ad primū ſūptū de malis, q̄ nōnulli in hoc ſeculo pro certis pctis patiunt̄, Fallunt̄, q inde putant ſuā ſnīam ſufficient̄ ꝓbari. Quod patet ſi attēdam⁹ multiplices cauſas, ob quas ſolet deus mala hominib⁹ infligere. Dat.n. Deus hoi in hac vita afflictionem, ne cadat, ſicut Paulo fuit dat⁹ ſtimul⁹ Sathanę colaphizās illū, ne, ſ. magnitudo reuelationū illū extolleret. Dat etiam mala aliqbus, vt lapſi a pctō reſurgāt. Deus.n. quos diligit, corrigit, & caſtigat, vt a via iniquitatis reuertant̄, ſicut ait Paulus, ꝙ multis dat deus infirmitates & morbos, quia indigne corp⁹ dñi mādu cāt, ſic puniuit Dauid & multos alios, vt.ſ. reſurgerēt. Dat inſup aliquib⁹ mala, vt eos tentet, quēadmodū, Deo permittēte, Iob multa mala paſſus fuit, vt probaretur. Dat deinde quibuſdā mala in hoc ſeculo, vt in illis Dei gloria manifeſta fiat: quēadmodū fecit, vt homo quidā cęcus naſceretur, vt

2. Cor. 12.

Prouer. 3.

1. ad Corinthios. 11.

opera dei in illo manifestarent: sicut manifesta fuerunt, quando cęcum a natiuitate Christus sanauit, Dat præterea quibusdā mala, vt eos pro suis peccatis hic puniat; Ioānis.9. ne in alio seculo eos æternaliter cruciet: quales sunt hi, quos pro sua misericordia punit, sciens, ꝙ inter ipsa flagella resipiscent, & conuertentur. Quosdam deniq; hic punit, suā volens iustitiam in illos exercere, & vindictam in hoc seculo inchoare, quos, ſ. induratos videt, hos hic punit ad tempus, postmodū ęternaliter puniturus. Exemplū est Antiochus rex/ & Herodes, & alii, quos diuina seueritas grauib⁹ afflixit morbis, & demū in infernū proiecit. Si igitur deus ob tam varias causas & fines solet homines in hoc mundo cruciare, quomodo potest inde quis argumētū certum sumere ad dicendum, ꝙ per pœnam in hoc seculo inflictam remittantur aliqua peccata, aut vnum peccatum sine alio? Quod autē dictum est per Naum, ꝙ Deus non punit bis in idipsum, intelligit̄ de his, qui cum in hoc seculo flagellātur, inter ipsa flagella resipiscūt, & illos pœnitet, & vere ad Deū cōuertuntur. Et sic Hieronymus est intelligēdus in eo, quod in confirmatione allegatum est, vt ipsemet exponit, & habetur de pœnitentia. distinct. 3. cap̄. Quærat hic.

¶ AD secūdum ex Grego. sumptum, dicendum cum magistro, ꝙ non ad criminis remissionem, sed ad peccati desertionē referendum est. Aliud enim est vnum peccatum sine alio remitti: aliud vero vnum peccatum sine alio deserere. Deserit homo vnum peccatū sine alio, quando cessat vsus vnius non alterius. Et hoc est, Deū super eandē ciuitatē ex parte cōpluere, & ex parte candē aridam relinquere: quod est hominem sua gratia mouere, vt a certo peccato abstineat, etiam si illū in alterius peccati vsu relinquat, quod tamen fit sine remissione peccati, vt satis de se constat.

¶ AD tertium ex Ambrosio allegatum. Respondetur. Falluntur sic arguentes, cū putent, Ambrosiū illic loqui de fide, qua credimus: cum loquatur de fide. ſ. de conscientia nostra, pro qua, aliquando fidem Ad ro.14. accipi constat ex eo, quod ait Paulus. Omne quod non est ex fide, peccatū est. Vbi fides pro conscientia accipitur. Et intendit Ambrosius, ꝙ prima cōsolatio, quam habet peccator, vt veniam speret, est, ꝙ Deus misericors est, & pœnitentibus cōdonat. Secunda consolatio est, ꝙ etiam si aliqua peccata habeamus, de quibus conscientiam non habemus, quia a memoria exciderūt, illa tolluntur per pœnas & mala, quæ hic patienter toleramus. Et posse id nobis accidere, clare docet Paulus, dicens. Nil mihi 1. Cor. 4. cōscius sum, sed nō in hoc iustificat⁹ sum. Valet itaq; pœna, quā Deus homini oblito infligit, vt pro peccatis oblitis satisfaciat, si eam patienter toleret, quod intelligo, suppositō, ꝙ oblita fuerint quo ad culpam remissam.

¶ AD quartum de absolutione sacerdotali dicendum, ꝙ si illum hominem vere pœnituit, & integre, vt debet omnia peccata mortalia confessus est, iam sunt illi quo ad culpam remissa: si autem non, vt debuit, cōtritus est, aut confessus, nullum peccatum illi dimissum est, nec a Deo nec a sacerdote. Quod autem de casibus reseruatis additur, aliam quæstionem tangit, de qua in tractatu de cōfessione. Pro nunc attamen cōmunem sententiam sequēdo, dicendum, ꝙ sacerdos absoluit illum ab his, a quibus absoluere potest, idest a non reseruatis, & ab eisdem absoluit similiter Deus, sed non solum, verumetiam a non reseruatis, idq; virtute contritionis pręhabitæ. Et q̄uis non sit absolutus a sacerdote a reseruatis/ actu/ bene tamen in voto. Nam eo ipso, ꝙ contritus fuit, vt debuit, proposuit confiteri, & absolutionem sacerdotalem obtinere.

¶ Ad CONFIRMATIONEM de pœnitētia impositā, an sit satisfactoria, dicendū, ꝙ si peccator ille contritus est & confessus, vt debuit, pœnitentia illi iniuncta, & per eū adimpleta, satisfactoria erit: Nec inconuenit, ꝙ sit satisfactoria pro vno peccato & non pro alio: quia per huiusmodi satisfactionem non dimittitur peccatum quo ad culpam, sed quo ad pœnam temporalem, in quam fuerat in casu æterna cōmutata: & hoc modo nil inconuenit, vnum sine alio dimitti. Si autem non fuit contritus aut confessus, vt debuit, peccata non sunt remissa quo ad culpam, & per consequens pœnitentia illi iniūcta, & per eum completa, nō erit ei satisfactoria pro huiusmodi peccatis nō demissis, vt cōstat.

Et tunc,

Et tūc, ſi vere vult ſatiſfacere, neceſſe eſt vere illū pœniteat, & aliā pœnitētiā vel iniūctam vel voluntarie aſſumptā adimpleat.

¶ AD quintum dicēdum, q̄ ipſum petit aliam quęſtionem ſequētem, & dicendū, vt poſtea dicetur.

OCCVRRIT igitur ſecundo quęrendū, quod ſupra fuit ꝓpoſitum in altero ſenſu: an. ſ. poſſit homo vere pœnitentiam agere de vno peccato & non de aliis/ loquendo de pœnitētia vera veritate exiſtentię/qualis eſt deteſtatio, qua quis peccatū deteſtatur propter deum ſumme dilectū. Et dixerunt aliqui doctores, q̄ non poteſt quis de vno pœnitentiā agere, quin de omnibus occurrentibus memorię illum pœniteat. pro quibus facit, quod dicit Innocentius ſecundus, & habetur de pœnitentia diſt. 5. c. Fratres noſtros. Ait enim. Falſam autem pœnitētiam eſſe conſtat, cum, ſpretis pluribus, de vno ſolo pœnitentia agitur, vel cum ſic agitur de vno, q̄ non diſcedatur ab alio. Facit etiā Auguſti. & habetur de pœnitentia diſt. 5. Sunt plures. Vbi citatis exemplis concludit, oportere hominem ſimul de omnibus criminibus pœnitere, & non de vno tantum, ſi vera debeat eſſe pœnitentia.

¶ FACIT ſcdo ratio. Quia ſi qs vere dolet de vno, opus eſt, doleat de illo, quia offenſiuū dei eſt: & per cōſequens neceſſe eſt, de omnibus doleat, ex quo in omnibus eſt eadem ratio dolendi ac pœnitendi.

¶ FACIT tertio. Quia ſi quis vere de vno peccato pœnitentiam agit, ergo propter deum ſumme dilectum obedientialiter dolet: & ſi deum vere obedientialiter diligit, proponit ergo omnia dei mādata cuſtodire: & cum in dei mandatis contineatur de omnibus commiſſis pœnitere, vult igitur de omnibus pœnitere: & ſi id efficaciter vult, igitur actu de omnib⁹ pœnitet, & ita a primo ad vltimū, ſi de vno vere propter deum illū pœnitet, neceſſe eſt de omnibus ſimul pœniteat.

¶ RESPONSIO. His non obſtantibus videtur oppoſitum tenendū, ſcilicet, q̄ poteſt vere homo dolere de vno peccato a ſe cōmiſſo propter deum abſq̄ hoc, q̄ formaliter doleat de aliis, etiā ſi memorię occurrant: idq̄ non ſolum vere quoad exiſtētiam pœnitentię, ſed etiam fructuoſe & meritorie. Probat: quia poteſt quis diligere deum vere & meritorie, etiam ſi de peccatis memoriæ occurrentibus actu illū non pœniteat. Patet hoc, ſi diligat quis deum tempore, pro quo non tenetur formaliter pœnitentiam agere. Nam cum dolere de peccatis ſit de p̄cepto affirmatiuo, quod non pro ſemper obligat: dabile igitur eſt tempus, pro quo non currat obligatio talis p̄cepti: igitur illo tempore poterit vere & meritorie deum diligere, nō dolendo actu de peccatis occurrētibus. Quo dato/poterit de vno dolere non dolēdo de alio formaliter, ex quo dolor de vno nō eſt cōnexus dolori de altero ex natura rei nec ex vi p̄cepti, quod pro tunc nō obligat, & ita intentum. ¶ Si dicas, q̄ ipſa dilectio neceſſitabit hominem, vt de omnibus occurrentibus doleat/contra. Quia vel eſt dilectio dei ſimplex, qua. ſ. quis vult deo bene eſſe, vel eſt obedientialis. Si primum, illa dilectio non neceſſitat volūtatem ad volendum ſeruare mandata dei, ſicut nec dilectio, qua filius diligit patrem ſuum compellit illum ad ſeruandum eius mādata, vt conſtat: igitur illa dei ſimplex dilectio nō neceſſitat diligentem ad ſeruādum dei mādata, & ita nec ad dolēdum de commiſſis. Si vero ſit obedientialis dilectio, non etiā neceſſitat peccatorem ad deteſtandum peccata, niſi pro illo tempore, quo ipſa deteſtatio cadit ſub obligatione: non pro alio tempore, quo de conſilio eſt, & non de p̄cepto quale eſt tempus, de quo caſus poſitus eſt. Dilectio enim dei nō neceſſitat ad actus cōſilii, etiam ſi obedientialis ſit, vt conſtat.

¶ SEQVITVR tā ītētū, q̄ ſiat hoiem vere & fructuoſe de vno p̄cto dolere abſq̄ hoc, q̄ de aliis doleat: patet in eodem caſu & tempore. Quia ſi cum de vno illū pœnitet, neceſſitat de cęteris dolere, vel igitur hæc neceſſitas oritur ex dilectione dei, aut ex præcepto, & hoc non: quia loquor pro tempore, pro quo non cadit ſub obedientia aut præcepto ipſe dolor. Aut oritur ex dolore de vno peccato, & hoc non. Quia dolor de vno nō eſt ex natura annexus dolori de altero: ſicut cōplacentia vnius non eſt neceſſario annexa complacentię alterius, vt ſatis de ſe conſtat, igitur.

¶ NVNC ad rationes ſupra factas. Ad

primum ex Innocentio sumptū dicendū, ꝙ falsa est pœnitentia, & non vera, ideſt nō fructuosa, qua quis ita de vno peccato pœnitentiā agit, ꝙ nō de aliis formaliter nec virtualiter, nec actu nec mentis proposito. Quales sunt, qui de vno peccato dolēt, de cęteris autem nec dolent, nec vnq̄ dolere, nec ab ipsis recedere intendunt. Nō sic in casu nostro, in quo, cū homo vere Deū obedientialiter diligat, si non actu, saltem voto virtualiter intendit suo tempore de singulis dolere, quando. ſ. prȩcepti necessitas postulauerit. Sicenim alia præcepta affirmatiua, sua habent determinata tēpora, ita & præceptum de conterendo, vt supra diximus. Eodem modo intelligat dictū Augustini ibidem citatum, & alia similia.

¶ AD secundum, in quo doctores cōmuniter faciunt vim, dicēdum, ꝙ aliud est dolere de aliquo particulari peccato, quia offensiuū fuit Dei, aliud vero dolere de illo, quatenus offensiuū fuit Dei. In primo dicto notatur causa dolendi, sine qua nō. In secūdo vero ponitur reduplicatio, ratione cuius notatur, ꝙ dolor ille de omni offensa, saltem in genere habeatur. Et primū dictum verificari potest absq̄ hoc, ꝙ homo ille doleat de cæteris peccatis in particulari nec in generali. Secundum vero dictum verificari non potest, nisi homo ille de cæteris doleat, saltē in generali. Et cū hoc secundum notum sit, accipiēdo signū illud reduplicatiue, probatur tamen primū dictum. Nam hęc verificatur. ſ. video Petrū, quia mihi prȩsens est absq̄ hoc, ꝙ reliqua prȩsentia videam in particulari nec in generali, vbi/li quia/causam sine qua nō importat. Similiter hæc, lego domū meā Petro, quia filius meus est, quam illi alioquī non legarem: & tamen non inde lego domum hanc cæteris filiis meis, nec in particulari nec in generali. Ita igitur stat, ꝙ occurrentibus peccatis contra Deum cōmissis, doleam de vno, quia offensiuū fuit dei, de quo minime dolerem, nisi offensiuum Dei fuisset: & tamen ꝙ de cæteris cōmissis nō doleam nec in genere nec in specie. Vnde iterū fit, ꝙ stant hęc duo, volo hoc, quia recta ratio dictat, & tamen non volo omne, quod recta ratio dictat, nec i genere nec in specie, quæ oīa clara sunt, accipiendo li, quia, solum causaliter. ¶ Correlarie sequitur, ꝙ q̄uis sit eadem causa dolendi de aliis cōmissis, quę est de hoc, de quo particulariter doleo. ſ. quia omnia fuerunt dei offensiua: non inde sequitur, ꝙ sicut doleo de hoc, ita & de cęteris doleam. Quia maxima hęc. ſ. vbi est eadē causa, est idem effectus, aut similis, procedit de causa totali & prȩcisa. In præsenti autem, causa sine qua non detestandi cōmissū, hęc est, illud fuisse dei offensiuū: non tamen est hæc totalis & prȩcisa causa, cum potior causa sit voluntatis libertas. Exemplū est clarum, si cupio offendere aliquem, non generaliter & quomodocūq̄, sed aliqualiter. Stat enim ꝙ velim facere hoc opus, quia offensiuum est illius: & cum hoc, ꝙ nolim facere illud aliud opus, quod similiter sit offensiuum eiusdē. Itaq̄ vltra motiuū, quo mouetur voluntas, aliquid & multū confert voluntatis libertas, vt vnū faciat, & non reliquū: esto, ꝙ in vtroq̄, eadem causa reperiatur, & per hæc patet ad secundum.

¶ AD tertiū, responsio patet ex dictis, ꝙ q̄uis ex dilectione obedientiali dei, sequatur propositū seruandi omnia dei mandata, & ex consequenti de omnibus peccatis particulariter pœnitendi, non inde sequitur, ꝙ actu de omnibus illū pœniteat. Satis saluatur vera dilectio obediētialis, & verum propositum in omnibus obediēdi, si proponat homo singula p̄cepta suo tempore custodire, & ex consequenti si proponat de singulis peccatis, suo tempore pœnitere absq̄ hoc, ꝙ actu de illis illū pœniteat. Et ita patet ad quęstionē in vtroq̄ sensu supra proposito. Si tamen quis velit dicere, ꝙ non dicetur vera pœnitētia de vno peccato, nisi homo de illo doleat, quatenꝰ est offensiuū Dei, accipiendo signū reduplicatiue, tunc certū est, nō posse quēq̄ de vno pœnitere, quin de omnibꝰ doleat, saltem in generali, vt ex dictis patet.

POSSET finaliter quæri, an facultas vere & fructuose pœnitendi duret vsq̄ ad extremum vitę, ita scilicet, vt qui semper vsq̄ ad illum articulum in vitiis vixit, possit illum in eodem vere pœnitere. Ad quam quęstionem videtur dicendum, ꝙ, vt ex dictis patet, q̄diu homo est in via habens iudicii discretionē, potest vere illum pœnitere & fructuose, etiam si in extremo

vitæ

vitæ articulo sit constitutus. Exemplū est de latrone, quē in fine vitę pœnituit, q & a Christo audire meruit hodie mecum eris in paradiso. Idem patet ex eo, ꝙ in. Psal. 140. sententialiter. Pœnitentia, quę in fine vitę agitur, appellatur sacrificium vespertinum, quod erat in lege acceptabilius, vt ait magister in. 4. dist. 20. Idem iterū patet ex Ezechiele. &c. Quacūq; hora ingemuerit peccator, hoc est, quocūq; tēpore vitę suæ. Idē patet ex decreto Leonis papæ, de pœnia, distinc. 7. Nemo est desperandus, dū in hoc corpore constitutus est: quia non nunq̄, quod diffidentia ęgritis differtur, consilio maturiore perficitur. Idem etiam patet. Quia si in extremo vitę nō esset peccatoribus spes seu facultas fructuose pœnitendi/otiose videretur Iacobus monere, presbyteros accersiri, & orare pro pœnis ęgrotātiū, & vngere oleo valetudinarios.

¶ DIGO secundo periculosum esse pœnitentiam differre vsq; ad finē vitę. Id patet ex Ambrosio in oratione exhortatoria de pœnitentia agenda. Ait enim. Qui positus in vltima necessitate egritudinis suæ accipit pœnitentiam, & mox reconciliatus fuerit, & exit de corpore: fateor vobis, non illi negamus, quod petit, sed non prę sumo dicere bene hinc exit. Et post. Agēs pœnitētiam ad vltimum, an securus hinc exeat, ego non sum securus, pœnitentiam dare possum, securitatē non possum. Augustinus etiam dicit, se legisse, & relegisse scripturam, nec inuenisse, quem rite pœnituerit agentem animam prēter latronē. Vnde multum dissuadet hominibus pœnitētiam differre ad extremum vitę, vt patet de pœnitētia, distin. 7. c. Nullus expetet.

¶ Vnde Sco. colligit quatuor rationes ad probandum hoc secundū dictum.

¶ PRIMA. Quia vt plurimū impedit perfectū vsus ratiōis his, q extremo periculo laborāt, siue ob morbū, siue ob tempestatem aut aliud huiusmodi: eo ꝙ tunc vel est magnus dolor in parte sensitiua, vel est magnus timor: & vtraq; passio cum vehemens est, solet rationem perturbare.

¶ SECVNDA. Quia vix potest homo in illo articulo habere pœnitētiam bene circunstantionatam, prout requiritur: scilicet propter deum summe dilectum. Quia qui vsq; tunc deum non vere dilexit, nō est verisimile ꝙ tunc mouebitur ad pœnitendum ex amore, sed ex timore gehennę. Presumitur enim, ꝙ si remot⁹ esset a pœna illa, & ab articulo illo, non pœniteret illum sicut nec prius. Ait autem Augustinus. Oportet pœnitentem non solum timere iudicem, sed diligere. Nemo enim sine charitate deo placere potest.

¶ TERTIA. Quia habitus vitiosi vsq; tunc permanentes multum retrahunt peccatorem a pœnitentia vera, cum difficillimum sit assueta relinquere.

¶ QVARTA. Quia cum tali peccatori non relinquatur tempus, vt debite illum pœniteat, & satisfaciat: necesse est si vult hic iustificari, & satisfacere, defectū extensionis pœnitentię suppleat per intēsionem & conatum: hoc autē fieri vix potest, cum pro tunc omnes vires etiam rationales vt in plurimum debilitentur.

¶ CORRELARIE sequit̄, ꝙ qui ex ꝓposito differt pœnitentiā agere vsq; ad extremum vitę, peccat de voto, quia exponit se periculo decedendi sine debita & vera pœnitentia. Modo autem, qui amat periculum, peribit in illo.

¶ SED contra primum dictum obiciet aliquis, ꝙ peccatorem pœnitentiam differētem non possit in illo puncto, in quo vita finitur, vere pœnitere. Tum ex eo, quod ait Augustinus. in sermone innocentium. Hac animaduersione potuitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est dei. Tum etiam ex eo, quod ait Hiero. in epistola Eusebii ad Damasū. vbi post multa alia dicens. Certe vere cōcludam. Qui dum sanus est & iuuenis deū offendere non formidat, in morte nō merebitur diuinam obtinere indulgentiam. Vnde dixerunt aliqui, ꝙ in instāti mortis non potest homo mereri nec demereri. Quia si vsq; tunc mansit in merito & charitate, per hoc meruit, ꝙ in illo instanti ficret impeccabilis, vt dicunt. Et si vsq; tunc mansit in peccato, per hoc meruit, vt in illo instanti fructuose illum pœnitere non possit. Quia, vt dicūt, illud instās non attribuitur vię, sed statui alterius seculi extra viā, vbi nec locꝰ mer̄edi est, nec demer̄edi.

¶ RESPONDETVR, ꝙ Augustin⁹ & Hiero. nō ita pūctualiter de tēpore mortis loquuti sunt, vt de instanti & momento

poſtremo vitę loquãtur: ſed loquuntur de tempore, quo in morbo exiſtẽtes, ad mortem tendũt ipſi peccatores. Et ſignificant, non q̃ illo tempore mortis pœnitere illos non poſſit, ſed q̃ de facto, multos non pœnitet, nec gratiam Dei conuerſiuã habent, id ſuis præcedentibus demeritis exigentibus, propter quæ Deus illis gratiam conuerſiuam ſuperabundantem non impartitur: ſed nec fauorem neceſſarium, vt illos pœniteat, eiſdem negat, vt ſupra deduximus. ¶ Loquendo autem punctualiter de inſtanti, in quo vita finitur, an poſſit tunc de nouo pœnitentiam agere, aut demereri, videtur diſtinguendum, quale ſit illud inſtans, an ſcilicet, ſit vltimum eſſe hominis, aut primum non eſſe. Et quidem, ſi ſit primum non eſſe, vt multi opinantur, fateor illud inſtans, non ad viam pertinere, & per conſequens in illo non poſſe hominem mereri, aut demereri: cum in illo ſanctania a corpore ſeparata, & ita nõ eſt tunc homo. Si vero vita hominis finiatur per vltimum ſui eſſe, tunc contrarium arbitror eſſe verũ. ſ. q̃ ſi in illo inſtãti homo habeat perfectum iudicium diſcretionis (quod tamen dubito) q̃ tunc poteſt de nouo mereri & demereri, qualiſcũq; ante illud inſtãs fuerit, cũ in illo inſtãti adhuc ſit hõ viu?, & ita in via. ¶ Verũ qui dicũt eſſe neceſſariã pœnitentiæ continuationem per tempus, vt ad gratiam valeat, habent conſequenter dicere, q̃ in illo inſtãti, nõ poteſt homo fructuoſe primo pœnitẽt ſã agere, etiam ſi homo vitam finiat per vltimum ſui eſſe. Sed hoc ſine incõuenienti dicere non poſſunt. Tum, quia ſequeretur hominem decedere in dolore, & pœnitentia de peccatis propter Deum fũme dilectum, & perire. Tum etiam, quia ſi homo in illo inſtanti malam eliciat voluntatẽ, illico cadet a gratia, & dãnabitur. Igitur ecõtra, ſi in illo inſtanti hominem primo vere pœniteat, reſurget illico ad gratiam, & finaliter ſaluabitur, niſi proteruiendo dicant hominẽ in illo inſtanti nouam voluntatem habere non poſſe, ideo ſtetur in reſponſione data.

Explicit Codex de poenitentia.

¶Tractatus ſecun DVS DE CONFESSIONE.

¶De inſtitutione confeſſionis.

DE cõfeſ=ſione vocali, quę ſacerdoti fit, & ſacramẽtalis dicit̃, ſunt aliqua q̃renda. Primo de eius inſtitutione, à quo ſcilicet, & quando ſit inſtituta. Et dixerunt aliqui, vt refert gloſator decreti: de pœnitẽtia, diſtin. 5. q̃ fuit a deo inſtituta in paradiſo terreſtri. ¶Quod colligunt ex eo, q̃ poſtq̃ Adam peccauit, de ligno vetito comedens, deus ad eum veniẽs, quærebat eum dicens, Adam, vbi es? In quo videtur deum non aliud intendiſſe, q̃ propríi peccati confeſſionẽ ab Adam exigere. Ita & quãdo deus ad Caim dixit, vbi eſt frater tuus Abel? Conſtat id deum non dixiſſe, quia ignoraret vbi Abel eſſet, ſed ideo id dixit, vt Caim proprium peccatũ confiteret̃. ¶Verum qui ſic dicũt, fallũtur: nam in illis interrogationibus a deo factis, eſto deus ab Adam & Caim cõfeſſionem ſuorum peccatorum exigeret, nõ tamen confeſſionem hanc ſacramentalẽ, quę ad aurem ſacerdotis fit, exigebat: cum nec tunc eſſet ſacramentalis cõfeſſio inſtituta, ſicut nec ſacramentũ pœnitentiæ. Nec exigebat de⁹, vt illi peccatores ſua peccata alicui ſacerdoti confiterentur. Nec ſecretam exigebat confeſſionem, ſed publicam, & ipſi deo/non ſacerdoti agendã. Nec vt omnia eorum peccata fatentur, exegit: ſed illa particularia, quę deus publice punire intendebat: & ideo non de confeſſione ſacramentali ſunt illa loca accipienda, ſed de iudiciali, quam reus in iudicio facere tenetur, a iudice requiſitus/& interrogat⁹: maxime cum præceſſit infamia de crimine ſuper quo interrogatur, aut factũ ipſum cõtra patratorem clamat. Deus ergo volens iudicibus formam condemnandi reos tradere, vt ſcilicet neminem niſi conuictum/vel in iudicio confeſſum cõdemnarent: volenſq̃ Adã & Caim pro delictis eorũ punire, prius ipſorũ confeſſionẽ exegit. &c.

Gene.3.
Gene.4.

¶DIXERVNT alii, vt gloſator decreti, vbi ſupra. & Panormi. c. Omnis vtriuſq̃ ſexus. & alii iuriſtę, q̃ huiuſmodi cõfeſſio ſacramentalis, de qua loquimur, fuit non a deo, ſed ab eccleſia in concilio Lateranẽſi inſtituta. Vnde prędicta decretalis de cõfitendo proprio ſacerdoti dimanauit. Mouentur ad id, tum, quia non debet aliquid dici eſſe de iure diuino, quod in iure diuino expreſſe aut implicite non continetur. Cum ergo nec in veteri teſtamẽto/nec in nouo de huiuſmodi confeſſione auriculari mentio fiat, ſit autem in ſtatutis eccleſiaſticis, ſequitur per eccleſiam fuiſſe confeſſionem inſtitutam: non per Chriſtũ aut deum. Tum etiam, quia ſi de iure diuino eſſet huiuſmodi confeſſio, Græci peccarẽt, nõ confitendo, cum a iure diuino minime ſint exempti. ¶Sed nec hęc opinio canoniſtarum videtur vera. Tũ, quia eccleſia non poteſt materiam aut formam alicuius ſacramenti mutare aut variare: multo ergo minus poteſt ſacramẽtum aliquod nouũ inſtituere. Tum etiam, quia ſacramentum proprie ſumptum/efficaciã habet ad gratiam conferendum digne ſuſcipienti, hãc autem efficaciam non poteſt eccleſia alicui ſigno ſenſibili tradere, cũ ſolius dei ſit gratiam præſtare, non ergo ſacramentum pœnitentię: & per conſequens nec ſacramentalis confeſſio eſt ab eccleſia inſtituta. ¶Quę autem confeſſio ſacramentalis ſit de numero ſacramentorum, quę gratiã ex opere operato præſtant, patet ex. c. Ad abolẽdam, de hæreticis. Patet etiam ex concilio Florentino, vbi huiuſmodi ſacramentalis pœnitentia inter reliqua ſacramenta connumeratur. Adde, q̃ lõge ante tempus concilii Lateranẽſi, fuerunt Origę. Hieronymus. Auguſti. Chryſoſt. Magiſter ſententiarũ. &c. qui tamen de huiuſmodi ſalutari cõfeſſione loquuti ſunt. Non igitur primo tũc fuit inſtituta. ¶Quę de Græcis dicunt, eos nõ cõfiteri, & excuſari, vtrũq̃ eſt incertũ: vtrũq̃ etiam ſtat cum veritate oppoſita. ſ. q̃ confeſſio ſit a Chriſto inſtituta veluti ſalutaris medicina in remiſſionem peccatorum, de huiuſmodi nãq̃ inſtitutiõe nũc loquimur.

Codex de confessione.

¶ DIXERVNT alii, q̄ Iacobus apostolus/primus huiusmodi confessionē instituit, iuxta illud qđ in sua Canonica. c.5. scripsit. Confitemini alterutrū peccata vestra. &c. Quod ad hoc ipsum probādum citat Hugo de sancto Victore. Et magister sententiarum in.4. distinct.17. ¶ Sed & isti (salua pace) falluntur. Tum, quia si tota ecclesia sacramentum aliquod instituere non potest, multo minus vnus homo quantūuis sanctus, Tum etiam, quia non cōuenit dicere, q̄ vnus Episcopus priuatus, scilicet Hierosolymitanus, qualis fuit beatus Iacobus, cōfessionem instituerit, quę omnibus fidelibus totius orbis cōuenit: quā doquidem ipse non orbis/sed vrbis fuerit episcopus. Adde, q̄ in loco ex eius canonica citato, non loquitur de confessione hac sacramentali, quę sacerdotibus in ecclesia fit: sed potius loquit̄ de ea confessione, quā homines inuicē facere debēt, puta, laicus laico, & econtra, laicus sacerdoti, & econtra. Hoc enim significat cum ait, Confitemini alterutrum. Cōfessio autem sacramentalis solis sacerdotibus agenda est/ non laicis, vt constat. Intendit igitur illic Iacob̄ reuocare homines a superbia & contēptu proximorum, ne scilicet quisq̄ alterū cōtemnat, sed oēs se peccatores esse agnoscāt, & se inuicem benevole tractent, & pro se inuicem orent, vt ibidem subiūgit, dicēs, & orate pro inuicem. Quod certe longe a confessione sacramentali distat.

¶ SVPEREST ergo veram esse Theologorum sententiam, qui dicunt huiusmodi cōfessionem sacramentalem a Christo/ sicut & reliqua sacramenta gratię/ esse instituta. Locus apertus est Ioan.20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. &c. Vbi potestatem peccata remittendi apostolis, & in eis omnibus sacerdotibus contulit, quos iudices in causa, quæ est inter deū offensum/ & peccatores offensores/ instituit: vt corū iudicio interueniente, ipsi rei ad dei regnū admitterentur, vel ab eodem repellerētur. Ad quod etiā Christus claues aperiendi ac claudendi regnū cœlorū sacerdotibus in lege euāgelica concessit. ¶ Pro quo etiā facit ratio, quia ex quo Christus venit curare vulnera nostra, conueniebat vt tā perfectus medicus/ necessarias & salutares medicinas nobis relinqueret: inter alias antē medicinas curatiuas/ vna & potissima post baptismū est sacramētalis confessio, quā Hierony. dicit secūdam tabulam post naufragium. ¶ Facit etiam ratio Sco. supra tacta, quia solus ille potuit sacramēta instituere, qui potest signis sensibilibus efficaciā & virtutem gratiam dandi conferre: hoc autem nemo nisi Deus facere potest, cuius solius est gloriam & gratiam præstare, & de impio iustum efficere,

¶ De obligatione confitendi, & quo iure ad eam teneamur.

Resupposito ergo q̄ huiusmodi confessio sacramētalis a Deo sit instituta, Quęritur de obligatione confitendi vocaliter sacerdotibus, quo iure sit inducta: aliud enim est quærere, a quo fuerit instituta: aliud vero, a quo sit iussa. Et in primis excludamus eorum positionem, qui tenent esse de iure naturę, tum quia sacramenta gratiæ, quę fidem præsupponunt, vnde & sacramenta fidei dicūtur, supra naturam sunt, sicut & ipsa fides. Tum, quia nullum dictamen naturale, secluso iuris positiui dispositione, dictat esse peccatori necessarium sua peccata occultissima proximo pandere, & se coram illo quodāmodo infamare, maxime ad finem assequendi remissionem peccatorum, qui finis est ipsius sacramentalis confessionis: cum de huiusmodi fine ratio naturalis nil doceat, sed potius Dei reuelatio. Igitur, siue consideremus confessionē sacramentalem, quatenus sacramētū gratiæ est, seu pars sacramenti iustificātis, siue consideremus ipsam peccatorum cōfessionē, qua peccata occulta proximo panduntur, siue consideremus finem, qui est peccatorum venia, & ad Dei amicitiam reductio, patet nō cadere sub dictamine rationis naturalis. ¶ Secundo idem patet, quia si sic esset, non solum post legem euangelicam/ sed antea fuissent homines obligati sua peccata etiā occulta hominibus cōfiteri: cum tamen

tamen nec tempore legis naturæ, nec scri
pturę huiusmodi obligatio cucurre=
rit. Quāuis enim in lege Moysi, qui ad po
pulum dei pertinebant, debuissent aliqua
sacrificia & oblationes facere, quę hostiæ
pro peccatis dicebantur, ob aliqua pecca
ta publica, seu ad aliquas irregularitates/se
cundum ritum eorum contractas remo=
uendas, vt habetur in Leuitico: non tamē
Leuitici. 4. & .5. est qui dicat eos fuisse obligatos, hanc cō=
fessionem secretam/qualis nunc fit in ec=
clesia, suis sacerdotibus facere. ¶ Sequere=
tur insuper nunc oēs peccatores esse obli=
gatos ad cōfitendum peccata quæ ante ba
ptismum commiserunt, sicut ea quæ post
fuerunt perpetrata. Imo & infideles tene=
rentur sua peccata sacerdotibus confiteri:
nam ea quæ sunt de iure naturæ/ & de di=
ctamine rationis naturalis, omnes indiffe
renter obligant. Consequens suppono fal
sum, nam alioqui baptismus non esset pri
ma tabula post naufragium, sed confessio
sacramentalis/si esset necessaria ū peccata an
te baptismum, & tempore infidelitatis cō=
missa confiteri. De quo post.

QUEST igitur in controuersia, An
obligatio cōfitendi vocaliter sa=
cerdotibus/sit de iure diuino, an
solo humano. Et tenendum est,
q̄ q̄uis de iure humano sit prę=
fata confessio nobis iniuncta, quātum ad tē
poris limitationem, de semel in anno, iux
ta c. Omnis vtriusq; sexus: attamē simpli
citer & primario iure diuino inducta est
huiusmodi obligatio. Ad cuius veritatis
probationem, multum doctores catholi=
ci insudarunt. De quorum rationibus &
fundamentis breuiter videndū est, an suf=
ficiant ad reuincendos hæreticos & alios,
qui contrarium defendunt. Igitur probāt
primo præfatam veritatem Durandus, &
Gerson, & alii: quia cum confessio hęc sa=
cramentalis, de qua loquimur, se extendat
ad peccata occultissima & secreta cordis, in
quibus ecclesia, aut puri homines potesta=
tem non habent obligandi vel prohiben
di: sequitur q̄ prędicta obligatio confitēdi/
non est de iure humano. Primum suppo=
nitur. Secundum probatur, quia Ecclesia
non potest ferre legem de actu aliquo, cu=
ius transgressorem punire non potest: fru
stra enim daretur lex, si legislator in trans=
gressores vim non haberet coactiuam, sed
Ecclesia actus occultos cordis punire non
potest, nec eorum omissionem: quādoqui
dem homines non iudicant, nisi ea quę pa
tent, deus autē intuetur cor, q̄ solus est scru
tator renum & cordium: & huiusmodi se=
creta diuino iudicio sunt reseruata, vt dici=
tur. cap. Qualiter & quando. de accusa=
tionibus. & de simonia in multis. cap. Su
perest ergo huiusmodi confessionē secre=
tam, quæ ad occultissima cordis peccata se
extendit, esse de iure diuino, nō de hūano.
¶ PROBAT secundo eundem articu=
lū Petrus de palude, ex eo, quod habetur
Ioan. 5. Pater nō iustificat quenq̄, sed om lege. indicat.
ne iudicium dedit filio. Et post. Potestatē
dedit ei iudicium facere, quia filius homi=
nis est. Iam arguitur, si omne iudiciū de=
dit filio, prout filius hominis, & homo est,
igitur Christo, prout homo est, conuenit
peccatores iudicare: non solū in fine mun
di, sed etiā in præsenti vita, dignos ad dei
gratiam admittēdo, indignos vero repro=
bando. igitur necessarium est, q̄ peccato=
res se Christo præsentent: qui cum realiter
& localiter prędens per se in terris nō sit, in
quibus vicarios suos sacerdotes reliquit,
quibus potestatem iudicandi in causa pec=
catorum concessit: consequens est, q̄ tenē=
tur peccatores se sacerdotibus prędentare,
vt per eos iudicentur. Quod esse non po=
test, nisi prędicta confessione. igitur.
¶ PROBAT tertio Sco. eundem arti=
culum, ex eo, quod habetur Ioan. 20. Acci
pite spiritum sanctum: quorum remiseri=
tis peccata, remittentur eis, &c. In quo lo
co Christus contulit sacerdotibus potesta
tem remittendi peccata ipsis peccatorib?,
hoc est, potestatem eos a peccatis absoluē=
di, & in causa quę est inter deum & pecca=
tores iudicandi. Ipsi autem iudicare non
possunt, nisi causam agnoscant & peccata:
hæc autem cognoscere non possunt, nisi
prædicta ipsorum delinquentium confessio
ne. igitur. Cōfirmant hoc, ex eo, quod ha
betur Matth. 18. quæ ligaueritis in terris,
erunt ligata in cœlis, quæ solueritis, erunt
soluta in cœlis. &c.
¶ PROBAT quarto idem Sco. quem
etiam multi alii in hac ratione sequuntur.
Quia de iure diuino tenetur vnusquisq;
seipsum charitatiue diligere, iuxta illud.

Matth.22. Diliges proximum tuum sicut teipsum.
Eccles.30. Et illud etiam. Miserere animæ tuæ, placens Deo. Igitur tenetur peccator exire a peccatis per eum cõmissis: ad hunc autem finem necessarium est peccatori viam certiorem & tutiorẽ eligere, alioqui salutem animæ videretur periculo exponere, si dimissa certiore & tutiore via, aliam quę nõ tam certa est, & secura, amplecteretur: Cũ igitur duæ sint viç, per quas peccator potest a peccatis exire, scilicet, via pœnitentiæ cordis, & via confessionis sacramentalis: e quibus hæc secunda certior est & tutior, igitur tenetur eam amplecti. Quod vero hæc sit certior & tutior, probatur in sententia, quia via pœnitentiæ cordis incerta videtur, eo ꝙ pœnitens non satis certus est, si eius pœnitentia sit sufficienter intensa aut sufficienter cõtinuata, & ita videtur via dubia. Via vero confessionis sacramentalis certa est, quia in ea nil aliud ex parte confitentis requiritur/cꝫ ꝙ obicem malæ voluntatis non ponat: nam sacramẽta prestant gratiam ex opere operato nõ ponentibus obicem. De quo, scilicet, ꝙ cõfitens obicem malæ voluntatis non ponat, certissimus esse potest.

¶QVINTO alii probant præfatam obligationem confitendi de iure esse diuino, ex eo, quod dixit Iacobus in sua canonica. Confitemini alterutrũ peccata vestra,
Iacobi. 5. vt saluemini. Qui quidem apostolus, & si nõ fuerit, nec esse potuerit huius sacramenti institutor: potuit tamen esse/& fuit promulgator. Sicut & idem Iacobus sacramẽtum extremæ vnctionis ibidem promulgauit, quod a Christo creditur institutũ. Afferũt etiam ad id illud Pauli Ad Ro.10. Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. In quo apostolus Christi instituta sciens, videtur nobis innuasse necessitatem vocaliter confitendi.

¶SEXTO beatus Augustinus videtur id probare, ex eo, ꝙ Christus ad leprosos,
Lucæ. 17. qui curari a lepra petierant, dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus, In quo Christus figuratiue videtur peccatoribus præcepisse, si velint misericordiam obtinere, ꝙ se sacerdotibus præsentent, vt per eorum iudicium impetrent quod desiderant. Quando quidem per leprosos/peccatores, per lepram/peccatum, per ostensionem, qua se debebant sacerdotibus ostendere/confessio/& vitæ manifestatio figuratur: per iudiciũ vero legalis sacerdotis, absolutio sacramentalis significatur.

¶SEPTIMO idem probat per hoc, ꝙ Christus contulit Petro & sacerdotibus claues ecclesiæ, per quas possint regnum cœlorum his, quos dignos esse iudicauerint, aperire. Igitur necessarium est peccatores, qui regnum cœlorum introire volunt, sacerdotibus se presentent, & peccata confiteantur, vt per eorum iudicium, regnum cœlorum eis aperiatur, quibus ob ipsorum peccata clausum fuerat. Alioquí si id necessarium nõ esset, sed possent peccatores per solam cordis pœnitentiam saluari/ & regnum cœlorum intrare, frustra huiusmodi claues essent ecclesiæ collatæ.

¶DENIQꝫ præfatam veritatem iam cõmuniter doctores probant, ex eo, quod supra citatum est Ioan.20. Quorum remiseritis peccata, remittẽtur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Sũpta secunda parte huius clausulæ/quia vt glosa illic habet, sacerdotes retinere peccata/ nõ est censurã aliquam/aut sententiam ferre ad ea retinendum, sed est sacerdotes ea nõ remittere, ita vt retinere opponatur ei, quod est remittere. Iam deductio videtur aperta. Christus illic loquit ad sacerdotes de peccatoribus, dicens. Peccata quæ vos peccatoribus remiseritis, ego remittam: Quæ autem vos non remiseritis, nec ego remittam. Tunc arguamus sic. Necessarium est peccatori ad eius salutem, ꝙ Deus illi peccata remittat, sed peccatori non remittet Deus peccata/ nisi a sacerdote remittantur, vt dicit authoritas: a sacerdote autẽ remitti nõ possunt/ nisi peccata eidem innotescant: innotescere illi non possunt/ nisi ipse peccator, qui sui conscius est, ea sacerdoti detegat, igitur a primo ad vltimum necessarium est peccatori peccata sua sacerdoti detegere. Hæc deductio procedit etiam secluſa omni iuris humani dispositione. Supereſt ergo, ꝙ obligatio & necessitas vocaliter confitendi sacerdoti, est de iure diuino.

LIBET iam huiusmodi rationes pertractare, & quam vim ad præsentem articulum probandum habeant, inquirere. Non enim videtur hæc veritas efficaciter

efficaciter contra hereticos & doctores aliā ſententiam tuentes probari, Quod apparet, per eaſdem rationes; diſcurrendo. Prima enim ratio Durandi innititᵉ huic propoſitioni, ſcilicet, ꝙ eccleſia ſeu humana poteſtas non ſe extendit ad actus cordis, nec eos punire poteſt. Quod tamē a multis catholicis negatur, qui contrarium tenent, vt patet in Clementina prima. de hæreticis. Vbi gloſa & doctores ibidem non ſolum iuriſtæ ſed etiam theologi tenent, ꝙ eccleſia poteſt homines pro peccatis interioribus excōmunicatione afficere, vt pro mentali hæreſi. Q; ſi in exteriori iudicio eccleſia actus cordis non punit, non eſt ob defectum iuriſditionis, ſed ob defectum probationis. Sed de hac poſitione alias egimus in tractatu de oratione, De quo poſt. Deinde, eſto eccleſia præciperet confiteri, non ideo fit, vt ad interiora obliget, cum ipſa peccatorum vocalis confeſſio ſit actus exterior, etiam ſi ſit interioris actus manifeſtatiuus. Et ꝙ ad actum exteriorem interioris manifeſtatiuum poſſit humana poteſtas obligare, patet ex cōmuni practica inquiſitorū, qui ſi quis de hæreſi ſit accuſatus, quia dixit aliquam propoſitionem ambiguam, ita vt in vno ſenſu ſit hæretica, in alio non/præcepto, & iuramēto exacto, & aliquando per torturam eundē cōpellūt, vt dicat, in quo ſenſu illud aſſeruerit. Nō igit hec prima rō cōuincit.

¶ SECVNDA ratio etiam non ſufficienter probat. Primo, quia illa authoritas Ioānis. 5. non ſatis pertinenter ad propoſitum prēſens adduci videtur. Nam illic non loquitur Chriſtus de iudicio hoc ſecreto, quo peccatores per ſacerdotes iudicantur, aut de eo quo Chriſtus in hoc ſeculo quēq; iudicat, ſed de iudicio finali, quo Chriſtus in fine mundi in humana forma apparituru, omnes iudicaturus eſt. Hoc patet, tum ex expoſitione ſanctorum in eodē loco, tum ex ipſo textu: nam cum dixiſſet, Poteſtatem dedit ei iudicium facere/quia filius hominis eſt, ſtatim ſubiungit, Nolite mirari hoc, veniet hora/in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vite &c. Non ergo loquitur de iudicio, quo in hoc ſeculo peccatores viuentes a ſacerdotibus iudicantur. Et quod ait, omne iudiciū dedit filio. Vbi cū/omne/ dicat, videtur ꝙ nō de ſolo iudicio finali loquatur. Non probat ꝙ loquatur de iudicio hoc, quod fit in foro pœnitētiali, ſed ſignificat/ ꝙ Chriſtꝰ poteſtatē hēt vniuerſalē iudicādi, tā bonos, q̄m malos: & illos honorandi, hos autē inhonorādi.

¶ DEINDE, eſto Chriſtꝰ habeat poteſtatē in hoc ſeculo iudicādi peccatores, nō inde fit, vt ſit neceſſariū peccatori ſua peccata ſacerdotibꝰ cōfiteri. Quia q̄uis Chriſtus, q̄ iudex eſt, in cœlo ſit/ & nō i terra loaliter, illic tū vbi eſt, oīa quæ hic fiunt, quantūlibet occultiſſima cordiū ſint, certiſſime cognoſcit. Igitur ſufficiēter innoteſcit ipſi Chriſto vniuſcuiuſq; vita, vt poſſit hic vnūquēq; iudicare abſq; hoc, ꝙ vita hoīs ſacerdotibꝰ innoteſcat. Q; aūt vicarios in terris reliquerit, nō ꝓbat p̄fatā obligationē cōfitēdi vocaliᵉ, vt ſtatim patebit.

¶ TERTIA etiā ratio q̄ fundatur in co qđ habeᵗ Ioā. 20. Quorū remiſeritis peccata &c. Matth. 18. Quæcūq; ligaueritis, erūt ligata &c. non ꝓbat intentū. Primo, quia illa authoritas Matth. 18. impertinenter ad hoc ꝓpoſitū citari videtur, cū Chriſtus illic nō de ligatione aut abſolutione a peccatis in foro pœnitētiali loquaᵗ, ſed de cenſura excōmunicatiōis, qđ patet: quia dixerat circa correctionē fratris. Si eccleſiā non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. In quo fundāt doctores, eccleſiā poteſtatē habere excōmunicādi cōtumaces. Et ad ſignificandū eccleſiæ cenſurā/ vim & robur habere & in cœlis approbari, ſtatim ſubiūgit. Amē dico vobis, quęcūq; ligaueritis in terris, erūt ligata: & q̄cunq; ſolueritis, erūt ſoluta in cœlis &c. ¶ Ex alia etiā Ioā. 20. nō ſequiᵗ, niſi ꝙ ſacerdotes habēt poteſtatē remittēdi peccata: verū inde nō ſequiᵗ, ꝙ ergo p̄ctōres teneanᵗ illis cōfiteri, patet: nā doctor graduatus poteſtatē hēt aſcēdēdi cathedrā, & ibi de iure docēdi, & tñ nō inde fit, vt alii teneanᵗ illū docēte audire. Similiter iudices & vicarii prelatorū poteſtatem habēt iudicādi inter ſubditos circa eam quę inter ipſos eſt controuerſiā, non tamē inde fit, ꝙ ipſi ſubditi diſcordes teneanᵗ vicarios illos adire, vt per eos controuerſia dirimaᵗ, quādoquidē poſſūt ipſi inter ſeſe cōponere/ vel arbitros inſtituere &c. Igitur in ꝓpoſito inualida fuit illatio.

¶ QVARTA ratio videtur nō solum non probare obligationem confitendi, sed multos videtur habere defectus. Primo, quia supponit q̄ de duabus viis, per quas quis salutem animę consequi potest, tenetur amplecti quæ tutior & certior est: nam tunc homines tenerētur religionem ingredi/ & non in seculo permanere, cum religio tutior & certior via sit ad regnum Dei obtinendum. Tenerentur etiam homines potius in continentia viuere, & peccarent/ si dimissa continentia/ vxores ducant. Peccarent etiam homines, qui postposita paupertate diuitias possidēt. Quæ omnia sunt erronea. Secūdo deficit in hoc quod ait, viam pœnitētię cordis certam nō esse, eo q̄ incertū sit, an sit sufficiēter intensa & continuata, cum tamen falsum sit, esse necessariam certam intensionē aut temporis durationem ad hoc, q̄ pœnitentia cordis ad salutem valeat animarū, vt alias deduxim⁹, quādo de cordis pœnitētia agebamus. Tertio deficit in eo quod ait, viā confessionis certiorem esse ad salutem, cum tamen multipliciter sit incertus valor absolutionis. Tum, quia non est omnino certum, illum qui absoluit, esse sacerdotem, cum multi fingant aut putent se sacerdotes esse, & nō sint. Tum, quia & si sacerdos sit, non tamē est omnino certum, eum legitimum curatum esse, aut a curato potestatem habere. Tum etiā, quia & si verus curatus sit, nō est omnino certum eum non esse excōmunicatum. Deinq̄, & si excōmunicatus non sit, nō est omnino certum, q̄ in absoluendo debitam habeat intentionem. Ob quas omnes causas, redditur incertus valor illius absolutionis. Quarto deficit in eo, q̄ significat, q̄ via confessionis non requirit ex parte confitentis, nisi q̄ obicē non ponat malæ voluntatis, cum tamen supra late ostensum sit, esse necessariam cordis pœnitentiam positiuā de peccatis, iuxta decretum Augustini. Omnis homo qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, nouam vitam inchoare non potest, nisi pœniteat eum veteris vitæ, a qua soli paruuli immunes sunt. &c. de consecratio. distinctio. 4.

¶ QVINTA ratio nō probat, quia vt supra dicebatur, Iacobus in illo loco non videtur loqui de confessione sacramentali: nam hæc solis sacerdotib⁹ fieri debet. Illa autē de qua illic procedit, est confessio qua homines se inuicem debent peccatores recognoscere, & pro se inuicem orare, vt supra dicebatur. Quod etiam ex epistola ad Roma. citatum est, minus cogit, quia illic Paulus non de confessione peccatorum loquitur, sed de confessione fidei, quam non sat est mente tenere: sed pro loco & tempore voce oportet cōfiteri. Et q̄ de fide voce protestata loquat̄, patet tam ex antecedētibus q̄ sequentibus, quia ilico addit. Dicit enim scriptura, Omis qui credit in ipsum, non confundetur &c.

¶ SEXTA etiam ratio non videt̄ multum efficax. Tum, quia si Christus iussit leprosis, vt se sacerdotibus præsentarent, ideo id fecit, quia ita lex vetus disponebat, ne scilicet a Iudeis legis pręuaricator notaretur: & vt diuinæ legi debitam exhiberet reuerentiam, cui se Christus subiecit, quousq̄ per legem nouam esset antiqua reuocata. Itaq̄ Christus in hoc non nouū præceptum Christianis tradere, sed veterem legem, dum vim haberet, voluit obseruare. Deinde si ex figura illa deberet argumentum sumi ad id quod prætendit, non deberet argumentum maius sumi, q̄ ipsa figura se extendit: sed tunc in lege veteri, lepra, quam leprosuserat sacerdoti legali manifestaturus, erat publica & nota, similiter & eius curatio. Igitur ex illa figura non licet argumentum sumere, q̄ peccator teneatur confiteri sacerdoti euangelico nisi peccata publica, & quæ publice sunt emēdata, vt sacerdos iudicet, si dignus sit vel indignus ad cætera sacramenta admitti. Imo si ex figura debeat argumentum sumi, sequitur q̄ sicut sacerdos legalis non curabat a lepra, sed curatum esse iudicabat: ita & sacerdos euangelicus non remitteret peccata, sed ea iam remissa esse iudicaret, contra potestatem sacerdotibus concessam, qua possint peccata remittere. Sed de hoc post.

¶ SEPTIMA ratio, quæ ex clauibus ecclesiæ collatis sumitur, nō omnino concludit. Tum, quia opporteret probare claues illas sacerdotibus cōcessas esse in foro interiori seu pœnitentiali ad absoluendū a peccatis, cū tñ claues illę ligādi & soluēdi

accipi

accipi poſſunt in foro exteriore & iudicia li, vt ſupra diximus, iuxta illud Matth. 18. Quęcunq; ligaueritis &c. Nec obſtat, q̃ dicantur claues regni cœlorũ, quia regnũ cœlorum etiam pro eccleſia militante ſolet accipi, iuxta illud Matthęi. 13. Mittet filius hominis angelos, & colligent de regno eius ſcandala &c. Vbi regnum cœlorum non poteſt pro eccleſia triumphante accipi, in qua nulla ſcãdala, quę colligantur, reperiri poſſunt, vt notat beatus Gregorius. Nam q̃ regnum cœlorũ glorię aliter, q̃ per claues ſacerdotibus collatas aperiatur, apparet de his, qui Deum diligunt, & martyrium pro Chriſto patiũtur, quibus ſine ſacerdotum iudicio aditus patet ad regnum cœlorum, quod beatorum patria dicitur. Similiter his qui baptizãtur, ſi illico decedant, patet introitus ad regnũ. Igitur eſto claues habeant ſacerdotes ad regnum aperiendum, non inde colligitur, nemine ſine vſu harum clauium poſſe regnũ Dei introire. Nec ideo fruſtra ſunt tales claues in eccleſia, quia q̃uis nõ eſſet neceſſarium, q̃ peccatores per ſacerdotes iudicentur, eſſet tamen vtile illis confiteri, & per eos abſoluí. Si enim probaretur, non poſſe peccatoribus aliter regnum cœlorum aperiri, niſi per vſum clauſũ ſacerdotalium, qui in abſoluendo ipſos peccatores a peccatis exercẽt, eſſet efficax ratio ex clauibus ſumpta, id tamen non ita probatur.

¶ IGITVR inter alias rationes illa poſtrema videtur maioris ponderis, quæ innititur dicto Chriſti, Quorum peccata retinueritis, retenta erunt &c. Verum & contra hanc probationẽ poſſet aliquis inſurgere, q̃ non colligatur ex loco illo obligatio confitendi peccata: quia in tota illa clauſula id ſignificatur, ſcilicet Deum ratihabiturum ſententiã ſacerdotũ in remittendis aut retinendis peccatis, claue ſcilicet non errante, hoc eſt, ſi audita cauſa peccatoris & confeſſione eius, iudicent eum eſſe dignũ aut indignũ, & ita vel abſoluat/ ſi dignũ, vel non abſoluat/ ſi indignum eum reperiat. Sed hęc dei ratihabitio ſaluatur abſq̃ hoc, q̃ peccator ſit aſtrictus ſacerdoti confiteri, patet a ſimili: vt ſi ordinarius inſtituat vicarium cauſas ſubditorũ iudicaturum, & promittat ſe ratam habere ſententiam, quam vicarius tulerit, cum hoc ſtat, q̃ ſubditi non ſint aſtricti cauſam ad vicariũ aſferre, cũ poſſit aliter his dirimi. ¶ Preterea, eſto q̃ illinc colligeretur neceſſitas cõfitendi ſacerdotibus, non tamen oſtenditur, q̃ ſit neceſſarium in particulari ſingula confiteri/ etiam occulta cordis peccata, maxime cum hęc ſimul ſtare poſſint, q̃ peccator in genere ſe peccatorem coram ſacerdote eſſe cognoſcat/ & confiteatur, & ab ipſo ſacerdote ita in genere abſoluat. Nam & Deus peccatori in genere remittit, quando vere peccator in genere de peccatis ſuis conteritur. Sicut & ad cõfeſſionem generalem de venialibus factam/ aut etiã de mortalibus/ abſoluitur a ſacerdote etiam in genere a peccatis venialibus, ad id enim prodeſt generalis cõfeſſio. ¶ Preterea, q̃ ſenſus illius clauſulæ, Quorum retinueritis &c. non ſit qui in argumẽto poſitus eſt, ſcilicet, peccata quæ vos non remiſeritis, ego non remittam, apparet, quia ſępiſſime Deus remittit peccata antecq̃ a ſacerdote remittantur, imo etiam ſi a ſacerdote non remittantur, nec ſint in poſterum remittenda, patet, quia q̃primũ quis intus de peccatis propter Deum conteritur, etiam ſi de confeſſione vocali nil ſciat, nihilq̃ memoriæ eius occurrat, illico conſequitur a deo remiſſionem omnium mortalium. Quod addo, ad excludendum ſolutionem dari ſolitam, qua dicitur, q̃ tales remiſſionẽ obtinent a Deo, quia licet non in actu/ bene tamen in voto habent ſacerdotalem remiſſionem. Sed de his alibi.

¶ DICENDVM igitur ad quæſtionem, Q̃ neceſſitas confitendi ſacerdotibus ortum habet a iure diuino in præfata clauſula Ioannis. 20. tradito. Ex qua ſufficienter colligitur/ neceſſarium eſſe peccatoribus confiteri ſacerdotibus, & a ſacerdotibus iudicari, vt Deus illis peccata remittat. Id patet ex deductione ſupra facta. ¶ Dico ſecũdo, q̃ ex præfata clauſula non colligitur ſufficienter aut euidenter neceſſitas confitendi ſacerdotibus ad aurem omnia peccata etiam mentalia, vt patet ex dictis. ¶ Dico tertio, & ſi explicite in dicta clauſula id non contineatur, nec inde ſufficienter deducatur: attamen ſic eſt illa clauſula intelligenda/ & interpretanda, non quidem propter. capitul'. Omnis vtriuſq̃ ſexus: nam illud, quod illic dicit,

de confessione semel in anno non procedit declarando/ nec diuinum ius interpretando, sed potius tempus confitendi instituendo, vt ex ipso patet, sed propter cōmunem ecclesię cōsuetudinē, quæ est optima legū interpres: sic enim in ecclesia cōfessio vocalis sacramentalis agitur, vt secrete fiat, & etiā de mentalibus & occultis. Sic etiā tradiderunt sancti doctores, Chrysosto. & Augustin⁹, & alii, vt videre licet ad longū in decreto. de pœnitentia, distin. 1. Sic etiā in primitiua ecclesia obseruabatur, vt patet ex Dionysio apostolis cōtemporaneo/ in octaua epistola, quam ad Demophilū scripsit, vbi eum leniter arguit, ꝙ peccato rem sua peccata sacerdoti cōfitentē, quem & sacerdos absoluere volebat, nec ad ecclesiam admittere voluit, nec sacerdotē, eum absoluere permisit. Sic etiam legit̄ in actibus apostolorum. cap̄. 19. multos ad apostolos venisse, sua illis peccata confitentes. Sic denicꝫ declaratum est in concilio Constañ. contra Ioannem Hus, qui dixit sufficere peccatoribus vt saluent̄, ꝙ de peccatis suis coram Deo cōterantur & confiteant̄, secluſa omni vocali confessione. Quanc̄ illic concilium illud non declarat, ꝙ confessio vocalis sit necessaria de iure diuino/ sed ꝙ sit necessaria: attū quia Ioā. Hus prętēdebat, ꝙ nullum esset diuinū ius, quod peccatores ad vocalem cōfessionem astringat/ sed ad solam mentalem, quæ Deo fit: ideo determinatio Concilii est ad ius diuinum extendenda. Sic denicꝫ in Concilio quodā prouinciali Complutēn. fuit condemnata hęc propositio cū assertore eius, scilicet, ꝙ confessio vocalis non est de iure diuino. Quæ cōdemnatio cum aliis super aliis ꝓpositionibus facta, fuit postmodū per summū pontificem approbata, ideſt, per Sixtum quartum. Et ita tandem Sco. videtur ad hoc deuenire, ꝙ huiusmodi cōfessio, de qua loquimur, fuit a Christo instituta etiam sub obligatione, quā particularius tradidit discipulis suis, q̄ sit in euāgelio scripta. Et ita per apostolorum doctrinā, tenet hoc idem ecclesia: nec mirū, cū multa fecerit & docuerit Christus, quæ scripta non sunt. Ioan. vltimo. Sicut idem etiā patet ex cap̄. Cum Marthę. de celebratione &c. de verbis consecrationis vini, & aliis multis.

¶ De obligatione confitendi sub pœna noui peccati.

SED oritur inde dubitatio, Esto ꝙ confessio vocalis sit de iure diuino/ etiam quo ad obligationem, an sit ius diuinum præceptiuum seu obligatorium sub pœna noui peccati? Et arguitur ꝙ nō, tum, quia si in iure diuino talis obligatio sub pœna noui peccati cōtineretur/ maxime in clausula supra tacta, Quorum remiseritis &c. sed illic nullum verbū imperatiuum seu præceptiuū ponitur, cum sint verba potestatis, vt constat. Et esto ꝙ suo modo verba illa contineant cōminationem contra eos, qui confiteri sacerdotibus negligunt, scilicet, ꝙ Deus nō remittet illis peccata: attamē non inde aliud colligitur, q̄ ꝙ non confitentes decedent in peccatis commissis absq̄ eorum remissione. Ex quo non colligitur, ꝙ non confitendo, nouam incurrant culpam.

¶ SECVNDO ad idem arguit̄ ex sententia Hugonis. 2. parte. de sacramētis, vbi presupponens ꝙ Christus nō preceperit peccatoribus vocaliter confiteri sacerdotibus, quærit causam huius. Et respondet ideo Christum id non præcepisse, vt peccatores sponte & voluntarie/ & non coacti ad confessionem peruenient, qualiter videretur peruenire, si ad id præceptum obligatorium illis traditum esset. Et ita quibusdam videbatur textum illum Ioan. 20. locum habere statuti nobis necessitatē confitendi intimantis, nō autem precepti sub pœna noui peccati obligantis. Q̄ autem statutum non eo ipso, ꝙ statutū est, sit obligatorium, seu preceptoriū, patet: quia statutum est non posse paruulum introire regnum cœlorum, nisi per aquam baptizetur. Ioan. 3. Quod tamen respectu paruuli vim præcepti non habet. Sicut & olim de eis paruulis statutum a Deo fuerat eos perituros, nisi circuncíderentur, & tamen nō per hoc illis quic̄ p̄cipiebatur. Ita & statutum est, neminem viuētium posse gloriam æternam assequi, nisi prius moriatur: & tamen non inde mors data est homini sub præcepto obligante.

¶ RESPONDEND VM. Fateor aliud esse statutum, aliud præceptum. At tamen

tamen in præſenti, textus ille in quo ſtatutum eſt, Deum nemini remiſſurum peccata, niſi per ſacerdotem fuerint remiſſa, vim habet præcepti obligantis ſub pœna noui peccati mortalis. Quod probo, præſuppoſito / q charitas præhabita / amitti de lege nō poteſt / ſine nouopeccato mortali. Iam demus peccatorē, quí cū ſanus eſſet, de peccatis vere propter Deum pœnituit, ita vt gratiam ſit conſequutus: accedat articulus mortis, & habita copía ſacerdotis nolit peccata ſua confiteri: tunc ille, ſi ita decedat, perdet charitatem, quia ibit in infernum, eo q ex Chriſti ſententia conſtat eſſe neceſſarium peccatorí, vt tādem ſaluetur, q habita copía ſacerdotis confiteatur, quod cum hic in caſu extremæ neceſſitatis omittat, ſequitur q non ſaluabitur: igitur in charitate non decedet, & ita eam amiſit: & non ob aliud, vt pono, niſi quia in tali articulo cōfiteri noluit, igitur ipſum non confiteri, eſt illi peccatum mortale. ¶ Præterea, homo tenetur ſub pœna peccati mortalis ſuam ſalutem æternam procurare, & per cōſequens tenetur mediū ad id neceſſarium / & a Deo inſtitutum acceptare: ſed medium ad id a Chriſto inſtitutū eſt vocalis ſeu ſacramentalis confeſſio, vt ex textu citato patet, igitur ad id tenetur peccator: alioqui nouum mortale incurret. Dicere autem q nō peccauit mortaliter, quia non confitetur, ſed quia omittit implere præceptum charitatis de diligendo ſeipſum. Reſpondetur. Quicquid ſit de hoc, ſatis eſt, q in reipſa peccat mortaliter de nouo, qui in articulo mortis, habita confeſſoris copía, negligit confiteri.

¶ AD RATIONES. Dicendum ad primam, q q̄uis in præfata clauſula verbum imperatiuum non ponatur, ponitur tamen cōminatio pœnę, quæ eſt, Deū non eſſe remiſſurum peccata homini, qui ſacerdoti non confiteatur tempore neceſſitatis, in qua pœna includitur excluſio a regno cœlorum, vt conſtat, hanc autem pœnam Deus nemini cōminatur, niſi pro mortali peccato, ſi capax obligationis ſit. Quod dico propter paruulos / & mente captos.

¶ SI obiictas, q illud non ponitur per viam pœnę ſed ſtatuti aut declarationis diuinæ volūtatis. Reſpōdeō. Eſto ita ſit, eo ipſo q declaratur peccatorí, q excludetur a regno Dei, ſi non confiteatur ſacerdoti, tenetur ſub pœna peccati noui ad ipſam cō feſſionem, ne ſuæ ſalutis videatur eſſe negligētor. ¶ Sed aliter obiicitur, q in caſu nō habeat locum pœna illa / aut ſtatutum, quia talis etiam ſi in articulo mortis negligat confiteri / & moriatur, non decedet in peccatis prioribus ſine remiſſione, quandoquidem iam fuerant per cordis pœnitētiam ſufficienter, etiam quo ad pœnam omnem remiſſa, ſi feruida fuit pœnitentia. Sed hoc aliam quæſtionem tangit, ſcilicet, An peccata poſſint remitti ante ſacramentalem confeſſionem, de qua alias. ¶ AD Secundum ex Hugone ſumptum reſpondetur, q nec Hugo id tenuit, quod iſti, ſcilicet, q non fuerit a Chriſto præceptum de confitendo traditum, nec ratio per eum facta aliquid valet. Primum patet, quia ipſe Hugo tenet, a Chriſto eſſe præceptam huiuſmodi cōfeſſionem, q q̄ eius præceptum nobis Iacobus intimauit in ſua Canonica. cap. 5. quando dixit, Confitemini alterutrum peccata, vt patet ibidem. Secūdum etiam patet, quia ſi ideo Chriſtus confeſſionem vocalem non præcipit, ne ſcilicet peccator coactus ſed ſpōtanee ad confeſſionem veniret, pari forma nec debuiſſet baptiſmum, nec Euchariſtiam, nec aliquid aliud præcipere, cum Deus non coacta / ſed ſpontanea ſeruitia acceptet, Peccat igitur ratio, quia præſuppoſit, q præceptū inducat coactione / & ſpōtaneam tollat voluntatem, quod tamē eſt falſum. Ponit igitur præceptum neceſſitatem, nō tamē coactionem, cum vim non inferat his, quibus datur.

¶ De confeſſionis neceſſitate ad ſalutem.

DEINDE quærendum eſt, An ſit de neceſſitate ſalutis ſacerdotibus cōfiteri. Ad quod per duo dicta breuiter reſpondeō. Primū dictum eſt. De neceſſitate ſalutis eſt vocalis confeſſio poſt Concilīū Lateranēſi. in quo omnibus fidelibus iuſſū fuit, vt ſemel in anno confiteantur &c. Hoc patet, quia de neceſſitate ſalutis eſt, prælatis

nostris obtemperare, prout Christus dixit, Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit &c; Et Paulus ad Roma. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Cum igitur Ecclesia in præfato Cōcilio instituerit confessionem semel in anno fieri, sequitur intentum.

¶ SECVNDVM dictum est, ꝙ ante præfatum Concilium fuit etiam de necessitate salutis huiusmodi vocalis confessio. Id patet ex dictis: quia anteꝙ Concilium illud fieret, erat confessio a Christo non solum instituta, sed nobis sub præcepto tradita: modo autem de necessitate salutis est Christi præcepta seruare. Tum etiam necessarium est ad salutem id sine quo peccata a Deo non remittuntur, hoc autem est confessio sacramentalis, vt patet ex textu citato, igitur. Tum etiam, nō minus est necessaria pœnitentia sacramentalis ad remissionem actualis peccati, ꝙ̄ baptismus ad remissionem originalis: sed baptismus est de necessitate salutis, igitur & pœnitentia. Assumptum patet ex Hieronymo, dicente super Amos. 1. ꝙ baptismus est prima tabula post naufragium, & pnīa secunda. ¶ CONTRA tamen obiicitur, quia potest homo sufficienter saluari, si mandata decalogi seruet, iuxta illud Matthei. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et pharisęo quærenti, quid ad vitam æternam esset illi agendum, & proposita dilectione Dei & proximi, in quā omnia tendūt mandata, respondit Christus, hoc fac, & viues. Cum igitur in mandatis decalogi nulla de huiusmodi confessione mentio fiat, sequit̄. ¶ Respondetur. Si hæc ratio valeret, per eandem etiam probaretur, non esse de necessitate salutis fidem, nec baptismum, nec aliud sacramentum, imo pœnitentiam cordis: cum de his in decalogo expressa mentio non fiat, sicut nec de vocali confessione. Ideo dicendum, non opus esse omnia quæ de necessitate salutis sunt, in decalogo expresse contineri, Nec ideo dixit Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quia velit eorum obseruantiam formalem ad vitam sufficere: sed voluit significare, neminem nisi mandata seruet, vitam æternam habiturum. Eodem modo dicitur ad aliud. Vel aliter potest dici, ꝙ omnia Dei præcepta ad decalogum quodāmodo reducuntur: & ea quę ceremonialia sunt, reducuntur ad præceptum de sabbato sanctificando. Quod præceptum extendi solet ad cultum dei, quem nobis exigit Deus, ad quem pertinet pręceptum de sacramētis dandis vel suscipiendis traditū. ¶ SECVNDO obiicitur, ꝙ non sit de necessitate salutis vocaliter confiteri: nam si id necessariū esset, maxime ad assequendam veniam seu remissionem peccatorum a Deo/ per iudicium sacerdotis, vt authoritas sonat: sed hanc remissionem potest peccator aliter assequi, puta per pœnitentiam cordis. Hoc patet ex Ezechiele, Quacunꝙ hora ingemuerit pecator &c. Et ex Dauid. Dixi confitebor aduersus me iniquitatem, & tu remisisti &c. Et ex Esaia. Ad quem respiciam, nisi ad cōtritum corde, & trementem sermones meos? Et iterū ex Dauid. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum, Deus non despiciet. ¶ Si dicas, verum esse per contritionem cordis assequi peccatorem veniam/ & iustificatiōem, & gratiam, cum hoc tamē sibi supereſſe sacerdoti confiteri, vt præceptum compleat de confitendo: sicut si quis ante baptismum vere conteratur, consequitur gratiam & remissionem originalis peccati, cum quo tamen relinquitur ei necessarium suscipere baptismum fluminis, exemplo Centurionis, & Eunuchi, & aliorum sanctorum. Contra hoc replicatur, quia hæc solutio præsupponit, ꝙ post habitam pœnitentiam cordis, & assequutam peccatorum remissionem, manet præceptum de confitendo. Contra quod apparet, quia cessante ratione & causa legis, cessat ipsius legis vis & obligatio: sed cum ratio & causa, ad quam confessio instituta est, sit peccatorū remissio: igitur si hęc remissio per contritionē facta sit, sequitur cessare vim præcepti de vocaliter confitendo. ¶ Respon. Per idem probaretur, ꝙ qui ante baptismum est ab originali peccato liberatus, & apud Deū iustificatus, ꝙ cessat vis & obligatio legis de baptismo suscipiēdo, quod supponitur falsum. Similiter cum finis legis de credendo, seu fidem adhibendo his, quę a Deo sunt reuelata, sit salus hominis: si homo ipse aliter gratiam est consequutus, puta per baptismum, vel dilectionem Dei, vel

Ezech. 18

Psal. 31.

Esaiæ. 56.

Psal. 50.

Dei, vel aliter, non teneretur fidem adhibere reuelatis a Deo, & a Christo traditis. Ideo dicēdum, q̄ assequuta gratia per pœnitentiam cordis, tenetur peccator ob pręceptum, tam Dei, q̄m ecclesię, confiteri sacerdoti. Nec verum est, q̄ adepta venia, cesset ratio finalis, & causa cōfitendi: quia deus ex quo fuit per peccatorē offensus, etiam si ad pœnitentiam cordis culpam remittat, id tamen loco satisfactionis a peccatore exigit, vt scilicet suo vicario se humiliet, & confiteatur, & absolutionem petat. Et vsq̄quo a suo vicario absoluatur, dicitur quodāmodo in peccatis permanere, etiā si culpa fuerit per cōtritionem remissa: & ita remissa culpa, adhuc manet ratio & causa pręcepti, scilicet, satisfacere Deo offenso ea satisfactione, quam ipse exigit, eo q̄ aliter illi satisfacere de iustitia nō possumus.

¶ TERTIO obiicitur contra idem authoritate Chrysosto. qui enarrans quinquagesimum psalmum dicit. Non dico, vt te prodas in publicum, sed obedire te volo: prophetę, dicenti. Reuela domino viam tuam. Et iterum. Si erubescis peccata tua dicere socio, dicito ea quotidie in anima. Et non dico, vt ea confitearis conseruo tuo, dicito Deo, qui curat ea &c. In quibus videtur significare, q̄ satis est, si peccator Deo sua peccata cōfiteatur, etiam si homini ea non dicat. ¶ Respōdetur. Q̄ Chrisosto. in his locis non excludit confessionem hanc sacramentalem, de qua loquimur, sed publicam, quę posset in infamiā cedere confitentis. Hoc patet ex ipsis verbis citatis, cū ait. Conseruo tuo, vt tibi exprobret &c. Igitur cū his stat, q̄ secrete & sacramētaliter sacerdoti debeat cōfiteri. Nec obstat quod ait, scilicet, satis esse peccatori, si domino sua peccata fateatur: nam qui sacerdoti cōfitetur, domino potius, q̄m homini confitetur: ex quo sacerdos vicē Dei, cuius vicarius est, tenet. Et sacerdos audit, & iudicat, nō vt homo, sed vt Deus. Et ita si in testem producatur, potest dicere, se nil scire: quia nescit vt homo, sed vt Deus, vt ait Tho. cum aliis. Et q̄ Chrysost. dicens, q̄ domino peccata fateamur, suadere intēdat, q̄ sacerdoti fiat huiusmodi confessio, aut q̄ domino/ mediante sacerdote fateamur, patet: quia ait. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, in corde enim contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas &c. Vt habet de pœnitentia, distin. 1. cap. perfecta. Et cap. Non potest. Et iterum idem Chrysosto. reprehendit peccatorem, q̄ non erubuit peccata facere, & erubescit ea confiteri: quod nō procedit de confessione, quæ soli Deo in corde fit, nam illic nō est q̄ erubescat quis Deo confiteri: sicut erubescit, si sacerdoti ore sua detegat occulta. Vide ipsum in sermone de pœnitentia, & alibi.

¶ QVARTO obiicitur cōtra idem ex Ambrosio, qui in sermone de pœnitentia Petri, ait. Lego, q̄ fleuerit, non lego quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Et iterum. Lachrymæ lauant delictum, quod voce pudor est confiteri. In quibus videtur significare, non esse necessarium peccatori vt ore cōfiteatur, satis est, si doleat. ¶ Respondetur. Nec Ambrosius hic excludit hanc secretam confessionem, de qua loquimur, sed potius videtur velle nobis intimare, quanta sit erga peccatores Dei misericordia, qui nulla exspectata exteriori satisfactione / aut vocali confessione, in hoc solum q̄ peccator vere de peccatis dolet, cōdonat offensam, cum quo tamen stat, q̄ maneat obligatus suo tempore sacerdoti confiteri. Et q̄ id sit de mente Ambrosii, patet ex. cap. Verbum Dei, de pœnitentia. distin. 1. Vbi ait, sacerdotibus datum esse ius ligandi & soluendi, sacerdotesq̄ esse a Deo iudices peccatorum cōstitutos. Et. cap. Nō potest statim sequenti, dicit eos partem in regno Dei habere non posse, qui negant sacerdotibus collatas esse claues regni cœlorū: q̄q̄ sine huiusmodi clauibus eos non posse cœlestem gratiam percipere. Vide ibi multa alia satis ad ppositū dicta. Sed de his alibi.

QVOSSET tamen dubium, An dicere, q̄ non sit de necessitate salutis, sit hęreticum. Et dixit Bonauentura in suo .4. q̄ ante concilium Lateranen. vbi fuit fussum vocaliter confiteri, nō erat hæreticū illud dicere: cum multi doctores catholici contraria in hac re fuerint opinati, vt patet ex Graciano, qui in tractatu de pœnitentia multa pro & contra allegat, quem constat ante tempus prędicti cōcilii fuisse. Post Cōcilium autem hæreticum esse illud assere

re, ex quo ecclesia iussit confiteri, cui de iure diuino de necessitate parẽdũ est. ¶ Contra hunc modum est aperta ratio: nam si ante statutum ecclesiæ hæreticum non fuit, dicere, nõ esse de necessitate confitendum, igitur nec postea, patet: quia Ecclesia non potest facere de non catholica catholicam propositionem, nec de non hæretica hæreticam: cum hęresis sit dogma falsum/fidei orthodoxæ contrarium: fides autem non ex humana cõstitutione/aut voluntate pen
2. Petri.1. det, iuxta illud Petri. Non volũtate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei. &c. sed ex Dei reuelatione. Vnde & obiectum fidei, dicitur omne reuelatum a Deo &c. Igitur quãuis statutum humanum potuit facere de non necessario necessarium fieri, non tamen de nõ hæretico hæreticũ. Nec in his quę fidei sunt, potest ecclesia quicq̃ mutare, sed potest tantum declarare. Modo in statuto. Omnis vtriusq̃ sexus, nõ declarauit aliquid esse de fide: sed statuit & iussit, quãdo esset confitendum,

¶ IDEO dixit Adrianus, q̃ post præfatum statutum / & antea post datam legem euangelicam fuit hęreticum dicere, non esse de necessitate salutis vocaliter confiteri. Quod probatur, quia eius opposita, scilicet, necessarium est vocaliter cõfiteri, sequitur ex euangelio, vbi dicitur, Quorũ peccata retinueritis, retenta erunt, vt supra deductum est.

¶ SED nec hoc videtur verum, loquendo proprie & stricte de hæresi, vt supra diffinita est, & ipse diffinit/ q̃ scilicet est dogma falsum fidei contrarium &c. Nam sua oppositа nõ est de fide stricte, cum illa propositio dicatur de fide stricte, quæ expresse est inter reuelata contenta/ vel ex ipsis reuelatis sufficienter deducta: hæc autem scilicet, necessarium est peccatori vocaliter sacerdoti confiteri, non expresse in scriptura continetur, vt patet. Et q̃ ex scriptura non deducatur, sufficienter patet: quia ex dicto loco non sequitur immediate, nisi q̃ necessarium est peccatori, q̃ sua peccata a sacerdote remittantur. Et si subsumas, q̃ peccata a sacerdote remitti non possunt, nisi prius ipse peccator ea vocaliter confiteatur. Hæc subsũpta, quæ ad illationẽ est necessaria, non est de fide, quãq̃ sit vera, nec rationabiliter possit negari.

¶ IDEO dicendum, q̃ præfata assertio non est stricte hæresis, sed sapit hæresim. Illa enim dicitur sapere hæresim, cuius contraria sapit fidem, qualis est hæc. Necessarium est peccatori vocaliter confiteri. Patet, quia ex vna quæ est de fide/cum alia quæ non est de fide, sed quæ rationabiliter negari non potest, sequitur illa. igitur illa sapit fidem. Patet sic arguendo. Necessarium est peccatori a sacerdote absolui a peccatis suis. Hæc patet ex textu Ioannis. 20. sed sacerdos non potest peccata peccatori remittere/nisi præuia confessione. per quam ea agnoscat, quæ remittere debet, igitur necessarium est peccatori confiteri sacerdoti. Maior est de fide. Minor non potest cum ratione negari. Igitur conclusio sapit fidem. Et ita sua oppositа, de qua id quæsitum est, sapit heresim. Vt autem assertor sit hæreticus, & vt talis puniendus, satis est, si hæresim, vel propositionem sapientem hęresim cũ pertinacia affirmet.

¶ DE hac tamen assertione esset simile dubium si quis asserat, non esse necessarium de iure diuino vocaliter cõfiteri, vt tenent iuristę, & cũ eisdẽ Erasmus idẽ videtur sentire. Respõdetur. Ex dictis aperte sequitur eam sapere hęresim, sicut & sua oppositа sapit fidem. Patet, quia ex ea sequitur vna quę sapit hęresim, igitur & ipsa sapit hęresim. Antecedens patet. bene sequitur, vocaliter confiteri non est necessarium de iure diuino, igitur ante institutionẽ ecclesiæ, aut etiam nunc constitutione ecclesiæ semota, non esset necessarium vocaliter cõfiteri. Hæc consequentia est nota, supposito, q̃ huiusmodi vocalis cõfessio nõ sit de iure naturæ, consequens autem ostensum est hæresim sapere, igitur & antecedẽs. Sicut & sua oppositа sapit fidem, scilicet hęc. De iure diuino est necessarium cõfiteri vocaliter, Quia bene sequitur. Ante constitutionem ecclesiæ de confitẽdo erat & est necessarium vocaliter confiteri, ergo de iure diuino est necessarium, &c. Ex quo nullo alio iure ante ecclesiæ constitutionem erat necessarium. &c. Hãc autem necessitatem etiam ante ecclesiæ constitutionem satis nobis docuerunt doctores sancti Chrysostо, Ambro. & Augu. vt videre licet de pœnitentia. distin. 1. &c.

¶ De peccatis

De peccatis neceſſario confitendis.

PRAESVPPOSITO eſſe de neceſſitate ſalutis vocaliter ſacerdoti confiteri, eſt alia quæſtio, quid eſt, quod de neceſſitate ſit cõfitendum, ſcilicet, An originale peccatum, An veniale, an ſolum mortale. Et de mortalibus, an ea quæ ante baptiſma commiſſa ſunt, an ſolum ea q̃ poſt.

¶DE peccato originali ſit cõcluſio, q̃ nõ eſt de neceſſitate confitendum, etiam ſi homo ad adultã peruenerit ætatẽ. Ratio, quia non ſunt de neceſſitate cõfitenda peccata, niſi quæ perſonalia, et propria voluntate cõmiſſa ſunt: peccatum autẽ originale, nõ eſt perſonæ ſed naturę vitium, nec eſt propria voluntate, ſed aliena contractum, igitur ad ſui remiſſionem actum perſonalem nõ exigit, ſed poteſt per alterius actum remitti, puta per ablutionẽ baptiſmalem. &c. Hæc ratio colligitur ex cap. Maiores. de baptiſmo, & eius effectu. Vbi dicitur, q̃ ad remiſſionem peccati originalis, non requiritur proprius conſenſus, cum non propria voluntate tale peccatum fuerit cõtractum.

¶SECVNDO idem probatur, quia pro originali peccato non debetur pœna ſenſus, vt ſuppono, tam ex communi doctorum conſenſu, q̃ ex p̃fata decretali Maiores. igitur non eſt neceſſarium de originali pœnitere, & per conſequens nec illud vocaliter confiteri, quandoquidem cõfeſſio vocalis, de qua loquimur, inter alias cõditiones, quas dixi habere, vna eſt, q̃ ſit lachrymabilis, ideſt, ex cordis pœnitentia procedens.

¶TERTIO, quia originale peccatum ſuum peculiare remediũ habet, ſcilicet baptiſmum, idq̃ ſufficiẽtiſſimum: ac proinde ad eius remiſſionem, non eſt aliud ſacramentũ neceſſarium. ¶Q̃ ſi quis obiciat eſſe neceſſarium de culpa originali ad minus pœnitere ex decreto Auguſtini. de cõſecra. diſtin. 4. Omnis qui ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, nouam vitam gratiæ inchoare nõ poteſt, niſi pœniteat cum veteris vitæ, a qua pœnitentia ſoli paruuli immunes ſunt. &c. Vnde colligit, q̃ omnes adulti debẽt pœnitere, inter quos poſſunt dari, qui nullam veterem habeãt culpam niſi originalem, igitur de illa tenẽtur pœnitere. Reſpon. Auguſtin⁹ loquitur de adultis, qui peccata propria voluntate cõmiſerunt. Quod notatur ſeu ſignificatur per veterẽ vitã, q̃ peccati opera importat.

De cõfitẽdis venialibus.

DE peccatis venialibus eſt eadem dubitatio. In qua nonnullis doctoribus viſum eſt, eſſe de neceſſitate ſalutis ea ſacramentaliter confiteri, ſicut & mortalia, modo ſola ſint, modo mortalibus ſint adiũcta. Tum ex eo, quod Chriſtus dixit, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt: & quorum retinueritis, retenta erũt. In quo Chriſtus indiſtincte de peccatis loquutus eſt, dicens in ſententia, ſe non remiſſurum peccata aliqua, quæ per ſacerdotem, præuia confeſſione, non fuerint remiſſa. Cum igitur nomine peccatorum venialia peccata intelligenda veniunt, ſequitur ſub eadem neceſſitate eſſe venialia cõfitenda, ſub qua & mortalia.

¶SECVNDO id probant ex ca. Omnis vtriuſq̃ ſexus. In quo ſtatutum eſt, fideles debere cõfiteri omnia ſua peccata. Vbi iterum nulla fit peccati exceptio: ſed potius qui totum dicit, nil excludere videtur.

¶TERTIO. Quia aliqua ſunt peccata venialia, quæ an mortalia ſint, dubitat ipſe peccator, igitur illa de neceſſitate tenetur confiteri, alioqui exponeret ſe periculo dimidiandi confeſſionem.

¶QVARTO, quia ſi neceſſarium eſt mortalia confiteri, ideo eſt, vt peccator veniam conſequatur, & pœnam æternam vitet: ſed venialia mortalibus coniuncta æternaliter puniẽtur, ſicut ipſa mortalia, igitur de neceſſitate ſũt cõfitẽda ſicut & mortalia.

¶RESPON. His nõ obſtantibus tenenda eſt concluſio oppoſita. Probatur, quia ad remiſſionem venialium alia plura remedia ſufficiunt/ex cõmuni omnium ſententia, ſcilicet feruor charitatis, confeſſio generalis, oratio dominica, aqua benedicta &c. Igitur ad eorum remiſſionem non eſt neceſſaria confeſſio ſacramentalis, de qua lo-

quimur, quandoquidē sufficientia vnius remedii alterius necessitatem excludit.

¶ SEGVNDO, q̄uis homo in venialibus decedat, poterit in alio seculo venīā eorum consequi, imo non solum poterit, sed si in charitate simul decedat, veniam necessario consequetur, igitur ad eorum remissionem non est necessaria vocalis confessio. Antecedēs patet, tum ex sanctorum sentētia super illum locum Pauli. Qui superedificat lignum fœnum stipulam, saluus erit, sic tamē quasi per ignem. Similiter super illud quod Christus de peccato in spiritum sanctum dixit. Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc seculo, nec in futuro. Vnde colligunt peccata aliqua posse in alio seculo remitti, & non mortalia, vt suppono, igitur venialia. Tum etiā ex ratione aperta, quia cum venialia se compatiantur cum charitate, stat igitur aliquem in charitate simul & venialibus decedere: talis ob gratiam finalem tandem saluabitur, quādo quidem in iudicio omnes iusti mercedē æternam accipient, igitur necesse est peccata venialia in quibus decesserunt illis finaliter remitti: cum cōstet in regnum cœlorum nil coinquinatum posse introire.

1 ad Cor. 3.

Matth. 12.

¶ TERTIO, quia confessio sacramentalis non est necessaria nisi de his peccatis, propter quæ homo periclitatur aut naufragium patitur, dicente Hieronymo. super Amos .1. Pœnitentiam sacramentalem esse secundam tabulam post naufragium, Cum ergo per venialia huiusmodi naufragium non veniat, sequitur.

¶ AD rationes ante oppositū dicendum, q̄ & si Christus expresse non fecerit exceptionem quando dixit, Quorum peccata non remiseritis, nec ego remittam: ipsa tamen ratio cogit nos, vt dictum illud de solis mortalibus intelligamus, quandoquidem si ad venialia peccata extenderetur, falsus esset sensus assignatus, scilicet, Quæ vos non remiseritis, ego non remittam: cum certum sit, peccata venialia posse in hoc seculo & in alio, sine eorum sacramentali confessione, remitti, vt ex dictis patet.

¶ AD secūdum de. cap̄. Omnis vtriusq̄ sexus &c. dicendum, q̄ nec illa decretalis se extendit ad venialia. Tum, quia ecclesia nō potuit obligare ad impossibile/vel quasi, quale est, omnia venialia confiteri, cū ea omnia homo dinumerare nō possit. Tum etiam, quia Christus non obligauit ad cōfessionem venialium, igitur nec ecclesia. Antecedens patet ex dictis. Et consequētia nota est: quia si Christus non obligasset ad confessionem mortalium, ecclesia ad eam minime obligare potuisset, vt ex dictis patet. Et ita in prefata decretali, ecclesia nil nouī videtur induxisse super confessione peccatorum, preterq̄ assignare tempus, scilicet, semel in anno.

¶ AD tertium dicēdum, q̄ in casu verum est hominem debere confiteri venialia, nō quia iure aliquo ad id sit astrictus, sed ratione conscientiæ dubiæ, vt periculum vitet: sicut etiam si sciat esse venialia, & cum hoc credat se teneri ad eorum confessionem, tenetur, ne cōscientiæ propriæ cōtrauenīat. Imo & si actus fecerit, qui reuera peccata non sunt nec mortalia nec venialia, & dubitet an mortalia sint, stāte dubio, tenetur ea confiteri. Et ita nil contra cōclusionem, quæ de iure procedit.

¶ AD quartum dicēdum, q̄ ratio supponit falsum, scilicet, venialia in inferno æternaliter esse puniēda, vt patet ex dictis in tractatu de peccatis venialibus. Et eo cum antiquis doctoribus admisso, non sequitur, q̄ sint de necessitate confitenda: quia q̄ æternaliter puniantur, accidit/non ratione sui, sed ratione status/ vel peccati mortalis cui adiuncta sunt, vt alias visum est.

¶ Sequitur iam impertinens esse, peccata venialia esse sola/an mortalibus cōiuncta ad hoc/q̄ sint, vel non sint de necessitate cōfitenda.

¶ EX his forte posset aliquis moueri ad dicendum absolutionem a peccatis venialibus sacramentalem non esse, nec peccata venialia esse materiam confessionis sacramentalis. Nam aut Christus instituit venialia esse materiam huius sacramenti, aut Ecclesia. Non secundum, vt suppono. Nec primum, quia ex supra dictis apparet confessionem sacramentalem a Christo esse institutam, quando dixit. Quorum remiseritis peccata &c. Sed illa auctoritas nō se extendit ad venialia, vt modo cōclusum est, sed ad sola mortalia, Igit̄ sola mortalia instituit materiam sacramentalis confessionis. Et quanq̄ Caietanus cum aliis dicat,

venialia

venialia esse quidem materiam cōgruam confessionis sacramentalis, non tamen necessaria. Tho. etiam idem ait, quod Caietanus. in. 4. distin. 21. q. 2. ad primum. Idē dicit August. Et citat magister, distin. 21. §. 5. in quarto. Id tamen minime probāt. Nec valet dicere per primā clausulā prefatę authoritatis Christum sacerdotibus potestatē remittendi omnia peccata cōtulisse: per secundam autem necessitatem mortalia cōfitendi significasse. Non valet, quia non est verisimile equiuoce peccata accipi in textu signato. Nisi forte recurrat ad rationē, quia qui concessit maius, visus est & minꝰ concedere: modo maius est mortalia remittere/ꝙ venialia. Idem dubitari posset de absolutione a peccatis mortalibus reitera ta, an sit sacramentalis, de quo post.

¶ De cōfitēdis mortalibus ante baptismum commissis.

DE peccatis mortalibus ante baptisma cōmissis est simile dubiū, An sint de necessitate confitenda. Ad quod dixit Angelus de clausio verbo cōfessio. 2. §. 2. ꝙ sic. Et pro se citat Ricardū in. 4. distin. 17. Mouetur, quia confiteri mortalia est de iure diuino, ideo obligat, tā fideles, ꝙ infideles: ꝙuis statutum ecclesiæ de semel in anno, non nisi fideles obliget. Sco, distin. eadem videtur idē sentire, arguens cōtra eos, qui dicunt confessionem hanc de solo iure humano ecclesiastico esse, inferēs inde, ꝙ tūc infideles non essent obligati sua mortalia cōfiteri, quod supponere videtur falsum. Et consequentiam probat, quia statutum humanum non ligat infideles, iuxta illud Pauli. 1. ad Corinth. 5. Quid ad nos de his qui foris sunt iudicare? Adrianus rationes Sco. ad idem propositum referēs, videtur hanc rationem Scoti approbare, dicens eā efficacem esse. In quo videtur idem quod Angelus sentire. ¶ Pro quibus etiam videtur facere, quod habetur Actuum. 19. Q multi ex gentilibus, audita prædicatione Pauli, veniebant ad eum, confitentes peccata sua, cū tamen nondū essent baptizati. ¶ Pro eisdē videtur Gabriel facere, dicens in genere, ꝙ illa peccata tenetur homo voce confiteri, de quibus tenetur corde pœnitere: sed peccator tenetur corde pœnitere de mortalibus, etiam ante baptismum commissis, iuxta decretum Augustini supra citatum, scilicet. Omnis qui suæ volūtatis arbiter constitutus est, nouam vitam gratię inchoare non pōt, nisi pœniteat eū veteris vitę. Igit tenetur etiam ea cōfiteri. ¶ RESPONDETVR. His non obstantibus videtur tenendum contrarium, & probatur: quia si necessarium esset peccata ante baptismum cōmissa voce sacerdoti confiteri, vel essent cōfitenda ante baptismi susceptionē, vel post, Non primū, quia ante baptismum non habet locū sacramentalis confessio, de qua loquimur: cum baptismus sit ianua sacramentorum, & pœnitentia sit secunda tabula post naufragium. Nec id etiam tenet ecclesię cōsuetudo, sed venientes ad fidem, si volunt baptizari, baptizantur, etiam si sacramētalis confessio non prȩcedat. Nec secundū, quia ex quo per baptismum sunt sufficiēter & plene condonata peccata, sic decedens, statim ad gloriā volaret. non igitur est necessarium illi postmodum illa peccata cōfiteri. ¶ ET confirmatur ex fine ipsius cōfessionis, qui est, assequutio venię: nam cōfessio hæc, de qua loquimur, est confessio peccatorum facta sacerdoti, cum spe veniæ, seu ad finem veniæ consequendę. Sed cū hæc venia sit pleniſſime in baptismo adepta, nō habet locū postea spes huiusmodi veniæ. Vt ait Paulus. Quod videt quis, quid sperat? Ita in proposito dici potest. Quod plene obtinet quis, quid sperat? ¶ Ad idē facit Ambrosius super vndecimum cap. Pauli ad Ro. dicēs. Gratia baptismalis nō requirit gemitum, nec planctum, nec vllā satisfactionem. Quod citans Magister in. 4. et alii, exponunt, non esse necessariā pœnitentiam exteriorem, nec satisfactionē vllam exteriorem de peccatis ante baptisma cōmissis, quæ omnia per baptismum plenissime condonantur, & sunt, ac si non essent commissa. Sed vocalem cōfessionem exigit deus loco satisfactionis pro offensa contra deum per peccatum cōmissa igit. ¶ AD rationes autē ante oppositum, dicendum ad Angelū, qui pro se citat Ricardum, ipsum Angelum decipi: quia Ricardus quęrens, an pœnitētia sit necessaria de peccatis ante baptismum cōmissis, respon

Nō ꝙ peccata ante mum commissa ne necesario confitenda ꝙ baptismuꝫ delen

Ad Ro. 8.

det distinguendo, de pœnitentia sacramentali, & de pœnitentia virtute, quæ cordis contritio est. De prima, ait eam nō esse necessariam, Secus de secūda. Ad id quod ex Scoto citatum est, ita videtur, q̄ in loco citato id quod dictum est videtur sentire. At tñ illic obiter ꝓcedit, & non ex intento ad quæstionem præsentem respōdet. Et ipse Sco. in. 4. distin. 4. q. 4. ad secundum. satis aperte videtur tenere contrarium, dicens de illo, qui ficte baptizatus est, q̄ postea non tenetur confiteri, nisi peccatum fictionis, quod impediuit, ne gratiā baptismalē consequeretur. ¶ Ad aliud, quod ex Actibus citatum est, dicendum, q̄ illi gentiles, qui peccata confitebantur, non sacramentaliter confitebantur, nec ad hunc effectū, vt sacramentaliter per Apostolos absoluerentur, sed more illius temporis, qui veritatis fidei cognitiōe habita, ad Christum & Deum conuertebantur, humiliter ad baptizantes veniebāt, vt a peccatis abluerent, & fidem Christi in baptismo profiterentur. In quo opere ipso monstrabant se peccatores esse. Et forte ore confitebantur se in peccatis vixisse, a quibus lauari petebant. Id tamen in genere, nō in spē, sicut nūc in ecclesia fit. Quod patet ex eo, quod habet Matth. 3. q̄ scilicet, pharisæi seu Iudæi veniebant ad Ioannem, vt baptizarentur, cōfitētes peccata sua. Quod tamē certum est, non de hac confessione sacramentali esse intelligendum. Adde q̄ capit. 19. Actuum supra citato, videtur significari, quæ peccata confitebant illi, qui ad Christū conuerti volebant: quia non nisi publica peccata idololatriæ, in quibus vixerant, vnde & libros suæ artis magicæ apostolis offerebant, qui eos comburi publice iusserunt. ¶ Ad illud quod ex Gabriele obiectum est, non puto eum sensisse confessionem hanc necessariam esse de peccatis ante baptismum commissis, etiā si de illis cordis pœnitentia sit necessaria. Sed quod dixit de illis peccatis esse necessariam confessionem, de quibus est pœnitentia cordis necessaria, procedit de peccatis post baptisma cōmissis.

¶ De integritate confessionis.

VPERST ergo vt sola peccata mortalia post baptismū cōmissa, cadant sub necessitate confitendi. Sed est quæstio de integritate confessionis. An scilicet necessarium sit, & quo iure, ea omnia integre vni sacerdoti confiteri. E cum cors sit omniū sententia debere huiusmodi integritatem seruari, in fundamento tamen & ratione est difficultas, scilicet. An possit sufficiēter hic articulus probari. Super quo breuiter videndum.

¶ PROBAT id primo Tho. a simili de morbo corporali, seu de homine multis morbis corporaliter laborante, qui si vult a morbo ope medici curari, debet omnē morbum suū medico pandere, eo q̄ vnus morbus per alium aggrauat, vt cognito morbo, & his quę ipsum aggrauāt, medicus debitam adhibeat medicinam. ¶ Et confirmatur hoc idem, quia solet medicina ægroto applicata prodesse cōtra vnum morbum, quę ex altera parte nocet, & impedit alterius morbi curationem: ac proinde necessariū est, si debite sanari vult, omnem morbum medico pandat. Ita igitur debet, qui multis morbis animæ, i. peccatis laborat, omnes eos medico pādere spirituali, idest, sacerdoti, vicem Dei tenenti, vt debite curetur. ¶ Deinde confirmatur idem, quia peccator nō solum indiget medicina curatiua peccati cōmissi, sed etiam præseruatiua a recidiua seu a peccato futuro, qualis est consilium sacerdotis, seu præceptū de vitando aliqua, sine quibus a peccato recidiuę liberari non potest. Hoc autē consilium seu præceptum dari peccatori sufficienter non potest, nisi sacerdos sciat integre vitia, & peccata, & vitā ipsius pœnitentis: cum consiliū datum ad vnum peccatum vitandum, possit dare causam ad vitium contrarium fouendum. ¶ Præterea eundem articulum probat Durandus ex correspondentia quæ debet esse inter signum & signatum. Confessio autē vocalis signū est contritionis mentalis: sed cōtritio debet esse integra de omnibus mortalibus. Qui enim de vno cōteritē, necesse est de omnibus conteratē, si debet ipsi contritio prodesse, igitē & cōfessio debet integre de omnibus fieri, si debet confitenti prodesse. ¶ Item potest idem probari ex iure

præcipitur

humano.cap̄.Omnis vtriuſq; ſexus. Vbi pręcipitur vnicuiq; fideli omnia ſua peccata ſuo ſacerdoti confiteri. Si dicas nō inde manere probatū eſſe de iure diuino integre confiteri. Contra, imo ſi decretalis attendatur, aliquid præſupponit, & aliquid de nouo per vim obligatiōis inducit. Q̄d autē de nouo inducit, vt ait doctor ſanctus, & alii doctores, ſolū eſt temporis determinatio, puta q̄ ſemel in anno fiat confeſſio, quæ alioquī abſq; tēporis determinatione erat a deo iuſſa. Et ſi hoc ita ſit, ſequitur q̄ reliquum, quod illic iubetur extra temporis limitationem ſeu determinationem, non ſit de humano iure/ ſed diuino, ſcilicet, q̄ omnis fidelis omnia ſua peccata vni ſacerdoti confiteatur. Ideo dixit, ſacerdoti ſuo, nō ſacerdotibus: vt intelligamus cōfeſſionē diuidi nō poſſe, qualiter diuidere tur, ſi peccator quędā vni ſacerdoti cōfitereť, quędā vero alteri cōfitēda reſeruaret.

¶Item hunc articulū eſſe de iure diuino probari poteſt ex eodem tex. Ioan. 20. Vn de probata fuit neceſſitas cōfitendi. Dixit enim Chriſtus ad ſacerdotes. Peccata quæ vos remiſeritis, ego remittam: quæ autem vos nō remiſeritis, nec ego remittam. Sed Chriſtus peccata mortalia ab aliquo commiſſa de lege nō remittit niſi integre. Vel enim nullū remittit, vel omnia, iuxta Auguſtini ſententiam, impium eſt a deo dimidiam ſperare veniam. Igitur nec ſacerdos poteſt remittere peccata niſi integre. Alioquī, ſi aliqua remitteret, & non omnia, cū Chriſtus promiſerit ſe remiſſurum ea quę ſacerdotes remiſerint: ſequereť q̄ etiā Chriſtus in caſu aliqua remitteret, & non oīa, qđ eſt contra dictam Auguſtini ſententiā. Si igitur neceſſarium eſt, ſacerdotem omnia peccata integre remittere, ſi aliquod remittit, igitur neceſſe eſt integram confeſſionē debere pręcedere. Alioquī, ſi integra poſſet per ſacerdotem fieri peccatorum remiſſio, non pręcedente integra cōfeſſione, igitur pari forma poſſet remiſſio peccatorū per ſacerdotē fieri, nulla pręcedente cōfeſſione, vel ſolum in genere. &c. qđ eſt contra veritatem ſupra probatam. Et ita ex eo dē iure & textu, quo probaťneceſſitas confitendi, probatur etiam neceſſitas integre confitendi.

¶MIHI tamen non videntur præfatæ rationes admodū efficaces, vt per eas poſſimus hęreticos, ſeu contrarium tenētes reuincere. ¶Prima enim non probat intentum, propter duo. Primo, quia præſupponit omne peccatum per alterum aggrauari, quod inde videtur falſum, ſi vniuerſaliter intelligatur, quia vitium & peccatum eſt ignorantia craſſa, ebrietas, timiditas, ira ſeu paſſio contra rationem rectā inſurgēs: & tamen hæc omnia non modo nō aggrauant peccata inde conſequentia, ſed in parte excuſant. Deinde, eſto q̄ vnum peccatū aggrauetur per alterum, quando alterum eſt alterius cauſa, vel ſequela, vel circunſtantia quodammodo informans: non tamen id ita eſt, quando peccata inter ſe ſunt omnino contraria, aut impertinentia, nec vnū eſt alterius circunſtātia. Deinde, eſto q̄ peccata futura aggrauentur per præcedentia, non tamen econtra, quando illa futura nullam habent colligantiam cum præcedentibus. Sicut enim peccata priora non fuerunt leuiora quando committebātur, propter bona opera ſubſequutura: ita nec fuerūt grauiora propter mala opera poſtmodum ſuperaddita. Secludo vtrobiq; omnem colligantiam & conſequutionem poſteriorum ad priora. Ita etiam opera meritoria pręcedentia non fuerunt magis meritoria propter opera poſtmodum ſubſequuta. Maxime ſi inter tempus cōmiſſionis vnius & alterius peccati, longa temporis mora ſit interpoſita. ¶Secundo demus id ita eſſe, vnum ſcilicet peccatū per alterum aggrauari, non inde fit, vt ſit neceſſarium omnia peccata integre vni cōfiteri, quia tunc ſequeretur eſſe neceſſarium confiteri omnes circunſtantias peccatum aggrauantes, etiam ſi nouam culpam nō inducant, quod pro nūc ſupponitur falſum. Imo etiam ſequeretur, eſſe neceſſariū confiteri beneficia a deo accepta, tam ſpiritualia, q̄ temporalia, cum hæc omnia aggrauent peccatum cōtra deum commiſſum: cum cauſa fuit, vt homo peccās, magis ingratus ſit deo, q̄ ſi ea non accepiſſet, quod eſt contra ipſum Tho. dicentem, huiuſmodi circunſtantiam non eſſe de neceſſitate cōfitendam, niſi quando nouam ingratitudinis culpam inducit.

¶SECVNDA ratio etiā nō probat, qa pſupponit, q̄ ſicut medicina curatiua vni

morbi corporalis potest quo ad aliū morbum nocere, seu alium morbum inducere, vel fouere: ita & medicina spūalis morbi curatiua, cum tamen id nō ita sit. Nam omnis medicina spiritualis curatiua seu expulsiua vnius peccati mortalis, est similiter curatiua omnium mortalium, siue sit gratia per se, siue sit sacramētum aliquod, siue aliud bonum opus in deum relatum: & cum sacerdos non aliam adhibeat medicinam spiritualem peccati cōmissi curatiuam, nisi sacramentalem absolutionē, quę vel omnem mortalem culpam/ vel nullam excludit, sequit̄ in hac re, huiusmodi medicinā spiritualē non assimilari corporali.

¶ TERTIA ratio etiā non probat, quæ de medicina prēseruatiua. i. de cōsilio sacerdotis cōfitenti necessario procedit. Tum: quia stat ꝙ confitens nō indigeat cōsilio sacerdotis: quia vel ipse confitens valde peritus & doctus est, sciens quid sibi sit agendū melius q̄ sacerdos, vel quia ipse sacerdos est idiota, nesciens recte consulere, vel quia cōfitens scit alios viros doctos esse/ qui possint sibi melius q̄ sacerdos consulere, ad quos intēdit adire. Tum etiā, quia si opus esset consilio sacerdotis, quod posset pœnitentem a recidiua præseruare, & ita prodesse ad vitandum vnū peccatum ꝙ nō iuuet ad aliud incidēdum, hoc maxime videretur casu, quo pœnitens haberet vitia contraria ratione cuius in cōsulendo illi oportet ad vtrūq; vitiū habere respectū: tunc enim conueniret vtrūq; vitium confiteri, vt pro vtroq; conueniens acciperet consilium, attamen stat confitentem non habere huiusmodi vitia cōtraria. Aut etiam casu, quo confitens esset in assuetudine alicuius negociū exercendi/ seu in re aliqua tractandi, in qua opus esset consilio, vt sciret, an sit illi a negotio illo desistēdum, aut quomodo se debeat in illo habere: verum stat pœnitentem in nullo tali se exercere. Et denicq; quantū ad essentiam confessionis sacramentalis attinet, non est necessariū tale consilium: & per consequens ad finem habendi debitum consilium a sacerdote, non est necessarium integre confiteri.

¶ QVARTA etiam ratio non probat, quæ innititur correspōdentiæ, quæ debet esse inter confessionem vocalem & contritionem. Deficit enim primo, quia falsum est, ꝙ contritio non admittat diuisionem. Quia stat peccatorem, qui plura cōmisit mortalia/ de vno salubriter conteri, absq; hoc, ꝙ de alio formaliter seu particulariter conteratur, patet, hoc supposito, ꝙ preceptum de conterendo/ cum affirmatiuū sit/ nō pro semper obliget. Dato ergo tempore/ pro quo non obligat, tunc potest licite conteri de vno propter Deū/ absq; hoc, ꝙ de altero conterat̄. Patet, quia licitū est ei de nullo eorum conteri pro tunc, igitur licitum erit ei de vno tantū conteri: quod si propter Deum fiat, habetur intentum. Deinde, si ob correspondentiā confessionis vocalis ad contritionē/ esset necessarium integre confiteri/ sicut necessariū est integre conteri, sequit̄ ꝙ quādo contritio generalis solum habetur propter Deum/ non descendendo ad particularem peccatorū contritionē, ꝙ tunc etiam si confessio fiat, non esset necessariū in particulari confiteri, sed sufficeret in generali, vt signum exterius suo signato correspondeat. Et ita, sicut contritio in genere valet ad remissionē peccatorum & gratiam, ita & confessio in genere facta, sufficeret ad eorundem peccatorū remissionem. ¶ Si dicas vtrunq; sufficere extra tempus obligationis confitendi, secus tempore obligationis. Cōtra, tunc si extra tempus obligationis quis confiteat̄, liceret ei diuidere scienter confessionē, & licebit in genere solum se peccatorē esse fateri. Et ita, quoties sacerdotes celebrare volunt/ ex voluntate/ & non ex obligatione/ satisfacerent. si solum in genere confiteant̄. Consequēs suppono falsum & erroneum, cum confessio in genere tātum/ sacramentalis non sit.

¶ QVINTA ratio non omnino conuincit, nam præsupponit, quod deberet probare, scilicet, decretalem illam nullam obligationem de nouo induxisse, nisi tempore quo debeat fieri confessio, determinationē: reliqua autem, præsupponit altiori iure esse iussa, scilicet, ꝙ fidelis omnia sua peccata vni sacerdoti confiteatur. Hoc enim est, quod in præsentiarum quęritur. An sit de iure diuino omnia peccata vni sacerdoti confiteri, Deinde si reliqua omnia præsupponeret de iure diuino esse, igit̄ etiā esset de iure diuino sacerdotem iniungere pœnitentiam, & pœnitentem eam debere acceptare/

acceptare,& implere.quod eſt contra multorum ſententiam.Deinde ſequeretur eſſe ſimiliter de iure diuino, q̄ pœnitens ſolus & ſecrete ſuam faciat confeſſionem, cū tamen poſſit etiam coram aliquibus cōfiteri.Præterea cum per ſacerdotem proprīū illic curatus intelligatur,ſequeret̄ q̄ præfata decretalis præſupponeret eſſe de iure diuino cōfiteri curato parochiali,quod tamen non videtur,cum videamus Papam paſſim diſpēſare & indulgere, vt peccator confeſſorem ſibi eligat,quem velit.Igitur non videtur,q̄ illa decretalis reliqua omnia, quę de hac materia cōfeſſionis tangit, præſupponat eſſe de iure diuino, dempta temporis determinatione.&c.

¶SEXTA ratio videtur eſſe alicuiꝰ momenti ad probandum articulum præſentem.Sed adhuc videtur q̄ non ſufficienter probet intentum,quia præſupponit, q̄ ſacerdos nō poteſt remittere peccata, niſi integre,ad quod prærequiritur confeſſio integra.Verū hoc non ita eſſe apparet,quia quando peccator habet caſus reſeruatos & nō reſeruatos,ſacerdos inferior abſoluit a non reſeruatis, & ſuperior a reſeruatis, in quo aperte diuiditur abſolutio per ſacerdotes facta. Et ita ſi abſolutiones illę aliq̄d valent,cōſtat poſſe ſacerdotem in parte remittere peccata,& in parte nō,vt tenet cōmunis opinio.Sed de hoc poſt.

¶PRAETEREA, quando ſacerdos abſoluit pœnitētem,Quęro, vel abſoluit eum a peccatis quo ad culpam,vel quo ad pœnam temporalem,in quam æterna eſt per contritionem commutata,vel a debito vocaliter confitendi.Primum non poteſt dici,ſaltem ſi peccator fuerit per contritionem iuſtificatus: tūc enim abſolutio non ſe extendit ad culpam.Si ſecundū aut tertium,tunc certum videtur abſolutionem admittere diuiſionem,ſicut & pœnæ remiſſio eam admittit. Similiter & confitendi obligatio,cū ſtet peccatorem deobligari a debito confitendi aliqua peccata, puta ea quæ confeſſus eſt,manente debito cōfitendi alia,quę nondum cōfeſſus eſt. &c. De quo tamen poſtea.

¶DEINDE cum ait Chriſtus, peccata quæ remiſeritis, ego remittam: & quæ non remiſeritis,nec ego remittam. Quando de remiſſione ſacerdotali loquitur,quęro,an loquatur de illa remiſſione actu a ſacerdote facta, an de ea quæ in propoſito a voluntate pœnitētis fit,formaliter,vel virtualiter?Non primum,quia non expectata abſolutione ſacerdotis,Deꝰ remittit peccata,vt ſupra diximus. Si ſecūdum,igitur nō ſequitur ex dicto textu, niſi q̄ peccator tenetur habere propoſitum,ſaltem virtuale confitendi omnia ſua peccata integre ſacerdotibus.Et hoc propoſitū habere poteſt,etiam ſi non proponat vni & eidē omnia cōfiteri,ſed diuerſis:igitur ex dicto loco non colligit̄ neceſſitas integritatis prędictæ.Itaq̄ difficile eſt,per ratiōes aut textus ſeu deductiones efficaces,probare prę ſentem articulum de confeſſione integra vni & eidem agenda ſacerdoti,de iure diuino:niſi recurramus ad Chriſti inſtitutionem,quam voce diſcipulis tradidit, a quibus& Eccleſia id accepit,ſeruauit,& ſeruat. Pro quo facit Auguſtinus, qui cum inſtitutionem eccleſiæ de confitendo ſemel in anno per multos annos præceſſerit,in libro de pœnitentia tradidit, & docuit huiuſmodi integritatem confeſſionis ſeruandam,vt habetur de pœnitentia diſtin,5.c. Conſideret.&c.Cū igitur huiuſmodi confeſſionis integritatem omnes doctores & ſancti neceſſariam eſſe fateant̄, ſicq̄ vbiq̄ ſeruet & teneat eccleſia,credendū eſt ſic apoſtolos a Chro didiciſſe,eoſq̄ poſteris hāc doctrinam verbo tradidiſſe,etiam ſi in lege euangelica aperte ſcriptum non ſit.Dicere autem nō eſſe neceſſarium credere & tenere,niſi ea quæ aperte in ſcriptura ſacra cōtinentur,error eſt pernicioſus,& merito dānatus cōtra huius tempeſtatis hæreticos,vt alias deduximus.

¶De circunſtātijs confitendis,

DE circunſtātiis eſt eadem difficultas,an ſcilicet ſit de neceſſitate p̄fatæ integritatis cōfiteri omnes circunſtantias.Et quidem de circunſtantiis impertinētibus, quę ſcilicet nec aggrauant,nec alleuiant peccatum,non dubium,quin nō ſit neceſſariū eas confiteri:quia non tenetur peccator cōfiteri,niſi ea,propter quæ deum offendit, ratione quorū veniret a deo ęternaliter pu

ntendus, nisi vicario suo eadem confiteat: sed propter illas circunstātias, quæ impertinentes sunt, nec Deū offendit, nec ob eas veniret puniendus a Deo. Et ob eandem rationem patet de circunstantiis alleuiantibus, ꝙ non sunt de necessitate confitendę. Et etiam, quia forus ille secretus/ forus accusationis est, non excusationis. ¶ De aliis vero circunstantiis, quę aggrauant, & nouam culpam inducunt, nō etiam est dubium, quin sint de necessitate confitendæ: alioqui non fieret integra confessio, sed dimidiata: quod nō est licitū, vt ex dictis patet. Et loquor de circunstantiis, quæ nouū peccatū mortale inducunt, quia forte stat aliquem mortaliter peccare ex obiecto, & tamen non mortaliter peccare ob circunstantiam/ sed venialiter. Vt si quis mortaliter peccādo, dat causam astanti alicuius scādali, quod sit solū veniale, vel alicuius mēdacii seu verbi, quod ille astans verisimiliter dicturus est. Vnde fit, vt pœna debita peccato mortali hic non dimisso, in parte remittet in inferno, patet, quando peccatū mortale per aliquam circunstantiam fuit venialiter solum aggrauatū, pœna ex illa circunstantia debita, finietur in inferno. ¶ DE aliis vero circunstantiis, quę aggrauant peccatum & nō mutant speciem peccati, an sit necessarium de necessitate salutis eas confiteri. Dixerunt aliqui ꝙ sic. ¶ Primo ex sentētia Augustī. & habetur de pœnitentia distin. 5. cap. Consideret, vbi docens quid debeat homo cōfiteri, inter alia cōnumerat perseuerātiam, & quātitatem, & alia quæ non mutant speciem peccati, sed aggrauant, vel augent peccatum.

¶ SECVNDO, necessitas confitendi sacerdoti concernit ea, per quę deus a peccatore fuit offensus: sed stat Deum magis offendi per circunstantiam aggrauantem solum, ꝙ per eā quæ speciem peccati mutat, igit tunc necesse erit illam aggrauantem confiteri. Maior supponitur. Et minor patet, quia velit aliquis fornicari extra ecclesiam existens ex intensissimo conatu & magna libidine, & addatur etiam continuatio talis malæ voluntatis: econtra alius velit fornicari intra ecclesiam existens/ sed ex remisso conatu & voluntate momentanea, iam ad offensam dei plus videtur conducere ille feruens conatus fornicandi, & longo tempore continuatus, ꝙ circūstantia loci, in quo momentanea habetur mala voluntas. Aut exemplifica in quantitate obiecti, puta. Vult Socra. furari extra ecclesiam centum ducatos, & vult Plato furari in ecclesia vnum argentū, cæteris paribus/ magis offendit primus ꝙ secūdus, & si non, cum excessus peccati ex circunstantia loci proueniens sit finitus augeatur circunstātia quantitatis furti, vt æquet vel superet malitiam sacrilegii, & tunc habetur intentum. ¶ Tertio, quia nisi peccata omnia cum circunstantiis aggrauātibus pandantur confessori, non poterit confessor pœnitentiā peccatis ꝓportionatā, ipsi pœnitēti iniungere.

¶ RESPON. His non obstantibus, videtur tenenda contraria cōclusio, scilicet, ꝙ non est necessarium huiusmodi circunstantias solum aggrauantes confiteri. Probatur, quia nullo iure diuino nec humano ad id tenemur, quod patet: quia hæc iura non obligant peccatores nisi ad confessionem omnium peccatorum mortalitū: huic autem obligationi satisfacit peccator, si omnia peccata mortalia vni confitea tur, etiam suppressis præfatis circunstantiis, igitur.

¶ CONFIRMATVR, quia tunc teneretur peccator scire circunstātias aggrauātes, sicut tenetur scire peccata mortalia, quæ tenetur confiteri. Consequens est valde durū, obligare scilicet peccatorem ad sciendum circunstantias aggrauantes, & non solum eas, quę mutat speciem peccati. Est itaq; vtile eas confiteri, non tamē video esse necessarium ad salutem.

¶ AD rationes priores respondetur. Ad primā ex Augustino sumptam dicēdum, ꝙ non ponit Augustī. illic ea omnia hac intētione, vt velit dicere, semper ea esse de necessitate confitenda. Patet hoc, quia status/ & conditio/ & qualitas personę peccantis/ & eius cum qua peccatur, quæ illic Augustinus ponit, non semper sunt confitenda: quia stat ꝙ sint circunstantię impertinentes, si status & conditio talis sit, qui in nullo aggrauet vel alleuiet. Similit stat, ꝙ status & conditio aliquando alleuiet culpam. Leuius enim est peccatū, quo dux/ vel nobilis/ vel princeps vindictā ab eo, a quo iniuriā passus est, capit, ꝙ si alius ignobilis

vindictam

vindictam capiat de iniuria ſibi illata, cęteris paribus. Ac proinde tunc illa omnia confitenda ſunt, quando ſpeciem peccati mutant, vel nouum inducunt peccatum. Alioquí non de neceſſitate, ſed de conſilio & congruitate veniunt confitenda.

¶ Ad ſecundam dicendum, q̄ obligatio confitendi, non ex grauitate peccati naſcitur, ſed ex peccato ipſo contra Deum commiſſo, Et quia circunſtantia, quæ ſolū aggrauat peccatum, nō inducit nouū, ideo obligationem eam confitendi non inducit. Alioquí opporteret confiteri beneficia a Deo recepta/tam corporalia/ q̄ ſpiritualia, per quæ offenſa in Deum cōmiſſa redditur grauior. ¶ Ad tertiam, dicēdum q̄ nō procedit, tum quia nec neceſſarium eſt ſacerdotem pœnitentiā iniungere, nec confitētem eam acceptare. Tum, quia eſto ſit imponenda & acceptanda, non tamen eſt neceſſarium eam proportionatam grauitati peccatorum imponere, cum arbitraria ſit hodie pœnitentia.

¶ De circunſtātijs ſpeciem peccati mutantibus.

ED dubitabis, quæ ſint illæ circunſtantiæ, quę ſpeciē peccati mutant, vt ſciatur quomodo ſit integre facienda confeſſio. Reſpon. Q̄ illæ dicuntur ſpeciem peccati mutare/ſeu nouum peccatum inducere, quæ diſtincta ſeu propria prohibitione prohibentur. Huius dicti ratio clara eſt, quia cum peccatum intantum ſit peccatum inquantum contra præceptum ſeu legem obligatoriam fit, vere igitur illa circunſtantia diſtinctum affert peccatum, quæ diſtincta prohibetur lege aut præcepto. Et poſſumus de multis exēplificare. De circunſtantia finis, ſi quis furatur vt fornicetur, vel aliud flagitiū committat: conſtat finem illum alia lege diſtincta eſſe prohibitum a lege quę furtum prohibet. De circunſtantia obiecti, vt ſi quis fornicetur cum coniugata/vl̄ virgine/vel moniali. De circunſtantia agentis, vt ſi religioſus contra votum continentiæ fornicetur. De circunſtātia loci, vt ſi quis intra locum ſacrum fornicetur. Idem patet de circunſtantia temporis, & de aliis. Deinde fornicari, vel aliud malum agere ſcienter, eſt circunſtātia, quę diſtinctam malitiam affert, iuxta illud Pauli: Omne quod non eſt ex fide, ideſt/contra conſcientiam, peccatum eſt. Similiter agere aliquid ſtāte conſcientia dubia de qualitate operis, ſpecialiter prohibetur, iuxta illud Eccleſiaſtici. Qui amat periculum, peribit in illo. Similiter peccare cum iactura proprię famę, ſpecialiter prohibetur, iuxta illud Eccleſiaſtici: Curā habe de bono nomine: nam melius eſt nomē bonum, q̄ diuitiæ multæ. Deinde peccare coram aliis, qui facile ad ſimile vitium prouocabuntur, eſt ſcandalizare, quod ſpecialiter prohibetur, vt innuit Chriſtꝰ, Si quis ſcādalizauerit vnū de puſillis his, expedit vt ſuſpendaꝫ ei mola aſinaria, & demergatur in profundum. Et Paulus. Si eſca ſcandalizat fratrem, non manducabo carnes in ęternum. Et denię quoties quis peccat, & peccatum illud cō comitantur/vel ſubſequuntura præſumuntur damna aliqua corporis, vel animę propriæ, proximi, vel reipubl. vel famæ, vel aliud damnū quodcūq̄: quod ſub pœna peccati teneꝫ homo euitare, tunc huiuſmodi circunſtantię dicuntur mutare ſpeciem peccati, non q̄ natura actus peccaminoſi mutetur, ſed in eſſe moris mutari dicitur, quia peccans cū tali circunſtātia diſtincto precepto ꝓhibita, diuerſis dicitur peccatis peccare. ¶ Vnde fit, vt in vnico & eodē actu peccaminoſo cōtingat aliquē multa ſimul peccata ſpecie differentia cōmittere, Vt ſi prælatus alicuius monaſterii in ſuo monaſterio accedat ad vxorē alterius, peccat multipliciter. Primo, in fornicando. Secundo, quia cum vxore cōiugata. Tertio, cum ſcandalo fratrū, qui facile ad ſimile vitium patrandū prouocabuntur. Quarto, cū periculo mortis fœminę, quia eam vir ſuus forte occidet. Quinto, cū iactura proprię famę & totius ordinis. Sexto, quia cōtra conſcientiā propriam, cum ſciat ſe peccare. Septimo, cōtra votū cōtinētię. Octauo, cōtra ſuā perſonā, quę Deo conſecrata eſt, tā rōne ſacerdotii, q̄ ratiōe religionis. Nono ſeu decimo, cōtra ꝓpriū officiū prę lati, ad quē ꝑtinet bonū vitę exēplū ſubditis ꝓbere. Vndecimo, rōne loci ſacri. Duodecimo, rōne tēporis ſacri, ſi dies feſtꝰ ſit. Et ita poteris alias circūſtātias apponere,

Adro. 14.

Eccleſi. 3.

Eccleſi. 41.

Matt. 18.

1. Ad cor. 8.

¶ SI quæras, an secundum hoc sit consequenter dicẽdum, ꝙ talis prelatus/ & quicunq; alius similiter peccans, teneatur semper ꝙ confitetur/ has omnes circunstãtias explicare. Respon. Non oportet, si confessio fiat confessori, qui confitentem & conditionem eius agnoscat: secus si cõfiteatur cõfessori, qui illas circũstãtias ignoret, quia tunc necessarium erit ad integritatem confessionis/ omnes illas confiteri. Sicut si cõfessor vidit me aliqua peccata committentem, non sum obligatus illa explicare/ sicut si ea non sciuisset, satis est dicere, Pater confiteor me illa peccata cõmisisse, quę vidisti me cõmittere.

¶ VNDE sequitur quid ad casum sequẽtem dicendum sit, Petrus confessus est suo sacerdoti, scilicet Ioanni, & aderat clã alius sacerdos, qui similiter confessionem Ioãni factam audiuit, Ioãnes autem, cui erat facta confessio, Petrum non absoluit, quia noluit, vel quia amplius informari super confessione decreuit, & ita recessit. Postea ipse pœnitens intellexit illum alium sacerdotem omnem eius confessionem audiuisse. Dubitatum est, an possit ille alius sacerdos Petrum absoluere, non reiterata eiusdem confessione. Et dixit de Palude ꝙ nõ, quia iudex non potest ferre sententiam ex confessione partis coram alio iudice facta, si nõ coram illo vt iudice fiat. ¶ Prœterea, ita requiritur intentio ex parte confitentis/ sicut ex parte confessoris: igitur sicut necessaria est ex parte confessoris intẽtio absoluendi pœnitentem, ita ex parte cõfitentis necessaria est intentio confitendi illi sacerdoti, qui ipsum absoluere debet, quod tamen in casu non fit. ¶ Q2 si quis in oppositum obiiciat, ꝙ ex duobus iudicibus ordinariis/ aut delegatis potest alter causã cognoscere, & alter sententiam ferre. Respondet id verum esse, quando iudices possunt sibi acta iudicialia pandere & cõmunicare, vt potest in ordinario & inquisitore verificari in causa hæresis, vt patet de hæreticis cap. Per hoc. Acta tamen sacramentalia, vti sunt, quæ confessor in confessione agnoscit, non ita potest vnus confessor alteri communicare. ¶ Oppositum tamẽ videtur probabile, nec per omnia debent assimilari forus contentiosus & pœnitentialis: habet enim vterq; suas leges & conditiones. In foro enim pœnitentiali/ satis est, si peccator in genere se reum esse fateatur in omnibus, quę post discussam conscientiam memorię occurrunt, idq; sacerdoti a quo sacramẽtalem petit absolutionem, modo sacerdos ipse notitiam habeat peccatorum huiusmodi pœnitentis. Non enim ad aliud videtur necessaria explicita peccatorum confessio, nisi vt sacerdos integram habeat notitiã de peccatis, super quibus sententiã absolutiuã debet proferre. Ac proinde, si sacerdos aliunde habeat peccatorũ ipsius pœnitẽtis sufficientẽ notitiã, & peccator se omniũ illorũ, quę sacerdos agnouit, reũ esse fatetur, siue ea nouerit ex confessione ipsi/ vel alteri facta, vel ex facti obedientia, vel aliunde, id pro sufficiente confessione habendum est, vt possit a tali confessore absolui. ¶ Inde fit, vt si mulier non habeat alia peccata cõfitenda, prę ter ea, quæ cum suo confessore commisit, satisfacit si dicat, Ego fateor me peccasse in illis quæ nosti me tecum commisisse. Et si quis extra cõfessionem verbo vel scripto omnem vitam suam peccaminosam confessori suo detexit, tanq; qui historiã narrat, volens postea ab eisdem peccatis sacramẽtaliter ab ipso confessore absolui, satisfacit, si in omnib9 illis, quæ huiusmodi confessori retulerat, reum se esse fateat, & poterit per illum absolui. Ad hunc modum de aliis casibus videtur dicendum; dũmodo talis pœnitens probabiliter credat huiusmodi sacerdotem de omnibus ipsius pœnitẽtis peccatis alioqui sufficienter instructum esse. Et per hæc patet responsio ad rationes supra pro opposita sententia factas.

¶ De circunstãtia loci & temporis.

DE circũstãtia loci & tẽporis quærebatur, An semper inducãt nouũ peccatũ. Respon. Quibusdã visum est, ꝙ nõ, nisi quando ipse locus, vel dies est obiectum prauæ voluntatis, vt si quis velit fornicari vel furari intra ecclesiam seu in die festo. Sicut dicit Almain nouum esse peccatum ex circunstantia illa. Aut si quis in loco sacro faciat aliquod opus, quod sit impeditiuum

tiuum eorum quæ in ecclesia fieri debent, qualia sunt celebrare, officium ecclesiasticum dicere, mortuos sepelire, ad ecclesiam confugientes defendere, confessiones illic audire &c. Illa igitur peccata, quę sunt horum operum impeditiua, mutant speciem ex circunstantia loci. Sic dicit Caietanus in opusculis. ¶ Verum quicquid sit de his modis dicēdi, de quib9 alias, videt nūc breuiter, q9 siue homo cōmittat peccatum opere/siue sola voluntate/in loco/vel tempore sacro, potest se tripliciter habere. Quia vel id facit scienter, scies se in loco sacro peccare, vel ignoranter crasse seu affectate, vel ignorāter inuincibiliter. Si primum, non dubito speciale peccatum esse in casu ratione loci sacri, qui ad colendū Deum specialiter est dedicatus & cōsecratus, ratione cuius, illi sua debetur reuerentia: ac proin de qui in tali loco scienter peccat, videtur specialiter offendere Deum. Similiter si peccet in loco sacro ex ignorantia crassa, quia cum ignorantia crassa non excuset a toto/licet bene a tanto, non desinit peccare cōtra deum ratione loci. Exemplum est clarum, si quis velit accedere ad eam, quæ reuera monialis est, siue id sciat is qui peccat, siue crasse ignoret, non dubium quin sacrilegium cōmittat. Aut si quis cum clericus sit, vult vxorem ducere, siue sciat aut aduertat se clericum esse, siue id ex inaduertentia crassa faciat, non dubium quin peccet ob circunstantiam personæ seu voti. Si vero inuincibiliter ignoret homo ille se in loco sacro/vel tempore sacro peccare, tunc non duplici/sed simplici peccato peccat. Nec opus est circunstantiam in hoc casu confiteri. ¶ Ex dictis sequitur peccatorem teneri ad cōfitendum numerum peccatorum quæ cōmisit, seu frequentiam eorum. Ratio clara est, quia numerus ille seu frequentia addit peccatum peccato, & per consequens est de necessitate confitendus. Non q9 singula in individuo narret, sed satis est, si dicat. Fateor me decies tale peccatum commisisse, vel ter aut quater &c. ¶ Correlarie sequitur, necessarium esse explicare personas/contra quas, vel cum quibus homo peccauit, si non p̄t aliter quis peccatum in specie explicare. Vt si quis habuit rem cum matre/aut sorore/aut consanguinea propria. Q9 si confessor agnoscit prrsonas complices, satius esset alium confessorem, qui eas non agnosceret, quęrere: idq3 de licentia proprii curati/petita & obtenta. Si autem alterius copia haberi non potest, & instat tempus obligationis, confiteatur proprio, explicando personas/ratione quarum distinctum vel nouum peccatum allatum est, iuxta ea quæ dicta sunt, Excepto, si inde scandalum timeatur. De quo post. ¶ Vbi illud notandum, q9 non est licitum complices in confessione explicare, nisi necessitas integre confitendi, aut alicuius consilii accipiendi id exigat. Sicut nec nudum secretum confitenti commissum est licitum in confessione detegere, secluſa necessitate: etiam si id aliquando ipsi confitenti conueniret, quippe qui sacerdos aliquod ei salutare consilium/aut meliorem medicinam/audito secreto/exhiberet: quæ quidem/& si conuenientia forent ipsi pœnitenti, non tamen necessaria, modo autem cōsilia intelligun tur, saluis præceptis. Et ita, quando confitentes in cōfessione personam tertii/absq3 necessitate detegunt, debent per confessorem auisari, vt de hoc ipso pœniteāt, & deinceps id facere non præsumant. Vbi tamen exprimere personam tertiam necessarium foret, quærat alium confessorem, qui illius tertiæ personæ notitiam non habeat: alioqui confessio huiusmodi, facta confessori tertiam personam agnoscenti, culpabilis erit. Nec excusabitur per integritatem confessionis seruandam, quia & si integritas confessionis exigat personam tertiam aliquando detegere, non tamen exigit, vt talis confessio integra fiat confessori tertiam illam personam agnoscenti, quādo alius potest haberi cōfessor. ¶ Correlarie sequitur peccare de nouo peccatorem, qui non examinata prius conscientia/confitetur, quia exponit se periculo dimidiandi confessionem: ad cuius integritatem sub pœna peccati mortalis tenetur, vt patet ex dictis. Quantum autem tempus requiratur ad huiusmodi examē, non potest dari regula certa: quia aliqui sunt/quibus minus tempus sufficit, vt si sint tenacis memoriæ, aut habeant ingenii solertiam, aut non diu ante confessi sunt, &c. Aliis vero econtra maius tempus est necessarium.

¶ De integritate

confessionis non semper seruanda.

SED an semper sit necessarium præfatam integritatem confessionis seruare? Respon. q̄ non: quia in multis casibus licitum est confessionem dimidiare, etiam scienter. Vt si est verisimile aut certum, q̄ integra confessio cedet in infamiā ipsius confitentis, vt casu, quo pœnitens scit confessorem illum solitum esse confessionem in certis criminibus reuelare, vnde verisimiliter credit, q̄ ita secum faciet: tunc non tenetur pœnitens integre illi confiteri. Ratio videtur nota, quia nec intentio Dei/ nec ecclesiæ/ nec sanctorum est obligare pœnitentem, vt cum infamia sua/ seu famæ suę detrimento confitcatur. Ideo in cap̄. Omnis vtriusq̄ sexus. Statutum est, vt peccator solus sua peccata confiteatur. Ideo etiam dixit Chrysostomus loquens ad peccatorem confiteri erubescentem. Non dico tibi, vt confitearis peccata tua conseruo tuo, vt tibi exprobret. Et iterum. Non dico tibi, vt te prodas in publicum. vt supra citatum fuit. ¶ Similiter si confessio integra fieri non potest, nisi cum periculo mortis corporalis ipsius confitentis/ aut alterius, tunc cessat obligatio integre confitendi, vt casu, quo confitens occidit fratrem suum, qui ex alio parente fuerat etiam frater ipsius confessoris, quem verisimiliter putat, audita integra confessione, ad sumendum vindictam contra ipsum cōfitentem irritandū. Et casu quo fœmina, quam curatus solicitauerat, confitetur se cum alio clerico fornicatam esse, cuius mortē verisimile est pœnitenti curatum procuraturū. Aut in aliis huiusmodi casibus, cessat obligatio integre confitendi. Huius ratio ęque nota est: nam cessat obligatio integre confitendi, quando id fieri non potest, nisi cum periculo famę propriæ, a fortiore igitur cessat, quando fieri non potest, nisi cum verisimili periculo mortis propriæ, vel alienæ. Non enim voluit Deus/ nec Ecclesia ad huiusmodi confessionem cum tanto periculo & damno quenq̄ obligare. In talibus enim casibus satis est summo sacerdoti illa peccata seu circunstantias confiteri, vnde verisimiliter scit, præfata pericula euentura. ¶ Similiter si confessio integre fieri non potest, nisi confessio ab ipso confitente reueletur, cessat præfata obligatio, vt casu quo quidam clericus absoluit episcopum quendam a simonia, quem tamen absoluere non potuit, & idem clericus velit curato sua peccata confiteri, cui si confiteatur se quendam a simonia absoluisse, illico curatus veniet in notitiam episcopi, qui simoniam prius fuerat confessus: tunc non tenetur is clericus illud pecatum in specie confiteri. Ratio huius etiam clara est: quia longe plus obligat præceptum de non reuelando confessionem, q̄ præceptum de integre confitendo, vt suppono, igitur hoc debet illi cedere.

¶ HINC patet ad casum sequentem. Si fœmina cum aliquo fornicata, hoc peccatum suo sacerdoti confiteatur, & verisimiliter scit q̄ eam solicitabit, & in libidinem excitabitur, an ad vitandum huiusmodi scandalum confessoris teneatur illud peccatum subticere. Et vniuersaliter posset quæri, an in similibus casibus, pro vitando scandalo confessoris/ possit & debeat dimidiari cōfessio. Dixerunt aliqui q̄ nō. ¶ Tum, quia ex regula iuris, vtilius scandalum nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur. Cum igitur integre confiteri sit de veritate vitæ, ex quo est de p̄cepto sub pœna peccati mortalis obligante: sequitur q̄ non est pretermittēda propter scandalum confessoris vitandum. ¶ Tum etiam, quia si liceret ab integra confessione cessare propter huiusmodi scandalum: igitur etiam liceret totaliter a confessione ob eandem causam cessare, vt si pœnitens non habeat peccata/ nisi talia, quæ si confiteretur, esset confessor scandalizandus. Sed consequens videtur falsum: quia tunc staret pœnitentem esse perplexum, vt si accedat articulus mortis, aut tempus paschæ: quando necesse est communicare, tunc enim si confitetur, peccaret ex opinione. E contra si non confiteatur, etiam peccabit, decedēs aut communicans sine cōfessione, igit̄. Nec valet dicere, q̄ tūc euadet perplexitatē, si in genere confiteat̄, nō descendendo ad speciem. Non valet, quia

quod

quod diuino & humano præcepto confiteri oportet, non eſt in genere confitendum, ſed in ſpecie.

¶ RESPON. Ex dictis apparet contrarium eſſe tenendum, ſcilicet, ꝙ ceſſat obligatio integre confitendi propter ſcandalū ſacerdotis vitandum. Probatur, quia non minus/imo magis tenemur ad ſalutē ſpirituālem proximi, & mortē ſpirituālē eius vitare, q̄ ad vitandū corporālē ꝓximi vel propriā, & q̄ ad vitādum propriam infamiā: ſed vt ex dictis patet, ſi confeſſio integra fieri non poteſt ſine periculo veriſimili infamię /aut mortis corporalis alicuius, ceſſat obligatio integre confitendi, igitur etiam in caſu præſenti. ¶ Deinde ex regula beati Bernardi in lib. de diſpenſatione & præceptis. Quod pro charitate inſtitutum eſt, contra charitatem non debet militare. In caſu aūt, ſi eſſet neceſſariū integre confiteri, hoc ipſum cōtra charitatem proximi militaret, igitur in caſu nec deus, nec eccleſia obligat ad talem integritatem.

¶ Prȩterea, concurrentibus duobus præceptis, quę ſimul obſeruari non poſſunt, quod minus eſt, debet cedere maiori: ſed in caſu/maius eſt prȩceptū de vitando ſcandalo confeſſoris, in quo vita eius ſpiritualis periclitatur, q̄ præceptum de integre confitendo, cum primū ſit iuris naturæ: ſecundum ſit poſitiui iuris, vt conſtat. ¶ Et procedit ratio non ſolum de vitando ſcandalo fratris actiuo ſed paſſiuo: quia permittere ſcandalum fratris, cū illud euitare poſſumus, & ſcandalū eidem prebere, æquiparantur, iuxta illud Symachi papę. Et habetur diſtin. 83. in principio. Non grandis differentia eſt, lœtum inferas/vel admittas. Mortē.n. languētibus videt̄ infligere, qui hanc, cum poteſt, non excludit. Et iterum per illud Ambroſii. Fame paſce morientem, ſi non pauiſti, occidiſti. Et Auguſtinus Bonifacio ſcribens, ait, de medico & patre loquens. Si illos negligant, & perire ſinant, iſta falſa manſuetudo eſt, & crudelitas. Et habetur. 23. q. 4. Ipſa pietas &c.

¶ Nota tamen diuerſum quid eſſe ſacerdotis ſcandalum, quod in caſu timetur ex malitia ipſius euenturum, aut ex fragilitate/ſeu ignorātia. Si enim ex malitia euenturū eſt, vt ſi alioqui parati animi ſit eam ſolicitare, vt ſecum conſentiat, quacunq; oblata occaſione: tunc non eſt de tali ſcandalo curandum, nec propter illud vitandum, a confeſſione integra ceſſandum eſt. Id patet, tum quia rationes ſupra factæ in hoc caſu/non currunt, eo ꝙ ad integritatem confeſſionis non ſequitur mors animæ ipſius confeſſoris: cum ipſe iam ob animi ſui præparationem mortuus ſit. Tum etiam exemplo Chriſti, qui docuit nos de huiuſmodi ſcādalo phariſęorum, ex malitia proueniente, non eſſe curandum, nec ob illud a bono opere ceſſandum, vt patet Ioan. 6. de multis, qui ſcandalizati ſunt, audientes Chriſtum dicentem. Niſi manducaueritis carnem filii hominis &c. Et clarius Matthæi. 15. quando diſcipuli dixerunt ad Chriſtum, de cibo indifferenter ſumendo prędicantem. Scis quia phariſæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? Quibus reſpondit, Sinite eos, quia cęci ſunt, & duces cęcorum. Si autem ſcandalum timetur, ex fragilitate aut ignorantia, occaſione ex opere noſtro ſumpta: tunc de illo curandum eſt, & ab opere ceſſandum, pro vitando huiuſmodi ſcandalo. Sic enim docuit Paulus. 1. ad Corint. 8. Si eſca ſcandalizat fratrem, non manducabo carnes in æternum. De quo & exemplum habemus de Eleazaro, qui cum poſſet mortem euadere, ſumpto cibo porcino, videns inde ſcandalizandos puſillos, omnino ab illo, etiam cum mortis periculo, voluit abſtinere. 2. Machabeo. 6.

¶ Iam ad rationes priores breuiter dicendum, ꝙ regula illa, Vtilius ſcandalum naſci permittitur &c. procedit, quando ipſa ſcandali permiſſio, altiore iure non eſt prohibita. Si tamen vitare ſcandalum ſit de veritate vitæ/ ſicut & integre confiteri, non eſt permittendum ſcandalum naſci, & tunc regula non procedit. Aut dicatur, ꝙ procedit de ſcandalo phariſæorum, quod ex malitia eſt/ non de ſcandalo puſillorum, quod ex fragilitate & ignorantia eſt. Itaq; pro debita regulæ intelligentia, attendenda eſt veritas illa, & ſcandali qualitas: & videre quid cui debeat præferri. ¶ Ad ſecundam fateor in caſu certo a tota confeſſione eſſe ceſſandum, nec inde erit peccator ille perplexus, quia cum a præcepto minore deſiſtat, vt ſeruet quod fortius eſt, nulla relinquitur perplexitas.

¶SIT igitur regula in hac materia, q̃ quando confessio integre vni fieri non potest, nisi cum periculo notabili/siue famę/ siue vitæ corporalis/siue spiritualis propriæ vel alienæ, quod quidem damnum alioqui de necessitate vitandum est, cessat obligatio integre confitendi. Et similiter cessat obligatio confitẽdi simpliciter, quãdo ipsa confessio sine tali damno fieri non potest: quia tũc perinde est, ac si pœnitens non habeat copiã cõfessoris, satis est summo sacerdoti tunc confiteri.

¶SED ex hoc oritur dubium, an in casu huius regulæ, in quo cessat cõfitẽdi integre obligatio, cesset etiã simpliciter obligatio confitendi, an potius sit necessariũ confiteri dimidiãdo confessionem: quia hactenus nõ conclusũ est, nisi q̃ possit in casib? diuidi confessio. Respon. q̃ in huiusmodi casibus, in quibus licitũ est nõ integre cõfiteri, necessariũ est confiteri, quia diuersa sunt p̃cepta de cõfitendo, & de integre cõfitendo, ex quo vnũ potest sine altero compleri: ac proinde cessante obligatione integritatis præfatę, non opus est cesset obligatio/reliqua peccata tempore necessitatis seu p̃cepti confitendi. Et esto esset tantum vnum p̃ceptum de confitendo omnia, vt innuitur in capit. Omnis vtriusq̃ &c. Si non potest in toto compleri, opus est in eo in quo potest, illud seruare. Vt si vnicum præceptum sit de ieiunando quadragesimam, qui non potest totam integram ieiunare, non inde deobligatur a necessitate ieiunandi, quando potest, etiam si ieiunium dimidietur. Et ita in casu confessio nõ solum potest, sed etiam debet dimidiari, si integre fieri non potest.

¶ De integritate absolutionis,

QVSSET aliud dubiũ, casu quo peccator multa commisit, inter quæ habet casus papæ/vel prælato suo reseruatos, a quibus curatus eum absoluere non potest, an confitens curato possit diuidere confessionem scienter, nõ confitendo nisi ea peccata, a quibus potest curatus eum absoluere. In quo tangitur alia quæstio, quæ huic præsupponitur, scilicet, an absolutio sacramẽtalis, quæ de peccatis impenditur, admittat similiter diuisionem. Et video quadruplicem modũ respondendi. Vnus est, q̃ nec cõfessio vnq̃ diuidi potest scienter, nec absolutio sacramentalis. In casu autem, quo non potest integre confessio sine periculo aliquo fieri, & non habetur copia sacerdotis, cui sine periculo fieri possit, tunc dimittenda est confessio potius/ q̃ dimidianda: quia perinde est, ac si non habeat copiam confessoris, & tunc satis est Deo & summo sacerdoti Christo confiteri. Ita & casu, quo sacerdos non habeat potestatem plene/ seu integre ab omnibus confitentem absoluendi, nõ potest ex parte absoluere: sed debet peccatorem ad superiorem remittere, qui ab omnibus eum absoluat, vel eum ad curatum remittat, cui vices plenas eum absoluendi conferat.

¶Secundus modus ait, q̃ quando sine periculo fieri non potest integra confessio, aut sacerdos nõ habet plenam potestatem ab omnibus absoluẽdi, q̃ licitum est, tam confessionem/ q̃ absolutionem diuidere.

¶Tertius modus est, q̃ licet confessio aliquando possit ob causam necessariam diuidi, absolutio tamen diuidi non potest: sed vel de nullo peccato fit, vel de omnibus. ¶Quartus modus est, q̃ cõfessio semper integre est vni sacerdoti agenda, etiam si peccator casus habeat superiori reseruatos: & tamen absolutio diuidi potest, vt in casu præsenti, in quo debet sacerdos pœnitentem a peccatis non reseruatis absoluere, pro aliis autem, debet eum ad superiorem remittere. ¶Sed quia de integritate aut diuisione confessionis, existente notabili periculo, iam dictum est, q̃ possit diuidi: videre cõuenit de absolutione & confessione integre/ vel diuisim agenda in casu præsenti, quid de huiusmodi opinionibus sentiendum, quidq̃ in re tenendum sit.

¶DE absolutione sacramentali dixit Durandus, & Adrianus, & alii, q̃ diuidi non potest. Pro qua opinione arguitur, quia vnum peccatum mortale sine alio remitti nõ potest secundũ fidem, igitur necesse est, sacerdos absoluat peccatorẽ ab omnibus peccatis, vl̃ a nullo. ¶Tũ ẽt, quia absolutio sacramẽtalis vel cõfert gr̃am gratũ facientem, vel

tem, vel nō. Si primum, omnia igitur peccata mortalia tollit: nam cū gratia illa nullum mortale eſt compatibile. Si ſecūdum, nullū igitur mortale remittit. ¶Tum etiā ſacerdos abſoluens peccatorē/tenet vicem Chriſti, cuius vicarius eſt in hoc foro: ſed Chriſtus vnum mortale ſine alio nō remittit, igitur nec vicarius ſuus, cui poteſtatem remittendi peccata per partes non contulit, cum nec ipſe Chriſtus de lege ordinata talem habuerit nec habeat poteſtatem. ¶Confirmatur hoc idem, quia ſi abſolutio a peccatis diuidi poſſet, demus igitur ꝙ ſacerdos abſoluat pœnitentem ab vna medietate/& nō ab alia: ſequit̄ iam ꝙ ſacerdos remittit illam medietatē, igitur Deus eam remittit. Hæ conſequentiæ patent ex textu ſupra citato, Quorū remiſeritis peccata, remittentur eis: quorum retinueritis, retenta erunt. Et ita Deus ex parte remitteret peccata mortalia, & ex parte alia relinqueret non remiſſa, quod non ſtat in veritate. Impium enim eſt a Deo dimidiam ſperare veniam. ¶Secundo idem probat Adrianus contra Paludē, quia ſacramenta quæ vnica forma perficiuntur, non admittunt diuiſionem. Sicut baptiſmi forma vnica eſt, ideo non niſi per vnum miniſtrum poteſt conferri. Similiter confirmatio, & ordinatio quo ad vnum ordinem. Secus de ſacramentis, quæ ex partibus diuerſam formam habentibus integrantur: nam talia bene admittunt diuiſionem, ita vt per plures miniſtrentur, quemadmodum vnctio extrema, cuius partes plures ſunt, & quælibet earum eſt ſacramentum/ ſuam formam habens. Et Euchariſtia, prout continet conſecrationem panis & vini. Cum igitur ſacramentum pœnitentiæ ex partibus diuerſas formas habentibus non integretur, ſed vnica forma perficiatur, vt patet, ſequitur tale ſacramentum diuidi in partes ſacramentales non poſſe: ac proinde ſi ſacerdos vnus a non reſeruatis abſoluat, alius vero a reſeruatis, tales abſolutiones nō ſunt ſacramentales. ¶Si contra hos doctores obiiciatur, quia tūc nihil operaretur illa caſuum reſeruatio, quæ de iure, papæ & epiſcopis fit. Reſpondent, ꝙ quantum ad abſolutionem ſacramentalem integre/ vel diuiſim fieri, nihil operatur: quia vt dicunt, illa reſeruatio non eſt ad remittendum peccatum ſacramētaliter, ſed ad remittendum pœnam, quam quis ob certa peccata incurrit, cuius remiſſionem maiores ſibi reſeruant. Et ita ſolus ille, qui omnia peccata in confeſſione audit, poteſt ſacramentaliter abſoluere, ſiue ſit ſuperior ſiue inferior: alioqui ſi per partes fiat abſolutio, nec gratiam, nec ſacramentum, nec remiſſionem peccatorum ipſe peccator conſequitur. ¶Tertio pro eadem opinione poſſet argui, quia tunc liberum eſſet confeſſori abſoluere ab vno tantum peccato, vel duobus/vel tribus, etiam vbi nullus eſſet caſus reſeruatus: & talis abſolutio eſſet vere ſacramētalis, & de papa, & epiſcopis, probatur, quia quod ipſi per alios facere poſſunt, per ſeipſos poſſūt: ſed per alios poſſunt diuiſim peccata remittere/cōmittendo aliis ſacerdotibus poteſtatem abſoluendi in parte/& in parte ſibi vel aliis certos caſus reſeruando, igitur per ipſos poſſunt a caſibus communibus abſoluere, non abſoluendo a reliquis, quieis videbuntur. Et ſi id poſſunt prælati facere in his, ad q̄ ſua poteſtas ſe extendit, igitur pari ratione curati/& ſacerdotes parochiales poſſēt ſimilem diuiſionē in abſolutiōe facere in his peccatis, ad q̄ ſua poteſtas ſe extendit, quod ſi inconueniens ſit, conſequens eſt præfatam ſacramentalem abſolutionem per partes fieri non poſſe.

¶IN oppoſitum video paſſim declinare doctores, Henrricum, Thomam, Ricardum, Bonauenturam, Scotum, & alios quāplures, tam veteres, q̄ neotericos. Pro quorum ſententia & contra precedentem opinionem argui poſſet. Primo, ꝙ caſus, qui papæ vel epiſcopo reſeruantur, non ſit ſola abſolutio a pœna ſeu cenſura eccleſiaſtica in quam peccator incidit, ſed ꝙ etiā ſit abſolutio a peccatis ipſis: & per conſequens abſolutio a caſibus certis, maioribus reſeruata eſt ſacramentalis. Secundo, ꝙ abſolutio ſacramentalis poteſt per partes impendi. Probatur primū ex capitul̄. Si epiſcopus. de pœnitentiis & remiſſio. lib. 6. vbi in ſententia dicitur, ꝙ ſi epiſcopus dederit ſubdito facultatem eligendi ſibi confeſſorem idoneum, ꝙ taliter electus poſſit eum abſoluere a peccatis: exceptis caſibus epiſcopo reſeruatis. Et addit, quia

add. & ſacerdos alijs me dietatem nō remittit. ꝯ. nec deꝯ eam remittit.

in illis nullam potestatem habet sic electus. Iam arguitur, Cum detur illi electo potestas absoluendi subditum a peccatis: & inde excipiuntur casus episcopo reseruati, ipsa exceptio arguit esse aliqua peccata excepta, a quibus non possit sic electus absoluere: cum ex Dialectica constet terminum exceptum debere cõtineri sub termino a quo fit exceptio. Vnde si data esset sic electo facultas absoluendi a pœnis excipiendo inde casus reseruatos: recte talis exceptio ad solas pœnas extenderetur. Cum ergo in præfato cap. data sit confessori facultas absoluendi eligentem a peccatis, & inde excipiuntur casus episcopo reseruati, argumentum certum est, illos casus episcopi, a quibus electus absoluere non potest, peccata esse/ nõ pœnas solum. Forte dices illic non per modum exceptionis fieri mentionem de casibus reseruatis, sed per viam monitionis aut instructionis, vt scilicet sciant electi, non illis concedi potestatem ad casus reseruatos, ita vt sit facultas illis concessa cum limitatione, non cum exceptione. ¶ Sed tunc afferam extrauagantem Benedicti vndecimi. Inter cunctas. Vbi dicit, Fratres priuilegiatos & sacerdotes parochiales non posse absoluere a casibus papæ & episcopis reseruatis. Et q illic loquatur de absolutione a peccatis reseruata, constat, quia dicit q nõ se intromittant ad absoluendum eos, quibus erat pœnitentia solennis imponenda, nec excommunicatos, nec eos, qui ob delictum incurrerunt irregularitatem. &c. Et datur illic pro causa, quia incõueniens est, q sacerdos absoluat a peccatis, quando pœnam, quæ peccata illa consequitur, remouere non potest. ¶ Quod ratione confirmatur, quam illic innuit textus, Qui non potest remouere posterius, nõ etiam potest remouere prius/ cui illud posterius annectebatur, remoto enim priore, bene remouetur posterius, qui ergo posterius non potest tollere, igitur nec prius. Cum igitur/ pœnæ ecclesiasticæ posterius quid sint/ consequens ipsa peccata: si ergo sacerdos pœnã, q posterius quid est, tollere non potest, igitur nec peccatum, quod prius est. Sed dicet aliquis/ textum non dicere, q sacerdos non potest remouere peccatum/ ad quod talis pœna sequitur: sed q inconueniens est, q tollat peccatum, quando pœnam consequentem tollere non potest. Sed hoc parum valet, quia cum ait/ inconueniens esse, &c. nos idem intelligimus, ac si diceret/ non posse/ iuxta capitul. Si episcopus supra citatum. Alioqui si posset culpam ab anima peccatoris remouere: manente pœna suspensionis seu irregularitatis, quam tollere nõ posset, quod inconueniens esset? Imo magis conueniret, vt homo iustificatus in statu salutis esset, & facilius remedium pro pœnis amouendis quæreret. Q; si per hoc segnior esset aut negligentior in inquirendo absolutionem a pœna si a peccato sit iustificatus, certe conueniret tollere a sacerdote potestatem remittendi tale peccatum. ¶ Ad hæc possent dicere. Esto ita sit, q illa reseruatio non ad pœnas solum se extendat/ sed etiam ad peccata/ ob quæ illas inciderunt: non inde sequitur, q possit absolutio diuidi: sed id sequitur, q si peccator haberet casus reseruatos, q non potest curatus illum ab illis absoluere, nisi ablata reseruatione vel pœna, hinc tamen non sequitur, q possit eum ab aliis non reseruatis absoluere, stante aliorum reseruatione. Et si contra illic dicentes obiciatur, q tunc nil videretur concessum fratri priuilegiato/ aut alteri confessori de licentia episcopi per subditum electo. ¶ Reponderent. Imo id esset illis concessum, q vbi non sint casus reseruati, absoluãt illos. Et si sint, q pœna per episcopos seu maiores, quibus erat reseruata, remota: & ratione cuius pœnæ peccatum ipsum erat reseruatum, possint ex tunc ab omnibus peccatis, etiam quæ alioqui reseruata erant, absoluere. Et hoc sufficienter soluit rationes quæ ex his iuribus sumptę sunt, nisi communis ecclesiæ vsus in contrarium staret, qui tenet, q habens casus reseruatos, coram suo curato confiteatur, qui absoluat eum a non reseruatis: pro aliis vero eum ad superiorem remittat. ¶ Aliter arguitur pro hac communi sententia, quia sacerdos non potest quenq; a peccatis absoluere, nisi habeat potestatem iurisditionis in eum, cum sola potestas ordinis non sufficiat, vt suppono: sed hanc iurisditionem papa concedit/ & concedere potest, prout vult: igitur potest alicui concedere

facultatem

facultatem plenam integre absoluēdi, potest igitur & semiplenam potestatem concedere, vt possit quosdam peccatores absoluere, & quosdā non, & possit a quibusdam peccatis absoluere/ & a quibusdā nō: cum hoc non sit a Deo illi prohibitū: non enim iussit Deus integritatē absolutionis/ sicut iussit integritatē confessionis. In illa enim clausula. Quorū remiseritis peccata &c. Et quorū retinueritis &c. sacerdotibus non est imposita necessitas/ sicut peccatoribus. Illis enim ibidē Christus potestatē contulit remittendi, his autē necessitatem iniunxit confitendi. ¶ Præterea, supposito q̄ sacerdos non absoluat a peccatis quo ad culpam, quam supponimus per contritionem prius fuisse deletam, sed a debito, quo peccator tenebatur cōfiteri, vt a sacerdote absoluat, & a pœna temporali in quā fuerat eterna cōmutata, hæc autem admittunt diuisionem, vt constat, igitur & absolutio sacramentalis admittit diuisionem. Minor probatur, quia posq̄ quis confessus est peccata, quæ sciuit, quorundā aliorum oblitus, & absoluitur, tollitur obligatio confitendi illa, a quibus absolutus est, & manet obligatio confitendi alia, quorum oblitus est, quando memoriæ occurrerint. Similiter si quis ex necessitate ob causas supra dictas dimidiauit confessionem, & absoluit, tollitur obligatio confitendi illa quę dixit, & manet suo tempore obligatus dicere quæ subticuit: igit absolutio a debito confitendi diuisionem admittit, sicut & ipsa confessio, quando vel necessitate vel oblitionē confessio dimidiatur. Cū autem pœnæ temporalis diuersis peccatis debitæ remissio etiam diuisionem admittat, satis certum est: igitur quo ad vtrunq̄ effectum, quem absolutio sacramentalis operatur, admittit diuisionem, igitur & ipsa absolutio. Secus de absolutione, qua Deus peccatorem a culpa mortali absoluit: nam hæc diuidi non potest, quia reatus æternę pœnæ etiam diuisionē non admittit. Sed æterna pœna peccatis debita, vel totatiter tollitur, vel totaliter manet.

¶ TENENDO igitur hanc secundam sententiam cōmunem, videtur dicendum, q̄ potissima ratio pro priore sententia adducta innitit huic propositioni, quā præsupponere videt, q̄ absolutio, quæ a sacerdote fit, est absolutio a peccatis quo ad culpam, idq̄ ratione gratię, quam ex opere operato confert, quæ cum omni peccato mortali repugnet, consequens est, q̄ oīa peccata remittit: nec vnum potest sine alio remittere. Quod etiā nos ipi cōcedimus, scilicet, q̄ absolutio sacramētalis non potest vnum mortale sine alio/ quo ad culpā/ remittere. Et quo ad id, non admittit diuisionem, siue actualit peccata quo ad culpā dimittat, siue aptitudinaliter: cum semper gratiam conferat, quæ vel actu / vel aptitudine peccata mortalia excludit. De quo post, quando agetur de efficacia huius absolutionis. Est tamē alius absolutionis effectus. s. quia esto mortalia sint quo ad culpam per cōtritionem dimissa, relinquit tamen peccator adhuc ligatus, & in debito quodā, quo tenetur se sacerdoti subticere, & illi confiteri, & ab eodē absolutionē procurare: & anteq̄ sic absoluat, dicitur in peccatis (saltē quo ad ecclesiā) manere. Voluit enim Christus, q̄ peccator Dei & ecclesiæ absolutionē sibi, pręuia confessione, procuraret quē deus per contritionē ab oīibus peccatis quo ad culpā, p̄stando gr̄am, absoluit, quā absolutionē sibi reseruauit, esto q̄ ministeriū sacerdotibus cōcessit, quo illi absolutionis beneficiū impēdant: & hoc/ vel in toto/ vel in parte, vt ecclesiæ visū fuerit peccatoribus expedire. Et quia cōtingere poterat, minime expedire, quēcūq̄ peccatorē ab oīb⁹ peccatis, ob quorūdā peccatorum enormitatē simul absoluere: ideo Chr̄s cōcessit ecclesię, vt si expedierit, quędā p̄cta remittāt, quędā aūt retineāt. Et ita factū est, q̄ cū inferior peccatorē a nō reseruatis absoluit, aliqua remittit, aliqua vero retinet, quousq̄ per superiores, vel de eorum licentia per inferiores / ab huiusmodi reseruatis, is qui ea cōmisit, absoluat. Et tam absolutionē, q̄ retētionē per ecclesiā factā, Christus & Deus in cœlis approbant. Igit absolutio, quę a non reseruatis fit, sacramentalis est, & gratiā cōfert, & inde aptitudine oīa peccata, quo ad culpam, remittit, quantum est ex parte sua ratione huiusmodi gratiæ quam præstat. Sed quā tum ad debitum, quo tenebatur ligatus, quo scilicet debebat se ecclesiæ præsentare, & ab eadem beneficium absolutionis,

præuia confessione, obtinere, non est plene per illam primam absolutionem liberatus, sed ex parte: quia illa peccata, quę cōfessus est, & ab eisdem absolutus, nō tenetur amplius ecclesię confiteri, cum de his iam sit per ecclesiam iudicatus & absolut⁹, (Absurdum enim est, eum qui semel legitime absolutus est, eodem debito rursus teneri, vt dicitur in extrauag. Inter cunctas) manet tamen in debito confitendi alia peccata reseruata, ei cui reseruata sunt, vt ab illis legitime per ecclesiam absoluat. Itaq; absolutio a peccatis quo ad culpam/diuisionem non admittit: sed quo ad ligaturā, seu debitum præfatum, quod post iustificationem relinquitur, bene admittit diuisionem. Absolutio etiam sacerdotis de se reconciliatiua/simul & solutiua debiti dici potest, ea ratione, qua reconciliatiua est, diuisionem nō admittit: ea tamen ratione, qua solutiua debiti est, partitionem admittit, siue id referatur ad debitum, quo peccator cōfiteri tenetur: siue ad debitum, quo obnoxius est pœnę temporali, in quā fuerat ęterna commutata. De absolutiōe igitur, quæ a peccatis fit quo ad culpam, et quæ de se reconciliatiua est, procedunt, quę in ratione prima obiecta sunt, non autem de absolutione, quæ est a prędicta ligatura ex peccato relicta. ¶ Et quando vltimo vrget ratio: quia sacerdote aliqua remittēte / & alia reseruāte, deus similiter aliqua remitteret, & alia non. Respon. id verum esse de remissione secundo modo considerata, quę diuisionem admittit. Vnde deus duplici absolutione absoluit peccatorem confessum: altera/a peccatis quo ad culpam, & hæc fit p contritionem: altera/a peccatis quo ad relictum debitum, & hæc fit per sacerdotem, in qua sacerdos ministerialiter absoluit, deus vero principaliter. Et confessio/quæ sacerdoti fit, deo per sacerdotem fit. Et deus est, qui illic per sacerdotem pœnitētem iudicat. Et ita sacerdos, quæ illic scit, vt deus scit. Ac proinde quæ sacerdos/ vel ecclesia remittit, deus remittit: & quę ecclesia retinet, deus retinet: siue remissio in toto fiat/ siue in parte, iuxta facultatem sacerdoti cōcessam. Et ita patet verificatio dicti Christi, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retēta erūt. In quo peccatori imponitur necessitas cōfitendi, sacerdoti vero/seu ecclesię potestas remittendi & retinendi conceditur. Et per hæc patet ad primū. ¶ Ad secundū Adriani, responsio facilior est: nam vbi materia sacramēti alia & alia est, cuius forma sit vna a diuersis ministris prolata, sacramentum est aliud & aliud. Vt diuersificato pane & forma consecrationis a diuersis sacerdotibus/ vel ab eodem super diuersum panē prolata, diuersum est sacramentum/ & diuersa consecratio. Et ita si vnus intēdat primam medietatē panis cōsecrare, & alius secundam, & si eadem forma vtātur, tenebit vtriusq; consecratio: & ita vnus panis potest plene & per partes cōsecrari. Ita igitur, & si forma absolutionis sacramētalis vna sit, quę non diuersificetur, cū materia eius sit confessio peccatorum, hac diuersificata vel diuisa, non mirum, q̄ absolutio diuidatur, ita vt peccata per partes remittātur: maxime si id intendat ipse absoluēs, vt intendit/quādo reperit casus reseruatos. &c. ¶ Si obiicias, q̄ materia absolutiōis sacramentalis non est dimidiata confessio, sed integra: ac proinde absolutio etiam debet esse integra. Respon. Esto ita sit, q̄ nō potest ab aliquibus absolui peccatis/ nisi p̄cedat integra confessio (si commode præcedere potest) cum hoc tamen fiat, q̄ non ab omnibus simul absoluatur peccatis, cum intētio absoluētis/quam habet/aut habere debet, non ad omnia peccata se extendat, sed ad ea, ad quæ sua se extendit facultas & iurisditio, idest ad non reseruata. Deinde, cū ad superiorem vadit pro absolutione a reseruatis, superior reperiens reliqua esse legitime per inferiorem remissa, absoluit illum a residuis, vel ad inferiorem eum remittit, vt absolutionem cōpleat. ¶ Ad tertium, videtur consequenter dicendum, q̄ Papa & Episcopi & prędicti, quibus est cōcessa potestas reseruandi sibi aliqua peccata, possunt confitentem a quibusdam peccatis absoluere/alia enormia retinendo, aut eorum absolutionem differendo, prout viderint expedire, vt ratio suadet. Alii vero inferiores, quibus facultas reseruandi peccata aliqua non est concessa, non video vt de possint per partes peccata non reseruata remittere. Non enim quod maioribus conuenit, debet similiter minoribus conuenire. ¶ Si obiicias, q̄ maiores habent facultatem

tatem prefatam a Christo/per id quod sæpe citatum est,quorū remiseritis.&c. Q̄d quidē dictum Christi non ad maiores sacerdotes solum,sed ad omnes vniuersaliter dictum est,quemadmodum ad omnes sacerdotes quando ordines suscipiūt, ab ipso ordinante vicem Christi tenente dicuntur. Vel igitur omnes sacerdotes possunt remittere & retinere/ad sensum datum,vel nulli. Respon. Vere loquēdo,in dictis verbis potestatem ordinis Christus omnib? sacerdotibus concessit,sicut & potestatem ordinis Episcopus his,quos ad ordines sacerdotii promouet,ministerialiter tribuit, quando eadem verba ad eos dirigit. Iurisditionis autem potestatem plenam Christus suo primo vicario contulit,per quem huiusmodi iurisditionem voluit ad alios derivari. Et inde est,q̄ papę conuenit prīmarie peccata aliqua reseruare,deinde his quibus ipse talem concessit facultatem,id est prelatis,quam,quia inferioribus nō cōcessit,ideo non est illis attribuēda. ¶ Si iterum obicias,q̄ discipuli Christi seu apostoli anteqū a papa iurisditionem ad absoluendum acciperent,habebant potestatem non solū ordinis sed iurisditionis,qua soluere possent & ligare,nō nisi a Christo immediate:nec videtur quādo a Christo hāc potestatē in foro pœnitentiali acceperint, nisi quando eos sacerdotes instituit,dicēs, Quorum remiseritis peccata.&c, Igitur tunc non solum potestatem ordinis/ sed & iurisditionis omnib? contulit. Respō. Esto tunc omnes habuerint hanc potestatē iurisditionis a Christo,non constat,q̄ quando illa verba dixit,eam illis omnibus cōtulerit:verum dato q̄ ea verba dicēdo,hāc iurisditionem omnibus concessit, potuit hoc esse per quandam cōcomitantiā, qua tradendo potestatem ordinis/voluit simul potestatem iurisditionis tradere: nō tamen q̄ voluerit illa verba instituere ad eam prę standam. Quod inde cōstat, quia potestas iurisditionis separabilis est a potestate ordinis,vt postea patebit,contra Armachanū. In potestate igitur iurisditionis Christus oēs christianos subiecit Petro & successoribus suis: ideo debet huiusmodi potestas in alios dimanare, Et talis & tanta, quā tam ipse illis concesserit.

¶ De cōfessione casuum reseruatorum.

TAM de eo,q̄d principaliter quę rebatur,scilicet de integritate cōfessionis,quando peccator habet casus superiori reseruatos, an sit necessaria. Et arguitur q̄ non,tū quia non est necessaria integritas absolutionis,vt ex dictis patet,igitur nec confessionis,cum non sit maior ratio de vna/ q̄ de alia. Imo magis necessaria videtur vnitas absolutionis ab omnibus peccatis, q̄ vnitas confessionis omnium,eo q̄ sacerdos a peccatis absoluēs, tenet vicem dei, qui nō nisi ab omnibus absoluit:& tamen videmus absolutionem diuidi, cum diuersi sacerdotes a diuersis peccatis absoluāt. Si dicatur,vt dicunt,q̄ sacerdotes gerūt vicem dei vnius,q vnius Christi sunt vicarii:ideo & si diuersi absoluāt,vice vnius absoluūt, & ita non fit diuisio in absolutione. Cōtra, quia tunc si quis diuersis cōfiteatur, & vni quædam,alii vero alia peccata,cum illi diuersi/vnius Christi vicem gerant,non dicetur cōfessio diuisa: quod suppono falsum. Et sequela patet paritate rationis. ¶ Secundo, si sacerdos nullam habeat potestatē absoluendi,nullum peccatum tenetur peccator illi cōfiteri ob defectum iurisditionis: igitur si sacerdos non habet potestatē integre ab omnibus absoluendi,vt in hoc casu,non tenebitur peccator ei omnia peccata confiteri,ea scilicet,a quibus absolui ab illo non potest.

¶ Confirmo hoc, quia vocalis confessio non videtur necessaria/nisi ad finem absolutionem obtinendi,ita & integritas confessionis non deducitur necessaria, nisi ad finem consequendi integram absolutionē: igitur vbi necessarium non est integrā absolutionem ab aliquo sacerdote obtinere, cū sit impossibile,vt in casu: sequitur tūc non esse necessarium eidem integre confiteri. Assumptum patet,repetēdo rationē, qua deductum est,necessarium esse confiteri/ex illo,quorum retinueritis. &c. quæ talis fuit. Ait deus,peccata quę sacerdotes non remiserint,ego non remittam: sed necessarium est peccatori, q̄ deus illi remittat peccata:igitur necessarium est,q̄ sacerdos ea illi remittat:sacerdos autem nō pōt

peccata remittere/ nisi præcognite: præcognoscere non pōt/nisi præuia cōfessione: igitur necessaria est peccatorum cōfessio. Ex qua deductione apertum est, ideo colligi necessarium esse confiteri, quia necessarium est a sacerdote absolui. Igitur quando quis a sacerdote absolui integre nō potest, non est necessarium ei integre confiteri. Et si nullo modo potest a sacerdote absolui, nō est necessarium nec semiplene illi confiteri. Inde cessat obligatio in subdito confitendi suo superiori excommunicato vel hæretico facto, quia absoluere non potest. ¶ Si dicas, q̄ ecclesia iubet districte vt confessio integre fiat, cap̄. Omnis vtriusq; sexus. Contra id obiici potest. Tum, quia sequitur q̄ ad minus nō erat necessaria huiusmodi integritas ante præfatam ecclesiæ cōstitutionem in casu præsenti. Tum etiā, quia nec esset necessaria nunc de iure diuino. Tum denique, esto iure humano necessarium sit integre confiteri, vt textus ait, quare non patietur exceptionem ius hoc humanum, vt excipiatur casus, quando scilicet non potest inde integra sperari absolutio? Sicut & diuinū ius de fraterna correctione cessat, vel exceptionem admittit, quando nō inde speratur fratris correctio. ¶ Tertio ad idem argui potest, argumento sumpto ex ratione Tho. qua probat necessitatem integræ confessionis, a contrario arguendo. Si quis multis laboret morbis corporalibus, & pandendo vnum eorum medico, sperat salutarem medicinā, quæ ita prosit ad expellendum illum morbum, q̄ in nullo noceat, respectu alterius morbi, nec illum alterum morbum reuelando, sperat p illius curatione remedium, certe talis infirmus non tenetur pandere morbum medico, pro cuius curatione, nullum inde sperat remedium, satis est si primum pandat. Igitur ita erit in morbis animæ. ¶ Quarto, stante iure de confitendo, stat esse licitū ob iustā causam eam dimidiare, non enim Augustinus videtur damnare dimidiatam confessionem, nisi quando ob hypocrisim/vel ex pudore peccator desinit integre confiteri, vt apparet ex cap̄. Consideret. de pœnitētia. distin. 5. Cum igitur in præsenti casu concurrat iusta & rationabilis causa non confitendi curato casus reseruatos, quia scilicet non inde speratur eorū remissio, nec hic adest hypocrisis, nec pudor ea cōfitendi, sequit̄ &c.

¶ OPPOSITVM tamen video passim a doctoribus teneri, scilicet, q̄ necessaria est integritas confessionis, licet non sit necessaria integritas absolutiōis. Christus enim necessitatem imposuit peccatori integre confitendi, ecclesiæ autem non imposuit necessitatem integre absoluendi: sed reliquit ecclesiæ facultatem conferendi beneficium absolutionis his, qui sua peccata fuerint confessi, prout ipsa viderit expedire, vt supra dicebatur. Vtrunq; apparet ex testimonio supra citato, & ex ritu, quem ecclesia seruat, & ex cap̄. Omnis vtriusq; sexus. In quo vltra temporis determinationem, reliqua ibi de confessione posita, videnť ad ius diuinum pertinere, vt communiter dicitur. Sic etiam docuit August. ante ecclesiæ determinatiōem, docens necessariam esse integram confessionem. Huius ratio potest talis assignari, quia vt dictū est, deus exigit a peccatore, q̄ sua peccata Deo confiteatur. non solum mente, quod per contritionem fit: sed etiam voce, quod fit, quando quis vicario Christi confitetur. Qui enim sacerdoti confitetur, deo confitetur. Confessio autem, quæ Deo fit, nisi integra sit, non est ipsi grata. Sicut nec contritio, quæ Deo mente fit, qua quis dolet de aliquibus peccatis, & de aliis/etiam memoriæ occurrentibus non dolet, non est debita contritio/ aut mentalis confessio, Nam si de aliquibus dolet, sicut dolēdum est, quia scilicet Dei offensiua sunt, necesse est de omnibus occurrentibus/ ob eandē causam doleat. Ita & si ore Deo per sacerdotē aliqua peccata sua confitetur inquantum offensiua fuerunt Dei, ob eandē causam debet omnia alia, per quę Deū offendit, eidem, si memoriæ occurrant, confiteri. Itaq; Deus confessionem sibi factā immediate, vel mediante sacerdote, nisi integra sit, nō acceptat. Ideo indignus est absolutione, qui taliter confitetur. Et per hoc patet ad rationes. Ad primum, fateor causam discriminis per aliquos assignatā, qui dicūt sacerdotes plures, quia vicem tenent vnius Christi, & si a diuersis peccatis absoluant, non proprie absolutionem diuidere. Secus de confitente, qui in partes diuidit cōfessionem, minime satisfacere. Sed

causa

cauſa quarē requiritur integra confeſſio, eſt quę dicta eſt ſupra. Cauſa autem quare non requiritur integra abſolutio eſt, quia facultas conceſſa eſt eccleſię peccata remittendi & retinendi: & non eſt impoſita neceſſitas integre abſoluendi, ſicut impoſita eſt peccatori neceſſitas integre confitendi. ¶ Ad ſecundum, conſequentia non valet, quia neceſſitas impoſita eſt peccatori vt cōfiteatur vicario Chriſti, qui ſibi poſſit beneficium abſolutionis loco ipſius dei impendere, qualiter poteſt ſacerdos prius, etiam ſi non valeat ab omnibus abſoluere. Et ad rationem confirmationis. Ita eſt, q̄ confeſſio iniuncta eſt ad finem aſſequendi veniam, eam ſcilicet, quā eccleſia ſtatuit impēdere, ſcilicet plene/vel ſemiplene iuxta eccleſiæ ſtatuta, quę quia iuſta ſunt, a deo ratificantur. Non tamen inde fit, vt integritas confeſſionis ſit iniuncta ſolum ob integram abſolutionem ab eo cui fit obtinēdam: ſed ideo iniuncta eſt integra cōfeſſio vt dictum eſt, quia confeſſio, quā quis deo facit ſiue per ſe/ſiue per vicarium ſuum, niſi integra ſit, a deo nō acceptatur. Ad illud autem, quod ibidem dicitur de ſtatuto humano, quo iubetur, vt peccator omnia peccata confiteatur, dicendum. q̄ id nō admittit exceptionem predictam, quia id non tā iubet eccleſia, q̄ a Chriſto iuſſum eſſe pręſupponit. ¶ Ad tertium dicēdum, q̄ ſicut argumētū ex morbis corporalibus ſumptum non probat ſufficienter eſſe neceſſarium integre confiteri, vt ſupra patuit: ita nec argumentū inde a contrario ſumptū, ſufficit ad probandum in caſu non eſſe integre confitendum. ¶ Ad quartum dicendum, q̄ nō eſt alia cauſa qua dimidiari poſſit ſcienter confeſſio, niſi neceſſitas aliqua vitandi dānum aliquod notabile, vt ſupra tactum eſt. Nec Auguſtinus ideo de hypocriſi & pudore illic meminit, quaſi tunc ſolum vitietur dimidiata confeſſio/quādo ex hypocriſi vel pudore dimidiatur: ſed quia quando dimidiatur, raro vel nunq̄ fit, niſi ob aliquam ex illis cauſis. Et ita videtur tenenda communis opinio, aliis dimiſſis, quas ſupra cōmemorauimus, ſcilicet, poſſe diuidi abſolutionem ſacramētalem, iuxta eccleſię ſtatuta: non tamen cōfeſſionem, niſi neceſſitate compellente.

¶ NOTA hic in pręſenti caſu tunc fieri integre confeſſionem, quando ei, cui peccator aliqua peccata confitetur, nullū non remiſſum deſinit ſcienter confiteri. Quod dico, quia ſi in caſu pręſenti primo adit curatum, & confitetur ſolum ea quę nō ſunt reſeruata, dimidiat confeſſionem. Si etiam primo venit ad ſuperiorem, cui illa ſunt reſeruata, & eidem ſola reſeruata confitetur, dimidiat cōfeſſionem. Ideo ei cui primo ſe pręſentat & cōfitetur, tenetur omnia cōfiteri: & poſtq̄ fuerit ab illo a quibuſdam peccatis abſolutus, ſi eat ad ſecundum, nō tenetur illi ſecundo confiteri, niſi ea, quæ prior reliquit inabſoluta, nec propter hoc dimidiabit confeſſionem. Ideo ſi fuit primo ad curatum, et illi integre confitetur, & tamen curatus non vult eum abſoluere, etiam nec a non reſeruatis, ſed eum ad ſuperiorem remittit, tenetur tunc illi ſuperiori iterum integre confiteri: quia a priore in nullo fuit abſolutus. Nec releuatur quis ab iteratione cōfeſſionis per hoc, q̄d ſemel integre ea fuerit confeſſus, ſi non ſit ab eiſdem abſolutus. Interim enim q̄ nō abſoluitur peccator, manet in eodem debito in quo prius. Inde eſt, q̄ ſi primo confitetur integre curato, a quo abſolutionē a non reſeruatis obtinet, tenetur poſtea confeſſionem iterare eorū peccatorum, a quibus nō fuit abſolutus, ſcilicet reſeruatorū.

¶ NOTA etiam, q̄ ſi quis fuerit omnia cōfeſſus, & plene etiam abſolutus, poterit poſtea ex deuotiōe, vel ex odio quorūdam peccatorum iterum confiteri, & hæc itera ta confeſſio dimidiari poteſt ſine peccato. Non enim eſt neceſſaria integritas in confeſſione, niſi de his peccatis, a quibus peccator non eſt abſolutus.

¶ NOTA deinde confeſſionem etiā peccatorum nō remiſſorum diuidi poſſe etiā ſcienter, ſi fiat ſine animo aſſequēdi vel petēdi abſolutionem, vt poteſt qui multa habet peccata hodie in vna hora aliqua eorū confiteri, & non petita abſolutione, relinquere alia in craſtinam diem, & alia in aliā confitenda: dummodo quādo petierit abſolui, omnia occurrentia non prius remiſſa, fit iam confeſſus eidem. Illa enim confeſſio quę fit ſacerdoti, & non cum ſpe & voto veniæ ſeu abſolutionis obtinendæ, proprie & ſtricte non eſt ſacramētalis. An autem ſit de neceſſitate celāda, ſicut ea quę

sacramentalis est, patebit postea. De quo vide Baptis. confessio. 1. ¶ Nota etiam, ꝙ remota pœna ecclesiastica peccato per superiorem annexa, etiam si superior a peccato reseruato non absoluerit, manet peccatum simplex non amplius reseruatum, cum cessauerit causa, ob quam fuerit reseruatum. ¶ Nota denicꝫ, ꝙ qui habet casus reseruatos simul & nō reseruatos, si primo se superiori presentat, qui eum audire non vult, nisi de reseruatis sibi: tunc sicut absolutio diuidi potest, ita & confessio, ex quo non stat per pœnitentem ipsum, quo minus integre confiteatur: sed per superiorem, qui eum integre audire non vult.

¶ De cōfessione statim agenda.

DEINDE quæri solet, an peccator ꝫ primum potest, teneatur sacerdoti confiteri? Et pro affirmatiua parte arguit. ¶ Primo, quia quod debetur sine termini prefixione, ad statim debetur. ff. de re. iudi. & in. l. eum qui. §. quotis. ff. de verborum obligationibus. Cum ergo peccator debeat confiteri ex iure diuino: & nullus sit eidem iure diuino terminus ad confitendū præfixus, sequitur ꝙ statim tenetur. ¶ Secundo ad idem ratione periculi, cui se homo exponit, si non illico medicinam ad salutem necessariam sumat, tenetur enim statim ꝙ potest, siue homo sit in periculo corporis, siue animæ: alioqui perire meretur, iuxta illud ecclesiasti. 3. Qui amat periculum, peribit &c. Modo autem duplex est periculum, si homo non illico ꝙ potest, confiteatur. Alterum, quia nihil est morte incertius. Vnde Ecclesiasti. 5. Ne tardes conuerti ad deum, nec differas de die in diem: subito enim venit ira illius, & disperdet te in tempore vindictæ. Alterum, quia vnū peccatum, aliud inducit: si nō illico per pœnitentiam tollatur, iuxta illud Grego. Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pōdere in aliud trahit. ¶ Tertio non minus necessariū est homini a peccato recedere, ꝫ in peccatum non incidere: vtrūcꝫ enim repugnat saluti hominis, sed quoties quis in peccatum incidit/potens non incidere, peccat, & tenetur non incidere: igitur quoties quis in peccato existens/ potens ab eo recedere, & non recedit, peccat, & tenet recedere, igitur ꝫ primum potest &c. Hæc ratio patet a simili, quia eodem præcepto quo tenemur non furari, tenemur rem furtiuam, quā primū possumus, suo domino restituere: quādoquidem furtū idem est, quod rem alienam accipere & detinere. Igitur etiam in præsenti ad idem genus peccati reducitur, in peccatum incidere, & a peccato non recedere. Cum igitur sine sacramēto pœnitentiæ, quod secunda tabula est post naufragiū, nemo possit a peccato liberari, sequitur &c. ¶ Confirmatur hoc, quia in peccato permanere, videtur contra charitatem ad Deum habendam, & cōtra charitatem ad se ipsum habendam, & est Deum odire, similiter & seipsum: saltem ꝑ toto tempore, quo vult in illo peccato permanere, hoc autem est peccatum, & contra præceptum negatiuum, de non odiendo deum, nec seipsum. Quod præceptū cū negatiuū sit, obligat pro sēper. ¶ Quarto in Deutero. 22. & alibi, iussum est, & est præceptum charitatis, vt si viderimus asinū proximi sub onere iacentem, non pertranseamus, sed eum subleuemus. Igitur cū peccator subiaceat sub onere peccati, a fortiori cum possit, tenetur ex charitate ad se ipsum habenda, se illico subleuare. Remedium autē a Deo institutum, quo possit homo a peccato resurgere, est confessio sacramentalis, igitur &c. ¶ Quinto, si nō esset peccatum in peccato ad tēpus permanere, igitur non esset peccatum velle in peccato permanere. Quod enim potest quis licite opere facere, licitū est hoc ipsum velle facere. Quo dato, igitur a fortiore licitum est velle proximo, ꝙ in peccato, saltem ad tempus, & sine gratia Dei, & in Dei inimicitia permaneat: hoc autem est odire proximū, vt constat, igitur nō est licitum id velle proximo: igitur multo minus licitum est id velle sibipsi, cū ex ordine charitatis non minus teneat quis seipsum diligere ꝫ proximū. ¶ RESPON. His non obstantibus videtur oppositum tenendum. Et quia rationes nō minus imo magis vidētur probare, esse homini necessariū conteri ꝫ primum potest, ꝫ confiteri, quam primum potest, ideo de vtroꝫ idem dicamus, scilicet neutrū esse homini sub pœna noui peccati

cati neceſſariū, ſcilicet nec cōteri q̄ primū poteſt, nec cōfiteri q̄ primū pōt. Vtriuſq; ratio vna eſt, quia præceptum de conterēdo & de confitēdo, eſt affirmatiuum: affirmatiua autem non obligant ad ſtatim, etiā oblata opportunitate, ſed tempore præfixo, ſi tale quid præfixum ſit, vel quando neceſſitas expoſtulat, ſi tempus præfixum non ſit. Exemplum clarum eſt, de ſuſcipiēdo baptiſmum, de danda eleemoſyna, de prędicanda fide. Ad hūc modum de aliis, quę quidem differri poſſunt ad tempus, quo neceſſitas huiuſmodi actus expoſtulauerit. ¶ Secundo idem patet ex Auguſtino. 1. de ciuitate dei, dicente, q̄ non tenemur fratrem reducere ad ſtatim poſt lapſum, quin poſſimus maiorem opportunitatē expectare: igitur nec tenemur noſmet ad ſtatim in ſtatu gratię reponere: cū teneamus fratres ſicut & noſipſos diligere. Et currit hæc ratio, vbi nullum periculū fratris/nec proprium ex huiuſmodi dilatione timetur.

¶ AD primum igitur in oppoſitum adductum, dicēdum, q̄ multis modis poteſt aliquid deberi, vel per viam reſtitutionis, vt ſi pręceſſit rei alienę iniuſta detentio ſeu ablatio, vt fit in furto & vſura. Aut etiā rei alienę iuſta receptio ex domini voluntate ratione contractus, vt in commodato, depoſito, mutuo. Aliquādo debetur per viā ſatisfactionis pro damno iniuſte dato. Ali quando debetur per viā vindictę ſeu emēdę, vt pro iniuria verbis illata citra damnum omne in corpore, fama, & rebus, vt ſi quis animo iniuriandi dicat alicui, quæ publica meretrix eſt, meretricem eſſe. Ali quando debetur aliquid ratione voti, aut promiſſionis, aut præcepti ſuperioris.

¶ Et regula illa, ſcilicet quod debeſ abſq; termini prefixiōe ad ſtatim debetur, & ſtatim ſoluendum eſt, non procedit de omni debito: ſed de eo, quod debetur alteri per viā reſtitutionis ſeu ſatisfactionis pro dāno iniuſte dato, ſiue in rebus, ſiue in fama, ſiue in perſona. Cuius ratio eſt clara, quia alienum detinere, inuito domino, peccatū eſt: ideo ad peccatum vitandum, & non in eo perſeuerandum, neceſſarium eſt debitū ſolui, quam primum commode poteſt.

¶ Secus ſi quid debeatur per viam contractus: quia tunc res aliena/aut alteri debita, non iniuſte, ſed ex volūtate domini retinetur. Ideo pro tunc currit neceſſitas eā reddendi, quādo ſcilicet dominus petierit: nā ſi tunc nō reddatur, poſtea dicitur nō reddens eſſe in mora. Et ideo ſi in contractibus termin⁹ fuit præfixus, lapſo terminō incipit debitor eſſe in mora, ideo ex tunc tenetur quam primum poteſt. ¶ Alia vero debita ex lege vel ſtatuto, ſi termin⁹ a lege non ſit definitus, debent ſolui, quando is cui debentur exegerit, vt in decimis/ & aliis tributis ex lege ſoluēdis, & anteq̄ exigantur, non videntur de neceſſitate ſoluenda. Ratio, quia cum dominus non exigat, cum poſſit, non videntur, eo inuito, retineri, ſed præſumitur eum in detentione conſentire: niſi alia concurreret cauſa, per quā aliud eſſet pręſumendum. ¶ In debitis autem ex promiſſione, voto, & præcepto, ſi is qui vouit, promiſit, aut pręcepit, terminum non prefixit, nō video, q̄ ſtatim currat obligatio illud adimplendi, ſed p loco & tēpore, quando ſcilicet neceſſitas poſtulauerit, vt in eleemoſyna promiſſa, vel iuſſa.

¶ CVM igitur præceptum diuinum de conterendo/aut cōfitendo non prefixerit terminū adimplendi, ſupeſt hoiem nō teneri ad ſtatim conterendum vel confitēdum, niſi quando articulus neceſſitatis poſtulauerit, ſcilicet quando tenetur homo ſe in ſtatu gratiæ reponere, ſiue ratione periculi mortis, ſiue ratione ſacramenti miniſtrandi/vel recipiendi. Et eſto illa debeantur per viam ſatisfactionis, ſiue pœnæ/aut vindictæ pro offenſa contra deum cōmiſſa, talia debita non ſunt in conſcientia ſtatim ſoluenda, ſicut nec pœna debita ex actione iniuriarum, anteq̄ ad eam ſoluēdā cōdemnetur, vt conſtat. 12. q. 2. fraternitas.

¶ AD ſecundum ex periculo ſumptum, dicendum, q̄ ſi tale periculum eſſet probabile/vel mortis ſtatim venturę/vel alterius peccati, cui ſcilicet periculo per naturam, aut voluntatem non poteſt (ſaltem ſine magna & notabili difficultate) occurri, occurreretur autē per contritionem & cōfeſſionem, tūc ratione talis periculi/ neceſſariū foret conteri & confiteri. Attamē peccator non ſemper poſt peccatum eſt in probabili periculo mortis ſtatim euenturę. Peccatum etiā, in quod, is quē non pœnitet, incidet, tale eſt, q̄ non contra voluntatem ip-

ſius eueniet: nam tūc peccatum non eſſet. Nec, quod ait Gregorius vnum peccatum in aliud trahere, procedit de tractione neceſſitante, ſed de inclinante, cui inclinationi facile poteſt homo ipſe cōtrauenire. Ad de. q̄ Grego. non loquitur niſi de peccatore, quem vt pœniteat, deus longo tempore ſperat: qui tamen Dei benignitatē contemnens, pœnitere non vult. Talis enim non mirum, ſi de vno peccato in aliud inuitus quodāmodo trahatur, ſic, q̄ vnum ex altero in voluntate permanente neceſſario conſequatur. Sed de hoc ſupra in tractatu de pœnitentia.

¶ AD tertium de receſſu a peccato, dicendum. Aliud eſt recedere a peccato ſecundū actum, aliud ſecundum reatum. Ad primum tenetur homo quāprimum poteſt, ſicut & ſemper tenetur nō incidere in peccatum ſecundum actum. Ad ſecundum tamen non proſemper tenet peccator ſub pœna noui peccati. Diſcrimen notum eſt, quia in peccatum incidere, & in peccato ſecundū actum permanere, eſt contra præceptum negatiuū, vt cōſtat: quia ſicut nunq̄ eſt peccandum, ita nunq̄ eſt in peccato ſecundum actum permanendū. Manere tamen in peccato ſecūdum reatum tantum, non ita eſt contra præceptū negatiuū, ſed cōtra affirmatiuū, quo tenetur vnuſquiſq̄ a peccato ad gratiam per pœnitentiam reſurgere: & ita non niſi ſuo tempore obligat, vt dictum eſt. Similitudo autem de furto tenet, quo ad primū membrū, vt patet.

¶ AD confirmationem dicendum, q̄ nec agit contra charitatem Dei nec ſui, qui in peccato ſecundum reatum ad tempus manet, pro tunc ſcilicet, quādo nō tenetur ad actum poſitiuū, qui ad gratiam ſufficiat: talis enim actus non proſemper cadit ſub p̄cepto. Sicut ergo ille deū diligit, qui mādata eius obſeruat: ita ille Deum odit/ ſaltem virtualiter/ qui mandata eius præuaricatur aut violat, quod fit, quādo homo in peccatum incidit, nō quando ſolus reatus manet, quia tunc ſtat, q̄ nil committat nec omittat contra legem dei. Ille etiam dicitur odire ſeipſum/ ſaltem vtrtualiter, qui aliquid cōmittit aut omittit/ aut vult vnde dignus ſit, qui æternaliter puniat. Q̄z enim ad tempus poſſit aliquis velle carere gloria Dei, aut ab eadem retardari, alibi in tractatu de peccato venialí oſtenſum fuit, nec peccatum eſſe, nec cōtra charitatē ſui ipſius eſſe. Ita etiā velle ad tempus hic carere gratia dei, non eſt peccatū mortale, nec contra charitatē ſui. Hoc tamen ſtat dupliciter. ſ. quia poteſt quis velle carere gratia aut gloria dei per cōmiſſionē ſeu omiſſionem, per quā talem carentiā mereatur, & hoc peccatum eſt/ & contra charitatē Dei & ſui. Alio modo per ſuſtinentiā huiuſmodi carentiæ ſeu priuationis gratiæ, ex quo in pœnā peccati prius cōmiſſi, iuſte huiuſmodi priuatio inducta eſt: & ſic nō eſt mortale. Si tamen peccator gratia priuatus, velit æternaliter ob peccatum prius a ſe commiſſum gratia carere, mortale peccatū eſt: quia talis voluntas tacite includit voluntatem nunc̄ pœnitendi/ nec confitendi, vt conſtat.

¶ AD quartū ex Deutero. dicēdum, q̄ ſi poſtq̄ aſinus ſub onere cecidit, nullū ipſi aſino aut domino periculū fit, ſi non illico ſubleuetur, non tenet qui tranſit ſe detinere, vt ſubleuet ſtatim, cum per alios/ aut poſtea poterit illi ſuccurri. Secus ſi ex mora aliquod illi aſino aut domino damnū eueniret: tunc enim neceſſariū eſt ſtatim ſuccurrere. Ita de peccatore per omīa dicēdū, q̄ vbi eſſet ipſi periculū notabile animæ aut corporis remedium differre, teneret ad ſtatim reſurgere, ſecus alias.

¶ AD tertium patet reſponſio ex ſolutione tertii cum confirmatione. Non enim tenemur ſtatim proximum lapſum erigere ſeu excitare, ſi nullum ſit in mora periculū, ſed poſſumus aliquod aliud tempus expectare, & hoc non eſt illum odire. lege ad ſ.

¶ De tempore quo confiteri oportet.

DIS igitur ſuppoſitis, reſtat inquirendum, quādo eſt neceſſarium cōfiteri? Reſpon. Cōmunis theologorū ſentētia eſt, q̄ in q̄nq̄ caſibus currit cōfitendi obligatio. Primus eſt, quando peccator eſt in periculo probabili mortis, ſiue ratione infirmitatis, in qua homines ſolent mori, ſiue ratione belli, quod homines breui ſuſcipere parati & determinati ſunt, ſiue ratione tempeſtatis in mari ſubortæ, ſiue ob quācunq̄

eunq; aliam cauſam. Ratio clara eſt, quia cum iure diuino teneantur peccatores confiteri, ſi volunt a Deo peccatorum remiſſionem conſequi, & finaliter ſaluari: qui in articulo mortis/habens copiam ſacerdotis non vult confiteri, dignus eſt, qui in peccatis ſine remiſſione decedat. Inde in capit. Cum infirmitas, de pœnitentiis & remiſſionibus, iubetur medicis, vt in primis faciant ægrotantem confiteri &c. Et propter confeſſionis neceſſitatem iure cõceditur, vt quilibet ſacerdos, etiam alioqui ſimplex, poſſit abſoluere eos, qui in huiuſmodi periculis ſunt conſtituti. ¶Huic primo caſui poteſt addi alius, ſcilicet, ſi quis cibum aliquem aut medicinam ob cauſam aliquam ſumere compellitur, vnde veriſimiliter timet, q; in perpetuam ſeu diuturnam incidet dementiam, tunc tenetur cõfiteri, idq; iure diuino. Alioqui omittens pro tunc cõfiteri, exponit ſe periculo decedẽdi ſine cõfeſſione, & ſine beneficio abſolutionis, cui periculo teneẽ obuiare. ¶SECVNDVS caſus eſt, quando pec cator habet ad præſens copiã confeſſoris, & timet veriſimiliter, q; poſtea tempore debito hanc opportunitatem non habebit, tunc ſi peccata habet, tenetur ea confiteri, non expectato tempore iure diffinito. Ratio huius etiã clara eſt, quia qui habita huiuſmodi opportunitate negligit confiteri, exponit ſe periculo omittendi, quod ſuo tempore deberet facere: maxime ſi timeat veriſimiliter ſucceſſu tẽporis periculum mortis incidere. Ille igitur qui pro tempore futuro ad aliquid tenetur, ſi veriſimiliter timet, ſe non habiturum tempore illo opportunitatem, & ad præſens habet, tenetur preuenire. Huius exemplum ſumitur ex capi. Licet. de feriis. Vbi conceditur, vt die feriato, puta dominico/ vel feſto, homines capiant aleciam tunc aduenientem (quę gen⁹ quod dã piſcium eſt) quia ſcilicet, incertũ eſt, an ſimilis opportunitas ſe offeret poſtea. Similiter licet diebus feriatis, oblato vento opportuno, triticum in area purgare, & vindemiam, habita opportunitate, facere &c. quando ſimilis opportunitas poſtmodum non ſperatur. ¶Obiiciet aliquis, q; tũc homo ſanus timens ſe poſtea infirmitatem caſurum teneretur ieiunare, & horas dicere, & celebrare, & reliqua facere, quæ timet ſe poſtea facere non poſſe. Reſpon. negãdo ſequelam. Pro quo nota, q; quædam ſunt homini certo tempore neceſſaria, ratione ipſius tẽporis: & hęc non tenetur homo præuenire ex timore, quo timet ſe ſuo tempore illa nõ poſſe facere, talia ſunt ieiunare in certis vigiliis & diebus ſtatutis, ſimiliter horas tali die talis feſti dicere &c. Alia ſunt, quę ad ſalutem hominis ſunt inſtituta ſine temporis determinatione: & talia oportet pręuenire, habita opportunitate, ſi timeẽ eam poſtmodũ defuturã, talis eſt caſus præſens. ¶Addi etiã poteſt huic ſecũdo caſui alius, ſ. ſi peccator veriſimiliter timet, q; ſi confeſſionẽ vſq; ad quadrageſimam differat, aliquod peccatũ ſeu peccata a memoria ipſius peccatoris excident: in tali caſu tenetur pręuenire, & cõfeſſionem anticipare, nec debet tempus iure determinatũ expectare. Nam cum peccator teneaẽ ſolicite curare vt integre cõfiteaẽ, & integrã peccatorũ ſuorũ abſolutionem a ſacerdote obtineat, qui in huiuſmodi caſu quãdo poteſt, negligit cõfiteri, exponit ſe periculo dimidiandi confeſſionem, & ex conſequenti dimidiatã abſolutionem obtinendi.

¶TERTIVS caſus eſt, ratiõe conſcientię poſitiuę/vel dubię, vt ſi quis habet conſcięntiã, qua putat vel dubitat, q; teneaẽ hodie cõfiteri, tenetur hodie cõfiteri: alioqui ageret contra conſcientiã, & ad gehẽnã ędificaret/vt habet glo. ſup illud Pauli: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt &c. Ad ro. 14. In quo notari ſolet illum in caſu non abſolute teneri ad confitendum tunc, ſed ad vnum de duobus, ſcilicet, ad deponẽdum conſcientiam, vel ea ſtante, ad confitẽdum. ¶Sed forte quæret aliquis, an ſit in hoc caſu ipſi homini liberum conſcientiã deponere, & ita non confiteri ſine peccato? Reſpon. Duobus modis poteſt quis conſcientiam ſemel formatam deponere, ſcilicet, temere, hoc eſt ſine cauſa rationabili, & cum cauſa rationabili & iuſta. Primo modo nõ eſt licitum conſcientiam deponere, & ea ſic depoſita, non eſt licitum ab opere deſiſtere. Ratio videtur clara, quia qui ſtante conſcientia tenebatur confiteri, vel aliud quid agere: ſi illud omittat/ peccat contra conſcientiam: & ſi conſcientiam temere deponat, ſimiliter peccat, quia ip-

sa temeraria depositio, non relevat illum, quominus se periculo opus debitū omittendi exponat. Si vero causam habeat rationabilem deponendi conscientiā, tunc licite potest eam deponere, & ex consequēti se a debito confessionis pro tunc liberare. ¶ Si quæras quando habebit causam rationabilem eam deponendi? Respon. Si conscientiam temere & sine causa concepit, sine causa alia potest eam deponere. Si cum causa aliqua eam cōcepit, cum alia causa fortiore potest eam deponere: alioqui si causas habet equales ad habendum conscientiam prefatam, & ad eam deponendum: satius est dubitare, q̄ in partem minus tutam declinare.

¶ De confessione

præmittenda sumptioni Eucharistię.

QVARTVS casus est, ratione Eucharistię suscipiēdę. De quo casu est quæstio inter aliquos, & tenet cōmunis opinio, q̄ sēper q̄ quis Eucharistiam sumpturus est, tenetur prius confiteri. Pro qua sententia faciunt quæ sequuntur. Primo quod ait Hieronymus super Amos. 1. q̄ baptismus est prima tabula, pœnitentia secunda. Igitur sicut nō licitum est ad alia sacramenta transire, nisi suscepto baptismo, qui prima tabula est: ita non est licitum sine pœnitentia sacramentali ad alia sacramenta transire, cum secunda tabula post baptismum sit. Et primum de baptismo probatur ex capit. Veniens. de presbytero non baptizato. Vbi decretum est, eum qui cum non esset vere baptizatus, ad sacerdotium & alios ordines promotus est, q̄ cum id constiterit, baptizetur, & illos ordines iterum suscipiat. &c.

1 ad cor. 11.

¶ SECVNDO facit apostolus ad Corinthios, scribēs. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. &c. Et addit. Nam qui indigne māducat, iudicium sibi manducat. &c. Ex quo sequitur peccare illum, qui indigne manducat, indigne autē manducat, qui in peccato manducat. Est homo in peccato, quandiu a peccato non est absolutus, quandoquidem peccata quæ a sacerdote non sunt remissa, non etiam sunt a Deo remissa, iuxta illud Ioannis, Quorum retinueritis, &c. Igitur necessarium est hunc panem cœlestem manducaturo, prius peccata, quę recolit, confiteatur.

Ioan. 20.

¶ TERTIO facit cap. Omnis vtriusq; sexus. &c. Vbi præcipitur vnicuiq; fideli Eucharistiam tempore paschæ sumere, & premittitur ibidem preceptum de confessione. Vnde argumentum est, q̄ intentio ecclesiæ est, q̄ fideles confiteantur, vt postea Eucharistiam digne, sicut debent, suscipiant. Cum igitur eadem sit ratio præmittendi confessionem quocunq; tempore quis velit Eucharistiam sumere, quę est tempore paschæ: quandoquidem eadem est Eucharistiæ sanctitas & reverētia quocunq; tempore anni, similiter & quocūq; tempore quo sumitur, digne sumi debet: igitur sicut tempore paschę sumptionem Eucharistię debet confessio precedere, sequitur q̄ etiam quocunq; tempore debet precedere.

¶ QVARTO facit capit. Vt ieiuni, de consecratione. distinct. 4. Vbi dicitur, q̄ qui sacramentum confirmationis debet suscipere, monendus est, q̄ prius confiteātur: igitur a fortiore qui sacramentum Eucharistiæ sumpturus est, debet prius confiteri. &c.

¶ QVINTO facit ratio, quia qui sine præuia confessione determinat Eucharistiam suscipere, exponit se periculo indigne sumendi: quia si præmitteret confessionem, certus esset, se digne suscipere, seu ad Eucharistiam digne accedere: si autem non præmittat confessionē, & ad mensam domini accedat, nō ita certus est, se dignū accedere, igitur.

¶ SVNT alii qui contrarium opinantur. Vnde sunt qui dicunt, q̄ si quis non habet de præsenti copiam confessoris, potest celebrare, & Eucharistiam accipere, modo contritus sit, & paratus postea oblata copia, confiteri. Sunt qui dicunt, q̄ etiā si talis habeat de præsenti copiā confessoris, non tñ talis, qualē ipse vellet, sperāsse postea alteri⁹ copiā habiturū, cui lōge de notius cōfiteri putat, q̄ i tali casu pōt celebrare, & cōfessionē differre, ob hui⁹modi melio-

di meliorem opportunitatem, quam ſperat habere. Sunt alii qui dicunt, q̃ eſto habeat de præſenti copiam idonei confeſſoris, nec ſperet poſtea cõmodiorem habere, poteſt celebrare, & Euchariſtiam accipere, modo contritus ſit. Et hi omnes ſunt doctores catholici, & probati: igitur non eſt de neceſſitate ſalutis ſemper q̃ quis vult cõmunicare, confeſſionem præmittere.

¶ PRO his facit etiam ratio, quia ſi confeſſio eſſet communioni premittenda, maxime ad hunc finem, vt ſcilicet homo ſe dignificet, vt digne poſſit ad Euchariſtiam accedere: ſed ſic eſt, q̃ poteſt homo ſe dignificare aliter/ q̃ per confeſſionem, puta per contritionem ex ſummo conatu/ & dilectione Dei procedente, quæ ſecundum omnes ſufficientiſſima diſpoſitio eſt ad Dei gratiam & amicitiam impetrandum, igitur.

¶ DEINDE ad ſalutem non eſt neceſſarium, quod nullo iure præceptũ eſt nec ſtatutum: cum igitur ius nullum appareat, q̃nod obliget hominem ad præmittendum confeſſionem ante q̃ Euchariſtiam accipiat, nec ratio ad id conuincat, ſequitur &c. Quod autem ita ſit, patet. Si enim per ius aliquod/ aut rationem aliquã oppoſita ſententia probari poſſet, maxime per ea quæ allegata ſunt: ſed illa non probant ſufficienter. patet hoc ad ea reſpondendo.

¶ AD primum dicendum, q̃ illa ratio deficit, quia fundat ſe in hoc, q̃ baptiſmus & pœnitentia ideo dicuntur prima & ſecunda tabula, quia ſine eis ad alia ſacramenta tranſiri non poteſt: cum tamen potius dicantur tabulæ, quia ſunt remedia, quibus peccator inniti debet, ſi vult a naufragio peccati liberari. Et quia contra peccata veteris hominis primo eſt baptiſmus inſtitutus, contra poſteriora vero pœnitentia, ideo baptiſmus prima, & pœnitentia ſecunda tabula dicuntur. Quod ergo ſine baptiſmo ad alia ſacramenta tranſiri non poteſt, non eſt quia prima tabula eſt: ſed quia ianua ſacramentorum eſt, vt in dicto capit. Veniens. dicitur. Non ſic pœnitentia dicitur ianua reliquorum ſacramentorum, quod inde patet: quia baptizatus, ſi ad ordines promoueatur nondum ſacramentaliter confeſſus, non venit reordinandus, ſicut ſi non baptizatus fuiſſet promotus. ¶ Si dicas, q̃ uis reordinandus non veniat, quia ordines vere ſuſcepit, attamen eos ſuſcipiendo / ſine præuia pœnitentia/ peccauit: & per conſequens ſine pœnitentia ad alia ſacramenta licite peruenire non potuit. Reſpon. Imo ex ſententia doctorum poteſt baptizatus alia ſacramenta, etiam non præuia confeſſione, ſuſcipere, modo contritus ſuſcipiat. Et conſilii eſt, non neceſſitatis, confeſſionem præmittere, vt de ſuſceptione confirmationis, & ordinis, & matrimonii, dici communiter ſolet &c.

¶ AD ſecundum ex Paulo ſumptum, dici poteſt, q̃ & ſi præ requiratur conſcientiæ examinatio ante ſumptionem Euchariſtiæ, ad id prę requiritur, vt homo digne ad hoc ſacramentum accedat. Cum ergo homo ſufficienter ſe dignificet per contritionem omnium peccatorum, quæ facta diſcuſſione occurrunt, vt ſupra dicebatur, conſequens eſt, ex dictis Pauli neceſſitatem præconfitendi non colligi. ¶ Si obiicias, q̃ tunc non eſſet opus peccatori diſcutere conſcientiam, quia ad reponẽdum ſe in ſtatu gratiæ ſatis eſt, Deum diligat: & ſi peccata in genere occurrant, de illis propter Deum in genere doleat, cum tamen Paulus neceſſarium eſſe doceat, prius conſcientiam examinare. Reſpondetur. Primo illo conceſſo, non videtur aliquod inconueniens ſequi: & tunc illa conſcientiæ probatio & examinatio/ non eſſet, vitam totam ad memoriam reuocare, vt de ſingulis peccatis doleat, ſed ſeipſum probare, & certificare, q̃ in gratia Dei ſit, q̃ fieri poteſt, ſi homo in ſeipſo experiatur, ſe deũ ſuper omnia diligere, & dolere, ſe Deum offendiſſe, & vitæ & morum correctiõem in poſterum proponere, quæ cum quis in ſe eſſe cõpererit, dicetur ſeipſum probaſſe. Aut ſecundo dici poſſet, eſto Paulus per probationem illam intellexerit peccatorũ ad memoriam reductionem, idipſum homo poteſt facere, & de ſingulis peccatis occurrentibus conteri ſine confeſſione vocali. Et ſuppoſito q̃ hęc probatio ſit neceſſaria ad digne dominicũ corpus mãducãdũ: tunc ſola pœnitẽtia in genere cũ dilectione

Dei sufficiet, vt ipse pœnitens in casu velit conscientiam, vt debet, discutere: alioqui non sufficiet ad gratiam, quā omissio p̄fatę discussionis impediet, quod suppono falsum.

¶ AD tertium ex capit. Omnis vtriusq; sexus. dicendum, q̄ q̄uis secundum ordinem litere prius in prefato capit. ponatur p̄ceptum de confessione/ q̄ de Eucharistia sumenda, non inde fit, q̄ ideo id ecclesia fecerit, quia intenderit fideles ad confessionem obligare ad hunc finem, vt digne Eucharistiam suscipiant, quod inde patet: quia peccator nō minus tenet semel in anno confiteri nō sumpturus Eucharistiā, q̄ sumpturus. Stat enim peccatorem deobligari a sumptione Eucharistię tempore paschę, vel quia copiam non habet ministrātis, vel quia patitur frequentem vomitum, vel ob aliā causam: & tamen non inde deobligatur a confessione, deobligaretur autem, si ad finem sumendi Eucharistiam esset p̄cepta confessio. Sicut deobligatur quis a correctione fraterna, quando emenda/ vel non potest/ vel non speratur euenire. Adde q̄ p̄cepto de confitendo semel in anno satisfacit quis quacunq; parte anni confiteatur. Non igitur ad finem digne sumendi Eucharistiam in paschate iussa est ab ecclesia confessio.

¶ AD quartum ex capit. Vt ieiuni. sumptum, breuiter dicitur, non inde colligi necessitatem p̄mittendi confessionē, cum textus dicat, q̄ tales moneantur confiteri, quod verbum necessitatem nō importat, sed congruitatem confitendi.

¶ AD quintum dicendum, q̄ minus conuincit: nam si loqueris de certitudine euidentiæ/ vel fidei, nec cōfessus accedens, nec non confessus, est certus se in gratia accedere, vt constat. Si vero loqueris de certitudine morali & probabilis cōiecturę, per contritionem propter deum habitam, est certus, q̄ in gratia accedit: & ita sic accedens cū hac certitudine/ sine confessione, non se exponit periculo indigne sumendi.

¶ ET ita rationes ille pro communi opinione facte, non omnino conuincunt contra eos, qui opinantur contrarium, vt sunt Gerson, Ricardus, Panormitanus, Caietanus, Adrianus, & alii.

¶ ATTAMEN q̄uis stando in solo iure diuino/ aut humano/ aut etiam in ratione non conuincamur opinionem cōmunem tenere, consuetudo tamen vbiq; inter viros bonos seruata, habet vim iuris. In tota enim ecclesia Latina, sacerdotes antequam celebrent, si copiam habent sacerdotis, confitentur: & oppositum agentes, se delinquere putant. Similiter & laici anteq; communicent, soliciti sunt confiteri prius: nec aliter ad mensam domini accedere audent. Quod autem huiusmodi consuetudo vim habeat iuris obligantis, constat, quia consuetudo rationabilis & tam approbata, solet iuri de oppositio præualere, quod certum est, igitur vim habet/ imo maiorem, q̄ ipsum humanum ius. Hugo etiam vir magnæ autoritatis, ait in libro ecclesiastice potestatis. Audacter dico, si ante sacerdotis absolutionem ad communionem corporis & sanguinis Christi quis accesserit, pro certo sibi iudicium manducat & bibit, etiam si eum multum pœniteat, & doleat vehementer, & ingemiscat. Et id verum est, si habeat copiam confessoris. Si autem copiam nō habeat, & celebrationem & communionem sine scandalo differre potest, tenetur differre: secus si scandalum ex dilatione timetur, vt ait Scotus & alii. Et ita tenendum videtur, q̄ semper q̄ quis celebrare vult/ aut communicare, tenetur prius confiteri, habita copia confessoris: & si copia non habeatur, debet expectari, vel queri/ si commode potest: nisi necessitas cogat, quia tunc sufficit contritio/ cum proposito confitendi. Est autem multiplex necessitas, scilicet vitandi infamiam/ vel scandalū. Est etiam necessitas satisfaciendi officio sibi iniuncto, si curatus est. Est etiam necessitas ex præcepto superioris, quando aliqua vrgens causa celebrandi concurrit. Has & alias huiusmodi epikeias admittit p̄fata consuetudo de confitendo ante communionem &c. quapropter in huiusmodi necessitatibus potest quis ad celebrationem non præmissa confessione procedere &c.

¶ De confessione

¶ De confeſſione ſemel in anno agenda.

VINTVS caſus eſt, quā do confeſſio venit agenda, ratione ſtatuti eccleſiæ, capᵒ. Omnis vtriuſqᶻ ſexus. de pœnitentiis & remiſſionib⁹ &c. Circa quod eſſet dubium, an illud ſtatutū obligat ad confeſſionem, an eam ſolum exhortetur? Dixit Florentinus qᵖ obligat: & probat ex pœna in fine. capit. appoſita, quæ non niſi contra mortaliter peccantes ſolet imponi. Econtra dixerunt alii, vt Durandus, qᵖ illud ſtatutum non eſt præceptiuū confeſſionis: quia in illo nec ponitur verbum præceptiuum, cum nec dicat mandamus/iubemus/ præcipimus, aut aliud huiuſmodi, quod vim videat habere præcepti. Nec etiam ex pœna illic appoſita poteſt deduci, confeſſionem eſſe ibidem præceptam. ¶ Pœna enim illic poſita eſt, vt viuus arceatur ab eccleſia, & moriens careat eccleſiaſtica ſepultura. Quæ pœna non videtur contra non confitentes imponi, ſed contra eos, qui Euchariſtiam in paſchate non ſuſcipiunt. Ratio, quia talis pœna videretur ſuperflue & inaniter poſita contra eos, qui omnia ſua peccata (iuxta ſtatutum) ſuo ſacerdoti non confitentur, eo, qᵖ non poteſt eccleſiæ conſtare, an peccator omnia ſua peccata confeſſus ſit, nec ne, quod ſoli ipſi peccatori conſtare poteſt. ¶ Tū, quia forus ille ſecret⁹ eſt, nec cōfeſſor poteſt aliquid in hoc articulo contra confitētem teſtificari: & ſi teſtificetur, non inde poterit eccleſia confitentem punire. Vnius enim teſtimonium nō valet ad puniendum reum. ¶ Tum etiam, quia ſunt peccata cordis & alia occultiſſima, de quibus ſciri per eccleſiam non poteſt, an peccator illa omnia ſit confeſſus/ vel non: & per conſequens illa pœna minime poteſt iuſte in quenqᶻ infligi, ob id, qᵖ non omnia peccata ſuo fuerit confeſſus ſacerdoti. ¶ Si dicas, qᵖ q̄uis peccatori cōfeſſionem omittenti, pœna illa infligi non poſſit ob defectum cognitionis: attamen peccator eam incidet in conſcientia, ſi nō/ vt debet, confiteatur: ſicut excōmunicationem poteſt quis in conſcientia incidere, ob peccatum de quo eccleſia non habet, nec habere poteſt cognitionem. ¶ Contra' ſtat ratio, quia hæc pœna, ſcilicet vt viuens arceatur ab eccleſia, & moriens careat eccleſiaſtica ſepultura, non eſt de his, quas delinquentes in conſcientia eo ipſo incurrunt, quales ſunt, quæ abſolute in eorum ſunt poteſtate, de facto eas ſubire vel non, vt patet de ſuſpenſione, excommunicatione, irregularitate &c. Hæc autem pœna talis eſt, quam alii debent infligere contra delinquentem inuitum, hoc eſt, illum viuum ab eccleſia arcere: & mortuum ad eccleſiaſticam ſepulturam non admittere. Itaqᶻ concludunt illā pœnam non contra non confitentes ſemel in anno eſſe impoſitam; ſed contra eos, qui Euchariſtiam tempore paſchæ non ſuſcipiunt. De hoc enim bene poteſt eccleſiæ cōſtare. Et quod ibidem de confeſſione præmiſſum eſt, dicunt exhortatorie eſſe poſitum, vt q' cōmunicaturi ſunt in paſchate, per confeſſionem prę-uiam diſponantur. Temperatius loquitur Thomas, qui in. 4. diſtinct. 17. q̄ſt. 1. tenet, confeſſionem non per ſe iuberi ab eccleſia, niſi per accidēs, ratione ſcilicet Euchariſtiæ, quam omnes fideles in paſchate tenentur accipere, ante quam neceſſe eſt confiteri &c.

¶ CONTRA tamen eſt cōmunis theologorum & iuriſtarum cōcors ſententia, qᵖ illud ſtatutum eſt obligatorium ad confeſſionem & Euchariſtiam ſumendum. Contra etiam eſt totius eccleſiæ conſuetudo, quæ ex vi illius ſtatuti id habet in conſuetudine, vt omnis peccator ſemel in anno confiteatur, quæ quidem eſt optima legum interpres. Vnde & prælati in ſuis diœceſibus ſcientes quis non fuerit illo anno confeſſus, eum non ſolum pœna pecuniaria puniunt, ſed etiam excōmunicatione feriunt. Contra etiam eſt ratio, quia ſi non eſſet illic ſtatuta confeſſio ſemel in anno, niſi ad hunc finem, vt ſcilicet qui communicaturus eſt, ſe melius diſponat: tunc ſequitur quod prius, ſ. qᵖ ſi quis impeditus ſit, ne commode valeat in paſchate cōmu

nicare, q̄ non teneretur confiteri, quod est falsū. ¶ Quod etiā in suæ assertionis fundamento citant, nullum illic poni verbum præceptiuum, non suffragatur eisdem, quia & si formaliter nullum ex dictis ponatur, ponitur tamen illud verbum confiteatur, quod imperandi verbum est. Consuetudo etiam, quæ optima legum interpres est, simul cum doctoribus, præcepti ue statutum esse tradunt. Sed quod de pœna illic appositā dicunt, apparentiam habet: quāq̄ dicere, q̄ non potest ecclesiæ constare de omissione confessionis, nō omnino verum est: quia posset cōstare, q̄ peccator aliquis publicus non se sacerdoti suo præsentauit. Posset etiam constare, q̄ non sit plene confessus per propriā ipsius confessionem. Posset etiam constare per testimonium sacerdotis, qui absolutionē forte ei denegauit, videns eum nō integre confiteri. Adde, q̄ pœna illa videtur super totum statutū cadere, & nō solum super partem: quia statutum de cōfessione & Eucharistia, non ponitur copulatiue, sed cathegorice. Non enim dicit/suscipiatq̄ &c. Sed suscipiens reuerenter Eucharistiā &c. ¶ Aliā possent pro se rationem facere, quia ecclesiæ præceptum ad interiora cordis non se extendit, ad quæ tamen se extendit illud statutum ecclesiæ: igitur exhortatorium est, non præceptoriū. Verum ad hoc duplex patet responsio, Altera, q̄ non est certum, quod illi pro certo supponunt, q̄ ecclesia ad interiora non habeat potestatem, maxime cum hic non interiora iubeantur, sed exterior confessio. Secunda est, q̄ hic ecclesia non iubet confessionem simpliciter, sed determinat tēpus, in quo iubet id compleri, quod Deus suis fidelibus sine temporis determinatione præcepit.

PRAESVPPOSITO ergo q̄ præfatū statutum obligatorium sit, esset dubium, an peccator illi satisfaciat, si quacunq̄ parte anni confiteatur, etiā si in quadragesima non confiteatur. Respon. Si fetus in solo iure apparet, q̄ quacunq̄ parte anni confiteatur quis, satisfacit præcepto ecclesiæ: quādoquidem in ipso statuto nulla certa pars anni pro confessione designatur, sicut pro Eucharistia: maxime cum de confessione ibidem præcipiatur, q̄ quilibet, saltē semel in anno &c. In quo dicens/ saltem semel/videtur, non tradi præceptū de confitendo determinate in quadragesima, sed per totum annum. Ita tenet Baptista, confessio. 2. §. 4. Si autem stemus consuetudini & cōmuni hominum intelligentiæ vel opinioni, similiter & statutis quibusdam specialibus pœnas contra non confitentes statuentibus, apparet præceptum hoc obligare ad confessionem in quadragesima. Qui enim tunc non confitentur, se præuaricatores esse putant: & vt tales, pœna pecuniaria puniri solent. Et cum ratis imponitur necessitas tradendi prælatis in matriculis eos, qui i quadragesima vnius cuiusq̄ anni fuerint/aut nō fuerint confessi. Itaq̄ consuetudo interpretatur statutum, quantum ad tempus. Ideo tenet Thomas in. 4. distin. 17. q. 3. ad primum. artic. 4. dicens, idem tempus simul est ab ecclesia institutum pro confessione & Eucharistia, excepto, q̄ confessio debet præcedere. De quo supra.

¶ SED an qui in quadragesima omisit confiteri, teneatur ea transacta, q̄ primum poterit, confiteri: an possit sine nouo peccato confessionem vsq̄ ad aliam quadragesimam differre. Florentinus dixit, q̄ transacto tempore anni, non tenetur de necessitate ante aliam quadragesimam confiteri, secus de congruitate. Idem dicit de eo, qui omisit sumere Eucharistiam in paschate. Cum eodem tenet Baptista verbo communicare &c. Mouentur ad id a simili de aliis præceptis ecclesiæ, vt de ieiunio, & de horis dicendis. Si quis omittat ieiunare vigiliam alicuius sancti, vel quadragesimam, non tenetur postea defectum per simile ieiunium supplere. Et si omittat horas canonicas vnius sancti, elapso die, non tenet eas postea dicere. Igitur qui in tempore debito omisit confiteri, aut Eucharistiam suscipere, non tenetur postea defectum supplere, anteq̄ simile tempus anni sequentis aduenīat. ¶ Potest id confirmari, si quis in periculo mortis existēs, siue ratione belli, siue infirmitatis, siue tēpestatis &c. nō confiteatur, vt debet. & post ab illo periculo liberet, nō tenet illico q̄ liberatus est,

tus est, confiteri loco/ aut vice confessionis omisse: igitur nec in presenti casu. ¶ Preterea si clericus curatus aut capellanus est specialiter obligatus ad celebrandum in certo loco/ vel capella certis diebus, & illis diebus non potest in destinato loco celebrare: quia forte ecclesia est violata/ aut aliter impedita, talis non tenetur in alio loco non sic sacro celebrare, loco missæ, quę in destinato loco non celebratur, excepto ni si voluntas institutoris alia fuerit &c. Igitur etiam in prȩsenti casu.

¶ MIHI tamen non omnino certa videtur huiusmodi responsio, in eo, q̃ idem volunt esse iudicium de ieiunio & horis dicendis, & de cõfessione, & Eucharistia &c. Nam non tam verba præcepti videntur attendenda, q̃ præcipientis intentio. Et quia, vt communiter tenetur, intentio ecclesiæ ieiunium certis diebus præcipientis est præcipue ad honorem sancti alicuius habere respectum, quem taliter, & tali die voluit colere, habito præcipue respectu ad tempus tale determinatum: ideo elapso illo tempore; non est necessarium alio die sanctum illum illo modo colere, quo statutum erat suo die esse colendum. Idem dico de horis dicendis talibus, & tali die: quia præcipue habetur respectus ad diem certum: si tunc horæ non dicantur, non est necessarium postea easdem redicere, quandoquidem intentio ecclesiæ ad huiusmodi obligantis, præcipue tendebat in tempus & diem: quo elapso, non est intentio eius ad eadem obligare. Secus in aliis præceptis & statutis, in quibus non tam habetur respectus ad tempus determinatum, q̃ ad salutem & bene esse fidelium, vt in præcepto de confitendo semel in anno, in quo non intendit ecclesia tempus alicui sancto/ vel sacro mysterio specialiter dedicatum celebrare. Quod patet in eo, q̃ nullum certum tempus ad confitendum præfixit: sed semel in anno, dixit confessionem agendam esse, volens occurrere negligentiæ humanæ/ de confitendo. Nam si hominibus relinqueretur libertum confiteri quando velint, vix confiterentur homines/ nisi in articulo mortis. Daretur etiam eis occasio, multa peccata oblitioni tradendi. Id ergo intendit ecclesia cum precipit, q̃ semel in anno fiat confessio, scilicet q̃ non vltra annum protendatur seu differatur, vt dicit Thomas in. 4. ideo dixit/ saltem semel. Ac proinde elapso anno, necesse est, hominem cõfiteri q̃ primum potest, vt se ecclesiæ intentioni conformet. ¶ In præcepto vero de Eucharistia sumenda, aliud videtur: quia ecclesia in illo videtur principaliter habere respectum ad tempus paschæ, cum ipsum specialiter commemoret, & intendit dominicam cœnam, quam Christus cum discipulis habuit, celebrare, aut illam, quam cũ eisdem in regno suo facturus erat, hoc est, post q̃ esset resuscitatus, & deuicto hoste, gloriose triumphans. de qua dixerat. Amodo non bibam de hoc genimine vitis, quousq̃ bibam illud vobiscum in regno meo &c. Et ideo elapso tempore paschæ, non ita videtur manere obligatio ad cõmunicandum, saltem ex vi statuti præfati, nisi aliud exigat statutum aliquod particulare/ aut consuetudo. Idem etiam videtur de capellano, qui ex institutione fundatoris tenebatur pro defunctis certas missas in sua capella dicere, cum principalius intenderit missarum fructum sibi & suis defunctis applicari, q̃ loci venerationem: ideo capella impedita, tenebitur alibi missas illas dicere, sicut elapsis diebus in quibus capellanus celebrare tenebat, & omisit, tenetur postea totidem dicere, ne dotator defraudetur. Idem videtur de curato, qui si in sua ecclesia, quia destructa/ vel impedita est, missam celebrare non potest, diebus quibus populus missam audire tenetur, debet eam in alio loco commodo celebrare, ne populus, a quo debitum accipit stipendium, suo fructu spirituali defraudetur. Itaq̃ in similibus statutis, aut obligationibus, in quibus principaliter habetur respectus ad honorãdum locum/ vel tempus/ seu sanctum/ aut mysterium aliquod tali loco aut tempore celebrandũ: tunc extra locũ & tempus signatum non currit obligatio. Secus si principalis intentio præcipientis fuit officium ipsum/ vel opus iniunctum facere: quia tunc si loco & tẽpore debitis non fuit factum, non cessat obligatio illud postmodum aut alibi supplendi. ¶ Aliud vero quod arguebatur de eo, qui cũ in periculo mortis esset constitutus cõfiteri neglexit, si a periculo liberet,

Matt. 26.

fateor q̄ non tenetur illico loco confessionis omissę cōfiteri. Ratio clara est, quia cessante periculo, cessat ratio, ob quam tenebatur confiteri, iuxta vulgare dictum, cessante causa, cessat effectus. cap. Cum infirmitas, de pœnitētiis & remissi. Non sic quādo elapsus est annus, in quo homo nō fuit confessus, imo quanto magis quis confessionem differt, tanto magis currit ratio statuti præfati: cum magis in damnū cedat peccatoris, & magis tradet obliuioni peccata cōmissa. Quorum vtriq; ecclesia voluit in prędata decretali occurrere.

¶ De modo secrete confitendi.

SOLET insup circa modū cōfitendi quæri, An sit licitū plures simul vni confiteri, & vnū pluribus, & an sit licitum confiteri per interpretē, & coram testibus aliis, & publice. Secundo, suppositō q̄ hæc licita sint, an sit necessarium sic confiteri, quando aliter confessio fieri non potest. Tertio, an in huiusmodi casib⁹ cōfessio facta sit sacramentalis, ita vt absolutio verum sit sacramentum, etiam si in scriptis fiat.

¶ RESPON. Ad primū visum est quibusdam dicere, q̄ non est licitum illo modo confiteri, eo q̄ per ecclesiam præceptū est, vt peccator solus / soli sacerdoti cōfitea tur. cap. Omnis vtriusq; sexus. Sed in casibus illis, in quibus plures interueniunt, non id seruatur, quod ecclesia iussit, & per consequens confessio facta vt dictū est, nec licita est, nec necessaria, nec vere sacramentalis, cum peccaminosa sit. Sic tenet Angelus verbo confessio. 1. §. 29.

¶ ALII autem dixerunt, licitā quidem esse huiusmodi confessionem, non tamen necessariam / nec sacramentalem, vt tenet Scotus. in. 4. distinct. 17. Q̄ enim licita sit, ideo est, quia quod dictum est, peccatorem solum soli sacerdoti debere confiteri, in fauorē ipsius peccatoris ita institutū est, non iussum: potest autem peccator huic iuri cedere, si velit: maxime si causa rationabilis subsit, Q̄ autem necessaria non sit, satis patet, si peccator nolit præfato iuri cedere. Q̄ vero sacramentalis nō sit, ideo est, vt dicunt: quia confessio sacramentalis a natura debet esse secreta, qualis nō est ea, de qua quæritur: sed patula, & per testes / aut scriptum in foro humano probabilis, vt constat.

¶ ALIIS vero aliter visum est, q̄ licita / & necessaria / & sacramētalis sit prędata confessio. De licentia patet, ob rationē factam. Quod autem necessaria sit, si aliter fieri secrete non potest, probant multipliciter. Primo, quia absolutio sacramentalis a sacerdote impensa, est peccatori ad ei⁹ salutē necessaria, quia sine ea / deus peccata non remittit, iuxta dictum sępe citatum Ioannis. 20, igitur necessarium est, per media alioqui licita illā procurare: cum ergo in casu præsenti confessio non omnino secreta licita sit, igitur necessarium erit sic confiteri ad finem assequendi præfatam absolutionem.

¶ CONFIRMATVR a simili de baptismo, quem cum sit ad salutem necessarius, tenetur homo procurare suscipere per media alioqui licita, alias videretur propriam salutem negligere.

¶ CONFIRMATVR iterum, quia si potest per media licita præfatam absolutionem obtinere, & non vult, maxime ne per illa media infametur, per quæ eius peccata possunt in multorum notitiā deuenire (nō enim est aliud damnum, quod inde timeri possit) sed qui ob seruandam famam in casu nō vult confiteri, & ex consequenti nec absolui, videtur famam proprię saluti animę præferre, quod est ordini charitatis contradicere.

¶ CONFIRMATVR vltimo, quia si in casu negligeret confiteri, cum non aliter possit, exponeret se periculo damnationis, eo q̄ non confessus non potest ita certus esse, q̄ sit in statu gratiæ / sicut confessus & absolutus: igitur ad vitandum huiusmodi periculum, videtur necessitatus confiteri, eo modo, quo potest. Hæ tamen rationes, præsupponunt in casu præfatam confessionem sacramentalem esse, & apparet ita esse: quia absolutio publice aut secrete impensa, sacramentalis est. Sacramentum enim non variatur per hoc, q̄ publice vel occulte ministretur.

¶ ALITER tamen videtur dicendum. Et sit primum dictum, q̄ licitum est peccatori

catori pluribus ſimul ſacerdotibus cõfiteri cũ ſpe venię. Probatur ex ſentẽtia Auguſtini.ca. Quẽ pœnitet. de pœnitẽtia.diſtin. 1.dicentis, Quanto quis pluribus confeſſus fuerit in ſpe venię, facili⁹ remiſſionem aſſequetur. Idem etiam patet ex cõſuetudine laudabili, in quibuſdã religionib⁹ obſeruata & practicata: qua ſcilicet ſimul qs cõfitetur priori prędicatorũ/& carmelitarum/& guardiano minorũ, vt refert Palude in ſuo.4. Idẽ Ricardus, & poſt eũ Baptiſta.confeſſio.1.§.10.non ſolum in neceſſitate, ſed extra. Deinde ſi aliquid obſtaret, quomin⁹ id fieri poſſet: maxime fama pœnitentis, quę per hoc exponitur periculo pereundi. Verum hoc non obſtat, tũ quia omnes illi tenẽtur ſigillatã habere cõfeſſionem illã/ac ſi vnicuiq; eorum ſeorſum facta eſſet. Tum etiã, quia ſtat peccata illius peccatoris eſſe alioquĩ publica, quę quidẽ ipſe poteſt in foro cõtentioſo publice confiteri: igitur a fortiori id poteſt occulte pluribus ſacerdotibus. Deinde modus ille ſecretus in fauorem peccatorum fuit inſtitutus, cui ipſe peccator cedere poteſt, ſi nõ aliud maius dãnum inde timeatur. Idem tenet Adria.in.4. Et Ioan.andre. & poſt eũ Baptiſta.confeſſio.1.§.11.

¶SECVNDVM dictũ, Talis confeſſio ẽ ſacramẽtalis, & erit valida abſolutio ſecluſo obice &c. Ratio, qa Auguſtinus vbi ſupra de ſacramentali confeſſione loquit̃, & abſolutio impenſa ab illis pluribus religioſis in ſupra narrato caſu/etiã fuit ſemp ſacramentalis reputata. Tum etiã, ſi plures ſacerdotes poſſunt ſimul eãdem hoſtiam conſecrare, vt certum eſt, quare igitur nõ poterunt ſimul eundẽ peccatorẽ abſoluere? Deinde cõfeſſio per interpretẽ facta, aut aliquo tertio aſſiſtẽte, ſciẽte/vel neſciẽte ipo cõfitente, ex ſentẽtia oĩm ſacramẽtalis eſt, etiã ſi ſecretiſſime nõ fiat: igit̃, q cõfeſſio fiat pluri⁹/aut corã multis, non impedit veritatem abſolutionis ſubſequentis. Nec obſtat, q forus pœnitentię debet eſſe ſecretiſſimus, nam hoc non variat eſſentiam ſacramẽti, quod in abſolutione cõſiſtit. Nec etiam in vim precepti dictum eſt, q ſolus ſoli quis confiteatur, ſed per viam cuiuſdã modificationis precepti, ſine qua, noluit eccleſia peccatorem ad cõfitendum obligare, vt tenetur communiter.

¶TERTIVM dictum. Si peccator habeat copiam cõfeſſoris idonei, quãdo cõfiteri teneẽ/& poteſt voce peccata ſua preſentialiter cõfiteri, non eſt illi licitũ per internunciũ/aut per ſcripturã abſenti confiteri. Id patet, tum ex eo quod Chriſtus figuraliter id ꝑcepit, quando leproſis iuſſit, vt ſacerdotibus ſeipſos perſonaliter preſentarent. Tũ etiam ex cap. Quẽ pœnitet. ſupra citato, vbi dicit non per ſcripturã, nec per internunciũ confitendũ eſſe: ac proinde in hoc caſu nõ erit valida confeſſio/ nec abſolutio ſic impenſa, ſaltem propter obicem peccati, quem ponit is, qui illo modo abſq; cauſa aliqua excuſante cõfitetur. Luc.17.

¶QVARTVM dictum. Si peccator non poteſt confeſſorem adire, nec eũ ad ſe accerſere, probabile eſt poſſe per internũcium & per literas abſenti confiteri, & ab eodem per literas ſacramẽtaliter abſolui, vt tenet Adrian⁹, & Palude. Et de cõfeſſione quidẽ no dubitatur. Pro quo facit. cap. Qualis. 30.q.5. vbi dicitur, q pœnitẽtia in ſcriptis eſt admittenda. De abſolutione tũ probatur q poſſit in abſentia impendi: qa ſi aliquid obſtaret, eſſet, quia huiſmodi ſacramentum cõſiſtit in voce/ nõ in ſcripto: aut qa abſolutio huiuſmodi requirit preſentiã abſoluti, iuxta tenorẽ formę, in qua dicit̃/abſoluo te/per quã preſentia corporalis abſoluti notatur: aut preceptũ Chriſti de ſe preſentando ſacerdoti. Sed nil horum obſtare videtur. Q; enim ſit de neceſſitate abſolutionis ſacramẽtalis q voce fiat non ſcripto, non ita certũ eſt, vt putat Caietanus, Nec illam formã vocalẽ eſſe debere, declaratũ eſt. Abſolutio enim ſentẽtia q̃dã eſt, in foro illo data: de eſſentia autẽ ſententię non eſt, q vocalis ſit, cũ videamus eam ſæpe in ſcriptis dari, ſiue ſit ſententia excõmunicationis vel abſolutionis ab eadẽ/ſiue alia. Nec refert forũ eſſe diuerſum, qa q feratur ſententia ſecrete/vel publice, nõ variat eſſentiam ſententię. Adde, q & ſi cõfeſſor abſens ſit, poteſt abſentẽ voce abſoluere, & abſolutionẽ ſcriptis mandare. Nec videt̃ ad eſſentiã abſolutionis requiri preſentiã abſoluti, nec illa forma/ Abſoluo te a peccatis. &c. videtur preciſa forma huius ſacramẽti, nec in concilio Florẽtino declaratur tanq; preciſa forma: nã vt ait Sco.põt ſub aliis verbis abſolutio tradi, ſcilicet, ſit

Petrus absoluit, vel absoluo Petrū a peccatis suis. &c. Sicut de baptismo dicit, q forma illa, qua Greci vtunt, valida est, scilicet. Baptizet seruus Christi. Nec etiam ex dicto Christi, vnde colligitur huius sacramēti institutio, colligit, q absolutio fieri debeat voce/non in scripto, aut q impēdat presenti nō absenti, vbi dictū est, quorū remiseritis peccata, remittentur. &c. Sic etiam Papa absentes plene absoluit, quando plenas indulgētias illis condedit, & absolutio huiusmodi in scriptis data, valet.

Q autem Christus preceperit leprosis, q se personaliter sacerdotibus præsentarēt, non obstat, quia ex illo colligitur preceptū esse peccatoribus se presentare sacerdoti, sed quando possunt. Nō enim preceptum ad impossibile obligat, igitur quādo non possunt, nil videtur obstare, quominus per scriptū se sacerdoti presentent.

¶ QVINTVM dictum. Et si licitū sit his modis cōfiteri, in quib? solus soli quis voce cōfiteatur, nō tū est necessariū, quia, vt supra tactū est, nec est intētio dei/nec ecclesie, vt peccator teneatur cōfiteri eo modo, quo possit infamari, qualiter potest, si p interpetem/vel nuncīū/vel scriptū/ vel pluribus simul cōfiteatur. Ideo ecclesia preceptum modificans ait, q solus soli cōfiteat. Quod etiā supra ex intētiōe Chrysostomi probatum fuit, qui peccatori necessitatem confitendi significans ait. Nō dico tibi vt te prodas in publicum. Et iterum, Nō dico tibi vt peccata conseruo confitearis, vt tibi exprobret, sed soli dño volo te confiteri. Et est communis sententia doctorū.

¶ IAM respondet ad rationes, per quas probabatur id esse necessarium, quādo aliter peccator absolui a sacerdote nō potest. Ad primum dicendum, q si esset simpliciter necessaria absolutio sacerdotis ad salutē peccatoris, probaret ratio, q ex consequēti esset necessarium per media hec licita cā procurare. Attamē non ita est absolute necessaria, sed tunc tantum, quādo quis solus potest soli sacerdoti confiteri, nec aliter intēdit deus peccatorē obligare, vt dictū est.

¶ AD cōfirmationē primam de baptismo, dicendū non esse simile: qa baptismus datus est tanq̄ absolute necessarius, & non cum modo simili, cum quo iussa est confessio, & non alias.

¶ AD secundā confirmationem dicendū, q ratio quare non est necessarium sic confiteri, est q̄ dicta est, scilicet, q nec Deus/ nec ecclesia obligat quenq̄ ad confessionē, nisi solius soli: quanq̄ ratio quare non aliter quenq̄ obligauerit, est ne peccatores metu infamie desinant confiteri.

¶ AD tertiam confirmationem respon. q si nō posset aliquis debitam certitudinem sui status habere nisi per confessionē & absolutionē, & per eam posset habere, fateor q esset necessariū sic confiteri, ob periculū vitandum. Attamē cum huiusmodi certitudo non sit euidētiæ, sed probabilis coniecturę, hæc autem haberi potest per solam contritionem/sine huiusmodi non secreta confessione, igitur defectus certitudinis non inducit necessitatem confitendi, non seruato modo secreto.

¶ VERVM contra id quod dictum est, modum scilicet secrete cōfitendi non cadere sub præcepto, obiiciet quis decretalem sixti quarti, in qua condēnauit errores magistri Oxomensis/& sociorum eius, inter quos hic erat vnus, scilicet, nō exigi de necessitate confessionem secretam. Nec valet si dicatur id de confessione peccatorū mētalium intelligi, quę peccata dicebant illi non esse de necessitate confitenda. Non, inquā, valet: quia in eadem decretali etiā est damnatus ille articulus, scilicet, pro peccatis cordis non esse necessariam vocalē confessionem, post quem articulum condemnatum apponitur hic præsens, scilicet, nō de necessitate exigi cōfessionem secretam: igitur non solūm confessio, sed modus cōfitēdi secrete, cadit sub præcepto diuino, quia sic videtur decretalis pcedere. Respon. Ita est, diuersos esse articulos p̄fatos ibidē damnatos: sed potest multipliciter responderi. Primo enim intētio potius q̄ verba decretalis attendenda est. Id enim intendit papa illic damnare, quod illi magistri Salmanticen. affirmabant. Illi autem asserebant, non necessario exigi cōfessionem secretam, id est, de peccatis secretis. Nam illi ibidem condemnati: tenebant confessionem hanc vocalē non esse de iure diuino/ sed humano ecclesiastico: & quia ecclesia in secretis intromittere se nō potest ea precipiendo, cū huiusmodi occulta ad diuinū iudicium sint reseruata: ideo dicebant nō

esse

esse de precepto confessionem secretam, id est, quæ de secretis fit. Sunt autem secreta hominis peccata duplicia, scilicet cordis/& operis. Et in altero articulo asserebant peccata cordis non esse de necessitate confitenda: cum per solam interiorē pœnitētiam remittātur. In hoc autē articulo asserebant non esse necessarium secreta cōfiteri, etiā si exteriora sint. Vnde patet saluari diuersitatem articulorum. Hanc ego intelligentiam collegi ex concilio ipso cōpluten. in quo primitus illi errores fuerūt damnati, & eorum damnatio postea fuit per papam Sixtum confirmata.

¶ OBIICIES secūdo sententiam cōmunē doctorum, qui inter conditiones sedecim, quas debet habere confessio, quasdam earum dicunt de necessitate exigi, & inter eas cōnumerant hanc, scilicet, q̄ sit secreta, non publica. Respon. Ideo dicūt, debere esse secretā, quia debet fieri de peccatis omnino secretis, quę non cōuenit in publicum deducere, ne confessio tam salutaris, in infamiam cedat confitētis, vnde odiosa hominibus redderet. Et ita significat doctor sanctus in. 4. quando ait debere esse secretam, quia scilicet de peccatis secretis fit, quæ si publice dicerentur, ridiculosa esset/ & infamatoria ipsius peccatoris, & ita peccaminosa. Attamen in casu, quo qs non publice/ sed occulte duobus sacerdotibus/ aut tribus simul cōfitetur, satisfacit, cū satis secrete fiat illa confessio, quæ non potest in infamiam cedere cōfitentis: cum omnes illi teneātur eam sigillatam habere. Et ita in hoc sensu etiā potest decretalis præfata intelligi, scilicet q̄ exigit̄ necessario cōfessio secreta, vt opponitur contra publicā, quādo de secretis fit.

¶ OBIICIES tertio, quia de iure diuino est necessaria confessio, & non est necessaria publica, igitur restat q̄ sit necessaria secreta: & ita modus cōfitēdi cadit sub precepto Dei, sicut ipsa confessio. Respō. vt ex dictis patet, de necessitate exigitur cōfessio secreta/ ad hunc sensum, scilicet, q̄ habita opportunitate modi secreti, necessario exigitur confessio, qualiter non exigitur, quādo non potest cum modo illo fieri. Et erit hic tertius sensus prefatę decretalis. Vnde qđ deus precepit, hoc est, q̄ confiteamur omnia peccata vni sacerdoti, & hoc est, secrete confiteri, id est, vni: quia non obligat nos vt pluribꝰ, sed vt vni cōfiteamur. Ac pinde, si quis vni corā aliis confiteatur, satisfacit præcepto abundanter, quia soluit plusq̄ debet. Sicut qui tenetur dare eleemosynam pauperi, non tenetur nisi eā, quę sufficiens est, id est panē: si tamen dat panem & carnem, soluit abundanter. Et cui iniungitur, q̄ det eleemosynā vni pauperi, & dat multis, soluit abundanter. Et cui iniungitur vt ieiunet vna feria sexta, & ieiunat quatuor, satisfacit abūdanter. Ex dictis elicit̄, q̄ stat q̄ confessio cum modo cadat sub præcepto, quando scilicet est peccator ī articulo necessitatis, & habet solum sacerdotem. Stat q̄ confessio cadat sub præcepto/ & non modus, vt si potest confiteri solus soli sacerdoti, cū tamē alii assint, tenetur confiteri, sed non tenetur seruare modum/ si nolit, modo infamiam & scādalum euitet. Datur etiam casus, in quo nec cōfessio/ nec modus cadat sub precepto, vt si sit tēpore aut loco, quādo non potest confiteri, nisi alii audiant.

¶ De cōfessione sine pœnitētia cordis facta.

ALIVD dubiū, An satisfaciat quis precepto ecclesiæ de confitendo, si omnia sua peccata suo sacerdoti confiteatur sine pœnitētia cordis. Dixit Adrianꝰ tria. primum est, si confiteatur omnia peccata suo sacerdoti sine pœnitētia cordis cū animo suscipiēdi absolutionē sacramentalē, q̄ talis non satisfacit precepto ecclesiæ de confitendo. Ratio eius est: quia nemo potest satisfacere precepto alicui per actum peccaminosum, eo q̄ sub precepto actus peccaminosus cadere non potest. Nunq̄ enim Deus/ aut ecclesia præcipit actum illicitū seu peccaminosum. Cū igitur in casu præfata confessio sine cordis pœnitentia, sed cum animo assequendi absolutionem sacramentalem facta sit vitiosa & peccatum, cum sacramentalis absolutio sine cordis pœnitentia licite recipi non possit, sequitur intentum. ¶ Secundo dixit, q̄ si peccator suo sacerdoti integre omnia sua pecata sine pœnitentia cordis confitea tur, non cum animo assequendi sacramē-

talem absolutionem a sacerdote: tunc satisfacit præcepto ecclesiæ de confitendo. Ratio, quia ecclesia in præfato capit. Omnis vtriusq; sexus, nō obligat peccatorem ad interiorem contritionem, sed ad confessionem solum vocalem integrā: igitur cum in casu huius dicti peccator integrā faciat confessionem, quę peccaminosa non est sicut prius, sequitur q̄ satisfacit præcepto ecclesię de confitendo. Confessio enim non ex hoc vitiatur, q̄ sine pœnitentia cordis fit, sed vel quia dimidiatur scienter, quod est contra præceptum: vel quia fit animo absolutionis sacramentalis recipiendæ, quæ sine cordis pœnitentia recipi non potest: vel ob aliam circunstantiam depravātem, quæ omnia pono in casu cessare. ¶ Dicit tertio, q̄ si peccator velit omīa peccata confiteri, & ita faciat, idq; velit vno actu volūtatis, & velit simul per alium actum voluntatis absolui sacramentaliter, non habendo pœnitentiā cordis: tunc quidem q̄uis peccet per secundam volūtatem qua vult absolui, non habens pœnitētiam cordis, non tamen peccat per primam volūtatē, qua vult omnia peccata confiteri sine pœnitentia cordis: & tunc etiam satisfacit præcepto ecclesię de cōfitendo. Ratio, quia peccator satisfacit præcepto, quando per actū licitum & non peccaminosum facit quod sibi præceptum est: sic autem est in proposito, igitur.

¶ IN oppositum videtur contra primū dictum, in eo, q̄ supponit neminem satisfacere præcepto per actū peccaminosum. Quod videtur falsum, vt patet de eo, qui ponens obicem peccati mortalis, vult sacramentum baptismi recipere, & realiter cum eodem obice illud recipit, talis satisfacit præcepto de recipiendo baptismū: cū maneat in posterū deobligatus a recipiendo baptismum. Et dicere contrarium, est erroneum. Similiter patet de eo, qui restituit debitum creditori, appositā mala circunstantia depravante ipsum actum restitutionis, talis satisfacit præcepto de restituendo quod debebat: cū maneat liber ab eodem debito, & tamē actus restitutiōis per eum factę est peccaminosus. Similiter patet de eo, qui dat eleemosynā pauperi egestate laborāti, & eam dat in publico, quęrens inde humanā gloriam: talis satisfacit præcepto de succurrēdo pauperi, & tamen actus ille peccaminosus est, ob depravantē circunstantiam. Ad hunc modum de aliis. Itaq; hęc positio in hoc videtur deficere, q̄ putat sub præcepto cadere non solum opus quod præcipitur, sed qualitatē operis. s. vt bene fiat, aut saltem nō male: cuius oppositum videtur esse tenendū vt in plurimum. Q̄uis in nōnullis præceptis obseruandis, necessarium est, nō solum opus facere, sed bene illud facere, si homo vult pctūm vitare. Quod maxime veritatē habet in præceptis de suscipiendo aliquod sacramentum, cui, s. sua reuerentia debetur: nec licite potest recipi cum pctō, cum id esset obicem spiritui sancto ponere. In reliquis tamen potest quis per opus peccaminosum satisfacere præcepto, satisfactione a debito liberante, quāuis non satisfactione reconciliante. ¶ Si quis obiciat regulam iuris, Qui ex timore facit præceptū, aliter q̄ debet, facit, & propterea nō facit. Et ita qui male/ aut cū quacunq; alia circunstantia depravāte facit præceptū, aliter q̄ debet, facit, & ex consequenti nō facit. Respon. regulam procedere de obseruantia præcepti nō solum quo ad substantiā præcepti, sed quo ad intentionem præcipientis. Secus si ad solam substantiā præcepti habeatur respectus.

¶ CONTRA secundum etiam videtur q̄ non satisfaciat præcepto ecclesiæ de confitendo in casu eiusdem secūdi dicti. Nam hoc secundum dictum præsupponit, q̄ ecclesia in præfato statuto non obliget nisi ad solam confessionem, & non ad absolutionem, nec ad pœnitentiam cordis, quod tamen falsum esse videtur. Quia ecclesia in præfato statuto non obligat quenq̄ directe ad integre confitendum: nam cum integra confessio se extendat ad occultissima cordis pctā, ad quæ tamen ecclesiæ potestas non se extendit, ex multorum probabili sententia: sequitur q̄ ecclesia non obligat directe ad confessionem integram, de qua procedit statutum, sed obligat solum reflexe, sic. s. quia Deus iussit confessionē, quatenus valet ad remissiōem peccatorū, vt patet Ioan. 20. & tamen nō præfixit tempus certū in quo fieri deberet, relinquens ecclesię disponēdum de tempore, quo expediret. Ideo ecclesia statuit, vt illam confessionem

fessionẽm, ad quam fideles iure diuino tenentur, certo tempore faciant, puta semel in anno. Itaq; sub pręcepto huiusmodi ecclesiæ cadit adimplere cõfessionem a deo iussam. Cum ergo deus confessionem pręcipiens, obliget peccatorem ad vocalẽ cõfessionem sacramentalem ex cordis pœnitentia procedentem, eo q̃ licite sine pœnitentia cordis fieri non potest: sequitur eũ non satisfacere præcepto ecclesiæ de confitendo, qui non confitetur vt deus instituit & iussit, & ita intentum. ¶ Præterea, ecclesia non pręcipit confessionem qualẽcunq; sed sacramentalem, quæ est, quæ fit cũ spe venię, idest, cum spe assequendi absolutionem ab ecclesia, & per consequens a deo. Ad hoc enim p̃cipitur, vt peccator a peccatis absoluatur, & vt per huiusmodi confessionem peccator ad reuerenter suscipiẽdum eucharistiam tempore Paschæ præparet, vt dicit Tho. & ceteri doctores. Per solam autem confessionem, non sufficienter pręparatur homo ad eucharistiam, nisi sacramentum absolutionis suscipiat. Igitur qui solum cõfitetur/etiam integre/nõ ad finem assequẽdi huiusmodi absolutionem, non satisfacit pręcepto ecclesię de cõfitendo. ¶ Deinde si ita esset, sequitur q̃ peccator omnia sua peccata/ suo sacerdoti confitens/etiam non obtenta absolutione, q̃ non teneretur eadem peccata rursus confiteri, quod suppono falsum/ cum sit illi necessarium a sacerdote absolui, nec absolui potest, nisi confessione pręuia. Et sequela patet, quia qui semel pręcepto de cõfitendo satisfecit, nõ tenetur postmodum eodem debito. ¶ Si quis obiiciat. Esto finis ecclesiæ confessionem pręcipientis sit, vt peccator a sacerdote absoluatur: cum intentio pręcipientis non cadat sub præcepto, sequitur peccatorem satisfacere præcepto ecclesię, etiam si intentioni ecclesiæ non se conformet. Respon. Duplex est intẽtio præcipientis, quædam finalis, & quædã obiectiua. Et licet prima non cadat sub præcepto, bene tamen secunda. In pręsentiuero, intentio ecclesiæ intendentis q̃ peccator a sacerdote absoluatur, obiectiua est potius q̃ finalis, vt patet ex dictis, quoniã ecclesiæ præceptum de confitendo est reflexiuum, quo præcipit, vt diuinum pręceptum de confitendo semel in anno cõpleatur, præceptum autem diuinum extenditur ad absolutionem sacramentalem vt constat, igitur. ¶ Obiiciet aliquis secundo, q̃ absolutio a peccatis non iniungitur ab ecclesia peccatori in vim præcepti, sed sola confessio. Probatur, quia si quis habet casus reseruatos, a quibus curatus eum absoluere non potest, si suo curato omnia sua peccata in quadragesima cõfiteatur, satisfacit præcepto de semel in anno, etiam si non absoluatur, igitur. Respõ. Tenetur peccator ex statuto ecclesiæ taliter suo sacerdoti confiteri, vt per eum non stet, quominus absoluatur. Et ita, si omnia curato confitetur: & curatus vel nõ potest/vel non vult eum absoluere, iam non stat per eum, quominus tunc absoluatur a curato, & satisfacit p̃cepto, eo modo, quo potest. Manet tamen in eo obligatio procurandi absolutionem ab eo, qui possit/ & velit eum absoluere, pro tunc tamen proderit illi confessio ad vitãdum nouam culpam, quam incideret, si nõ esset integre cõfessus. ¶ Obiiciet tertio, q̃ ecclesia admittit confessionem peccatoris non vere pœnitentis, iuxta cap. Quod quidam, de pœnitentiis & remissionibus. de eo scilicet, qui cum confitetur, dicit se a criminibus abstinere non posse: igitur sine pœnitentia cordis per solam confessionem satisfacit quis præcepto ecclesiæ, Respon. cum Durãdo, q̃ ecclesia talium confessionem iubet admittere, non ad absoluendũ taliter cõfitentem, sed ad eum instruendum, & eidem salubriter cõsulendum, Nec inde sequitur, q̃ satisfacit homo ille p̃cepto de cõfitẽdo. ¶ AD tertium dictum etiam videtur, q̃ siue vnico actu velit confiteri & absolui/siue diuersis sine cordis pœnitentia, q̃ non satisfacit præcepto ecclesiæ. Tum, quia voluntas confitendi vt confitens absoluatur, non habita cordis pœnitentia, peccaminosa est, siue vnico actu tendat in confessionẽ simul & absolutionem, siue diuersis, vt satis de se constat. Tum etiam, quia sub præcepto ecclesiæ cadit, vt peccator sacramentum absolutionis & eucharistiæ semel in anno suscipiat: absolutionẽ autem non recipit, qui sine pœnitentia cordis cõfitetur. Quod inde patet, quia vere nemo a sacerdote absoluitur, qui a deo non absoluitur, iuxta dictum Christi, quorum remiseritis

peccata, &c. Sed in casu confitens ille nō absoluitur a deo cum pœnitentiam cordis nō habeat: igitur nec a sacerdote, & per consequens verum absolutionis sacramentum non recipit, & ita præcepto ecclesiæ non satisfacit, siue vnico, siue diuersis actibus voluntatis in confessionem & absolutionem tendat. ¶ Videtur ergo iuxta veriorē sententiam, ꝙ sine pœnitentia cordis non satisfacit, qui confitetur, etiam si integram faciat confessionem. Nec confessio illi proderit vt absolutus sit a deo nec ab ecclesia, cuius prosit, vt pœnam ecclesiasticā in prę fato statuto contentam euitet.

¶ De confessione

reiteranda ob defectum confitentis,

ALIA quęstio de confessione iterāda, quando scilicet est necessarium eam iterare. Respon. Regula est, quando peccator est sacramentaliter & vere a peccatis absolutus, non tenetur eadem ratione iuris cōmunis iterum confiteri. Si vero absolutio impensa fuit nulla, tunc est de necessitate iteranda confessio. Ratio primi est clara ex extrauagan. Inter cūctas, vt sæpe citatū est, vbi dicitur, Absurdum est eum qui se mel legitime absolutus est, eodem debito rursus teneri. Ratio secundi etiam est clara, quia peccator tenetur de iure diuino & humano procurare sibi veram absolutionē sacramentalem, nec eam obtinere potest, nisi præuia confessione: igitur interim ꝙ non est vere absolutus, tenetur cōfiteri ad veram absolutionem obtinēdum. ¶ Sed quæres, in quo scimus absolutionem esse inualidam? Respon. Q̄ redditur inualida dupliciter, vel ex parte confitentis, vel ex parte absoluentis. Primum fit, quoties confitens ponit obicem peccati ipsi absolutioni. Id autem cōtingit tripliciter. Primo, si existēte in eo excōmunicatione/petit absolui sacramentaliter. Secundo, si dimidiauit confessionem. Tertio, si careat debita cordis pœnitentia.

¶ De confessione

ab excōmunicato facta.

DE PRIMO dubitatur, an peccator excōmunicatus possit vere a peccatis absolui/ antequā ab excōmunicatione absoluatur. Et quidē si per ipsum stat, quominus ab excōmunicatione absoluatur, & petit prius a peccatis absolui, peccat recipiendo/aut intendendo recipere sacramētum, non prēmissa absolutione ab excommunicatione, cum possit, si velit, eā obtinere: & per consequens ponit obicem peccati, & ita absolui vere nō potest, & in hoc non est controuersia. ¶ Si vero per eū nō stat, quo minus a censura absoluatur, & accedit contritus & humilis, paratus, cum poterit, a censura absolui: tunc dixit Ricardus anglicus/ & quidam alii, quos etiā Angelus sequutus est verbo. cōfessio, §. §. 10, ꝙ potest absolui, & absolutio impensa a peccatis erit valida. Ratio, quia ille in casu dignus est, qui ab ecclesia absoluat, ex quo Deus eum absoluit, & eum sibi reconciliauit: non enim debet esse crudelior sponsa mater nostra/ quā sponsus: qualis esset, si in casu nollet, ꝙ illi beneficium absolutionis a sacerdote impendatur, qui apud Deum & Christum nosc̄itur absolutus. ¶ Deinde videretur ille rigor contra charitatem militare, si in casu, quo per eum non stat, quominus a censura absoluatur, absolutio sacramentalis illi denegetur. Cōtra regulam. quod pro charitate institutum est, cōtra charitatem militare non debet.

¶ E CONTRA vero dixerunt alii communiter, ꝙ talis etiam si per eum non stet, non potest a peccatis absolui. Ratio, quia non est capax alicuius sacramenti, durante excōmunicatiōe. Sicut dicit Adrianus. q. 1. de Matrimonio, ꝙ papa quando aliquem excōmunicat, facit eum materiam ineptā & incapacem sacramentorum.

¶ VERVM, salua pace, ambæ opiniones videntur deficere. Prima, in conclusione in se. Secunda, in fundamēto. Vnde cōtra primam, videtur, ꝙ non possit in casu vere absolui: quia omni excōmunicato interdicitur per ecclesiam ministratio & perceptio sacramentorum, durante excōmunicatione, vt patet per capit. Si celebret. de clerico excōmunicato vel suspenso &c. Et capit. Illud, ibidē. Et capi. A nobis. El. 2. de sentētia excōmunicatiōis. Vbi dicitur, ꝙ excōmu-

q excommunicatus reconciliari ecclesiæ non potest, nisi prius sit ab excommunicatione absolutus, etiam si apud deum sit reconciliatus. Pro quo etiã facit cap. Quicunq; 24. q. 1. vbi dicitur, q si se segregauit ab vnitate fidei & societatis Petri & Pauli, non potest a vinculis peccatorũ absolui. Quod licet de hæreticis formaliter procedat, etiam ob eandem rationẽ ad excommunicatos debet extendi, Cum igitur fidelis omnis teneatur ecclesiæ parere, iuxta præceptum euangelicum: sequitur q excommunicati, quantũuis contriti, tenentur sub pœna peccati mortalis a sacramẽtis ministrãdis & recipiẽdis abstinere, nisi articulus necessitatis ad aliud cõpellat.

¶ CONTRA secũdum modum in eo q ait, excommunicatum non esse capacẽ sacramentorum, si vt iacet accipiatur, falsum est: quia excommunicatus si durante excommunicatione contrahat matrimonium, verum est sacramentum, si suscipiat eucharistiam, verum percipit sacramẽtũ, si confirmetur vel ordinetur, vere erit cõfirmatus & ordinatus: ita, vt non opus sit, iterum confirmetur aut ordinetur. &c. Quamuis igitur excommunicatus nõ sit capax sacramentorum de iure seu licite/seu digne, bene tamen de facto.

¶ DICENDVM igitur distinguẽdo de confitente excommunicato, quia vel talis scit se excommunicatum esse, q q; non est ei licitum sacramenta suscipere anteq; ab excommunicatione absoluatur: aut id ignorat ignorantia lata & crassa, aut ignorãtia probabili seu inuincibili. Si primũ, scilicet q scienter confitetur Petens a peccatis absolui, peccat cõtra interdictum ecclesiæ, tũ ob textus supra citatos, tum etiã, quia non videtur hæc duo se compati, scilicet, q sit aliquis excommunicatus, & q durante excommunicatione possit licite & digne sacramenta sciẽter suscipere: cum nulla causa in casu videatur eum excusare. Excommunicatio enim, est extra communionem positio, maxime sacramẽtorum. Si vero talis laborat ignorantia crassa seu lata, similiter peccat, volens sacramentaliter absolui, quia ignorantia illa non excusat agentem a toto, & si culpam aliquantulum attenuet. Ac proinde in his casibus cũ peccet, ponit obicem absolutioni: ideo & si absoluatur, nõ valet absolutio, cum nec vere maneat absolutus. Si autẽ habet ignorantiam inuincibilem, qua putat licere sibi absolutionẽ sacramentalẽ accipere, etiã si a censura non sit absolutus: tunc videtur posse illum absolui, & tenebit absolutio a peccatis. Ratio, quia vtait Caietanus, illic est debita materia/debita forma/cum debita intentione/& non ponitur obex. igitur est vera absolutio sacramentalis: quãdoquidem per excommunicationem non redditur homo ille incapax sacramenti, sed solũ ei interdicitur, ne sacramenta recipiat/aut ministret. Et quamuis factum sit cõtra huiusmodi prohibitionem, non sequitur q non teneat: multa enim prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent. Inde patet, quę cõfessio facta ab excommunicato debeat iterari, & quæ non.

¶ SED contra primum membrum videtur currere ratio pro prima opinione facta, quia videtur crudelitatis esse/& contra charitatem/non impẽdere beneficium absolutionis sacramẽtalis excommunicato, per quem non stat, quominus a cẽsura absoluatur, cum dignus sit a deo absolui. &c. Respon. q nec crudelitatis est/neq; contra charitatẽ fratris id facere: imo sicut is qui homicidium/seu adulterium/aut aliud facinus capitale perpetrauit, eo ipso dignus est vita priuari, & iuste ea priuatur, esto q post facinus perpetratum per contritionẽ fuerit a deo veniam consequutus: ita & iuste ei beneficium absolutionis denegatur, qui excommunicari meruit, etiam si post delictum, per pœnitentiam sit deo reconciliatus. Non igitur crudelitas, sed iustitia est. Quod etiam contra charitatem non sit, patet, quia denegatio huius sacramenti bene se compatitur cum salute spirituali ipsius excommunicati, qui per solam cordis veram pœnitentiam potest se in statu gratiæ reponere, & ad eius salutem pertinet, durãte excommunicatione, a sacramentis abstinere, quib? se immiscere, suæ saluti præiudicaret.

¶ ET cum hæc vera sint, scilicet, excommunicatum non posse prius a peccatis q̃ ab excommunicatione absolui, quando peccator est extra articulũ necessitatis, aut quando commode potest, prius absolutio ab excommunicatione tradi, aut sine peri-

culo sacramẽtalis absolutio expectari, An etiam vera sint/quando si premitteret absolutio a cẽsura/esset probabile periculũ, q̃ pœnitens sine sacramẽtali absolutione decedet. Et dixit Adrianus, q̃ in tali casu potest sacerdos sic morientẽ a peccatis absoluere, non premissa absolutione ab excõmunicatione. Ratio, quia contra charitatem est, mortẽ æternæ damnationis, cum possumus a proximo non excludere, iuxta illud Symachi. Et habetur. 73. distinct. Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc, cum potest, non excludit. Et. 26. q. 6. ait Celestinus, contra eos, qui morientibus pœnitentiam negant. Quid, inquit, hoc aliud est, q̃ morienti mortẽ addere? eius animã, ne absoluta possit esse occidere? Et post. Salutem ergo hominum adimit, quisquis mortis tempore pœnitẽtiam sibi denegat &c.

¶ Et si in oppositũ arguatur, q̃ per ecclesiam prohibitum est cum excõmunicato in sacris cõmunicare, igitur non debet, nec potest talis excõmunicatus a peccatis sacramentaliter absolui, anteq̃ sit ab excõmunicatione absolutus. Respon. q̃ illa ecclesiæ prohibitio currit extra similem articulum necessitatis, tum, quia ob corporis necessitatẽ tollitur rigor huiusmodi prohibitionis, ita, vt tunc licite cum excõmunicato cõmunicetur: ergo a fortiore tollitur hic rigor ob animæ necessitatem, vt in presenti casu. Tum etiã, quia ex dicto Bernardi in lib. de præceptis, & est regula iuris. Quod pro charitate institutũ est, non debet contra charitatem militare. Talis autem prohibitio esset contra charitatem, si in casu presenti seruanda esset.

¶ Si iterum obiciatur sententia eiusdem Bernardi in eodem lib. dicentis de præceptis ecclesiæ; q̃ & si aliquãdo militant contra charitatẽ, etiam seruanda sunt, quousq̃ per superiorem declaretur aut dispensetur. ad prepositos enim pertinet iura interpretari & declarare/sicut & condere. Respondet, hoc procedere, quando ex mora seu declaratione expectata, nullum timeretur periculum, sicut in præsenti casu timetur: in quo si superioris interpretatio aut licentia expectaret, decedet pctõr inabsolutus.

¶ Verum contra hanc sententiam videt. Primo, quia presupponit vnum incertũ, scilicet, q̃ talis moriens nisi a peccatis absoluatur, eternaliter damnabitur/ qualiter nõ damnaretur, si absolueret. Quod alias probauimus falsum esse: nam si talis moriens in casu cõtritus est, saluabitur, etiam si non absoluatur; sinautem, etiam si absoluatur, damnabitur.

¶ Secundo, si ita esset, q̃ in casu talis necessitatis per absolutionem saluari posset: & ideo debet a peccatis absolui, nõ obstante q̃ excõmunicatus sit: sequitur, q̃ ob simile necessitatem deberet moriens a sacerdote excõmunicato seu hæretico absolui, si alius haberi non potest: nõ enim minus contra charitatem esse videtur, prohibere ne sacerdos excõmunicatus morientẽ absoluat, q̃ prohibere, ne moriens excõmunicatus in necessitate simili a sacerdote absoluatur: ac proinde si in vno casu cessat rigor prohibitiõis ecclesiæ, igitur & in alio. Si concedant illatum, contra est textus. 24. q. 1. cap̃. Subdiaconus. Vbi dicitur cæteras sacramenta, dempto baptismo, in articulo mortis ab hæretico vel excõmunicatò ministrata, vel nullum, vl̃ lœtalem habent effectum. Et in lib. canonũ pœnitentiales, & citatur ad id Chrysost. dicitur, q̃ in articulo mortis potest Baptismꝰ a quocunq̃ recipi: pœnitentia vero & alia sacramenta non possunt, nisi a catholico & nõ præciso/ recipi. pro quo facit capit. Cepit Hermegildꝰ. 24. q. 1. Ille enim sanctus rex/ & a sanctis cõmendatus, maluit mortem pati, q̃ de manu hæretici excõmunicati sacramentum eucharistiæ recipere.

¶ Tertio facit ratio, quia repugnantia videtur, dicere, q̃ aliquis sit nominatim excõmunicatus, & q̃ anteq̃ ab excõmunicatione absoluatur, alia possit sacramenta recipere: eo q̃ de ratione excõmunicationis est separatio a cõmunione sacramentorũ. Vel igitur in casu nõ est licitum sacramentum pœnitentiæ illi dare, vel pro tunc ratione tantæ necessitatis cessat/ seu suspenditẽ excõmunicatio iure ipso: saltem quo ad effectum principalem excõmunicationis, q̃ est separatio a sacramentis: licet maneat quoad minus principalẽ, quia scilicet non sepelietur in ecclesia anteq̃ ab excõmunicatione absoluatur: & ita stante presenti necessitate, non erit plene excõmunicatus.

¶ Dicẽdũ igitur ad propositũ dubium, q̃ positio

q̄ poſitio Adriani vera eſſet, ſi eius fundamentum ſtaret, ſcilicet, q̄ abſolutio ſacramentalis poteſt peccatorem primo iuſtificare, & illi gratiam primam conferre, quando dolor ipſius pœnitentis per ſe ad gratiam non ſufficeret. Hoc tamen fundamento dimiſſo, & eandem ſententiam in concluſione tenendo, poteſt ad has obiectiones reſponderi. Ad primum, q̄ quamuis abſolutio ſine contritione ad gratiam non valeat, contingit tamen, q̄ abſolutione negata, peccator damnabitur, qui, ſi abſolueretur, ſaluus fieret: quia in illo articulo multa concurrunt, quæ facile trahūt morientem ad interitum animæ, niſi remediis ſalutaribus adiuuetur: ideo decreta ſacerdotem in illo articulo abſolutionem denegantem merito reprehendunt, quia infirmus videns q̄ ad pœnitentiam non admittitur, facile deſperabit, qui alioqui confideret & ſaluaretur. Dæmon etiam negatis illi remediis ſalutaribus, vehemētius vrgebit, & tentabit illum. &c. Et ita apparet, multum referre, pœnitētiam morientibus conferri, aut denegari.

¶ Ad ſecundum quod difficilius eſſe videbatur, dicendum, eſſe inter caſus illos nonnullam differentiam: quia quādo pœnitens eſt excommunicatus & non confeſſor, poſſunt omnia quæ ad ſacramentalem abſolutionem requiruntur, concurrere, ſcilicet ſubditus pœnitens, confitēs, & miniſter idoneus, & forma, & intentio. Quando autem confeſſor excommunicatus eſt, non eſt miniſter idoneus: quia poteſtate iuriſditionis in miniſtro requiſita, priuatus eſt, ideo abſolutio per eum impenſa, nulla foret in caſu, ſecus alias. Quēadmodum ſi aliquæ perſonæ ſunt per eccleſiam ad coniugium illegitimatæ, non poſſunt, etiam ſi attentent contrahere, ſine ſuperioris, qui in hoc valeat diſpenſare, licentia, non obſtante quacūq̄ neceſſitate.

¶ Ad tertium ita videtur dicendum, ſcilicet, q̄ in caſu ius ipſum ex parte tollit excommunicationem, quātum ad effectum qui eſt excommunicatum in ſacramentis vitare, lege charitatis in caſu id poſtulante. Itaq̄ vbi mora præſumeretur in ſpirituale damnum infirmi ceſſura, niſi illico pœnitentiæ ſacramentum illi impendatur, non præmiſſa abſolutione ab excommunicatione, abſoluendus venit.

¶ Eſſet tamen dubium, ſi infirmus in illo articulo neceſſitatis a peccatis abſolutus poſtmodum conualeſcat, an maneat vere abſolutus: ita vt non teneatur iterato cōfiteri, & iterato poſt obtentam abſolutionem a cenſura a peccatis abſolui. Ratio huius dubii eſt, quia pœnitentia ſacramentalis non permittitur impendi alicui excommunicato, anteq̄ ab excommunicatione abſoluatur, niſi in articulo neceſſitatis, puta, quando homo eſt in periculo mortis. Refert autem hominem eſſe in vero articulo mortis, an in apparenti. Reſpon, abſolutionem prę fatam in caſu validam fuiſſe, ſiue homo fuerit in vero articulo mortis, ſiue in apparenti. Id patet a ſimili: quia quando licitum eſt violare votum, aut ieiunium frangere ob verum periculum corporis, idem etiam licitum eſt, ob apparens & veriſimile periculum. Et ſicut licitum eſt ſabbatum violare, ob veram hoſtium incurſionem ſeu inuaſionem, ita idem licitum eſt ob apparentem & probabilem, igitur.

¶ Præterea in caſu omnia quæ ad validitatem ſacramentalis abſolutionis ſunt neceſſaria, concurrunt, cum ſit peccator ſubditus, & pœnitens, atq̄ confitens, ſit etiam cōfeſſor idoneus, proprius, vel a proprio ad id licenciatus, cum reliquis neceſſariis: ſequitur igitur illic veram fuiſſe ſacramentalem abſolutionem, & per conſequens non de neceſſitate iterandam.

¶ Præterea non minus eſt fauorabilis neceſſitas q̄ ignorantia: ſed ſi peccator probabiliter ignorans ſe excōicatū eſſe, a ſuo curato præmiſſa confeſſione, abſoluatur, eſt vere abſolutus, vt ſupra diximus: igitur etiā in præſenti neceſſitate homo manebit vere abſolutus: nec poſtea ſi conualeſcat, tenebitur iterato confiteri.

¶ De confeſſione dimidiata iteranda.

Codex de confessione.

DE confessione dimidiata an sit necessario iteranda. Respon. id posse quatuor modis fieri. Primo, si quis scienter / & sine causa excusante eam dimidiat, Secundo si quis scienter / & cum causa excusante eam dimidiat. Tertio si ex oblitione, quia scilicet memoriæ non occurrunt omnia peccata, eam dimidiat. Quarto si ex ignorantia facti / vel iuris eam dimidiat, vt si ignoret, an sit peccatum quod fecit.

¶ Si dimidiatio confessionis scienter fit, & sine causa excusante, peccatum est, & ita confitens ponit obicem: & per consequens si absoluatur, non vere absolutus manet, & ita confessio est iteranda.

¶ Si vero confessio dimidietur scienter ob causam excusantem, vt si fieri integre non potest sine periculo corporis / vel animæ / vel famæ. &c, tunc licite dimidiatur: & ita qui sic confitetur, non ponit obicem: & per consequens ex parte sua confessio valida est, & non de necessitate reiteranda: quanquam maneat obligatus peccator ipse peccata quæ subticuit seu occultauit, tempore debito confiteri. ¶ Si autem confessio dimidiatur ex oblitione, distinguatur: quia vel oblitio accidit ex negligentia ipsius, quia conscientiam, non, vt debuit, ad finem integre confitendi, discussit: aut quia, facta debita discussione, non occurrit memoriæ peccatum quod fecit. Si primum, ꝙ scilicet non discussit vt debuit, tunc iterum distinguatur, aut confitetur in articulo necessitatis, vt si sit in periculo mortis, aut tempore quo necessarium est ei celebrare / seu eucharistiam sumere. vt vitet scandalum alioqui euenturum, & tunc si de peccatis doleat simul & de negligentia debitæ discussionis: in tali casu ob articulum necessitatis, quia non supereſt sibi tempus conscientiam discutiendi, debet absolui, & valet absolutio. Probatur, quia si non: maxime quia ponit obicem dimidiãdo confessionem, sed hoc non, quia in hac dimidiatione duo fiunt, scilicet, confitetur peccata quæ memoriæ occurrunt, & ea quæ non occurrunt non confitetur: sed peccata quæ occurrũt confitendo non peccat, & ea quæ non occurrunt non confitendo non peccat, quia oblitio eum excusat, negligentia etiam præterita non obstat: quia huiusmodi negligentia per pœnitentiam de ea habitam purgatur, nec aliud potest ille peccator agere in tali articulo necessitatis positus: igitur impendenda est ei absolutio ob necessitatem, & valida erit, & per consequens non tenebitur postea, si periculum euadat, eadem peccata reconfiteri: quamuis teneatur supplere negligentiam priorem, diligenter discutiendo cõscientiam suam, vt postea ad plenum confiteatur.

¶ Extra articulum vero necessitatis, qui ex oblitione, ex negligẽtia proueniente cõfessionem dimidiat, quamuis doleat de priore negligentia, non venit absoluendus, & si absoluatur, confessio est invalida. Ratio, quia cum sibi supersit tempus ad conscientiam discutiendam / & eam discutere non vult, sed petit absolui, eo ipso ponit obicem ob dimidiatam cõfessionem: & per consequens venit iteranda cõfessio.

¶ Si obiicias contra hoc, ꝙ in hoc casu potest præterita negligentia per pœnitentiã similiter purgari / sicut in casu articuli necessitatis: igitur in vtroq; casu potest legitime absolui / & tenebit absolutio. Respõ. Non est simile: quia in articulo necessitatis non supereſt tempus supplendi præteritam negligentiam per discussionem cõscientiæ: ideo satis est de ea dolere. In casu vero extra articulum necessitatis, non satis est, præteritæ negligentiæ pœnitere: sed cum tempus ad discutiendum conscientiam habeat: oportet eam discutere, & non antea absolutionem petere.

¶ Si denicq; confessio dimidietur ex ignorantia siue iuris / siue facti, qua credidit non esse peccatum quod fecit, cum tamen realiter peccatum esset: tunc iterum distinguatur: quia vel talis ignorantia, ex qua peccatum illud fecit, fuit inuincibilis / vel non. Si primum, quamuis pœnitens illud non confiteatur, vt peccatum, nec velit de illo vt de peccato conteri, nõ est illi denegãda absolutio, fialiã nõ obstet, de quo post, & absolutio impensa erit valida, & ita non est iteranda talis confessio. Si vero talis ignorantia fuit culpabilis, & nolit de illo peccato conteri nec illud confiteri, tunc

culpabiliter

culpabiliter dimidiat, & ponit obicē, nec absoluendus venit, & absolutio sic impensa, erit nulla, & ita confessio iteranda.

QIRCA hæc tamen, dubia quę dam oriuntur, de peccato oblito, & de peccato ignorato: si confitens discussa debite cōscientia, vnius peccati in cōfessione oblitus est, & sacerdos scit/quia forte vidit peccatorem illud peccatum commisisse, & videt q̄ confitens desinit illud ex obliuione inculpabili confiteri, an teneatur confessor illum auisare, seu ei ad memoriam illud peccatum oblitum reducere, Respō. Distinguendum est: quia vel peccatum illud fuit solum in offensam dei cōmissum, vel etiam in damnum proximi. Si primū, non tenetur cōfessor illud peccatum oblitum confitenti intimare, quamuis esset ei valde vtile. Exemplum. Si commisit confitens fornicationem/vel adulterium/vel incestum/vel blasphemiam contra deum vel sanctos, vel votum, vel iuramentum sine alterius damno violauit. &c. non tenetur confessor id sciens confitentem illius peccati inuincibiliter oblitum auisare/aut certiorem facere. Ratio: quia vel esset id necessarium ad finem integre cōfitendi, vel ad finem veniam quo ad Deum vel ecclesiam consequendi, vel ad finem pro illo satisfaciendi. Non primum, quia ad integritatem confessionis seruandam satis est, si peccator omnia mortalia, quæ præmissa debita discussione conscientiæ, memoriæ eius occurrerint, confiteatur, paratus reliqua, cum occurrerint, confiteri. Nec secundum: quia ex quo talis confitens omnia ex parte sua fecit, quæ ad remissionem obtinendam tam a deo quam ab ecclesia facere tenebatur, dignus est, quia Deo & ecclesia absoluatur: cum ex parte sua nullum sit impedimentum: igitur ad finem consequendi veniam non est necessaria talis intimatio. Nec tertium, scilicet, ad finem satisfaciendi offenso: quia quantum ad culpam, iam satisfecit per cōtritionem: quantum ad pœnam, iam ex parte satisfacit per confessionem: satisfacturus quo ad aliam partem per alia opera, vel in purgatorio soluturus, nec plus ab eo Deus offensus exigit, igitur.

¶Si vero peccatum sic oblitum fuit in damnum proximi cōmissum, ex quo orta fuit obligatio restituendi, vel proximo iniuste leso satisfaciendi, vt si confessore vidente ille confitens proximū iniuste diffamauit, aut rem ei⁹ per vim seu clam, abstulit. &c. tūc cōfessor tenetur de peccato oblito huiusmodi eum auisare, ad finem satisfaciendi proximo per eum iniuste leso: alioqui confessori imputabitur culpa non satisfaciēdi, quoniā ei incumbit non solū confitenti, quæ illi necessaria, sunt intimare, ex quo illi se subiicit, paratus quod necessarium esse dixerit adimplere: sed etiā alterius tertii damnum vitare quando cōmode potest. Iuxta illud Hiero. puerb. 20. Et habetur de furtis. capi. Qui cū fure. vbi dicitur, q̄ non solus, qui rem abstulit, reus est furti, sed etiam is, qui quęrēte possessore nō indicat. Sed de hoc alias. Et procedit hoc, casu, quo confessor certus est aut dubi⁹, q̄ eius intimatio peccati oblitī proderit ad finem prædictum, alioqui si nulla de hoc habetur spes, non tenetur confitēti huiusmodi peccatum intimare. Iuxta illud Augustini. Si scirem tibi nō prodesse, non te admonerem, non te terrerē. Et habetur de pœnitētia. distin. 7, Si quis. &c.

Imiliter dubitari solet, in casu, quo cōfitens recordatur se certum opus fecisse, quod reuera alioquiverat mortale peccatum, sed illud ex ignorantia fecit, putans non esse peccatum, & in eadem persistens ignorantia desinit illud confiteri, An possit in casu absolui, & an sacerdos teneatur illum de veritate instruere. Respon. Distinguatur vt supra de qualitate ignorantiæ. Nam si fuit vincibilis, peccauit homo ille, & tenetur de illo conteri & confiteri: quod cum non faciat, & absolutionem petit, peccat mortaliter: ac proinde in casu si absoluatur, peccat absoluens, & absolutio non tenet. Confessor tamen in casu tenetur illum de veritate informare, vt ea cognita, doleat, & confiteatur, vt dignus sit absolutione. ¶Si tamen ignorātia fuit inuincibilis, quia scilicet vel nūq̄ audiuit, sciuit, aut legit, illud factum fuisse prohibitum: & si audiuit aut legit, fecit tamen quod in se fuit, vt veritatem sciret, &

a viris fide dignis intellexit non esse peccatum, & ita illud fecit, & cum eadē ignorantia inuincibili confitetur: tunc si absoluatur, tenet absolutio.

¶ An autem confessor teneatur eidem veritatem dicere, anteq̄ eum absoluat, dubitant aliqui. Ad cuius solutionem, multiplici opus est distinctione. De primo distinguatur de ignorantia: quia vel fuit ignorantia iuris diuini vel humani, quod scire, spectat ad ipsum confitentem: vel est ignorantia facti. Si primum, iterum distinguatur de peccato: quia vel fuit peccatum transiens, quod dici solet momentaneum. Aut est peccatum continuatum, in quo verisimile est confitentem permansurum / aut in illud casurum / nisi de veritate instruatur. Si sit transiens & non continuatum, iterum distinguatur: quia vel fuit commissum solum in offensam dei, vel in damnum proximi. Similiter distinguatur de ignorantia facti, ex qua peccatum seu factum damnatum commissum est, quia vel commissum est cum damno proximi iniusto / vel non. Si sic, siue tale peccatum sit continuatum siue momentaneum ad sciendum an confessor teneatur ignorantem de veritate iuris vel facti quod nescit, certiorem facere: iterum distinguatur, quia aut est verisimile ipsi cōfessori, q̄ eiusmodi informatio proderit ad satisfaciendum iniuste per pœnitentem leso: vel est verisimile q̄ non proderit ad hunc finem: vel est dubium, an proderit huiusmodi informatio. Et conformiter ad hæc diuersimode esset in diuersis casibus respondendum. ¶ Et sit primum dictum, q̄ si peccatum fuit momentaneum, in nullius tertii damnum commissum: nec timetur verisimiliter, q̄ in simile peccatum talis cōfitens incidet, etiam si in sua relinquatur ignorantia: tunc non tenetur confessor illum de veritate, quam ignorat, informare, siue sit ignorantia iuris / siue facti. Ratio huius clara est, quia vel esset id necessarium ad finem dolendi de illo peccato, vel ad finem illud confitendi, vel ad finem leso satisfaciendi, vel ad finem recidiuam vitandi: sed ad nullum tale est necessarium in casu illum informare. De facto anim huiusmodi non tenetur pœnitere, nec illud confiteri, cum in eo nullo modo peccauerit ignorantia inuincibili illum penitus excusante, vt in casu ponitur. Sed nec est illud necessarium ad finem leso satisfaciendi, cum illud peccatum, in nullius damnum fuerit commissum, vt in casu ponitur. Nec ad finem recidiuam vitandi, quia in casu nulla talis recidiua timetur, vt in casu huius dicti ponitur. Potest si quidem totum dictum aliquādo verificari: & ita in casu potest illi absolutio impendi, etiam si prius de veritate per eū ignorata non informetur a sacerdote.

¶ Sit secundum dictum, Si ex informatione veritatis nulla penitus est spes, q̄ ille confitens a peccato recedet, non tenetur confessor illum informare: sed satius est eum in sua ignorantia inuincibili relinquere, siue sit ignorantia iuris, siue facti, siue sit peccatum continuatum in damnum proximi siue non. Cuius ratio etiam clara est: quia quando ex informatione veritatis nullus penitus speratur fructus, propter quem erat huiusmodi informatio facienda, non iam est necessaria, vt patet ex dicto Augustini supra citato. Si scirem tibi non prodesse, non te monerem, non te terrerem. Et ex dicto Hierony. ex Salustio sumpto. Frustra niti, & nil aliud laborandum, quam odium quærere, extremæ dementiæ est. Inde est, q̄ in simili casu cessat necessitas corrigendi fratrem. De quo in suo loco.

¶ Forte contra hoc obicies dictum Ambrosii in sermone. 84. Ego interdum parcens vobis tacere velim: sed malo vos contumaciæ causas reddere, q̄ me negligentiæ sustinere iudicium. &c. Et illud apostoli Actuum. 20. Mundus ego sum a sanguine omniū vestrum: non enim præterfugi, quominus annunciarem omne cōsilium dei vobis. Vnde Grego. infert. Mūdus ergo a sanguine eorum non esset, si eis dei consiliū annunciare noluisset, quia cum increpare delinquentes voluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit, &c. Vt habetur. 18. distinctio. capi. Ephesiis. Respon. hæc & similia procedere, casu, quo vel ex correctione, vel veritatis informatione aliquis fructꝰ speratur in ipsis informatis, aut etiam in aliis, qualis speratur

ex generali

ex generali correctione aut informatione, quæ multis/ſeu coram multis fit: de quibus omnibus non eſt facile præſumendū, ꝙ nulli eorū ſit huiuſmodi correctio profutura. Secus de informatione ſecreta per confeſſorem vni confitenti facta, de qua contingere poteſt & ſæpe, ꝙ non ſolum non ſperetur fructus, ſed damnum aliud timeatur, vt procedit dictum præſens. ¶ Correlarie ſequitur ex dicto, ꝙ in caſu venit illeconfitens abſoluēdus, etiam ſi non informetur de veritate: quia tunc cum in ſua maneat ignorantia inuincibili, & eſt ſufficienter confeſſus & contritus, dignus eſt abſolutione. Exemplum eſt clarum/ſaltem de ignorantia facti/ imo & de ignorantia iuris. Sit caſus quo Maria contraxit cum Petro cum bona fide, quia credunt inuincibiliter priorem maritum Mariæ mortuum eſſe: confeſſor autem ſolus ſciat oppoſitum, iam Maria cum bona fide exigit & reddit cōiugale debitum ſecundo viro: veniunt ad confeſſionem/ & vere pœnitētes ſua peccata confitentur: & de huiuſmodi vita maritali nec dolent nec confitentur/ quia ſemper ſunt in bona fide/ & cum eadem ignorantia inuincibili: ſi confeſſor ſciat aut credat, ꝙ ſi de veritate, ideſt, de vita prioris viri illos certiores faciat, nil penitus proderit ad hoc ꝙ ſeparentur, ſilere debet, & ad abſolutionem procedere. Idem in caſu, quo duo in gradu prohibito ex diſpenſatione papæ contraxerunt, quam diſpenſationem ſolus confeſſor ſcit nullam eſſe. Pro quo facit. cap. Quia circa, de conſanguinitate. & affinitate. Vbi declaratur licitum eſſe epiſcopo vt diſſimulet ſuper matrimonio nullo, partium in bona fide exiſtentium, cum ex ſeparatione videt graue ſcādalum imminere. De ignorantia iuris etiam eſt exemplum. Sit caſus, quo duo contraxerunt in gradu tertio vel quarto conſanguinitatis/ ignorantes inuincibiliter ius, quod tale coniugium prohibet, ſi confeſſor videat, ꝙ ex informatione veritatis nullus penitus ſperatur fructus, ſatius eſt diſſimulare/ & eos in ſua ignorantia relinquere: & poteſt/ & debet eos abſoluere, cum obicem non ponant malæ voluntatis. ¶ Si forte opponas ſentētiam Adriani/ doctoris quidem celebris/ ac ſubtiliter veritatem indagantis, qui tenet, ꝙ confeſſor tenetur confitentem de veritate iuris informare, quando videt confitentem ex iuris ignorantia peccatum continuaturum. Reſpon. In primis non eſſe neceſſarium in omnibus cuiꝫ doctori inhęrere. Secundo ꝙ Adrianus huic determinationi non contradicit: quia recte ſuum proceſſum attendens, agnoſcet ꝙ procedit/ quando confitens laborat ignorantia vincibili iuris, quam in caſu vincibilem eſſe dicit: ex quo habet confeſſorem/ a quo poteſt ſufficienter veritatem edoceri, qui ſi eum ſentit minime informationi veritatis pariturum, non tenetur eum informare, ſed nec poteſt eum abſoluere, quia in illo iam vincibilis eſt ignorantia, ſecundum hunc doctorem. Vnde patet, ꝙ ſi adhuc eſſet in tali confitente inuincibilis ignorantia/ ſiue facti/ ſiue iuris, ꝙ poſſet eum abſoluere. Quod autem talem ignorantiam inuincibilem habere poſſit, patet ſi ipſe confitens alios viros doctos & fide dignos, & doctiores & fide digniores/ cū ſit huiuſmodi confeſſor adierat, a quibus omnibus abſq; ſcrupulo fuit informatus/ licitum ſibi eſſe quod fecit, a quorū ſentētia nō tenetur propter dictum confeſſoris minus docti recedere. Iam in caſu hoc diceret Adrianus, quod nos diximus. Similiter poteſt dictum verificari & exemplificari de peccato in damnum proximi continuato ex ignorantia ſiue iuris/ ſiue facti. Vt ſi quis contractum vſurarium fecit, ignorans cōtractum vſurarium eſſe, cum ſit valde occulta & palliata ibidem vſura & non aperta: ſi confeſſor videt, ꝙ illa ignorantia eſt in confitente inuincibilis, & ꝙ ſi velit eum veritatem docere/ nil penitus proderit/ nec ad reſtituendum vſuram/ nec ad recedendum ab opinione cui inuincibiliter adhæret: tunc nec tenetur eum informare veritatem, nec debet abſolutionem negare: debet tamen illi iniungere, vt recte & diligenter curet, a fide dignis de veritate amplius informari &c.

¶ Sit tertium dictū. Si confeſſor veriſimiliter ſperat fructum ex informatione veritatis ipſi confitenti facta, quem videt ex ignorantia inuincibili peccatū etiam cum prędicio tertii continuaturū, tunc tenet

confessor veritatem illi intimare, quod notum esse suppono. Sed an sit necessarium in hoc casu, q̄ confessor priusq̄ illum absoluat, eum de veritate instruat. Et dicendum q̄ non, imo potest eum absoluere, & postea eum de veritate informare. Ratio videt̄ clara: quia ex quo ille peccator sufficienter contritus est/ & sufficienter & integre confessus, nec ponit obicem, dignus est qui absoluatur: & ita sacerdos eum debet absoluere, etiam si prius eum de veritate per eum ignorata non informet. ¶ Si tamen confessori sit verisimile, q̄ si confitentem absoluat priusq̄ de veritate eundem informet, q̄ non proderit ad finem retrahendi illum a peccato assueto: maxime in p̄iudicium proximi continuato, & prodesset illum informare ante absolutionem: tunc confessor tenetur antea q̄ eum absoluat, de veritate præfata eum informare. Quod si tunc promittat aut proponat ab huiusmodi peccato abstinere/ & proximo satisfacere, absoluat eum. Si vero id non absolute proponat, sed q̄ ita faciet, si fuerit a viris aliis fide dignis edoctus sic esse agendum, quia forte confessor talis est, cui peccator in hoc fidem nō teneatur adhibere: tunc etiam eum absoluat. Si tamen nec hoc nec illud proponat, iam non vere pœnitet, & obicem ponit, ideo non est absoluendus. Et absolutio si impendatur, erit nulla. Si tamen ex informatione veritatis ante absolutionem aut etiam post facta, nullus fructus speratur, tunc faciat confessor, quod supra in secundo dicto positum est.

¶ Correlarie sequitur, quid debeat agere confessor, quando est sibi verisimile, q̄ si confitenti veritatem per eum ignoratam notificet, scandalizabitur: quia si est verisimile q̄ ita scandalizabitur, q̄ nunq̄ finis notificationis eueniet, scilicet, q̄ non ob id a peccato recedet, nec proximo leso satisfaciet, male agit, eum de huiusmodi veritate, quam inuincibiliter ignorat, informando, vt pono: sed sine huiusmodi informatione debet eum absoluere. Si autem scandalum, quod timet euenturum est momentaneum, & cum hoc confessor fructum & finem suæ informationis sperat, tunc tenetur eum informare, non obstante scādalo illo. Attamen consulerem, q̄ prius eum absolueret, ne absolutionis gratia priuetur, & postea informet illum de huiusmodi veritate.

¶ SED si videat verisimiliter confessor, q̄ nisi neget absolutionem cōfitenti, non recedet a peccato continuato seu frequentato, nec satisfaciet proximo per eum leso: recedet autem si absolutio negetur eidem, an possit confessor & debeat absolutionem negare ad finem prædictum, posito semper casu, quo confitens perseueret in sua ignorantia inuincibili. Respon. Videtur distinguēdum de confessore. Quia vel est proprius curatus confitentis, qui ex officio tenetur subditis suis sacramenta ministrare, vel est alienus. Si alienus, & certus est talis confessor q̄ confitens errat, & ex errore perseuerabit in peccato & in damni illatione: tūc puto huiusmodi confessorē licite posse/ imo debere illi absolutionē denegare in casu posito: quia vnusq̄q̄ tenet̄ p̄ media licita/ sine sui/ aut alterius incommodo errantem contra Deum & proximum reuocare: alioqui videretur consentire in peccato & damno proximi, iuxta illud Augustini. Fidentissime dixerim, qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem, q̄tum honeste potest, ad reddendum non compellit, socius esse fraudis & criminis. Et habet̄. 14. quæst. 6. Si res &c. Cum igitur in casu confessor præfatus habeat medium licitum & honestum, quo possit præfata mala vitare, scilicet, negando absolutionem confitenti, quod sibi licitum est, ex quo non tenetur illi sacramenta ministrare, cum suus curatus non sit, sequitur intentum. ¶ Si autem confessor sit suus proprius, qui tenetur subditis sacramēta ministrare: tunc si informando illum de veritate potest per autoritatem sufficientem/ aut rationem conuincentem ipsi confitenti errorem suum demonstrare, tenetur sic eum ante absolutionem informare/ & errorem demonstrare: & si parere nolit aliter q̄ negādo ei absolutionē, neganda est illi absolutio. Ratio, quia tā se facit indignum tali absolutione, cum sit sufficienter illi veritas ostensa/ & parere non vult. Et procedit hoc, quando confitens sic informatus, nullum habeat subterfugium, quominus ob demonstrationem

veritatis

veritatis ei factam, teneatur ſententiæ confeſſoris adhærere. Nam ſi excuſationē habet, quia ſcilicet ab aliis fide dignis oppoſitum audiuit, & exhibet ſe paratum amplius a viris doctis informari, quia forte reputat ſe inhabilem ad ſoluendum rationem vel motiuum, quod illi confeſſor aſſert, quod forte alii ſoluere ſcient: tunc curatus non poteſt ei abſolutionem denegare, quia tenetur eam ſibi ex officio impendere. Ideo ad finem releuandi alios a grauamine per confitentem illato, vel inferendo, non debet negare ſubdito ſacramentum illi debitum. ¶ Si vero curatus non eſt omnino certus q̄ erret confitens, aut ſi ſit, non poteſt veritatem euidenter illi demonſtrare, non poteſt ei abſolutionem negare: cum ſemper permaneat in ignorantia inuincibili, nec facit ſe per hoc dignum, qui abſolutione priuetur. Excepto, niſi confitens talis ſit, qui teneatur fidem adhibere confeſſori, vt ſi ſubditus ſit ſimplex, qui in errorem ſuum incidit, non quia a viris doctis & fide dignis fuerit informatus: ſed quia nunq̄ audiuit/nec legit peccatum eſſe, quod facit, tūc ex ſimplicitate errat, & tenetur confeſſori parere: & ſi nolit, iam culpabilis efficitur eius ignorantia, & indignus eſt, qui abſoluatur. Itaq; in hoc dubio hęc videtur reſponſio, q̄ non poteſt abſolutio negari confitenti ad finem releuandi proximū a damno, quando a tali confeſſore eſt eidem confitenti debita abſolutio, eſt autem ei debita a ſuo curato, quando indignus non eſt abſolutione, ideſt, quando contritus eſt, & integre confeſſus, nullum habens obicem aut impedimentum. Non ſic eſt ab alieno confeſſore debita huiuſmodi abſolutio.

Equitur iam quid dicendum in caſu, quo confitens & confeſſor ſunt contrariæ opinionis in facto/ vel contractu aliquo, quorum alter, ſcilicet cōfeſſor, tenet opinionem damnantem: confitens vero tenet opinionem liberantem ſeu iuſtificātem. Exemplum. Si confitens tenet plura beneficia incompatibilia ex diſpenſatione: putans id licitum ſibi eſſe, & veram eſſe opinionē liberantem. Econtra confeſſor eſt contrariæ opinionis, An confeſſor debeat confitenti, nolenti opinioni confeſſoris adhęrere, abſolutionem denegare &c. Reſpon. Si talis & tam eminens eſt confeſſor / & confitens ſimplex, qui non putat ab aliis ſe poſſe melius edoceri, tenetur parere confeſſori: & ſi non pareat, videtur ſe indignum abſolutione facere. Si tamen habet confitens alios æque/ aut plus fide dignos/ q̄s ſit confeſſor, a quibus informatus eſt, vel informari intendit, non tenetur adhærere confeſſori, nec ei parere: & ita confeſſor non poteſt ei abſolutionem denegare. Excepto, niſi (vt ſupra dixi) cōfeſſor ſit alienus, & certus omnino de falſitate opinionis, quam tenet cōfitens: & q̄ ex perſeuerantia in eadem falſa opinione alii defraudantur / vel damnificant iniuſte, vt ſi ſit error circa contractus, circa pedagia, tallias, aut alias impoſitiones, circa ſciſſionem lignorum de locis publicis, circa venationem & piſcationem in locis reipubl. vel nō ſuis ſed alienis, in quibus ſolent domini ſubditos aggrauare: tunc enim confeſſor poteſt abſolutionem negare, ſi alienus ſit, videns q̄ negata abſolutione, alii a grauamine releuabuntur/ & non alias. Si tamen contrarietas opinionū ſit in facto/ ſine alterius tertii præiudicio/ aut dāno iniuſte illato: tunc nec proprius ſacerdos/ nec alienus / debet negare abſolutionem confitenti contrariam opinionem tenenti, quandiu laborat ignorantia inuincibili. Et per hoc venit limitādum, quod alias dixi contra Conradum, non ponens differentiam inter confeſſorē proprium & alienum, in caſu, quo confeſſor & confitens ſunt contrariæ opinionis. Eſt quidem differentia ponenda, quando factum/ vel cōtractus, de quo ſunt varię opiniones, fit in damnum & prę̄iudicium tertii. Secus alias, vt i caſu de pluralitate beneficiorū, de qua diuerſę ſunt opiniones: tūc parū refert, q̄ confeſſor ſit ꝓprius/ vel alienus, cū illa pluralitas nō ſit i prę̄iudiciū & damnū tertii. Aut ſi ſit diuerſitas opinionis, de circunſtantia loci, quando nō cadit ſub obiecto volūtatis ipſius qui peccat, an inducat nouam culpam, & ſit confitenda, an non, ſimiliter verum eſt, quod ibidem dixi, nō eſſe differentiam inter proprium & alienum, quantum ad hoc ſcilicet, q̄ ſola diuerſitas in opinando, quę eſt inter con

fitentem & confessorē, non est causa sufficiens, vt alienus debeat absolutionē confitenti negare, & non proprius, nisi (vt dictū est) quando absolutionis negatio prodesset ad finē releuandi alios a grauamine iniuste per confitentem illato vel inferendo: alioquī licite potest absolui, tam ab alieno/q̄ a proprio. Quod deberent attendere religiosi, qui magnatum & potentum confessiones audiunt, qui tenent opiniones in sui fauorem, & in damnū subditorum. Si viderint eos causam habere sufficientem ad eas tenendum, cū sint per alios viros doctos sufficienter instructi & excusati, non tenentur eis absolutionem negare, q̄uis possint, ad finem prefatum. Nisi omnino certus esset confessor, q̄ errant, & q̄ negatio absolutionis proderit, vt alii releuentur &c. quia tunc tenetur absolutionē negare, etiam si laborent ignorātia inuincibili. Qualiter non teneretur proprius curatus eā negare, nec posset, vt dictū est.

¶ Correlarie sequitur, q̄ potest confessor contra propriam opinionem consulere, imo iubere confitenti, q̄ aliquid faciat, scilicet, vt se confitens conformet opinioni, quam habet. Exemplum est, fœmina, quę viuente priore marito contraxit cum secundo, & est a viris fide dignis informata, q̄ in casu dubii de morte prioris coniugis teneatur reddere debitum secundo postulanti, iuxta cap. Dominus. de secūdis nuptiis, cuius contrarium opinatur & tenet confessor: tunc cōfessor videns eam in sua opinione velle perseuerare, debet ei cōsulere, q̄ ita faciat, vt informata est ab aliis doctoribus: quamuis ipse putet eos & eam decipi. Sicut si solus confessor sciat impedimētum cōsanguinitatis vel affinitatis esse inter eos, qui bona fide cōtraxerunt, potest, & debet eis cōsulere q̄ viuant maritaliter: cum locus diuortiādi minime pateat: idq̄ si viderit nil profuturum, si confessor veritatem, quā nouit, illis notificet. Et ita fiat, q̄ quis possit licite alteri cōsulere aliquid, quod ipsi consulenti esset peccatum, si idipsum faceret. Quia in multis accidit vnū & idem opus vni homini esse peccatum, quia illi prohibitum, vel quia contra eius conscientiam fieret, quod alteri licitum est, quia non sic est alteri prohibitū, nec cōtra ipsius conscientiā. Exempla sunt clara.

¶ De confessione ficta iteranda.

Tertius casus, in quo venit iteranda confessio ex parte confitētis, est ex defectu pœnitentiæ cordis, vt si suo curato integre confiteatur sine debita pœnitentia. Super quæ solet quęstio moueri, An absolutio impensa ficte confitenti sit verum sacramentum. Et si tunc non præstet gratiam, an præstabit postea quando fictio per contritionis superuentum recesserit. Et dixerunt aliqui, e quibus est Caietanus, q̄ si confitens nullam prorsus habeat cordis pœnitentiam, tunc non est valida talis absolutio, nec est verum sacramentum: & ideo talis absolutio nec tunc nec postea vnq̄ proderit. Ratio, quia illic deficit materia sacramēti pœnitentiæ, quæ est peccator confessus pœnitens. Si tamen aliqualiter q̄uis non perfecte pœniteat, & integre confiteatur, tunc est verum sacramentū: quod licet pro tunc gratiam ob fictionem seu defectum veræ pœnitentiæ non præstet, præstabit tamē postea quando accesserit vera pœnitentia.

¶ Quod autem in hoc casu sit illic verū sacramentum absolutionis, probant, quia hoc sacramentum potest sine fructu eius suscipi: nam id commune videtur esse omnibus sacramentis gratiæ, scilicet, q̄ possit verum sacramentum accipi, quando res sacramenti non suscipiatur propter obicē effectui sacramenti positum. Q̄ si vnq̄ id de sacramento absolutionis potest verificari: maxime in presenti casu, quo confitens veram cordis contritionē non habet.

¶ Secundo, quia confessio sacramētalis potest esse informis & sine gratia, alioquī homo nunq̄ esset certus, si vere confessus sit & vere sacramētaliter absolutus, cū nūq̄ homo sit certus q̄ sit, aut operetur aliquid in gratia: & per consequens semper deberet esse anxius & perplexus, & semper deberet iterum eadem cōfiteri, & nunq̄ a cōfessione eorundem peccatorum cessare, qđ est absurdum. ¶ Quo supposito, probāt secundum, scilicet, q̄ illa absolutio, quæ actu nō prodest, proderit tamen recedente fictione. Primo a simili de baptismo, q̄ si ficte susceptus sit, incipiet prodesse, quā-

do fictio

do fictio receſſerit, vt dicit Auguſtinus. de conſecratione. diſt. 4. tunc valere. Igitur pari forma abſolutio ſacramentalis incipit tunc prodeſſe. ¶ Secundo, quia quando cauſa deſinit operari effectum ſuū propter impedimentum exiſtens, eo ſemoto, incipit operari. Cum ergo in prēſenti abſolutio prēfata non cauſauit gratiam propter fictionem impediētem, ſequitur q̄ ea remota, gratiam cauſabit.

¶ Verum hæc poſitio in vtroq; videt̄ deficere. Primo, in eo, q̄ ait, verū eſſe ſacramentum abſolutionis in caſu. Secundo, q̄ incipiet prodeſſe ad gratiam, recedente fictione. Cōtra primum ſtat ratio, quia ſi verum eſſet ſacramentum abſolutiōis in caſu, igitur vere eſſet a ſacerdote peccator ille abſolutus. Sicut ſi quis verum ſacramentum baptiſmi/ vel ordinis/ vel cōfirmationis accepit, vere manet baptizatus/ confirmatus/ & ordinatus, vt patet. Sed in caſu ille confitens nō manet vere abſolutus a ſacerdote, quia tunc etiam eſſet vere abſolutus a deo, iuxta promiſſionē chriſti, quorū remiſeritis peccata remittentur eis, &c. a deo tamen non manet homo ille abſolutus, cum maneat eiſdē peccatis ligatus, quibus prius, imo & plus ligatus manet, eo q̄ ficte confitendo, nouū peccatū addidit. ¶ Tum etiam, ſacramēta gratiæ, ſacramēta veritatis ſunt/ non falſitatis. Forma autē illa abſoluendi, qua confeſſor vtitur, in caſu eſt falſa, cum dicat. ego te abſoluo a peccatis, qui tamen vere huiuſmodi fictū nō abſoluit. ¶ Si dicas, forma excuſatur a falſitate, quia intelligitur q̄ confeſſor, q̄tum eſt ex parte ſua illum abſoluit. Contra ſtat ratio, quia quantūuis ex parte ſua conetur abſoluere, non tamē ideo vere abſoluit, cū ipſe confitens impedimentum ponat abſolutioni. Sicut ſi aliquis ſit intra cameram incluſus, ſera exteri⁹ appoſita, & qui foris eſt, mediante claue conetur aperire: & qui intus eſt, impedimentum apponat, cōſtat/ q̄ qui extra eſt, conatur, quantū eſt ex parte ſua, ianuam aperire, non tamen ideo aperit, ſtante impedimento. Ita in propoſito, & ſi confeſſor ex parte ſua conetur confitētem abſoluere, non tamen vere abſoluit, ob obicem, quem confitens ponit.

¶ Contra ſecundum, in quo dicunt, q̄ talis abſolutio, ficto impenſa, incipiet valere, quando fictio per veram contritionem receſſerit, ſtat ratio, Tum, quia (vt dictū eſt) non fuit verum ſacramentū, & eſto fuiſſet, non ideo valere debet, recedente fictione. Quia tunc ſi quis in peccato mortali euchariſtiam recipiat, cum verum ſit ſacramentum illud, & non valet/ quando actu ſuſcipitur, inciperet valere poſtea, acceden te contritione, quod nemo dicit. Nō enim valet corpus & ſanguis domini ei, qui indigne ea ſuſcipit, niſi ad cōdem nationem, vt dicit Paulus, 1. ad Corint. 11.

¶ Secundo, Cauſa quæ non eſt, nil cauſare poteſt, quia effectus p̄ſupponit exiſtētiam cauſæ: ſed quādo fictio deponit̄, iā tranſiit abſolutio, & non amplius manet, igit̄. Reſpondēt, q̄ licet nō maneat cauſa in ſe tēpore quo fictio deponit̄, manet tamen in ſuo effectu ſeu ſemine, ſcilicet, in ornatu, q̄ eſt imediata diſpoſito ad gr̄am ſacramētalē. Contra, quia ſuper fluū omnino videtur ponere huiuſmodi ornatum, quia cū non ponatur niſi ad ſaluandum cauſalitatem ſacramenti reſpectu gratiæ ſacramētalis, vel ergo ponitur ad ſaluandum cauſalitatē efficientiç, & hoc non: quia ſacramentum nō concurrit effectiue ad gratiam, quæ a ſolo deo effectiue cauſat̄, ſicut a ſolo deo effectiue fit p̄cōris iuſtificatio/ & p̄cōrū remiſſio. Reſtat ergo, q̄ ponatur ad ſaluandum ſacramenti cauſalitatem ſine qua nō: ſed ad hoc q̄ ſacramentum ſit cauſa ſine qua non gratiæ, impertinens omnino eſt prēfatus ornatus, vt conſtat. ¶ Tum etiam, quia tūc etiam euchariſtia ab indigno ſuſcepta, prēſtaret illi gratiam, ſi anteq̄ reſoluant̄ ſp̄s, quæ ad ſtomachum deſcenderunt, peccatorem ipſum cōmiſſi pœniteat: quia non minus ſunt huiuſmodi ſp̄es efficaces reſpectu gr̄ę, q̄ſ ſit ornat⁹ ex ſacramēto relict⁹.

¶ Iam ad rationes prioris ſententię facile reſpōdetur. Ad primum, quo probabatur in caſu eſſe verum ſacramētum, etiam ſi res nō ſuſcipiat̄. Reſpō. negādo illud. Et q̄uis ſit cōmune cæteris ſacramentis poſſe ea ſuſcipi ſine re: in præſenti tamē ſacramento non ita repetitur: quia non ſtat, q̄ quis vere a ſacerdote abſoluat̄, quin a Deo abſoluatur. Ideo non ſtat, q̄ confitens ponat obicem rei huius ſacramēti, quin etiā ponat obicem ſacramento ipſi. Nam dato oppoſito, ſtaret hominem abſolui a ſacer

dote, absq; hoc, q̄ a Deo absoluaꝫ, quod ex dictis apparet falsum. In ceteris autem sacramentis bene stat ponere obicem rei, & non sacramento.

¶ Ad secūdum dicendum, q̄ licet homo non possit habere certitudinem euidentiæ aut fidei q̄ sit in gratia, vel q̄ gratiam sacramenti suscipiat: potest tamen esse certus certitudine morali seu probabili, vt si fecit, quod in se est, conterēdo & confitendo, & absolutionem accipiendo. Et hæc certitudo sufficit ei ad euadendum prædictam perplexitatem & periculū.

¶ Quādo arguebatur, q̄ postea recedente fictione incipiet valere sicut baptis. Dicendum, non esse omnino certum, q̄ baptismus valeat ad gratiam baptismalem, quando recedit fictio: quia aliquibus visū est, q̄ tunc homo ille per solam contritionem assequetur gratiam. Et ad decretum Augustini posset dici, q̄ intelligiꝫ ex tunc hominem baptizatum in statu salutis reponendum, in quo per baptismum non fuerat propter obicem repositus. Et esto baptismus/ & confirmatio/ & ordo, quæ sunt sacramēta iterabilia incipiāt ad gratiam sacramentalem, recedente fictione, valere: hoc ideo est, quia alioqui homo gratia huiusmodi priuatus maneret, cum nō sit locus eam postmodum per iterata sacramenta recuperādi, quæ ratio in aliis sacramentis iterabilibus locum habere nō potest.

¶ Ad rationem aliam, qua arguitur, q̄ de posito obice, causa debet operari effectū suum. Verū est, si causa in se maneret, obice remoto. Absolutio autem non ita manet in ficto tempore quo fictionem deposuit, vt constat: alioqui Eucharistia indigne sumpta, postea similiter valere inciperet, vt supra arguebatur.

¶ Concluditur ergo, q̄ confessio vere sacramentalis non est nec ex opere operato poterit vnq̄ prodesse, si in obice peccati mortalis facta fuit. Pro quo particulariter ponuntur aliqua dicta. ¶ Primum, q̄ confitenti necessaria est cordis pœnitentia vt vere absoluaꝫ. Hoc patet ex decreto Augustini. de consecra. distinct. 4. Omnis homo, qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, nouam vitam scilicet gratię inchoare non pōt, nisi pœniteat eum veteris vitę.

¶ Secundum dictum. Non sufficit atteri, sed necessarium est conteri. Patet ex illo Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum contritum corde, & trementem sermones meos?

¶ Tertium dictum. Non satis est in genere conteri, sed necessarium est in particulari pœnitere, sicut necessarium est in particulari confiteri. Patet hoc, ex eo, quod dixit Esaias. Recogitabo tibi oēs ānos meos, in amaritudine animę meę.

¶ Quartum dictum. Non satis est sic de cōmissis conteri, sed necessarium est proposito postmodum a peccatis abstinendi. Hoc patet ex diffinitione pœnitentiæ a patribus approbata. Pœnitentia est preterita mala plangere, & plangēda, iterum non cōmittere.

¶ Quintum dictum. Non etiam satis est sic dolere, nisi propter Deum sūme dilectum hominē pœniteat. Patet hoc ex sententia Augustini in lib. de confessione dicentis. Sine amore Dei consequetur veniā, sine quo nemo vnq̄ inuenit gratiam? quasi dicat non.

¶ Sextum dictum. Qui sic pœnitet, etiam si non intense & per certum tempus doleat, sufficienter dispositus accedit, vt gratiam tam ex opere operantis/ q̄ ex opere operato cōsequaꝫ. Hoc patet ex. cap. Qualis. de pœnitentia, distin. 3. Vbi dicit. Quātulacunq; & quātumlibet breui tempore gestam pœnitentiā Deus acceptat.

¶ Qui autem non accesserit cum ea pœnitentia, quæ dicta est, fictus accedit, & indignus, qui gratiam absolutionis assequaꝫ. Ac proinde si de facto fictus huiusmodi a sacerdote absoluaꝫ, vere non absoluitur: cum non vera materia absolutionis subsistat, vbi confessio non ex vera cordis pœnitentia procedit: & per consequens huiusmodi confessio venit de necessitate iteranda. Pro quo etiam, vltra ea quæ supra adduximus, videtur facere, q̄ qui confitetur sine vera pœnitentia, non satisfacit præcepto de confitendo/ sine diuino/ siue humano. De diuino supponaꝫ. De humano etiā inde apparet, quia ecclesia nō præcipit immediate confessionem, sed eam quā Deus fieri iussit, iubet ecclesia, q̄ tali tēpore fiat. Ac proinde qui cōfessionē iure diuino debitam nō facit, præcepto ecclesię de confitendo

ſitendo non ſatisfacit.

¶Deinde pro eodem facit, ꝙ ſacerdos in caſu non vere intendit illum fictum abſoluere, niſi quia præſumit eum vere pœnitẽtem eſſe. Si autem ſciret eum fictum eſſe, & non vere pœnitere, cum nõ abſolueret, Et ita cum ad veritatem ſacramẽti neceſſaria ſit intentio miniſtrantis, ſequitur in caſu non eſſe verum ſacramẽtum abſolutionis, & ita confeſſionẽ illã debere iterari,

¶De confeſſione

iteranda ob defectum confeſſoris.

VNC breuiter videam⁹, quãdo ſit de neceſſitate iteranda confeſſio ex defectu abſoluentis. Et in primis præſupponãtur ea quæ neceſſaria ſunt in abſoluẽte, vt valida ſit eius abſolutio. Requiritᷣ enim in abſoluente poteſtas ordinis ſacerdotalis, ſi enim ſacerdos non ſit, remittere peccata non poterit. Solis enim ſacerdotibus collata eſt huiuſmodi poteſtas peccata remittendi. Et ſolis eiſdem tempore quo ad ſacerdotium promouẽtur, dicitur, Quorum remiſeritis peccata. &c. Secũdo requiritur in eiſdem poteſtas iuriſdictionis ſuper abſoluendum. Hoc patet ex concilio Florentino, declarante ſacerdotem non poſſe quenq̃ a peccatis abſoluere, niſi iuriſdictionem habeat, vel ordinariam vel cõmiſſam ſuper abſoluendũ. Tertio requiritur in abſolutione ſcientia, qua ſcilicet ſciat, qua forma vti debeat, vt vere abſoluat: alioquí ſi id neſciat, quo pacto vere valeat abſoluere, nõ apparet. Quarto requiritur in eodẽ intentio, ſicut requiritur in miniſtro cuiuſcũq̃ ſacramenti, qua deficiẽte, nullum eſt ſacramentum, vt in eodem concilio ſupra citato declaratum eſt. Quicquid igitur horum deſit in abſoluente, abſolutio erit nulla, & per conſequens confeſſio erit de neceſſitate iteranda.

¶Quanq̃ fieri poſſet difficultas in eo, quod tanq̃ certũ ſupponitur, ſcilicet, An ſemper ſit neceſſaria in abſoluente iuriſdictio ſuper confitentem, vt valida ſit ipſa abſolutio. Et dixerunt aliqui ꝙ non, ſed ſufficit poteſtas ordinis ſacerdotalis, eo ꝙ chriſtus omnibus ſacerdotibus poteſtatem cõtulit remittendi peccata, quemadmodum & in eorum ordinatione ad eoſdẽ dicitur, Quorũ remiſeritis peccata, &c. Cum igitur hãc poteſtatem non irritam & inanem omnes ſacerdotes quando promouentur accipiunt, ſequitur ꝙ eo ipſo, ꝙ ordinati ſunt, poſſunt cõfitentes abſoluere. ¶Deinde ſacerdos ſimplex poteſt Papam eidem confeſſum abſoluere, in quem tamen nullam videtur iuriſdictionem habere. Similiter & exiſtentem in articulo mortis, in quẽ nullam habet ſacerdos ſimplex iuriſdictionem poteſt abſoluere. Parochianus etiam, qui curatum habet ignarũ, poteſt aliũ ſimplicem adire, & eidem cõfiteri. Quemadmodum qui licentiam habet confeſſorem quẽcunq̃ eligẽdi, ſiue ex bulla a Papa cõceſſa, ſiue ex licẽtia p̃lati. &c. poteſt ſimplici ſacerdoti cõfiteri. In quibus caſibus valebit abſolutio, etiam ſi abſoluens iuriſdictionem in confitentem non habeat.

¶Dixerũt alii, ꝙ iuriſdictio quidem in abſoluente neceſſaria eſt, ſed hanc habent omnes ſacerdotes immediate a chriſto, ſeu de iure diuino. Nam eo ipſo, ꝙ Chriſtus omnes ſacerdotes peccatoribus prætulit, viſus eſt, omnes peccatores ſacerdotib⁹ ſubiecciſſe, & ſacerdotes iudices eorum in foro pœnitentiali inſtituiſſe. Quod facto videtur poſſe confirmari, quia tempore apoſtolorum etiam poſt Chriſti aſcenſionem vnusquiſq̃ eorum qui a Chriſto fuerant ordinati, poterant omnem peccatorẽ abſoluere: qđ minime potuiſſẽt, niſi a Chriſto cum poteſtate ordinis ſimul iuriſdictionem accepiſſent.

¶Alii vero dixerunt, ꝙ neceſſaria eſt iuriſdictio in abſoluente, ſed non niſi ea quę voluntaria eſt, quam ſcilicet ſacerdos ſortitur ex voluntaria ſummiſſione, qua peccator ſe ſummittit ſacerdoti cui cõfitetur, a quo & iudicari vult. Quod probant ex eo, qđ ſupra de Papa tetigimus, ſcilicet, ꝙ quilibet ſacerdos quãtumuis ſimplex, cui Papa ſe voluntarie ſummittit, habet in eum ſufficientem iuriſdictionem, vt illum in illo foro valeat iudicare. Sicut & ſi contẽdentes ex voluntate propria ſe alicui arbitro ſummittant: arbiter ille iuriſdictionem in cauſa illa ſortitur ſufficiẽtem. Verum quia hæc quæſtio pendet ex illa alia, an poſſit quilibet ſacerdos quemlibet confitentem

de facto absoluere/si attētet, ita vt teneat absolutio, de qua quęstione iuferius agetur, ideo pręsens difficultas in posterum differatur. Satis sit ad præsens tenere, quod dictum est, & per concilium Florentinum declaratum est/& approbatū, scilicet, nullum sacerdotem posse peccatorem aliquē absoluere, nisi in eum potestatem habeat ordinis simul & iurisditionis.

¶ De confessione

confessori excōmunicato sciēter facta.

QUARTO aliud, quod ex parte absoluentis reddit absolutionē inualidam, scilicet, impedimētum canonicum, vt si sit curatus excōmunicatus maiori excommunicatione, de quo est inter aliquos quæstio, An valida sit absolutio ab excommunicato impensa. Et dicebatur ꝙ non, quia tūc confitens excommunicato vere esset absolutus, consequēs est falsum, quia ponit obicem peccati, recipiens sacramentum ab excommunicato, quē tenetur sub pœna peccati mortalis in sacris euitare, vt habet. c. Sacris, de his quę vi metusue causa fiunt.

¶ Confirmo hoc idē ex. 2. Canonica Ioānis. c. 1. Si quis, inquit, venit ad vos, & hāc doctrinam nō affert, nolite recipere eum, nec/Aue/ei dixeritis. Qui enī dicit ei/Aue/cōmunicat operibus eius malignis. Qđ & si de hæretico expresse dicatur, æque veritatem habet de excommunicato, quem non minus q̄ hereticum vitare tenemur, iuxta dictum Christi. Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus &c. Et ita nō solum huiusmodi confitens ponit obicem/quia cōicat cū excōicato, sed quia ei ad malū cooperatur.

¶ His non obstantibus, videtur aliter sub distinctione respondendum. Nam potest curatus esse excommunicatus dupliciter, scilicet, nominatim/seu particulariter/& generaliter. Et iterum qui nominatim est excommunicatus, aut est declaratus seu denunciatus, aut non. Deinde si sit declarat⁹, stat ꝙ huiusmodi declaratio sit nota, vbi excommunicatus residet, aut ignota.

¶ Et secundum hæc, potest ad dubiū rēspōderi per aliqua dicta. Primum sit. Si sit aliquis excōmunicatus nominatim, & nobis sciētibus denunciatus, tenemur illū in occulto & in publico euitare, maxime in diuinis. Hoc supponitur ex dictis & dicendis certum esse.

¶ Secundum dictum. Si quis sit excōmunicatus particulariter, & non publice denunciatus, idq; mihi soli constet, teneor illum in occulto euitare, non tamē in publico. Id patet ex cap. Cum non ab homine. de sententia excommunicationis. Vbi dicitur in sententia, ꝙ excommunicatum debes euitare, licet denunciatus non sit. Nisi forte id tibi soli pateret: quo casu ipsum priuatim tantum modo euitabis, q̄diu ab ecclesia toleratur. Vnde colligitur, ꝙ vbi & quādo excommunicatus ab ecclesia toleratur, non est de necessitate vitandus, imo gesta per eum tenent, hoc est, quando duo concurrunt, scilicet, titulus, & communis error facti, vt si episcopus conferat beneficium cum cura alicui, qui in rei veritate est excommunicatus, attamen ignoratur cōmuniter ipsum excōmunicatum esse: tunc eius gesta tolerantur ab ecclesia. De quo alias in materia de excommunicatiōe, Nec tenemur illum vitare in publico. Si tamen ego solus sciam illum esse excommunicatum, teneor in occulto eū vitare, vt si sciā aliquem esse excommunicatum pro debito pecuniario, qui nondum est denunciatus, teneor in occulto eum vitare, licet non in publico.

¶ Tertium dictum. Si aliquis sit solum generaliter excommunicatus, etiam si sciam illum excommunicatum esse, non teneor illum vitare/nec in publico/nec in occulto, nec in ministratione nec receptione sacramentorum. Id patet ex concilio Constantien. & Basilien. & Lateranen. Vbi statutum aut declaratum est, ꝙ excommunicatum generaliter/siue a iure/siue ab homine antę q̄ sit declaratus, non tenemur vitare, etiam in sacris, nisi in casu, quo violētas manus in clericum iniecerit/adeo patēter, vt nulla possit tergiuersatione celari. Vt si sit lata sententia excommunicationis contra eum, qui furtum/aut crimen commissum per eū scitum/non reuelauerit: & ego sciam Petrū præfati furti aut criminis cōscium esse, & factum non denunciare, non teneor Petrum etiam in sacris vitare.

¶ Quartum dictum. Absolutio a curato

solum

ſolum generaliter excommunicato confi tenti impenſa, eſt valida, & ex conſequenti confeſſio illi facta, non eſt de neceſſitate ite randa. Excepto caſu, de violẽta manuum in clericum iniectione manifeſta, quia tũc idem eſſet, ac ſi eſſet denunciatus. Hoc pa tet ex præfatis conciliis, quę videtur equi parare eos, qui ſolum generaliter ſunt ex communicati, his qui excommunicati nõ ſunt, quantum ad hoc, quod eſt miniſtrare illis ſacramenta, aut de eorum manu ea re cipere. Quod vniuerſaliter de omnibus ſa cramentis fuit inſtitutum, nec fuit facta ex ceptio de ſacramento abſolutionis, vt ſup pono. Tum etiã, quia geſta per huiuſmo di excommunicatos tenent, interim ꝙ ab eccleſia tolerantur. Cum igitur tolerentur quãdiu non ſunt nominatim excommu nicati/nec declarati, ſequitur. &c.

¶ Quintum dictum. Abſolutio impen ſa ab excommunicato nominatim/ſiue de claratus ſit/ſiue non, ſiue in publico/ ſiue in occulto impendatur, eſt nulla, ſi confi tens ſciat confeſſorem ſic excommunica tum eſſe, niſi per ignorantiam de vitando huiuſmodi excuſetur. Id patet, quia tali ter excommunicatum tenemur ſaltẽ in oc culto vitare: & cum abſolutio ſacramenta lis nõ niſi in occulto fiat, ſequitur ꝙ in ca ſu, homo, qui abſolutionem ab illo petit aut recipit, peccat mortaliter, & ita ponit obicem, & per conſequens abſolutio eſt nulla, & confeſſio iteranda. Idem ſi confeſ ſor fuit excommunicatus generaliter ob violentam manuum in clericum iniectio nem, quę nulla poſſet tergiuerſatione cela ri, iuxta concilium Conſtañ. ſupra citatũ.

¶ Sextum dictum. Abſolutio impẽſa a cu rato vel alio excommunicato ſimul & de nunciato eſt nulla, & per conſequens iterã da. Hoc patet, tum ex præcedente a mino ri. Si enim quando eſt excõmunicatus oc culte ſed nominatim, etiam ſi denunciatus non ſit/cõfeſſio illi facta in occulto eſt nul la, cum in occulto debuit euitari, a fortiori ergo ſi ſit denũciatus. Tum etiam, quia ex communicatum publice denunciatũ nõ dubium eſt, quin teneamur vitare in ſa cris, vt patet ex dictis· & per conſequẽs qui illi confitetur ſcienter, ponit obicem, & p conſequens non vere abſolvitur.

¶ Correlarie ſequitur, non eſſe verum de iure, quod ait Caieta. in ſumma. verbo ab ſolutio. ꝙ in duobus caſibus ſolum eſt ab ſolutio nulla ab excommunicato impen ſa, ſcilicet, ſi ſit nominatim denũciatus, aut ſi notorie violentas manus in clericũ inie cit. Extra quos caſus, ait, huiuſmodi excõ municatos/nec in publico/ nec in occulto eſſe vitandos etiam in ſacris. Hoc enim fal ſum eſſe videtur, ex cap. Cum non ab ho mine ſupra citato, ſcilicet, ſi quis ſit nomi natim excommunicatus/ſed non denun ciatus, vitandus eſt ab his, qui ſciunt illum eſſe excommunicatum, ſaltem in occulto: & abſolutio ſic in occulto impenſa, non te net. Nec ſuffragatur Caietano concilium Conſtañ. quia illud nõ loquitur niſi de his qui a iure/vel ab homine ſentẽtiam in ge nerali latam inciderunt, ꝙ ſcilicet tales nõ ſũt de neceſſitate vitãdi in publico nec in occulto, antequã denuncientur expreſſe. Nã in aliis nominatim & ſpecialiter excõmu nicatis, etiam ſi denunciati non ſint, nil p Cõcilium Conſtañ. iuri antiquo detractũ eſt. Concilium enim hoc dũas tantum cõ tinet antiqui iuris coarctationes/ ſeu mode rationes, vna eſt, de non vitãdis his, qui ſo lum ſunt generaliter excommunicati/ante quã denuncientur. Secunda eſt, de non vi tandis his, qui violẽtas manus in clericum iniecerunt occulte/ vel non ita notorie, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. Quas limitationes antiquum ius non videbatur habere. Et ita antiquum ius in cęteris mã ſit in ſuo vigore. ¶ Dixi notanter illud Ca ietani non eſſe verũ de iure, quia forte con ſuetudo ĩ hac re, obtinet vim, vt ſcilicet no minatim excommunicati vitandi non ſint ante denunciationem, ſicut nec generaliter excommunicati. Eſſet enim conſuetudo huiuſmodi rationabilis, & ſi talis ſit, tene bit veritatem, quod ait Caietan?. Verum, vt videtur, ipſe non conſuetudini, ſed ſta tuto Concilii Conſtañ. innititur.

¶ Per hæc patet reſponſio ad quęſtionem ſimul & ad rationes ſupra factas, in qui bus probabatur, ꝙ nunquã licitum eſt cõ municare cum excommunicatis/maxime in ſacris, ſed vitandi ſunt/ & habendi ſicut ethnici & publicani. Proceduntenim hęc de excõmunicatis nominatim, aut de his, qui per iudicem ſunt denunciati, ſecus de aliis, & ſic poſſumus cum generaliter ex-

communicatis communicare, ita & cum hæreticis anteq̄ſint per iudicem declarati. Nec obstat Canonica Ioan. supra citata: nam illud dictum Ioā. procedit casu, quo illos vitare est necessarium ad eorum correctionem, vel proximorum cautelā, vel nostram preseruationem, vt dicunt doctores. Aut casū, quo nostra cum illis conuersatio est causa, q̄ in sua hęresi permaneant/ & non resipiscant, quod videtur magis literę conuenire: quia tunc diceremur operibus eius malignis communicare.

¶ Contra secundum dictum obiciet aliquis, q̄ pœnitens non tenetur vitare in occulto curatum excommunicatum, quando ipse solus scit illum esse excommunicatum: nam aduenientę tempore necessariæ confessionis, scilicet, tempore paschatis, curatus poterit iudicialiter compellere illum peccatorem, vt ipsi, qui suus curatus est, confiteatur: si alius non sit, cui legitime possit confiteri, & si parere nolit, iure poterit illum subditum ab ingressu ecclesiæ arcere, iuxta cap. Omnis vtriusq̄ sexus. Igitur in casu subditus iure compulsus, tenebit̄ illi confiteri: nec in hoc peccabit, quia nemo legis auctoritate peccat: & qđ quis iure facit, iuste facit. Pro quo facit. 22. q. 1. Si peccatum. & 23. q. 4. Qui peccat. &c.

¶ Inde arguitur cōtra quintum dictum, q̄ talis confessio sit sacramentalis/ & absolutio valida, & ex consequenti non iteranda, dico de ea quæ fit curato nominatim excommunicato & non denūciato. Tum, qa ex quo iure pōt peccator ad cōfitendū suo curato compelli, cōfessio erit legitima & valida. Tum etiam, quia gesta per excōmunicatum tenent, interim q̄ ab ecclesia toleratur. Dico gesta per excommuuicatū facta, ratione publici officii. l. Barbarius. ff. de officio præto. Sed talis curat9 interim q̄ non est denunciatus, toleratur ab ecclesia, & gesta per eum ratiōe publici officii. quale est cura aiarū, tenēt: igit̄ absolutio per eum impensa tenebit.

¶ Postremo arguitur, q̄ confessio facta ei, qui est excommunicatus solum generaliter, si id scit ipse confitens, q̄ nō est valida: quia talis pœnitens, qui illi confitetur, saltem extra tempus necessitatis peccat, & ita ponit obicē. Id patet, quia sicut ministrare sacramētum taliter excommunicato extra necessitatem est peccatum, & contra legem Christi. Nolite sanctū dare canibus, ita accipere sacramētum de manu excommunicati extra necessitatē, est similiter peccatum cooperationis: cum cōstet taliter excommunicatum peccare ministrando sacramenta extra necessitatem. Nec releuat statutum præfatum Concilii Constañ. in quo dicitur, q̄ non tenemur vitare generaliter excommunicatos in datione aut receptione sacramētorum. Nam statutum humanum non debet diuino iuri prævalere, nec diuini iuris obligationem tollere. Cū ergo iure diuino teneamur non ministrare sacramenta excommunicatis etiam generaliter, eodem etiam iure teneamur non cooperari ad peccatum ꝓximi, sequitur præfatum statutum nō valere ad excusandum a peccato subditum, qui curato generaliter excommunicato confitetur: & per consequens huiusmodi confessio erit iterāda. ita bene, sicut illa quæ fit excommunicato nominatim & denunciato, cum vtrobiq̄ concurrat eadem ratio nullitatis absolutiōis, scilicet, obex peccati in cōfitēte.

¶ Respon. ad primum. Esto q̄ talis subditus per iudicem possit in foro iudiciali cōpelli ad hoc, q̄ suo curato confiteatur: non sequitur inde, q̄ tute possit id agere subditus, quia in foro iudiciali ad multa potest homo compelli, quæ cum bona conscientia agere non potest. Vt si quis publice cōtraxit cum aliqua, qui tamē scit impedimētum esse inter eos, quod nemo alius scit: compelletur a iudice reddere debitum postulanti, & tamen non poterit tute huiusmodi debitum reddere. Pro quo etiam facit casus, qui habetur. c. Dñs. de secundis nuptiis. Et casus, qui habetur. c. Inquisitioni. de sententia excommuni. In casu igitur presenti hoc idem accidit, q̄ q̄uis a iudice compellatur subditus ille suo curato confiteri, nō tamen tenetur. Ratio, quia habet præceptum ecclesię in contrariū, quo tenetur excommunicatum vitare in occulto, maxime in sacris. Et iudicis preceptū in casu procedit ex ignorantia, qua scilicet iudex nescit illum curatum excommunicatū esse, qui si id sciret, non illud præciperet. Et esto sciret, & præciperet, non esset illi parendum, iuxta regulam magistralem. Si inferior iubeat aliquid, cuius contrariū

superior

ſuperior ſubet, non eſt inferiori parẽdum, vt patet. xi. q. 3. Non ſemper, cũ aliis ſequẽtibus. Quod autem allegatur, qui peccat legis autoritate, non peccat. Verum eſt de lege diuina, vt exponit Auguſtinus. Et ſi ad omnem legem id velimus extendere, verum eſt, q̃ nulla lex tribuit autoritatem ad peccandum, etiam ſi leges multa permittant peccata. Aliud enim eſt, legẽ peccata permittere, aliud vero ad peccãdum autoritatem præſtare.

¶ Ad ſecundum nego illam cõfeſſionem validã eſſe, nec enim legitima eſt, imo contra legem iubentem vitare excõmunicatũ in occulto, quando ſcitur eſſe talis. Geſta etiam per excommunicatum ratione publici officii valent, quantum ad forum iudicialem: quia non inualidantur in illo foro, quãdiu ab eccleſia toleratur: ſecus in foro pœnitentiali & conſcientiæ. Diſcrimen eſt clarum ex dictis, quia in geſtis publicis per excommunicatum toleratũ, defectus poteſt per leges publicas ſuppleri, ita vt facta teneant. Abſolutio autem ſacramentalis ab excommunicato occulto impenſa, non ita tenet, quia eius defectus, per publicas leges humanas ſuppleri non poteſt, eo q̃ abſolutio impenſa actu peccãti/ ſeu obicem ponenti, de iure diuino eſt nulla, vt ex dictis apparet.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quamuis qui generaliter excommunicatus eſt, peccet, ſacramenta miniſtrando, non tamẽ inde fit, vt ſemper peccent, qui de manu eius ſacramenta ſuſcipiunt, ad minus non peccabũt contra eccleſiæ præceptum, quandoquidem ſtatutum Concilii Conſtañ. nõ prohibet ſuſcipere ſacramenta de manu illorum, ipſis tamen iure diuino veritum eſt, ſacramenta miniſtrare, cũ indigni ſint. Nephas enim eſt, vt ait Dionyſius, immũdis ſacra tractare. Et hanc culpam ſtatutum cõcilii non tollit. Et eſto ſuſcipientes cooperentur ad peccatum ipſorum, non tamen huiuſmodi cooperatio culpanda eſt, quando ipſa cooperatio in nullo dat peccãti cauſam vt peccet, vt ſi alioq̃ paratus ſit ſic peccare, vt dicit Adrianus. Sed ſtatim obiceretur, q̃ ille ſacerdos non audiret cõfeſſionem illius peccatoris, niſi ad inſtantiam ipſius: & ex conſequenti videtur illi prebere cauſam indigne tractandi ſacramentum. Ideo poſſet aliter reſpõderi, q̃ cooperari de per accidens ad peccatum proximi, cauſa etiam data de per accidens, non eſt ſemper peccatum, cum excuſetur per neceſſitatem/ vel aliquam ſpiritualem vtilitatẽ. De quo alias. &c. Pro nunc tamen dicẽdum, q̃ in tribus caſibus eſt peccatum cooperari ad peccatum proximi. Primus, quando eſt cooperatio ad aliquid de ſe malum. Secundus, quando cooperatio eſt cauſa, q̃ proximus peccet, qui alioqui non eſſet peccaturus, nec in peccato permanſurus. Tertius, quando ſola voluntate cooperamur ad peccatum, ideſt, ſine neceſſitate aut vtilitate. Erit autem licita cooperatio, quãdo eſt de per accidens, & fit ob neceſſitatẽ/ vel notabilẽ vtilitatem, quę non ita cõmode aliter haberi poſſet. Exẽpla ſunt clara.

¶ De confeſſione neſcienter facta excommunicato.

EX dictis oritur dubium, quia, vt videtur, ideo abſolutio ab excõmunicato impenſa eſt inualida, quia illi confeſſus, & abſolutionem petens/ ponit obicem peccati/ communicando cum illo. Quod verum eſſe non dubitatur, quando ipſe confeſſus ſcit cõfeſſorem excommunicatum eſſe. Pone igitur, q̃ id neſciat inuincibiliter, An in tali caſu abſolutio ſit nulla, & cõfeſſio iteranda. Et loquor de confeſſore excommunicato nominatim denũciato. Et videri poſſet alicui, q̃ confeſſio tunc ſit valida, quia non ponit obicẽ ipſe confeſſus, & ita abſolutio non carebit effectu.

¶ Oppoſitum tamen videtur tenendum. Pro quo facit. c. Si celebret, de clerico excommunicato. Vbi dicitur, q̃ excommunicatus minore excommunicatione graviter peccat, ſi ſacramenta miniſtret/ aut ſuſcipiat, quamuis miniſtrata per eum, non careant virtutis effectu. Et datur pro cauſa, quia taliter excommunicatus, non eſt remotus a collatione/ ſed a perceptiõe: ideſt, non eſt ſuſpenſus quo ad alios, ſed quoad ſe. Vnde a contrario videtur, q̃ miniſtrata ab excommunicato maiore excommunicatione, carent virtutis effectu: ac proinde abſolutio per talem impenſa eſt nulla.

¶ Facit etiam. c. Duobus, de ſententia ex-

* L q̃ confeſſio f excõmunicato eſt zanda (maiori exc R̃ eſt. q̃ quomod abſoluere ille qui ſ a tẽ. c. Si celebret. ri co. exco. l. de fra a contrario conſtre

communicationis. Vbi sententialiter dicitur, q̃ propter vinculum minoris excommunicationis non expirat potestas soluẽdi & ligandi. Vnde a contrario videtur, q̃ expirat talis potestas propter vinculũ maioris excommunicatiõis. Iam inde arguitur, quia vel expirat quo ad licentiam, ita vt excommunicatus non possit licite soluere nec ligare, & hoc dici non potest, quia illo modo etiam expirat per vinculum minoris excommunicationis. Vel expirat quo ad potestatem remotam, quæ est potestas ordinis, & hoc non, quia illa potestas ordinis in charactere fundata/ est inauferibilis/ sicut & ipse character. Restat ergo, q̃ expiret quo ad potestatem propinquam, & de facto, ita scilicet, q̃ si talis attentet quenq̃ soluere vel ligare, non teneat factum, & ita sic absolutus/ quantumuis cum bona fide confessus, tenetur aliam legitimam absolutionẽ procurare. Secus de generaliter excõmunicatis & toleratis, quorum gesta tenent, vt supra diximus. Consonat etiam rationi, quia qui ligat? est, quomodo potest alios soluere aut ligare? ¶ Correlarie sequitur, q̃ absolutio impensa ab excõmunicato denunciato est nulla, nõ solum propter obicem, quem illi confitens ponit/ cõmunicando cum illo, sed etiam ob defectum potestatis propinquæ, quã talis excommunicatus non habet: qua tamẽ priuatus non est, qui solum generaliter est excommunicatus, cuius gesta ratione publici officii tenent. Sic tenent Adrianus in. 4. fo. 85. post Angelum, excõmuni. vltimo. §. 19. Sic Ricar. in. 4. distin. 18. Et Innocen. & Panormi. in. c. veritatis. De dolo & contumacia. Vide Baptistam. verbo Absolutio. §. 3. & 4. ¶ Correlarie sequitur, q̃ particulariter excõmunicatus non potest morientem absoluere, nec moriens tenetur taliter excommunicato confiteri. Vnde tũc si alium non habeat confessorem, perinde est, ac si copiam confessoris nõ habeat, ex quo ille excommunicatus propinquã potestatem nõ habeat ad soluendũ quenq̃: tunc enim satis erit, si Deo cõfiteat: quãq̃ excõicat? in illo articulo necessitatis possit a quolibet nõ p̃ciso absolui. De quo alias.

¶ De confessione facta confessori prauo.

ALiud dubium, An sicut excõmunicatio confessoris facit absolutionem inualidam, ita etiã malitia confessoris reddat ipsam absolutionem nullam. Et arguitur q̃ sic, quia malitia cõfitentis reddit absolutionem nullam: igitur & malitia absoluentis: nam actus potius vitiatur ab agente ipsum/ quam à patiente. &c.

¶ Præterea ligandi & soluẽdi potestas veris/ non falsis sacerdotibus a domino tradita est. Cuius argumentum est, quia Christus dicturus apostolis, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, præmisit. Accipite spiritum sanctum. &c. Vt cunctis euidenter ostẽderet, eum qui spiritum sanctũ non habet, peccata non posse tenere vel remittere. vt ait Alexan. secundus. Et habetur. 24. q. 1. Audiuimus, &c.

¶ Oppositum tamen videtur tenẽdum, iuxta. c. Plærunq̃. 11. q. 3. vbi dicitur, q̃ iudex sæpe ligat & soluit, cuius ad locum vita minime concordat. Et. c. Consulẽdum. 28. distin. Vbi dicitur, non esse vitandum presbyterum habentem vxorem, aut criminosum, sed tolerandum. In cuius exemplum adducitur, q̃ Christus Iudam criminosum tolerauit. Ac proinde facta per clericum criminosum tenent, & per ecclesiam approbantur. Quod clarius patet ex cap. Scisciantibus. 25. q. vltima. Vbi Nicolaus ad consulta vulgariorum respõdẽs, ait posse sacramenta recipi de manu sacerdotis in adulterio deprehensi. Et datur ibidem causa, quia non potest aliquis/ quantũcũq̃ pollutus sit, sacramenta diuina polluere. &c. Et additur. Qualiscunq̃ enim sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinari non possunt. Idcirco ab eo (quousq̃ iudicio episcoporum reprobetur) communio percipiẽda est. ¶ Facit etiam ratio, quia sacramenta ecclesiæ non merito ministrantium innitũtur, sed Christi institutioni & meritis eiusdem: quemadmodũ de baptismo a criminoso sacerdote ministrato, & de Eucharistia a malo sacerdote confecta suo loco dictũ est. ¶ Deinde, si absolutio impensa ab eo qui est excommunicatus (saltem generaliter) valet, a fortiori igit̃ valebit impẽsa ab eo, qui nullo modo est excommunicatus, cuius sit in p̃cto mortali.

¶ Ad rationes ante oppositum, Respõ. ad primum

primū, q̄ illa prima cōsequentia non valet, Quāuis enim actus humanus quo ad bonitatem / vel malitiam magis pendeat ab agente q̄ a patiente: attamen quo ad efficaciā vel effectum agendum in patiente magis a patiente pendet / & ab eius dispositione, q̄ ab agente. Vt eucharistia, & reliqua sacramēta suam efficaciā in recipiente non habent, nisi iuxta dispositionem recipientis, quantūuis sanctus sit, qui ministrat. Ac proinde non mirum / si malitia confitentis impediat absolutionis veritatem, & efficaciam, & non malitia absoluentis ¶ Ad secundum pro nunc, illa glo. accepteur, quæ ait, sacerdotē, qui spūm sanctū non habet, nō posse peccata remittere vitæ merito, posse tñ vi sacramēti. Et p̄mo modo p̄cedit decretū Alexandri citatum.

Equitur ex dictis, non esse de necessitate iterandam cōfessionem ob id, quod pœnitens est oblitus pœnitentiæ prius iniunctæ. Nec ob id, q̄ pœnitentia iniūcta, sit in pctō adimpleta. Nec ob id, q̄ confitens tpe quo confitebatur, oblitus fuit alicuius peccati mortalis a se commissi. Hęc omnia patent, quia cum his stat, q̄ confessio p̄ facta / simul & absolutio fuerit legitima, & valida, & per consequens non iteranda. Nam pono huiusmodi pœnitentem cum debita contritione, & præmissa debita discussione conscientiæ / absq; aliquo impedimento fuisse suo proprio curato confessum: iam illa confessio, & absolutio fuit valida ex parte tam confitentis quam absoluentis, vt suppono: confessio autem, & absolutio semel legitime facta, non potest reddi nulla per casum postmodum occurrentem. Ac proinde si postea succedat iniunctæ pœnitentiæ obliuio, aut eiusdem in peccato adimpletio, non inde fit, vt absolutio, quæ valida fuit, sit nulla.

¶ Si tamen peccator velit in hoc seculo pro peccatis confessis satisfacere iuxta qualitatem, & quantitatem peccatorum, quæ commisit, & iniunctæ pœnitentiæ oblitus est, tenebitur eadem peccata reconfiteri ad finem hunc, scilicet, vt debita pœnitentia illi iniungatur. Attamen hoc voluntatis est, non necessitatis: quia liberum est pœnitenti in hoc seculo satisfacere, aut satisfactionem ad purgatorium relinquere, vt postea patebit. De pœnitentia etiam in peccato adimpleta, an sit iteranda, seu an sit satisfactoria, patuit supra, & iterum patebit inferius. ¶ De confessione etiam dimidiata ob obliuionem alicuius peccati, an sit de necessitate iteranda, supra conclusum est. Et in præsentiarum breuiter dicendum, distinguendo de huiusmodi obliuione: quia si processit ex negligentia confitentis, eo q̄ non debite suam conscientiam discussserat, culpabilis fuit talis obliuio, & ita absolutionem suscipiens, posuit obicem, & ex consequenti non mansit vere absolutus, ac proinde tenetur reiterare confessionem illam. Si autem obliuio illa illi accidit absq; negligentia sua, cum fecit, quæ debuit, vt omnia sua delicta ad memoriam reuocaret, & non potuit: tunc valida fuit confessio, & non iteranda. Satis erit, postquam peccatum oblitum ad memoriam fuerit reuocatum, illud cum cæteris, quæ post illam confessionem commisit, confiteri.

¶ Illud in hac materia notandum est, q̄ si confessus certus est de nullitate absolutionis sibi impensæ, siue ob defectum ipsius confitentis, siue ipsius confessoris: tunc tenetur reiterare confessionem, vt dictum est, in casibus supra positis. Si autem non sit de hoc certus / sed dubius, est videndum de huiusmodi dubio, an sit probabile, ita vt subsit iusta causa dubitandi, & tunc etiā est confessio iteranda, nec dubium temere deponendum. Si autem sit dubium non ita probabile / sed leue, scilicet, si nō subsit iusta, & rationabilis causa dubitandi: tunc vel deponatur dubium, vel reiteretur confessio: alioqui exponeret se homo periculo non habendi veram absolutionem. Si autem hoc dubium habeat homo tempore quo confitetur, tunc stante dubio, peccat, absolutionem petendo: quia exponit se periculo irritam faciendi absolutionem, & ideo tenetur confessionem iterare, cum confessione obicis.

Aliud occurrit dubium. An in illis casibus, in quibus est de necessitate reiteranda confessio, sit reiteranda particulariter, & explicite, an sufficiat in genere, dicendo. Confiteor me illa omnia com-

miſiſſe, quæ olim vobis confeſſus fui. &c. Reſpon. Si reiteratio confeſſionis fiat nouo confeſſori / & non ei, cui prius erat facta confeſſio: tunc non dubium, quin in particulari ſit reiteranda. Si autem fiat priori confeſſori, diſtinguunt doctores, quia vel peccata prius confeſſa exciderunt a memoria illius confeſſoris, vel non. Si non, ſatis eſt confeſſionem in genere reiterare. Secus ſi a memoria confeſſoris exciderunt.

¶Contra tamen videtur, quod non ſit neceſſarium reconfiteri peccata eidem confeſſori in particulari, etiam ſi peccata a memoria confeſſoris exciderint. Ratio, quia memoria peccatorum confeſſorum non eſt in confeſſore neceſſaria ad validitatem abſolutionis. Probatur, vt ſi quis confiteatur multa peccata, cuius confeſſio duret per octo dies, vel per menſem, aut etiam per annum: ſi quis omnia peccata totius vitæ velit confiteri, & in fine anni confeſſor eum abſoluat, valebit abſolutio, etiam ſi confeſſor non teneat memoriam omnium, quæ in confeſſione audiuerat. Similiter ſi abſolutio differatur ad petitionem confitentis, qui vult amplius ſuam diſcutere conſcientiam, aut ad voluntatem confeſſoris, qui vult ſuper certis caſibus in confeſſione auditis, amplius per librorum inſpectionem / aut virorum doctorum inſtructionem informari, & differat ad menſem / vel annum, & poſtea abſoluat pœnitentem, valebit abſolutio, etiam ſi ſacerdos non habeat memoriam omnium, quæ in confeſſione audiuerat Sic tenet Palude in ſuo. 4. ſic Adria. q. 4. de confeſſione. Sic Baptiſta confeſſio. 1. §. 8.

¶Si arguas. Pœnitentia illi imponi digne non poteſt, niſi iuxta quantitatem & qualitatem peccatorum, ad hoc autem neceſſarium eſt, vt confeſſor notitiam peccatorum habeat. Dicẽdum, q̃ ſi velit peccator per pœnitentiam condignam a ſacerdote iniunctam in hoc ſeculo ſatiſfacere, neceſſarium eſt peccata in particulari reconfiteatur, ſi a memoria confeſſoris exciderunt: attamen cum pœnitentiæ iniunctæ ſint arbitrariæ, vt habetur cap̃. Menſuram, de pœnitentia, diſt. n. 1. Et cap̃. Deus, de pœnitentiis & remi. & ſit in voluntate peccatorum velle hic vel alibi ſatiſfacere, ideo non eſt ſimpliciter neceſſarium in particulari reconfiteri.

¶Si ſecundo arguas, quia confeſſor abſoluens pœnitentem quando a confeſſoris memoria peccata exciderunt, exponit ſe periculo abſoluendi, quem abſoluere non poteſt: quia forte ille pœnitens habebat caſus reſeruatos, aut erat maiori excõmunicatione ligatus, a quibus hic confeſſor eum abſoluere non poteſt. Igitur peccat ſine memoria peccatorũ illum abſoluens Reſpon. Quod ſi eſt ipſi confeſſori certũ / vel p̃babile / aut dubium, q̃ ille habuerit tales caſus, peccat, illum vniuerſaliter abſoluendo: quia exponit ſe periculo præfato, in quo caſu non procedit præfata reſpontio. Secus ſi credat nullum tale fuiſſe impedimentum, quod poteſt licite credere, ſi ipſe pœnitens ſit doctus / & fide dignus, & certiorat ſuum confeſſorẽ, q̃ nullum talem habuerit caſum.

Sed pone, q̃ Petrus primo omnia ſua peccata, quæ pro tempore habebat, confeſſus eſt vni confeſſori idoneo: deinde alio anno reliqua ſua peccata alteri idoneo integre confeſſus eſt, vtraq; tamen fuit inualida, vel ex defectu ipſius confitentis, vel ipſorum confeſſorum, & vtraq; cõfeſſio reiteranda, Quærebatur an ſatisfaciat ille pœnitens, ſi ad primum confeſſorem adeat, dicens, Confiteor me illa omnia commiſiſſe, quæ tibi confeſſus fui, &c. Et ad ſecundum ſimiliter, dicens, Confiteor me illa omnia commiſiſſe, quę tibi olim confeſſus fui. &c. ita, vt vterq; illum abſoluat. Reſpon. Cum præfatæ confeſſiones ab homine in caſu factæ inualidæ fuerint / ſimiliter & abſolutiones, perinde eſt, ac ſi non eſſet confeſſus: ideo ſi vult ab omnibus peccatis abſolui, non a diuerſis confeſſoribus, ſed ab vno vnicã quærat abſolutionem. Et illi, a quo petit abſoui, omnia commiſſa, a quibus hactenus abſolutus non eſt, confiteatur. Et ſi illi vni aliquando, licet inualide, aliqua peccata fuerit confeſſus, illa in genere eidem confiteatur: & reliqua, quæ illi non erat confeſſus: reconfiteatur, vt ab illo omnium peccatorum integram aſſequatur abſolutionem.

¶De facultate

¶ De facultate ſimul. & fructu legitimam confeſſionem iterandi.

ALia iuxta materiam prætactam occurrit dubitatio. Eſto ꝙ confeſſio legitima, & valida ſemel facta, non ſit de neceſſitate iteranda, an ſaltem poſſit licite, & fructuoſe reiterari. In qua diſtinguendum videtur, de confeſſione, & de abſolutione. Nam de confeſſione, nulla eſt quæſtio, quin poſſit eadem frequenter eidem, & diuerſis confeſſoribus fieri. Nec dubium eſt, huiuſmodi iteratã confeſſionẽ eorundẽ peccatorũ fructuoſam eſſe ex opere operantis, ratiõe humilitatis ipſius peccatoris, & ratione reiteratę contritionis, ex qua, reiterata confeſſio procedit, & ratione verecundię, quã in ipſa peccatorũ confeſſione habet, & ratione conſilii, & correctionis, quã ei confeſſor poteſt exhibere. ¶ De abſolutione aũt iterata ſuper eiſdem peccatis eſt dubium, An licita ſit, & fructuoſa. Et dixit quidam doctor de rubione, ꝙ non eſt licitum huiuſmodi abſolutionem in caſu iterare. Cuius ratio eſt, quia ſecunda abſolutio eſſet irrita/ & inanis/ & falſa: quia cum talis peccator ab illis ſuis peccatis, quæ reconfitetur, fuerit prius vere ſacramentaliter abſolutus: igitur non manſit poſt modum eiſdem peccatis ligatus: ac proinde quãdo ſacerdos reiterata confeſſione ait, Ego te abſoluo a peccatis tuis, quæ mihi confeſſus es, falſum dicit pro tunc: cum nemo vere dicatur ſolui, qui immediate ante ipſam ſolutionem ligatus non fuerat: & ita abſolutio eſt irrita, & per conſequens, qui abſolutiõem reiterat, & qui eam reiterari facit, ex parte ſua facit ſacramentum irritum, & ita peccat, ſicut qui ſemel eſt baptizatus, ſi iterum baptizaretur. ¶ Sco. ait in quarto confeſſionem ſimul, & abſolutionem iterari quidem poſſe licite, non tamen ſalubriter, quia ſecunda abſolutio nil in confitente operat. Tum, quia oppoſito dato, per ſolam reiterationem confeſſionis ſine alia ſatiſfactione poſſet peccator totaliter a peccatis liberari. Tum etiam, quia ſententia ſemel lata, claue non errante, a deo ratificatur in cœlis, ita vt non maneat peccator amplius ligatus. Tum etiam, quia ita videmus in foro contentioſo, quod ſententia ſemel lata non reiteratur, & reiterata, non plus quam prima operatur, igitur. ¶ Oppoſitum tamen vtriuſq; videtur tenendum. Tum ex communi doctorum & ſanctorum ſententia, qui commendant peccatorem ſua peccata etiam prius confeſſa frequenter, & pluribus cum ſpe veniæ confitentem, vt patet ex cap. Quem pœnitet. de pœnitentia. diſtin. 3. Quod proceſſit de confeſſione ſacramentali reiterata. ¶ Tum etiam, quia apud religioſos ſimul, & apud alios viros deuotos, & deum timentes approbatur communiter, & commendatur conſuetudo, qua ſolent multi/ vel in ſeculo manentes/ vel religionem ingredientes, confeſſionem totius vitæ repetere, & ab omnibus ſimul abſolutionem recipere. ¶ Quod etiam fructuoſa ſit huiuſmodi iterata confeſſio, & abſolutio ex opere operato, apparet, quia eſt illic verũ ſacramentũ, cũ concurrat debita materia, & forma & miniſter idoneꝰ, & intẽtio, vt ſuppono: igitur. Si dicas, deficere debitã materiam, quæ eſt, peccata non prius remiſſa. Contra, quia tunc ſi quis omnino contritus, precedente feruida charitate, confiteatur, & abſoluatur, non illi huiuſmodi abſolutio prodeſſet, quia deficit materia per te, ſcilicet peccata non prius remiſſa, cum conſtet illa omnino quo ad culpam, & pœnam eſſe remiſſa, vt ſuppono in caſu. ¶ Si dicas non eſſe remiſſa a ſacerdote/ licet ſint a deo condonata, Contra, quia id non obſtat. Nam quæro quis ſit fructꝰ abſolutionis ſacramentalis? quia vel eſt remiſſio peccatorum quo ad culpam / vel quo ad pœnam/ vel eſt collatio gratiæ/ ſeu augmentum eius. Si primum, ſequitur, ꝙ cum peccata ſint ſufficienter a deo remiſſa per contritionem præuiam in caſu, ꝙ eſto abſoluatur a ſacerdote, infructuoſa erit talis abſolutio impenſa ei, qui contritus confitetur, ſicut ſi iterato confiteretur. Si ſecundum aut tertium, ſequitur ꝙ iterata abſolutio ſuper iterata cõfeſſione, habet fructum ſuum facere, ſcilicet, dare augmentum gratiæ, & remittere aliquid de pœna temporali, ſi cui tali manſit homo obnoxius: & per conſequens ꝙ peccata confeſſa ſint prius a ſacer

dote remissa/vel non, nil obstat/ quo minus iterata absolutio super iterata confessione sit verum sacramentum.

¶Deinde vtrumq; idem patet ex extrauagante Martini quinti supra citata, qui determinauit, q confessi fratribus generalē licentiam habentibus, nihilomin9 tenerentur iterum suis parochialibus confiteri, prout in Cōcilio generali Lateranēn. fuerat institutum. cap. Omnis vtriusq; sexus, &c. Quod tamen statutū non de sola confessione agenda, sed de sacramentali cū absolutione subsequuta intelligendū esse supra deduximus. Et patet, quia si de confessione reiterata, & non cum spe absolutionis loqueretur, nō esset opus suo ꝓprio reconfiteri, sed cum sit talis confessio facienda proprio, ideo est, quia non potest nisi a proprio absolui. ¶Similiter idem patet ex extrauagāte Benedicti vndecimi. Inter cunctas, vbi ait sententialiter, q religiosi, qui iuxta statuta sui ordinis tenentur suis prelatis confiteri, si aliis licenciatis cōfiteantur, q nihilominus teneantur iterū suis prælatis iuxta sua statuta confiteri. Quæ constitutio licet sit per Clementinā Dudum de sepulturis iam reuocata, quātum ad obligationē recōfitendi, attamen ante reuocationem habebat vim, & post reuocationem licet sit ablata obligatio reconfitendi, non tamen licentia. Adde q Benedictus ibidem ait, q licet confessi fratribus licenciatis non teneantur suis propriis curatis reconfiteri, est tamen salutare: ideo predicti fratres debent illis consulere, vt iterum suis propriis curatis cōfiteātur. ¶Dicendum igitur ad quęstionem subdistinctione, quia duobus modis potest reiterari absolutio ab eisdem peccatis. Vno modo, reiterata confessione. Alio modo, ea non reiterata. Et quidem si confessio nō reiteretur, sed ea semel tātum facta, reiteretur absolutio bis/aut ter/ aut pluries: tunc probabile est, talem absolutionem nil pl9 q̄ primam operari. Sicut si quis in eadem missa plures hostias accipiat, nil pl9, q̄ si vnam perciperet, obtinebit. Si tamen confessio iteretur simul, & absolutio, tunc currit sententia modo probata, quod talis absolutio toties proderit, quoties confessio iteretur, modo non ponat obicem ipse cōfessus. ¶Sicut quoties digne celebrat, toties illi proderit ex opere operato eucharistiam suscipere. Dixi notāter, nisi confitens obicem ponat. Quia qui confessionem reiterant/ cum animo iteratam absolutionem ab eisdem pecatis recipiendi, possunt se dupliciter habere: quia vel id faciunt ex diffidentia prætæritæ absolutionis/ quasi illa prima absolutio ei, ob grauitatem suorum peccatorum non suffecerit: & talis diffidentia, mortale peccatum est, & ad infidelitatem/seu hęresim pertinens. Et ideo qui ex tali diffidentia confitetur, obicē ponit, & ita huiusmodi iterata confessio simul, & absolutio nil illi proderit. Aut cōfessionem reiterant ex humilitate, & deuotiōe, quam ad huiusmodi sacramentū habent, omni tali diffidentia, cæterisq; obicibus seclusis: tunc licite, & fructuose talis confessio cū absolutiōe, vt supra dictū est, iterat. ¶Verum esto non sit fructuosa iterata absolutio super eadem confessione non iterata, esset dubium an saltem sit licita? Et videtur probabile q non, secundum primam sententiam, nisi ob causam iustam reiteretur, puta, si dubitat confessor an primo absoluerit, quia forte oblitus est, an debita verba formauerit, an debitam adhibuerit attentionem, aut ad aliquem alium defectum si quis forte interuenerit supplendum. Eodem modo potest dici, q non est licita reiteratio verborū consecrationis super hostia consecrata, nisi ob aliquam simile causam. Et generaliter nulla forma alicuius sacramenti esset licite iterabilis, nō iterata materia, nisi ob causam. Inde est, q verba matrimonialia semel dicta celebrata, in ecclesia publice reiterantur, quia subest iusta, & rationalis causa, ea in publico iterandi, vt occasio calumniandi, seu perperam, & sinistre de illis cohabitantibus opinandi tollatur.

¶Iam ad rationes prioris sentētiæ responderi potest. Ad primum, q falsum est iterata absolutionem super iterata confessione irritam esse, & inanē, imo valet ad augmētum gratiæ, & remissionē pœnę, si qua soluenda post deletam culpam remanet. Et quādo arguitur, q forma sit in casu falsa, quæ significat illum confitentem tunc absolui, cum tunc ligatus non esset, Dicendum primo secundum magistrum

facile

facile ſoluit, qui ait ſenſum illius formæ eſſe, Ego te abſoluo, ideſt te abſolutū eſſe iudico, & hoc verum eſt. Secundum vero alios erit ſenſus, ego te abſoluo q̄tum eſt ex parte mea, & ſimiliter verum eſt. Forte etiam non erat omnino a peccatis ſolut⁹, quia vt in plurimū poſt remiſſam culpā, relinquitur ligatura temporalis, a qua in toto / vel in parte poteſt confitens per ſacerdotem abſolui. Adde, q̄ ſi deberemus in ſono verborum prefatæ formæ ſtare, per eandem rationem concluderetur, q̄ eſſet falſa / irrita / & inanis prima abſolutio ei, qui ante fuerat contritus, impenſa.

¶ Ad ſecūdum pro parte Scoti allegatū, dicendum, q̄ nil inconuenit dicere, q̄ per iteratam confeſſionem ſimul, & iteratam abſolutionē tota pœna peccatis prius dimiſſis debita remittatur, ſicut, & per alia opera pœnalia, & meritoria reiterata dimitti poteſt, quandoquidē non minoris virtutis, & efficacię ſunt ſacramēta iterata, quam humana opera ſimiliter iterata.

¶ Ad aliud, quo arguitur, q̄ ſententia ſacerdotis ratificatur in cœlis, fateor, ita ſcilicet, vt non amplius teneatur peccator ea, quæ ſemel confeſſus eſt, iterum confiteri, cum quo ſtat, poſſe fructuoſe confeſſionem ſimul, & abſolutionem iterari.

¶ Ad tertium, eſto q̄ ſentētia in foro exteriore iterata ſuper eadem cauſa nil plus q̄ prima ſententia operetur, in noſtro tamē caſu poteſt aliquid amplius repetita abſolutio operari, ſcilicet, augmentū gratiæ / & pœnę remiſſionem, vt dictum eſt. Et quia in foro cōtentioſo non eſt, quod ſecūda ſententia iterata debeat aut poſſit conferre vltra id / quod prima contulit, ideo non mirum ſi effectum nouum non habeat.

¶ De his qui cōfiteri tenentur.

IAm quęritur, quis teneatur cōfiteri. In primis ꝓponatur decretalis, Omnis vtriuſq̄ ſexus fidelis, poſtq̄ ad annos diſcretionis puenerit, omnia ſua peccata, ſolus proprio ſacerdoti / ſaltem ſemel in anno confiteatur & Pœnitentiā iniunctam ſtudeat p̄ viribus adimplere. Quod ſi voluerit alieno cōfiteri, licentiā prius poſtulet, & obtineat a proprio &c. Quęrit igitur de huiuſmodi obligatiōe confitendi, an ſe extendat ad infideles. Et dixerunt aliqui, q̄ obligatio confitendi, quæ eſt de iure humano, puta ſemel in anno, non ſe extēdit ad infideles, de quibus eccleſia non iudicat, iuxta illud Pauli. Quid ad nos de his, qui foris ſunt, iudicare? Obligatio autē confitēdi ex iure diuino orta, extendit ſe, vt dicunt, ad fideles, eo q̄ iuri diuino omnes tam fideles q̄ infideles ſubiiciuntur; maxime, quia quando Chriſtus dixit, Quorum remiſeritis peccata &c. nullam fecit inter hos, & illos peccatores differentiā. 1. ad Cor. 5

¶ Reſpon. Aliter dicendum eſt, q̄ nec iure humano / nec diuino tenentur infideles confiteri peccata tēpore infidelitatis cōmiſſa. Probatur, quia vel tenerentur ea confiteri anteqū baptizentur / vel poſt. Non primum, quia baptiſm⁹ eſt ianua aliorum ſacramētorum, & pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, & nulli ſacerdoti data eſt poteſtas iuriſditionis ſup infideles in foro pœnitentiali, quæ omnia ſuppono certa: igitur in eis anteqū baptizentur abſolutio ſacramentalis locum habere non poteſt. Sed nec poteſt dici ſecundum, ſcilicet, q̄ poſt baptiſmū tenentur cōfiteri peccata, quæ tempore infidelitatis cōmiſerunt: nam illa omnia in baptiſmo totaliter remittuntur / quo ad culpam & pœnam, ac ſi commiſſa non eſſent. Et vt ait Ambro. Baptiſmalis gratia non requirit gemitū, nec planctum, nec vllam exteriorem ſatisfactionē, nec confeſſionē. ¶ Si dicas, admin⁹ ſi infidelis ponit obicē tpe quo baptizatur, pctā ꝑa illi nō remittunt, ſed in eo pmanēt poſt baptiſmū, & ita tenebit poſtea ea confiteri: quia ſub p̄cepto confeſſionis cadunt omnia mortalia poſt baptiſmum commiſſa, & permanentia. Reſpon. Ad id dici poſſet, q̄ & ſi baptiſm⁹ in caſu non remittat peccata tpe quo ſuſcipitur, remittet tamen ea poſtea, quando fictio receſſerit, iuxta decretū Auguſtini, tunc valere de cōſecra. diſtin. 4. ¶ Cōtra poterit replicari, q̄ ex ſententia quorūdā, vt Sco. etiam tangit, quando fictio receſſerit, non virtute baptiſmi remittentur peccata / ſed virtute contritionis tunc aduenientis, & ſi ita ſit, non videtur improbabile, quod cadant ſub præcepto confeſſionis, ſicut reliqua poſt

baptismum commissa. Verum quicquid sit de hoc, illud tenendum est cum communi sententia, q̄ in casu quo ficti⁹, superueniente contritione, recedit, gratiam baptismalem consequitur, quam propter obicem malæ voluntatis prius non fuerat cōsequutus, & ita huiusmodi gratia baptismalis idem nunc operatur, quod fuisset operata tempore baptismi, nisi obicem reperisset. Tunc autem certum est, q̄ gratia illa omnia peccata tempore infidelitatis commissa omnino deleuisset, ita vt nulla de illis opus esset cōfessione aut satisfatiōe. Hoc igitur idē post operat̄, cedēte fictione.

DE fidelib⁹ est dubiū, An obligatio cōfitendi se extendat ad omes fideles, pro quo supponat̄ posse fideles esse in quadruplici gñre, vt p̄mi sint, q oi carēt pctō mortali, & venali. Scdi sint, q carent mortali, sed nō venali. Tertii sint, q carent mortali exteriore, sed non carent mortali mentali. Quarti sint q sunt in pctis mortalib⁹ exterioribus. ¶ Sed an sit dabile primum genus hominum, qui omni peccato in hac vita careant: saltem per notabile tempus in ætate adulta, nam de paruulis baptizatis non dubium, quin careāt omni peccato. Similiter de adultis, non dubium, quin possint omni peccato carere per instans, vel saltem per breue tempus, vt si in adulta ętate baptizentur cum pœnitudine perfecta omnium suorum peccatorum, poterunt saltem ad breue tempus in innocentia permanere, non ita per notabile tempus, vt Augustinus ex intento probat. Tum, quia non est homo, cui non conueniat orationem dominicā quotidie dicere, in qua petimus, dimitte nobis debita nostra. Tum ex eo, quod ait Ioan. in sua canonica. Si dixerimus, q̄ peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tum, quia non est homo, q̄ non peccet, etiam si iustus sit, non poterit gloriari, se immunē esse a peccato, septies enim in die cadit iustus, vt ait scriptura. Si tamē aliquis talis sit, qui speciali dei gratia ab oīi peccato sit immunis, talis non erit astrictus confiteri, nec iure diuino, nec humano: quādoquidē confessio, de q̄ loquimur, nō nisi de ꝓpriis peccatis fieri debet. ¶ De his autem, qui mortali peccato carent, sed non veniali, est dubium, an teneā tur confiteri. Et dixerunt aliqui, q̄ licet non teneātur necessitate sacramenti, eo q̄ peccata venialia non sunt materia necessaria sacramenti pœnitentię, tenentur tamē necessitate præcepti ecclesiæ, quæ in p̄senti decretali vnicuiq̄ fideli iubet, vt semel in anno confiteatur, cui quidem præcepto de necessitate obtemperandum est. ¶ Non esset opus ad hanc quæstiunculam nunc respondere, cum supra fuerit absoluta, nisi propter eos, qui opinionem suam specialiter fundant in decretali, Omnis vtriusq̄. Contra quos dicimus, per huiusmodi decretalem non teneri homines peccata venialia confiteri, etiam si mortalibus coniuncta non sint. Quod probatur, supponēdo, q̄ ecclesia in hac decretali non induxit nouam obligationē confitendi, sed tantū limitauit tempus, in quo homines præceptum diuinum de confitendo adimplerent, vt est cōmunis Theologorū sentētia: igitur per hanc decretalem homines non tenentur cōfiteri nisi ea, quæ iure diuino cōfiteri tenent̄. Sed sic est, q̄ diuinū ius nō obligat quēq̄, vt venialia cōfiteat̄, nam illud dictū Christi, vnde orta est obligatio confitendi, scilicet, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, erunt retenta, non potest de venialibus vere intelligi, ex quo venialia multis aliis modis remitti possūt, vt supra dictū est, & ita hæc decretalis non obligat homines huius secundi generis. ¶ Secūdo idem patet rōne doctoris sancti: quia ecclesia non potest obligare ad impossibile/vel quasi, sed impossibile est hominem omnia peccata venialia confiteri, cum sint innumera, quæ homo dinumerare non potest, igitur hęc decretalis non se extēdit ad confessionem venialium, siue mortalibus sint adiuncta, siue non. ¶ Tertio, quia sacramētalis confessio, non est necessaria, nisi ad liberādū hominē a naufragio, est enim pœnitētia secūda tabula post naufragiū. Cum ergo homines per sola venialia naufragium pati non possint, cum per ea charitas in nullo diminuatur, sequitur non esse necessarium ea cōfiteri. ¶ Postremo idem patet ex pœna i hac decretali posita, cōtra huiusmodi confessionē omittentem, scilicet, vt viuus arceatur ab ingressu ecclesiæ, & moriens

1. Ioan. 1.

Eccles. 7.

Prouer. 24.

& moriens careat ecclesiastica sepultura. Quam pœnam tam duram non est credendum ecclesiam imposuisse propter nō cōfessionem venialium. Pessus enim est venialia committere, quam commissa non confiteri; sed talis pœna imponi non debuit, imo nec poterit cōtra eos, qui venialia committunt: igitur multo minus contra eos, qui venialia commissa non confitētur. ¶ Sequitur ex dictis, non esse standum in sentētia Caietani, qui ait, fratres nigros teneri ad cōfessionem venialium semel in mense, etiam si communiter fideles ad huiusmodi confessionem non teneantur. Et ita dicit, q̄ Clementina de statu monachorum, quæ ait, q̄ fratres nigri teneantur semel in mense confiteri, procedit de monachis sola etiam venialia habentibus. Contra quod militat ratio prima supra facta, quia ecclesia non induxit obligationē nouam cōfessionis, præter eam, quæ est de iure diuino. Cum ergo iure diuino fratres nigri nec alii non teneantur confiteri venialia, siue sola sint, siue mortalibus coniuncta: sequitur prefatam Clementinam non ad venialia se extendere, sicut nec præsens decretalis. Omnis vtriusq̄ sexus. Et quāuis religiosi/ & etiam alii viri seculares possint obligari ad confessionem venialium, hoc erit ex ipsorum volūtate seu voto. Quod autem inuiti ab ecclesia seu iure communi ad id obligentur, non apparet verum. Quod si inter se habent statuta, per quæ puniuntur hi, qui venialia non confitentur, vel erunt statuta de ea in genere confitendo, vel erunt statuta, quibus ipsi propria voluntate se subiecerunt. Itaq̄ non video apparentiam, q̄ vel religio, vel ecclesia, vel commune ius obliget religiosos ad confessionem venialium in particulari. Nam de hac loquimur.

¶ De confessione peccatorum cordis.

DE his etiam hominibus tertii generis, qui carent mortali exteriori, sed non mentali, est simile dubium, an teneantur peccata mētalia cōfiteri. Super qua quęstione olim fuerunt multi, qui tenuerunt partem negatiuam. Pro quibus facit ratio, quia peccatorum confessio prærequirit in confessione iurisditionem, vt supra patuit: sed confessor non habet iurisditionem super act⁹ cordis, sicut nec ecclesia tota, cum occulta cordium iudicio dei sint reseruata, vt quamplura iura testantur. Etiam homo non iudicat nisi de his, quæ apparent, prout scriptura ait, Homines iudicāt quę vident, dominus autem intuetur cor. 1.Reg.16

¶ Oppositum tamen tenendum est, scilicet, q̄ peccator habens mortalia peccata post baptismum commissa, tenetur ea omnia confiteri, non solum exteriora, sed etiā mentalia, siue sola sint, siue exterioribus cōiuncta. Id probatur ex dicto Christi sępe citato, Quorū remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Quęro, vel Christus hic solum de peccatis exterioribus loquutus est, vel etiā de interioribus. Non primum, quia tunc satisfaceret peccator diuino iuri, si sola exteriora confiteatur, & ab eisdem a confessore absoluatur: & confessor non haberet a Christo potestatem absoluendi, nisi ab exterioribus, quia in eodē loco dedit Christus sacerdotibus potestatem remittendi peccata, & præceptum peccatoribus de ea cōfitēdo. Et ita si illic Chr̄us de solis exterioribus peccatis loquut⁹ est, nec peccator teneret̄ confiteri nisi exteriora, nec sacerdos absoluere posset/ nisi ab exterioribus. Ex quo hæc absurditas seq̄ret̄, q̄ deus remitteret in cōfessione sola exteriora peccata, & non alia pure mētalia. Nam dixit Christus in sententia. Peccata quæ vos sacerdotes remiseritis, ego remittam, quæ autem vos non remiseritis/ per iudicium vestrum absolutiuum, nec ego remittam. Cum igitur secundum hanc respōsionem sacerdos nō remittat pure mentalia/ sed tantum exteriora, que in confessione audiuit: igitur deus similiter non remitteret pure mentalia, sed solum exteriora confessa a sacerdote remissa. Quod impium est dicere, quia deus vel nullum mortale remittit, vel omnia. Nam vel in remissione gratiam infundit/ vel non. Si sic, illa gratia omnia mortalia expellit. Si non, nullum igitur mortale expellitur/ aut remittitur. Restat ergo, q̄ Christus in loco allegato de omnibus mortalibus sit loquutus/ etiā mētalib⁹, & per cōsequēs iure illo diuino

lege. confessore.

tenetur peccator mentalia confiteri, siue sola sint, siue exterioribus coniũcta. ¶ Quã q̃ proteruus dicere posset, rationem hanc non concludere, & q̃ sententia Christi de exterioribus tantum procedat peccatis, & q̃ illa remittuntur per sacerdotis absolutionem, modo de illis debitam habeat cõtritionem propter deum. Et tunc deus virtute contritionis remittit mentalia, q̃ si talis contritio non assit, nulla illi a deo peccata mortalia remittuntur. Contra tamen arguitur, quia illa remissio, qua deus hæc peccata remittit vi cõtritionis/ illa vero vi absolutionis, nõ habet locum/ nec habere potest, loquendo de remissione quo ad culpam, quam deus facit, quam nunq̃ facit, nisi infusa charitate. Et patet hoc, quia non aliter remittit mentalia per contritionem, nisi dando gratiam: hæc autem gratia vi cõtritionis data, omnia mortalia excludit: igitur repugnat de lege, q̃ deus vi cõtritionis remittat aliqua mortalia/ & nõ omnia. Similiter si vi sacramenti remittit exteriora, id non fit, nisi gratiam sacramẽtalem infundendo: hæc autem gratia iterũ omnia etiam mentalia excludit: igitur repugnat, q̃ vi sacramenti sola exteriora remittat. ¶ Ratio igitur facta valida est, cui adde, quod supra dictum est, q̃ eodem iure diuino est necessaria integritas cõfessionis, quo est necessaria ipsa cõfessio: & ita nõ satisfacit peccator iuri diuino, si sola exteriora, tacitis mentalibus, confiteatur, & p consequens nec satisfacit huic decretali, in qua præcipitur, q̃ illa confessio, quæ iure diuino necessaria est, fiat semel in anno, & ita intentum. Hanc rationem in integritate confessionis fundatam, non probat Caietanus, quia ait eam procedere, quando peccator confitetur exteriora/ & non interiora, cum habeat vtraq̃: non tamen procedit, quãdo nulla exteriora commisit, sed solum interiora. Sed probo q̃ eam debet approbare, suppposita necessitate integritatis de iure diuino: quia si habet peccator peccata mentalia simul & exteriora, & sola exteriora confitetur, agit contra diuinũ ius, quo tenetur omnia per eum commissa confiteri: & cum non sit aliud expressius diuinum ius, quod id præcipit, nisi quod supra allegatum est, scilicet, quorum retinueritis peccata, retenta erunt, ideſt, peccata quæ vos sacerdotes non remiseritis, nec ego remittam: igitur talis peccator in casu quo sola exteriora confitetur & non interiora peccat, quia cõfessionem interiorum omittit: igitur illo iure diuino tenetur peccata interiora confiteri/ sicut & exteriora, cum sententia Christi ad omnia etiam mẽtalia se extendit. Alioqui si ad sola exteriora Christi præceptum se extenderet, satis seruaret peccator integritatẽ confessionis, quãdo omnia exteriora prçise cõfitetur. ¶ Pro hac vera sententia facit etiam qualitas fori pœnitentialis, q̃ secretissimus est, sicut & esse debet, eo scilicet, q̃ i illo de causis secretissimis tractetur, inter quæ sunt peccata occultissima cordis. Facit etiam, q̃ sacerdos ea quę in foro pœnitentiali scit & audit, scit vt deus, nõ vt homo/ vt dicitur. Deo autem etiam occultissima cordium sunt cõfitenda, cuius locũ sacerdos tenet. ¶ Facit etiã ratio, quia Christus venit curare vulnera nostra, nec dicẽdum est, q̃ fuerit imperfectus & defectuosus medicus, q̃ reliquerit medicinã pro exterioribus peccatis curandis, & nõ pro mentalibus. Medicinæ autem, quas reliquit ecclesiæ/ sacramenta sunt. Nec videtur, quod aliud sacramentum reliquerit, ad curandum mentales morbos post baptismum contractos, q̃ sacramentum pœnitentiæ: igitur non solum exteriora sunt confitenda, sed & mẽtalia, vt huiusmodi medicina sacramentalis omnibus his morbis prodesse valeat. ¶ Postremo facit præsens decretalis, quæ dempta temporis limitatione, in quo confessionem fieri iubet, in reliquis, quæ ad confessionem attinent, potius est diuini iuris declaratiua/ quam noui inductiua. Cũ igitur dicat, q̃ omnis fidelis omnia peccata confiteatur, & nomine/ omnia/ veniunt etiam mentalia intelligenda, qui totum dicit, nil excludit, sequitur obligationem cõfitendi ad pure mentalia se extendere. Specialiter etiam facit Concilium Complutẽn. in quo fuerunt condemnati magistri quidda Salmanticẽn. qui asserebant, peccata cordis non esse confitenda, sed per solam contritionem cordis deleri. Cuius cõdemnatio fuit per Sixtum quartũ approbata, vt supra tetigimus.

¶ Ad rationes priores cõtra veritatem supra positas, facile est respõdere. Esto enim

confessio

cõfessio p̃requirat in confessore potestatẽ iurisdictionis, nego tamen, q̃ cõfessor hãc non habeat in peccata cordis in foro pœnitentiali, in quo causæ occultissimæ tractari debent, in quo etiam confessor tenet vicem dei. Dicendum secundo, q̃ licet cõfessor non habeat iurisdictionem coactiuã in peccata cordis, cum homo purus non possit peccatorem compellere, vt occulta cordis confiteatur: habet tamen iurisditionem absolutiuam ipsorum peccatorum, pręsupposita spontanea subiectione, qua peccator in huiusmodi occultis se subiicit confessori. ¶ Ad aliud, quo dicitur, q̃ homo non iudicat nisi de his, quæ apparent, fateor, sed peccata mentalia quando quis ea confitetur, iam apparent: & ita cõfessor potest de illis iudicare.

¶ De aliis hominibus quarti generis, qui habent peccata, non solum mẽtalia, sed exteriora, non est dubitandum, quin teneantur ea omnia confiteri, tam iure diuino, vt supra deductum est, quam humano, virtute pręsentis decretalis. Esset tamen dubitatio de Papa. Et videri posset, q̃ esto, q̃ sub hoc quarto genere comprehendatur, non teneatur confiteri alicui sacerdoti/ sed soli deo. Ratio, quia confessio sacerdoti facienda, vt valida sit, pręsupponit in ipso sacerdote potestatem iurisditionis super ipsum confitentem: hanc autem nullus sacerdos videtur habere supra Papã, qui caput omniũ est, cui omnes alii subiiciuntur, ipsum autem nulli nisi deo constat esse subiectũ.

¶ Deinde q̃ virtute huius decretalis nõ teneatur confiteri, apparet, quia Papa nõ videtur legibus humanis de necessitate subiectus: cum omnes tales/ saltem ecclesiastiq̃/ sua autoritate & voluntate sint institutę: in quibus potest ipse cum aliis hominibus, etiam pro voluntate sua dispẽsare, ita vt teneat dispensatio, & dispensatus maneat liber ab obseruantia huiusmodi legũ: igitur a fortiore ipse est liber ab illis. Nec obstat, q̃ huiusmodi decretalis facta est p Cõcilũ generale, cui omnis fidelis, quacũq; fulgeat dignitate, etiam papali, parere tenetur, vt in Concilio Constañ. fuit declaratum. Non inquam obstat, nam siue teneamus, q̃ Papa sit supra Concilium, vt communis doctorum sententia tenet, siue q̃ est inferior Concilio, hæc quæ per Concilia statuuntur, intelligenda veniunt, excepta semper autoritate Romani põtificis, vt habetur capi. Significasti. de electione & electi potestate.

¶ Respon, videtur, q̃ quãuis huic iuri humano de semel in anno confitendo nõ sit de necessitate Papa ipse astrictus, quod apparet, tum ex dictis, tum etiam, quia hæc decretalis loquitur de fidelib9 illis, qui habent proprium sacerdotem, & de quibus verificari potest, q̃ possunt confiteri proprio sacerdoti/ vel alieno de licentia ꝑpria petita/ & obtenta, vt ait textus: de Papa autẽ id non verificatur, ac proinde hæc decretalis non se extẽdit ad Papã. ¶ Iuri tamẽ diuino de confitendo subditus est, sicut cę teri fideles, imo grauius ipse peccaret legẽ diuinam non seruando, quam alii inferiores, eo q̃ Christus legem suam specialiter suo vicario commisit, vt eam seruaret, & ꝑ alios seruari faceret, pro cuius obseruantia sibi vsq; ad sanguinis effusionem pugnandum est, vt ait decretum Vrbani papę. Et quãuis nullus homo in terris habeat potestatem iurisditionis coactiuam supra ipsum Papam, habet tamẽ absolutiuã, præsuppositа eius spõtanea summissione, qua alicui confessori se summittat. Nã potestas iurisditionis in foro pœnitentiali in re nõ addit supra potestatem ordinis, nisi hoc, quod est habere materiam subiectam, in quam sacerdos possit suam exercere potestatem. Materiam autẽ sacerdotibus subiicere, conuenit originaliter Papę, qui oues Christi diuersis committit pastoribus. Et sicut ei conuenit alias oues summittere, cui velit, ita eidem conuenit seipsum, quaten9 peccator est, summittere cui velit confessori, qua summissione facta, ille quem eligit, dicitur iam iurisditionem in eum habere, qua possit eum soluere & ligare.

¶ Cui debeat fieri confessio.

DEinde queri potest, cui sit de necessitate facienda confessio? Laico scilicet in defectu sacerdotis, an sacerdoti excommunicato in defectu alterius idonei, An simplici sacerdoti/ seu alieno in defectu ꝑpri? Et quæritur hoc, casu quo peccator sit in

articulo necessitatis. Et dixerunt aliqui cū magistro sententiarū, ꝙ in tali articulo necessarium est cōfiteri laico. Id probant primo ex eo, quod Iacobus dixit in sua canonica, Cōfitemini alterutrū peccata vestra. Iaco. 5. Quam epistolam, nō ad solos sacerdotes scripsit, sed indifferenter ad laicos & sacerdotes. Et cum dicat alterutrum / videtur innuere, ꝙ laicis etiam sit confitendum, idq; maxime in articulo necessitatis. ¶ Secūdo idem arguitur ex ratione, quia cū cōfessio sacramentalis a deo iussa duo cōtineat, scilicet confessionem, & absolutionem sacramētalem, esto ꝙ in præfato casu absolutio haberi non possit ob defectū ministri, nō ideo tolletur obligatio cōfitendi: quia de duabus seruitutibus, vna remota, altera relinquitur, vt tenet & citat glo. cap. Omnis vtriusq; sex⁹, de vsu pallii, cap. ex tuarum. Et de priuilegiis. cap. Pastoralis.

¶ His non obstātibus dicendum, ꝙ etiam in articulo necessitatis nō est necessarium confiteri laico. Probatur, quia nec de iure diuino / nec humano. Primum patet, quia ius diuinū, vnde necessitas confitendi deducitur, solum procedit de confessione facienda sacerdotibus: nam ad solos sacerdotes dixit Christus, Quorū remiseritis peccata. &c. Igitur vbi non habetur copia sacerdotis, non tenetur peccator homini laico confiteri. Secundum etiam patet, quia potissimum ius humanum de cōfitendo, est præsens decretalis: hæc autem nō obligat, nisi vt semel in anno quisq; confiteatur proprio sacerdoti. Ex nullo igitur iure deduci potest necessitas confitendi laico.

¶ Secundo idem patet, quia confessio a deo & ecclesia iussa, est confessio sacramentalis, ea autem quæ laico fit, non est talis, nec esse potest, ob defectum ministri, qui necessario debet esse sacerdos: & ita cōfessio facta laico, nunq; cadit sub præcepto diuino / vel humano. Et ita, si in articulo mortis peccator careat copia sacerdotis, nō tenetur homini cōfiteri, satis est, si deo cōtritus confiteatur. Poterit tamen si velit cōfiteri laico, tam in necessitate, q; extra / ad finem habendi ab eo, si doctus sit, salutare consilium seu cōsolationem, & ad finē amplius merendi, ob verecundiam ibidem habitam: non tamen ad finem suscipiendi ab eo absolutionem.

¶ Ad primū ex Iacobo citatū in oppositum, dicendum, ꝙ Iacobus non loquitur ibidem de confessione iustificante, qualis est sacramentalis, sed de cōfessione humilitāte, qua scilicet vnusquisq; se peccatorē esse recognoscat, & proximū suum delinquētē non ob id cōtemnat, sed vtriq; agnoscētes culpā, pro se inuicē orēt, vt supra dixi.

¶ Ad secundum, dicendum, ꝙ procedit de diuersis seruitutib⁹ seu obligationib⁹, quibus aliquis ex æquo teneť, non de his, quarū altera est principalis, altera accessoria. Exemplum primi, vt peccator semel in anno tenetur confiteri, & eucharistiā recipere: & ad vtrunq; videtur ex æquo teneri, ideo si potest confiteri / & non potest eucharistiam suscipere, teneť ad id, quod potest, & ecōtra. Secus in nr̄o casu, in quo absolui sacramentaliter est principale, confiteri vero est accessoriū. Nec cadit sub precepto confessio, nisi propter absolutionē. In signum cuius / Christus in autoritate sæpe citata, nō directe & immediate loquitur de confessione, sed de remissione peccatorum a sacerdotibus impetranda. Cum igitur in casu præsenti peccator ille nullā speret absolutionē a laico, ideo cessat obligatio confitendi illi, quemadmodū cessat obligatio fraternæ correctionis, casu, quo nulla speratur emenda,

¶ Sed contra obijcies, quia tunc non teneret peccator, habens casus superiori reseruatos, eos suo curato confiteri, ex quo nullam ab ipso curato eorum remissionē sperat. Respon. Si ita esset, ꝙ peccator nil haberet, quod esset necessario cōfitēdū, nisi casus superiori reseruatos: tūc nō tenere tur huiſmodi peccator suo curato cōfiteri. Attamē si habet alia peccata, q̄ subsunt iurisditioni curati, & simul hēt alios casus alteri reseruatos: tūc tenebiť omna simul cōfiteri, ne integritatem cōfessionis dirūpat, quā supra ostēsum est esse de iure diuino.

DAliud, an scilicet in articulo necessitatis debeat peccator cōfiteri sacerdoti nominatim excōicato, si nō habeat alteri⁹ idonei copiā, Arguiť ꝙ sic, primo, quia in articlo necessitatis debet sacramētū baptismi de manu hæretici & excōicati suscipi: igitur etiam sacramentū pœnitentiæ, cum vtrunq; sit de necessitate salutis,

tis. Antecedens patet, ex cap. Si quem forte, 24. q. 1. vbi ait Augustin⁹ de quodā, qui in articulo necessitatis baptismū de manu hæretici suscepit dicēs. Factum illud nō solum nō improbamus, sed securissime & veraciter laudamus. ¶ Secūdo, quia si nō esset sacramētum pœnitentię a sacerdote excommunicato suscipiendum, esset propter prohibitionem ecclesiæ, quæ prohibet cōmunicationē cū excōicatis: sed hoc in articulo necessitatis nō obstat, tum ob id, quod dictum est in ratione præcedēte, tum etiam, quia non obstante præfata ecclesiæ ꝓhibitióne, potest in simili necessitate sacerdos cōmunicare cū peccatore excommunicato, & eidem beneficiū absolutionis impendere, vt patet ex cap̄. Non dubium, de sententia excōmunica. Igitur non obstante præfata prohibitione, poterit pœnitens sacramentum absolutionis recipere de manu excommunicati.

¶ Respon. Oppositum tenendū est, quia excepto baptismo, nullū aliud sacramētū potest recipi de manu hæretici aut excommunicati, vt ait beatus Chrysostomus, vt habetur in lib. Canonum pœnitentialiū. Et Gratianus. 24. q. 1. cap. Subdiacon⁹, cōcludit, ꝙ dempto baptismo, cætera alia sacramenta a præcisis aut hæreticis, etiam in articulo mortis ministrata, aut nullū, aut lœtalem habent effectum. ¶ Secundo idē patet, si sacerdos est nominatim excōmunicatus, nō habet potestatem propinquā soluendi & ligandi, vt supra deduximus, ex cap. Si celebret. de clerico excōmunicato celebrāte. Et ex cap. Duobus. de sententia excōmunica. Ac proinde peccator, qui non habet sacerdotem cui cōfiteatur, nisi excōmunicatū, perinde est, ac si copiā nō habeat confessoris: & ita non tenetur illi magis q̄ laico confiteri.

¶ Ad rationes ante oppositum, dicendū, ꝙ & si in necessitate possit / & debeat sacramentum baptismi de manu excommunicati / vel hæretici formam ecclesiæ seruantis recipi, nō tamen sacramentum pœnitentiæ. Ratio quę solet assignari est, quia sacramētum baptismi est de necessitate salutis, non ita sacramentum pœnitentiæ, cū peccatoribus alia via salutis pateat. Sed non oīno placet hæc solutio, quia sicut peccatoribus patet via salutis per contritionē & confessionem deo factā, ita hominibus non baptizatis / saltem adultis / patet via salutis per veram cordis pœnitentiā / & amorem / & fidem dei. Et sicut adultis datū est in prȩcepto, ꝙ baptismū suscipiāt, ita peccatoribus baptizatis datum est in præcepto vt sacramentū pœnitētię suscipiāt: igitur vtrunq; videtur de iure diuino æque necessarium adultis peccatoribus. ¶ Ideo aliter dicēdū, ꝙ in articulo necessitatis potest & debet sacramentū baptismi de manu excōmunicati & hæretici recipi, quia talis idoneus minister est ad baptizādum, ad quod nō requiritur nisi posse abluere, & verba sacramentalia proferre. Quod æque cōuenit hæreticis & catholicis. Sacramentum autem pœnitentiæ non potest in articulo necessitatis ab excōmunicato recipi, quia noīatim excōmunicatus non est minister huiusmodi sacramēti idoneus, eo ꝙ per excōmunicationē maiorē expirat potestas soluendi & ligandi, potestas in q̄ propinqua, ad quam requirit⁹ vltra potestatem ordinis, potestas iurisditionis, qua excōmunicat⁹ per ipsam excommunicationem priuatur. ¶ Sed vltra replicabis, ꝙ tunc adminus sacramentum eucharistiæ deberet in necessitate recipi de manu hæretici aut excōmunicati / sicut & baptismus, nam tanta necessitate videtur necessarium vnum ex his sacramentis, sicut reliquū, de quorum altero scriptū est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest ingredi regnum dei. De altero vero, Nisi manducaueritis carnē filii hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitam. &c. Cū tamen textus citati solum baptismi sacramentum de manu hæretici recipi permittant, & tamē sicut hæretico non deficit potestas baptizādi, ita nec potestas consecrandi, si vtrobiq; formam seruet ecclesiæ. Ioā. 3. Ioan. 6.

¶ Respon. pro nunc non esse de necessitate salutis sacramentum eucharistiæ / sicut est sacramentum baptismi. Nā illa verba ex Ioan. 6. supra citata, scilicet, Nisi mādu caueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. non de manducatione sacramentali, sed de mādu catione spirituali, quæ per fidē est: expositā sunt per Innocentiū papam in epistola super hac re ad beatum Augustinū missa, cū Affri-

canum concilium celebraretur, cui aderat Augustinus. Significauit igit̃ & exposuit Innocentius id esse mãducare carnem & bibere sanguinem Christi, quod est eidẽ per fidem incorporari, & membrum ei⁹ fieri, Ac proinde dixit illã Christi corporis manducationem/& sanguinis potationem in paruulis adimpleri, quãdo baptizãtur: quia tunc per fidem, quam ibidem recipiunt, Christo incorporantur & eius membra efficiuntur. Qua expositione audita, Augustinus gratias retulit eidẽ Innocentio. Vnde patet discrimen inter baptismi sacramentum & eucharistiam, quãtum ad eorum necessitatem ad salutẽ. Sed de hoc alias, ¶ Ad secũdam rationẽ supra factam. Respon, ꝙ falsum est ideo non esse confitẽdum sacerdoti excõmunicato/ quia ecclesia prohibet cõmunicare cũ excõmunicato, sed quia nominatim excõmunicatus nõ habet potestatẽ propinquã soluẽdi & ligandi, quam supra ostensum est per maiorem excõmunicationem expirare.

DAliud, An scilicet in eodem articulo necessitatis sit necessario cõfitendum i acerdoti simplici, aut alii cuicunq; non precise, quando proprii sacerdotis copia haberi non potest. Et arguitur ꝙ non, quia confessio sacramentalis præsupponit in absoluẽte potestatẽ iurisditionis, cũ sola potestas ordinis nõ sufficiat, vt postea patebit: sacerdos autẽ simplex huiusmodi iurisditionem nõ habet, nam suppono eum non habere licentiã a proprio sacerdote, sine qua, neminem potest absoluere, vt dicitur in decretali præsenti. Omnis vtriusq; sexus.

¶ Oppositum tamen tenendum est, quia in articulo necessitatis qlibet sacerdos/ etiã simplex non alioqui suspensus aut excommunicat⁹, potest quẽlibet absoluere, nõ solum a peccatis cõmunibus, sed a reseruatis, imo & a cẽsura excõicationis, vt patet ex cap̃. supra citato. Nõ dubiũ. de sentẽtia excommunicationis, Et per extrauagantẽ Sixti quarti, i qua ponũtur casus de cœna domini, a qbus ait neminẽ absoluí posse, nisi per Papam, excepto articulo mortis, in quo poterit absolui, p̃missa tamẽ satisfactiõe, vel sũpta cautiõe, vt illic dicit̃. Itaq; q̃uis sacerdos simplex ordinariã potestatem non habeat, neq; a curato cõmissam, aut ab ep̃o, habet tamẽ facultatem a iure pontificum sibi in tali articulo mortis cõcessam. ¶ Q̃ aũt i huiusmodi articulo teneatur peccator confiteri sacerdoti simplici, si proprii copiam nõ habeat, patet: qa iure diuino tenetur peccator/ saltem in articulo mortis/ sua peccata confiteri sacerdoti, qui possit eũ absoluere: alioquí per eũ stabit, quominus sacramẽtaliter absoluatur, & ex cõsequẽti decedet i peccato mortali: sed sic est, ꝙ in illo articulo quilibet sacerdos simplex habet potestatem a iure, qua possit eum absoluere, si velit eidẽ confiteri, igitur. &c,

¶ De confessione fratribus priuilegiatis facta.

EXtra tamen articulum necessitatis, si quæratur cui sit cõfessio necessario faciẽda, textus declarat, ꝙ proprio sacerdoti, vel alieno de licentia proprii, cum nõ possit aliter absoluere. In quo tres partes notãtur. Prima est præceptiua, qua præcipit ecclesia, ꝙ quilibet fidelis semel in anno suo proprio sacerdoti confiteatur. Secũda est, prioris moderatiua seu dispẽsatiua, scilicet, si velit alieno cõfiteri, licẽtiã pri⁹ postulet a proprio & obtineat. Tertia est definitiua, in qua dicit̃, ꝙ nõ aliter possit absoluere, vel ligare. Ex quo aperte sequitur, ꝙ qui cõfitetur suo proprio sacerdoti, aut alieno de licẽtia proprii, satisfacit huic statuto, cũ non obliget, nisi sub distinctione. ¶ Sed est qꝫstio, An parochian⁹, q confitetur religiosis priuilegiatis, quibus scilicet concessum est priuilegiũ audiendi cõfessiones, non prius obtẽta licẽtia proprii sacerdotis, idest, curati, satisfaciat huic statuto, ita vt nõ sit ei necessarium iterũ proprio curato cõfiteri. Quæ quæstio duas inuoluit, Altera est, an religiosi p̃uilegiati possint sine licentia curati parochianos audire, & vere sacramẽtaliter eos absoluere. Altera est, præsuppositio ꝙ sic, An cõfessi illis sine licentia curati, teneãtur iterum suo curato confiteri.

¶ Ad primam quæstionem dicit Ioan. de Poliaco, quod religiosi, vt preferẽt priuilegiati/ seu ab episcopis licẽtiati, vt cõfessiones

nes parochianorum audiant, nō possunt sine licentia curatorum eas audire, & si audiant, absolutiones per eos impensæ, non sunt validę/nec vere sacramētales. Pro cuius probatione supponebat, ꝙ proprius sacerdos in p̄senti decretali accipit̄ stricte pro solo curato parochiali, Cū enim proprius sacerdos tripliciter soleat accipi, scilicet communissime pro omni sacerdote potēte absoluere ex potestate ordinaria, siue cōmissa/aut delegata, Secūdo modo, pro oīi sacerdote potēte absoluere ex potestate ordinaria tm̄. Tertio modo stricte, pro solo curato parochiali: probant isti, ꝙ in præsenti decretali non potest accipi cōmunissime, patet, quia propriꝰ sacerdos, de quo hæc decretalis loquitur, potest licētiam audiendi cōfessionem alieno dare, & ita potest alium delegare, vt patet ex secunda clausula supra citata. Hanc autem licētiā dare nō potest quilibet sacerdos potēs absoluere, scilicet ille qui solū habet potestatem cōmissam, quia delegatus nō potest subdelegare, non igitur cōmunissime accipitur. Nec etiā accipitur secundo modo communiter, scilicet pro omni habēte potestatem ordinariā. Id probat, quia tūc episcopus & Papa dicerentur proprii sacerdotes horum parochianorum, cū tamen sint cōmunes, nā Papa cōmunis pastor est omnium fidelium. Episcopus etiā cōmunis pastor est omnium ecclesiarum ad suam diœcesim pertinētium. Si igitur cōmunes sunt, nō erunt dicendi proprii, prout dicit Ambrosiꝰ, & habetur cap. Sicut. 47. distin. Nemo dicat propriū, quod cōmune est. Secundo idē patet ex extrauagante Martini quinti, apud veterē vrbem edita, quæ tamen non habet̄ in corpore iuris, in qua ait, ꝙ qui fratribus fuerint cōfessi, teneantur nihilominꝰ proprio sacerdoti parochiali semel in anno cōfiteri, ꝓut in generali cōcilio Lateranen̄. instituta est, in quo aperte declarat, sacerdotē proprium in præsenti decretali esse sacerdotē parochialem, hic autem est curatus. Restat igitur, ꝙ proprius sacerdos sit curatus, & ita intentum pro suppositio suo.

¶ Quo præsuppositio, respondet ad quę stionē, ꝙ religiosi præfati, scilicet priuilegiati aut ab episcopo licentiati, non possunt sine licentia curati confessiones parochianorū audire. Probatur primo, qua si possent, maxime ratione priuilegii a Papa illis concessi, prout eisdē concessum est in clemētina Dudum de sepulturis: sed tale priuilegium non potuit illis concedi in p̄iudicium curatorum, nec Papa interdit alicui præiudicare/ quando priuilegia cōcedit, vt colligitur ex cap. Ex tuarū. De authoritate & vsu pallii. Et determinat similiter Gracianus, 25. q. 1. cap. finali. Sed tale priuilegiū fratribus cōcessum, esset in præiudiciū curatorū, quibus de iure cōuenit, ꝙ sui parochiani nulli alii cōfiteantur, nisi de licētia ipsorū curatorū. Pro quo facit, quod dicit̄. cap. Peruenit. 11. q. 1. Si vni cuiq; episcopo iurisditio non seruat̄, quid aliud agit̄, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus ordo custodiri debuit, cōfundat̄? Quod etiam currit de parochiali presbytero, cui sua iurisditio ī suos parochianos conuenit, ¶ Secūdo idem probat̄ ex clausula postrema, in qua dicit̄, ꝙ alienus non potest aliter soluere nec ligare, nisi de licentia proprii, ideſt, curati, vt in suppositio p̄ tēdit. ¶ Tertio facit glo. ibidem, in verbo alieno. vbi dicit, ꝙ fratres priuilegiati absoluere parochianos non possunt, nisi de licētia curati, Vnde infert, ꝙ stante statuto huiusmodi concilii generalis, repugnat, ꝙ alienus sacerdos possit quenq; absoluere sine licētia curati, nec Papa potest super hoc dispensare, nisi dissoluto statuto.

¶ Respon. Hæc opinio errat in vtroq;, tā in eo, quod præsupponit, scilicet sacerdotem propriū accipi solū pro curato parochiali, idq; tenendo cōmunionē sententiā, quę ait, proprium sacerdotem opponi cōtra alienū, q̄ in cōclusione principali. Q2 enim falsum sit, propriū sacerdotē pro solo curato accipi, patet, quia tūc episcopus & Papa nō essent proprii sacerdotes, & ex consequenti essent alieni, cū alienꝰ & proprius videant̄ ex oppositio se habere, iuxta tenorem decretalis. Et si Papa esset alienus, sequitur non posse papā quenq; parochianum absoluere, nisi de licentia a curato obtēta, quod est absurdum, cū Papa habeat plenissimam potestatem ordinariam super omnes fideles in vtroq; foro. Nec eius potestas quenq; absoluendi pendet ex licētia curati. Ac proinde error videtur, dicere, ꝙ propriꝰ sacerdos in præsenti

Barba 1619. iuste

decretali pro solo curato accipiatur, & nō se extendat huiusmodi nomē ad episcopū & papam. Itaq; in hoc puncto, sacerdos proprius, dicitur sacerdos, qui habet potestatem ordinariā absoluēdi parochianos, & ita se extēdit huiusmodi nomē ad episcopum & Papam, & non solum ad curatū, vt isti volunt, restringitur. ¶Nec obstat, quod supra allegatum est ex decreto Ambrosii, dicentis, Nemo dicat ꝓprīū, quod cōmune est &c. quia proprīū dicit̄ dupliciter. Vno modo, vt opponitur cōtra cōe, & sic potest accipi decretū Ambrosii, q̄ loquebat̄ de bonis tporalibus, quæ tpe necessitatis cōia sunt, idest, indigētibus cōicanda, & nō ipis possidētibus appropriāda. Alio modo, vt opponit̄ cōtra alienū, & ita in præsenti decretali accipitur secundum cōmunē sentētiā: ac ꝓinde nil impedit Papā esse sacerdotē seu pastorē cōmunem & proprīū; quādoquidē vnusquisq; fidelis potest vere dicere, Papa est meꝰ pastor, quod quia quilibet fidelis potest id de Papa dicere, est communis pastor. Et quia potest dicere, ꝙ est meus pastor, est vniuscuiusq; proprius, quia non alienus. Q̄ si ob id ꝙ Papa est cōis oīm̄ pastor, non esset proprius cuiusq; : ita nec curatus vnius parochiæ diceret̄ proprius pastor alicuius parochiani, cum curatus etiā cōis sit multorum parochianorū pastor. ¶Nec obstat, quod secūdo ex extrauagāti Martini allegabat̄, in qua dicit, sacerdotem proprium, esse sacerdotem parochialem. Nam sacerdos parochialis dicitur is, cui cura parochiæ cōmissa est, constat autem curā parochiæ esse a Christo cōmissam Papæ, & a Papa, episcopo, & ab episcopo, curato inferiori, cui ministerium incumbit. Ac proinde in præfata extrauagante, sacerdos parochialis se extendit ad episcopū & Papam, sicut & sacerdos proprius. Quanq̄ de sacerdote proprio quis sit iuxta præsentem decretalem aliter/quā communiter tenetur sentiendum est, vt patebit postea.

¶Iam supereſt ostendere cōclusionē præfati doctoris falsam & erroneam esse. Pro quo præmittēdæ sunt tres propositiones præambulæ. Prima est, ꝙ episcopus potest propria authoritate ordinaria cōfessiones parochianorum audire, & eosdē sicut & curatꝰ absoluere. Hęc patet, quia quod potest inferior, potest a fortiore superior: cū igit̄ episcopus sit curato superior, poterit ergo sua authoritate absoluere eos, quos potest curatus, idq; sine licentia ipsiꝰ curati. Quod inde magis confirmatur, quia episcopus potest limitare potestatē curati, & nō ecōtra: quia potest ob causam illi prohibere, ne cōfessiones audiat, imo ne baptizet, vt habetur. 16. q. 1. cap. Cunctis, & in aliis capitulis. ¶Secunda propositio. Episcopꝰ potest vices suas, hoc est absoluendi potestatem committere aliis capacibus, prout velit. Hæc patet extra de officio ordinarii, his quibus. Et de consecratione ecclesiarū. cap. Aqua, vbi aperte dicitur, ꝙ ea quę sunt iurisditionis, possunt aliis cōmitti. Cū igit̄ absoluere pœnitētē ad iurisditionē pertineat, sequitur &c. Quod simul cum præcedenti confirmat̄ ex his, quæ de officio ordinarii dicuntur, cui inter cætera iura id conceditur, vt in cathedraticis ecclesiis & collegialibus ordinarii assumant sibi viros idoneos coadiutores in officio prædicationis & audientia confessionum: hoc autem esse non posset, nisi episcopi possent sua authoritate ordinaria cōfessiones audire, & vices suas aliis cōmittere. ¶Tertia propositio. Episcopi possunt vices suas audiendi/scilicet cōfessiones/committere, non solum sacerdotibus secularibus, sed etiam religiosis. Hec patet, quia religio non facit hominem incapacem huius potestatis iurisditionis, cū de essentia religionis sit pauptas, castitas, & obedientia, hęc aūt pfecte fuerūt in apostolis, qui tamē non fuerūt incapaces huiusmodi potestatis. Multi etiam episcopi sunt & fuerunt religiosi, quibus conuenit potestas huiusmodi absoluendi: ac proinde religio non obstat, quo minus episcopus possit illis facultatem audiendi cōfessiones concedere. Nec obstant decreta. 16. q. 1. cap̄. Placuit, & cap̄. Interdicimus. & alia, in quibus expręsse prohibetur monachis, vt non audiant confessiones, quia hoc intelligitur sine licentia episcoporū, quia de licentia episcoporū bene possunt, vt habetur eadem causa & quæstione. cap̄. Ex authoritate. Et cap̄. Sic viue.

¶Quibus premissis correlarie sequitur, ꝙ religiosi ab Episcopis licētiati, possunt

cōfessiones

cōfessiones parochianorum audire, etiam sine licentia curatorum. Nam licentiatus a curato, potest confessiones audire: igitur a fortiore licentiatus ab Epo, & huiusmodi licētiatus, habet potestatem ordinis & iurisdictionis in casu, igitur, Inde sequit, q religiosi a Papa priuilegiati, possunt etiā sine consensu curatorum cōfessiones audire parochianorū: quandoquidem non minus operat priuilegiū a Papa cōcessum, q licentia & cōmissio episcopi. ¶ Sequit secūdo confessionem taliter licentiatis factam, vere esse sacramētalem, quia illic cōcurrūt omnia, q sunt de essentia huius sacramenti, scilicet debita materia, scilicet peccator pœnitēs, debita forma absolutiōis, & cōpetens & idoneus minister, scilicet sacerdos habens potestatē ordinis & iurisdictionis &c. Igitur. ¶ Sequitur tertio errorem esse, dicere, stāte statuto presenti concilii Lateranen. Papā nō posse religiosos licētiare, vt sine curatorū licētia cōfessiones parochianorū audiāt, Hoc patet, q quod potuit facere Papa ante statutū cōcilii, potest facere post statutū, iuxta cap. Significasti. de electione & electi potestate. vbi dicitur, q in omnib⁹ statutis per cōcilia generalia, intelligit excepta authoritate Romani pontificis: sed ante statutū potuit papa licentiare religiosos, vt cōfessiones audiāt: igitur etiam postea: quandoquidem statutum in nullo abstulit aut imminuit potestatem Papæ. Quibus quidem rationibus cum Ioan. de poliaco satisfacere non posset, coactus fuit, errorem suum reuocare. Et ita per Alexandrum papam, & per Clemētem quartum, & per Ioā. xxii. declaratum fuit, prefatos religiosos priuilegiatos, posse de licentia Papæ aut episcopi, parochianos confitentes absoluere, inferiorum assensu minime requisito. De quo vide Clemen. Dudum. de sepulturis. Et extrauagan. Ioan. xxii. Vas electionis.

¶ Nunc respondēdum est ad rationes ante oppositum factas. Arguebatur primo, q tale priuilegium non fuit cōcessum fratrib⁹ in præiudiciū curatorū. Illo admisso, dicēdū, q nullū ex tali priuilegio præiudiciū fit curatis, qa vt ait Tho. tūc priuilegiū dat in p̄iudiciū tertii, qñ per priuilegiū aufert a tertio aliquid, quod erat eidē cōcessum in fauorē suū. Modo aūt, q pato chiani possint suo curato cōfiteri, aut alieno/de licentia proprii, hoc cedit in fauorē parochianorum, quibus datur libertas & optio vnū de duobus eligēdi. Deinde prę fatum priuilegiū etiā cedit in gratiā & fauorē ipsorum curatorum: nā per tale præfatum priuilegium exonerātur curati ab onere, quo per seipsos tenebant cōfessiones suorū parochianorū audire. Etiā non est specialiter curatis cōcessum, vt ipsi soli possint licentiā suis parochianis concedere, vt alieno cōfiteantur: nā facultas dandi huiusmodi licentiā, proprio sacerdoti cōceditur, quo nomine, intelligit/non solus curatus, sed episcop⁹ & papa. Et ideo, quādo episcopus aut Papa cōferunt licentiam fratribus, vt confessiones audiant, suo iure vtuntur, etiā si cōsensum curatorum nō requirant. ¶ Ad cap. Peruenit. 11. q. 1. dicendum, q procedit de coercitiua iurisditione, quā pro vtilitate subditorum & cōmunis boni necesse est vnicuiq epo seruari, ne cōfusio ad impunitatē criminum vel turbationis fiat, & vt inferiorū ad superiores debitus ordo & reuerētia seruetur. Secus de iurisditione fori pœnitētialis, quæ magis innititur volūtariæ summissioni subditorum. ¶ Ad secundum sumptū ex clausula. ;, scilicet, q nō potest alienus aliter soluere vel ligare, nisi de licētia proprii, idest, curati, dicendum, q procedit ex falso supposito, scilicet, q in hac decretali ppri⁹ sacerdos accipiat pro solo curato, quod ofte sum est esse falsum. Ac proinde licētia fratrib⁹ a papa vel episcopo cōcessa, sufficit, vt possint absoluere. ¶ Ad tertium ex glo. presentis decretalis, dicendum, q errauit, & ab ea recedendum est.

Sto igit, q licētia Episcopi aut Papę religiosis cōcessa sufficiat, vt audire possint parochianorū confessiones, & eos absq; curati licētia absoluere, est quęstio, An parochiani fratribus cōfessi, teneantur iterum curato confiteri, seu confessionē reiterare. Et dixerunt nonnulli iuristæ q sic, vt Ioā. monachus, & Archidiaconus, & alii. Pro qua sentētia arguitur primo, ex extrauaganti Martini quinti, qui inter alia ait, Volumus autem, q hi, qui fratribus confitebunt, eisdem suis parochialibus sacerdotibus semel saltem in anno cōfiteri, pui

gẽnerale cõcilium statuit, nihilominus teneantur. Q2 cp idem fratres eos ad hoc diligenter & efficaciter secũdũ datã eis a domino gratiam exhortẽtur. ¶ Secundo arguit, quia licẽtia alicui cõcessa ad aliquid, nõ tollit obligationẽ præcepti, quãdo ambo cõpossibilia sunt. Quod exẽplis apertis cõstat, quia paulo ante Christi passionẽ erat baptismꝰ institutꝰ, & erat de cõsilio, quando circuncisio erat de præcepto, & licẽtia tunc data de baptismo, nõ auferebat obligationem de circuncisione, imo tunc baptizatus, tenebatur præcepto de circũcisione, quã suppono nõ cessasse ante Christi passionẽ. Similiter licẽtia alicui data, vt possit missam in die dominica extra parochiam suã audire, nõ tollit obligationẽ audiendi missam solennem in propria parochia, quam de iure audire tenetur. Et licentia, quam quis habet eundi in sanctum Iacobũ, non tollit obligationẽ voti, si quod emisit, de eundo in Hierusalem, cũ in his casibus illa sunt compossibilia. Cum igit̃ in præsenti casu parochianus habeat licẽtiam confitendi fratribus priuilegiatis, cũ qua confessione facta, se compatitur iterata confessio facta proprio sacerdoti, iuxta statutum concilii Lateraneñ. sequitur, cp cõfessi prædictis fratribus tenentur iterum suo proprio cõfiteri semel in anno. ¶ Tertio idem videtur, quia ad officium curati pastorale ptinet inuigilare super oues sibi cõmissas, & vitam earum agnoscere, iuxta illud. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges cõsidera. Curatus autem nõ potest vultum pecoris agnoscere/ nisi præuia cõfessione, non igit̃ poterit curatus impediri, quominus cõfessiones suarum ouium audiat. Et ita esto parochiani sint fratribus cõfessi, tenentur iterum eadẽ suo curato confiteri. ¶ Quarto. Ex præcepto euangelico curati non debent dare sanctum canibus, idest, nõ debent iniquis & peccatoribꝰ sacramẽta ministrare, nec aliã spiritualem doctrinam, ex qua nullus speratur fructus, ad curatum autem pertinet, cũ sacramenta confert, scire, an sint digni, qui sacramenta suscipiant: hoc autem scire non potest, nisi agnita vita, & correctione, & pœnitentia suorũ parochianorũ: quod, nisi præuia confessione, scire non poterit. Igit̃, esto parochiani sint fratribꝰ cõfessi, tenent̃ suo sacerdoti proprio cõfiteri. &c.

Prouer. 28.

Math. 7.

¶ Respon. His non obstãtibus, tenẽdum est contrarium, cp scilicet cõfessi fratribus priuilegiatis non tenentur reconfiteri proprio sacerdoti. Pro cuiꝰ manifestatione pono aliquas propositiones. Prima est. Confessio facta prædictis fratribus priuilegiatis est vere sacramentalis, & absolutio per eos impensa, valida. Hæc probatur ex dictis, quia si aliquid deesset, quominus fuerit sacramentalis, maxime idoneitas ministri: sed hoc nõ, quia præfati fratres habẽt potestatẽ tam ordinis cp iurisditionis per licẽtiam aut priuilegium illis concessum, vt patet, igit̃. ¶ Secunda propositio. Confessio prędictis fratribꝰ facta, nõ est necessario iteranda. Hæc probat̃ primo ex extrauagante Benedicti vndecimi, Inter cũctas. vbi dicitur. Absurdũ est eos, q semel legitime absoluti sunt, rursus eodem debito teneri. ¶ Secũdo idem patet ex extrauagãte Ioan. xxii. Vas electionis, vbi in sententia dicitur, cp cõfessi huiusmodi religiosis priuilegiatis, nõ tenẽtur eadem iterum confiteri, magis cp si propriis curatis fuissent confessi. ¶ Tertio idem patet ratione, quia si esset illis parochianis necessariũ iterum suo curato eadem cõfiteri, vel esset id necessarium de iure diuino, vel humano. Non primũ, quia iuri diuino iam satisfactũ est per hoc, quod peccator semel fuit a sacerdote idoneo legitime absolutus. Nec secundum, quia ius humanum nõ potest quenq̃ obligare ad confitendum peccata, quæ alioqui iure diuino nõ sunt de necessitate confitenda. Inde est, cp ecclesia nõ potest obligare fidelem baptizatum vt confiteatur peccata, quæ ante baptismum commisit, Nec etiã ecclesia potest quenq̃ obligare, vt particulariter sua pcta venialia confiteatur, quia scilicet nec hæc/ nec illa alioqui sunt de iure diuino necessario confitẽda. Nam tolle diuinum ius de confessione agẽda, nullũ aliud ius potest quenq̃ obligare ad confitendum. Cum igitur de iure diuino peccata confessa & a sacerdotibꝰ sacramentaliter remissa, non sint de necessitate confitenda, sequitur cp ecclesia non potest quenq̃ obligare ad reconfitendũ peccata prius cõfessa. &c. ¶ Tertia propositio. Qui cõfitetur fratribus, vt supra dictum est, ab episcopo vel Papa licẽtiatis, satisfa-

cit huic

ēt huic statuto, de cōfitēdo semel in anno. Hæc probaf, quia hæc decretalis nō obligat fideles ad confessionem semel in anno faciēdam, nisi sub distinctione, scilicet vt confitcanf proprio sacerdoti, vel alieno de licentia proprii, cui quidem præcepto satisfacit, qui alteram partē distinctiuæ adimpleuerit. Cum igitur confessi fratribus priuilegiatis alterā partē distinctiuæ cōpleant, quia cōfitentur alieno, scilicet fratri/de licentia proprii, quo nomine venit intelligendus episcopus & Papa sicut & curatus ex communi sententia, sequitur. ¶ Quarta propositio est, q licētia data parochianis in generali vt fratribus cōfiteā tur, in nullo relaxat rigorem & obligatiōnē præsentis statuti de semel in anno confitendo proprio &c. Hæc etiam patet, quia totus rigor huius statuti in hoc pūcto est, q quilibet cōfiteaf proprio, vel alieno de licentia proprii, ab hac autem obligatione non solum eximitur, qui fratribus ex præfata licētia confitef, sed eo ipso, q præfata licētia vtitur, adimplet in rigore huiusmodi gñrale statutū, vt satis de se patet. Vnde fit, vt cōfessi huiusmodi fratribus, liberi sunt ab obligatione eadem peccata suo curato/aut alii reconfitendi.

¶ Ad rationes ante oppositū, dicendū ad primā, q̄ videf difficultatē facere, eo q vidētur pōtifices cōtraria in p̄senti articulo declarare, & cū per plures pōtifices declaratū sit huiusmodi cōfessiones fratrib⁹ factas validas esse & nō reiterandas, p Martinū autē decretū sit, q cōfessi ffrib⁹ teneā tur iterū suo curato cōfiteri. &c. Sed p concordia, videf de licētia fratrib⁹ cōcessa distinguēdū, alia enim est licētia illis cōcessa secūdū formā & tenorē Clemētinæ, Dudum, de sepulturis, alia vero, quā Martinus p̄fatis fratrib⁹ cōcessit. Prima licentia cōfessiones audiēdi est illis cōcessa, cū quibusdam circūstātiis, scilicet, q superiores ordinū minorū & p̄dicatorū cōpareāt coram diœcesano/aut vicario eius, vt de eius cōsensu eligāt religiosos, q cōfessiones audiāt, quo habito, eligūt hmōi cōfessores, & hi electi, p̄sentanf ep̄o, vt electio confirmetur, & ipsi electi, cōfessiones audire possint. Et tales hēnt absolutā seu cathegoricā licentiā confessiones audiendi. Et qui his fuerint confessi, nō tenentur iterū proprio sacerdoti confiteri. ¶ Licētia vero a Martino ffribus cōcessa, simplicior est, scilicet, vt superiores p̄fatorum ordinum eligāt quos velint, & cōfessiones audiant, absq; præfatis solemnitatibus. Et hanc licētiam dedit Martinus non absolute, sed reseruata obligatione præsentis statuti generalis, quo semel in anno fideles teneanf peccata suo p̄prio curato cōfiteri. Et q hac licentia vti volētes ffribus cōfitenf, manēt obligati, p̄prio, semel in anno cōfiteri, cū nō aliter fuerit huiusmodi licētia ffrib⁹ cōcessa. ¶ Si opponas cōtra hoc, q ex quo sunt sacramentaliter & vere absoluti parochiani his ffribus cōfessi, etiā iuxta licētiā a Martino cōcessam, nō igit tenenf recōfiteri p̄prio sacerdoti, cū ecclesia semel absolutū obligare non possit, vt iterum cōfiteatur. Respō. q in casu p̄fatæ licētiæ, obligatio iterū cōfitendi non est ob ius ecclesiasticū, quod neminem potest cogere, vt confessa reconfiteaf, sed ad voluntatem ipsius, qui licētia taliter data vti vult, cū nō aliter data sit a Martino licētia cōfitēdi, nisi hac lege, vt taliter cōfessi, confiteantur semel in anno suo sacerdoti. Et hoc ipsum etiā posset curatus facere, q̄ scilicet parochiano volēti pro sua deuotione alieno cōfiteri, licētiā cōferat, hac lege, vt ipsimet iterū cōfiteaf. Et valet hæc licētia, nō ad eximēdū paro chianū ab obligatione p̄prio cōfitēdi, sed vt ipe pœnitēs āpliorē gratiā, ampliorēq; peccatorum remissionem consequatur.

Sed q̄ri posset, an q fratrib⁹ taliter licētiatis fuerit cōfessus sine voluntate iterum proprio curato confitendi, an teneatur iterum proprio confiteri. Si sic, non ergo huiusmodi obligatio reconfitendi nascitur ex voluntate pœnitentis. Si non, ergo nō stat decretalis Martini quinti. Respon. Distinguendum est ex parte sic confitentis, quia vel scit licētiam, qua vtitur, fratribus confitendo, esse concessam cū reseruatione obligationis recōfitendi proprio, vel id ignorat. Si primū, & vtens licentia non proponit iterum curato confiteri, tunc ponit obicem peccati, & ita non manet vere absolutus. Si secundum, & ignorantia sit inuincibilis, tūc tenetur iterum confiteri, esto q sit vere sacramentaliter absolutus. Ratio, quia & si

non proposuerit formaliter iterum confiteri, proposuit tamen virtualiter ex quo cum bona fide voluit licentia prefata vti, virtualiter paratus legem seruare, sub qua huiusmodi licentia concessa fuit. ¶ Posset secundo dici, ꝙ intentio Martini fuit, dare licentiam fratribus, vt intra annum confessiones audiant, & tales erunt validæ. At tamen illa confessio, quæ semel in anno, scilicet in quadragesima agenda est, reseruetur agenda proprio curato, non quidem de peccatis prius confessis, & per fratres licentiatos remissis: sed de peccatis (si quæ sint) post vltimam confessionē fratribus factam commissis: si autem postea nulla peccata homo commiserit, tunc teneatur se suo curato præsentare, dicens, se nil habere, quod debeat confiteri. Et hoc credendum est Martinum prętendisse. Q̃ꝫ ꝗ̃ esset particularius videndum eius decretū. ¶ Ad secundum quo arguebatur, ꝙ licentia alicui ad aliquid concessa non tollit obligationem præcepti, quando ambo compossibilia sunt. Fateor. Et quando arguitur, igitur confessus fratribus licentiatis tenentur iterum proprio confiteri. Cō sequentia nil valet, & procedit argumentum ex falso prę̃supposito, scilicet, ꝙ hæc decretalis obliget cathegorice fideles, vt suis propriis sacerdotibus confiteantur, quod tamen falsum est: quia non nisi sub disiunctione obligat, vt dictum est, Ac proinde, qui fratribus priuilegiatis confessus est in quadragesima, satisfacit huic statuto, cum sit de illo verum dicere, ꝙ cōfessus est ꝓprio, vel alieno de licētia ꝓprii. ¶ Ad tertium quo arguebatur, ꝙ ad officium curati pertinet inuigilare &c. Respō. Si ratio probaret quod prætendit, etiam probaret, ꝙ confessus alieno de licentia expressa ipsius curati, teneret eadem peccata iterum ipsimet curato cōfiteri, cum nō aliter possit vitā subditi cognoscere, quod tamen est falsum. Ideo dicendū, ꝙ illic nō iniungit curato et pastori, nisi quod est in sua potestate agere, nō quod ex alterius pēdet voluntate. Debet igitur vigilare super subditos, vt si viderit eos non sicut debent viuere, illos sua correctione reuocet, ne pereant. Cognoscere autem subditorū peccata per confessionem secretam, non in eorū potestate est, sed subditorum, si scilicet velint omnia illi confiteri. Ideo citata authoritas, non se extendit ad confessionē pœnitētialem. ¶ Ad quartum, scilicet non esse dādum sanctum canibus, dicendum, ꝙ curatus sacramēta dare non debet, nisi dignis, hoc est, quos putauerit esse dignos, qñquidem realem eorū dignitatē, quæ per gratiā dei est, nō pōt ipse humanitus scire. Iuste aūt putat suū subditū dignū esse, quādo asserit ei, se sufficiēter alteri confessum esse, & cōsciētiā peccati non habere.

¶ Habemus igit̃ ex prædictis, ꝙ sola licētia epi aut Papæ sufficit. vt parochiani alicuiꝰ curati possint sine licētia curati ffibꝰ aut aliis taliter licētiatis confiteri. ꝙ ꝗ illis confessi satisfaciūt præcepto ecclesiæ de semel in anno, ita vt nō teneant̃ confessionē reiterare. Q̃ ꝗ sacerdos ꝓprius in p̄fata decretali nō stricte pro solo curato parochiali accipitur, sed largius, vt se extēdit ad omnem habētem potestatem ordinariā, vt dictū est, idꝗ secundum cōmunē sententiā.

Barba 1619. Justa

¶ Esset tamē hic dubium, An posset teneri, ꝙ proprius sacerdos in præsenti decretali non nisi stricte accipiatur, ita scilicet, ꝙ in ordine ad parochianos alicuius parochiæ solus curatus dicatur illis parochianis proprius sacerdos, iuxta extrauagantem Martini supra citatam. Et dico notanter in ordine ad parochianos, nam in ordine ad peccatores indifferenter, non dubiū quin proprius sacerdos se extendat ad episcopos, & archipresbyteros, & ad papam. Respon. ꝙ non solum probabilis est talis assertio, sed vera, vt apparet, si sano modo intelligatur: quia Papa est proprius sacerdos cardinalium & episcoporum. Episcopi vero, sunt proprii sacerdotes archipresbyterorum & aliorum inferiorum prælatorum. Archipresbyteri autem, sunt proprii sacerdotes presbyterorū, seu curatorum parochialium. Parochiales vero sunt proprii sacerdotes parochianorum. &c. Ac proinde, esto ꝙ proprioꝰ sacerdos se extendat, vt dictum est, ad episcopos & Papam simpliciter, nō tamen ita, vt Papa respectiue sit omnium proprioꝰ sacerdos, nec episcopus sit omnium subditorū proprioꝰ sacerdos, sed cōmunis. Itaqꝫ ꝓprius sacerdos in p̄senti, est alius & alioꝰ respectu diuersorū, sed vnicuiqꝫ est ꝓprius sacerdos ille, qui pro-

qui propinquus eſt & immediatus, cui ipſe immediate ſubiectus eſt. Et ita reſpectu laicorum alicuius parochiæ, curatus illi⁹ parochiæ eſt illis proprius ſacerdos, non epiſcopus, nec Papa. Contra quod fiebat ratio, quia ſi Papa & epiſcopus non eſſẽt proprius ſacerdos talium parochianorũ, igitur eſſent alieni. cum proprius & alienus ex oppoſito ſe habeant in textu, & ex conſequenti iuxta textum non poſſet Papa parochianum abſoluere ſine licẽtia ſui curati. ¶ Reſpon. q̃ ratio eſt apparens, ſi ita eſſet, q̃ alienus immediate diſtingueretur contra proprium in præfata decretali, vt communiter dicitur, non tamen ita eſt, vt videt̃, ſed alienus opponitur cõtra ſuum, & non cõtra proprium. Modo autem reſpectu parochianorũ, curatus dicitur ſacerdos ſuus. Epiſcopus etiã eſt paſtor ſuus, & Papa ſimiliter eſt paſtor ſuus, vt conſtat. Dẽpto, q̃ curat⁹ eſt paſtor ſuus proprius, ideſt, immediatus & ꝓpinquus, epiſcopus autem eſt ſuus remotior, Papa vero longe remotior: non q̃ non habeant poteſtatem, qua immediate poſſint præfatos parochianos abſoluere, ſed quia inter Papam & illos mediat epiſcopus: & inter epiſcopũ & illos, mediat curatus: & inter curatos & illos nõ mediat aliquis alius paſtor ſuus, ideo eſt propri⁹. Ac proinde, cum omnes illi, quorum alter alteri ſubordinatus eſt, ſint ſui, ideſt ipſorum parochianorum, ſequitur nullum eorum eſſe eiſdem alienum, ſed reliqui, qui non ſunt ſui, erunt illis alieni. Et tunc ait textus, q̃ parochiani, q velint alienis cõfiteri, prius licentiã poſtulent & obtineant a proprio ſuo, ideſt, curato. Et curati qui velint ipſis alieno confiteri, etiam prius poſtulent licentiam a ſuo. ſ. proprio, ſiue ſit archipreſbyter, ſiue decanus, ſiue epiſcopus. Et epiſcopus qui velit ſibi alieno confiteri, licentiam habeat a Papa, qui eſt proprius ipſius epiſcopi. Ex dictis patet, quod dixi, ſcilicet proprium & alienum in præſenti non immediate opponi, quia datur ſacerdos, qui reſpectu parochianorum alicuius parochiæ nec proprius eſt nec alienus, vt eſt epiſcopus & Papa, qui alieni non ſunt, vt conſtat ex dictis, nec etiam proprii reſpectu illorum, quia non ſunt immediati & propinqui confeſſores eorum. Nec valet dicere, ſequitur bene, eſt proprius, ergo non eſt alienus. Et econtra, eſt alienus, ergo non eſt proprius: igitur immediate opponũtur proprius & alienus. Nõ inq̃ valet, ex quo datur inter proprium & alienum aliquis medius, vt patet intuenti. ¶ Si obiicias, q̃ igitur parochianus non poteſt alieno confiteri, niſi de licentia ſui curati, & per conſequens cum fratres priuilegiati ſint alieni, ſequitur. &c. Reſpon. q̃ q̃uis de iure ita diſpoſitum ſit, vt illatum eſt, intelligitur tamen ſemper, excepta authoritas & poteſtas ſuperiorum, ſcilicet epiſcopi & Papæ &c. Itaq; vbi Papa aut epiſcopus licentiam præbeant parochianis alieno confitendi, illa ſufficit ſine licentia curati. Si tamen parochianus non habeat licentiam ſuperiorum, non poterit alieno confiteri ſine licentia curati. ¶ Sed adhuc replicaret aliquis, confirmãdo præcedentem obiectionem, nam tunc parochianus non poſſet confiteri fratrib⁹ priuilegiatis, niſi a ſuo curato licẽtiam petat & obtineat, quod eſt contra ſupra poſitam determinationem. Et patet ſequela, quia talis parochianus non habet licentiã a ſuperiori, ſcilicet a Papa, nec ab epiſcopo, vt poſſit confeſſorem alitũ a curato eligere, vt ſuppono, igit̃ neceſſaria eſt illi licẽtia curati, vt fratrib⁹ confiteatur. Reſpon. negando ſequelam, quia ſecluſa licẽtia curati, ſufficit parochiano licentia, quam habet a Papa. Hanc autem quamuis immediate & directe a Papa non acceperit, accepit tamen eam mediate: quia eo ipſo, q̃ Papa aut epiſcopus concedit licentiam fratribus vt audiant confeſſiones eorum, qui ſibi velint confiteri, ex conſequenti licentiat quoſcunq; alios, vt illis libere confiteantur. Sicut econtra, ſi epiſcopus cõcedit licẽtiam alicui ſubdito vt cõfiteatur cui, velit, eo ipſo ex conſequenti concedit licentiam ſacerdoti p huiuſmodi ſubditũ electo, vt confeſſionem illius audiat. Id patet ex cap. Si epiſcopus. de pœnitentiis & remiſſionibus. Vbi dicitur, q̃ ſola licentia ab epiſcopo data, vt ſubditus eligat confeſſorẽ, ſufficit, vt ſic electus eum abſoluat. Idem patet de accipientibus bullas, quibus conceditur facultas eligendi confeſſorem, qui electus, eo ipſo poteſt eũ abſoluere. Idẽ patet de capellanis, quos curati coadiutores acci

Barba. 2 big. C
Iuſta. C
notaui C

piunt, quibus immediate suas vices committunt, & eo ipso sui parochiani sine alia licentia particulari possunt illis confiteri. ¶Huius ratio est, quia sacerdos quicunq; potestatem habet ordinis, qua potest vnū quenq; peccatorem absoluere, si ipi legitime subiiciatur: nam sine materia subiecta, vsum ordinis exercere nō poterit: sed eo ipso, q; sacerdoti datur a Papa, vel ab episcopo, vel a curato facultas audiendi volentes eisdē confiteri, ex cōsequēti datur libertas peccatoribꝰ, vt se illi sacerdoti subiiciāt, si velint. Et ita eo ipō, q; peccator se illi in cōfessione subiicit, ex quo id legitime facit, est materia idonea, in quam possit ille sacerdos vsum ordinis exercere. Eodē modo si ꝑlati dant peccatoribus licentiam eligendi confessores, non opus est alia licentia pro confessoribus, quia taliter licentiati, eo ipso, q; se electo subiiciunt, efficiuntur materia idonea, in quam possit electus vsum ordinis exercere. &c.

¶De licentia curati alieno confitendi.

Sed est quæstio, An quādo parochianus non habet licentiā a Papa, nec ab episcopo, nec aliquod priuilegiū, sit necessarium semper eidem licentiam a ꝓprio curato petere & obtinere, vt alieno confiteaꝫ. Et dixerunt aliqui sub distinctione respondentes, q; si sit ex parte curati defectus notabilis siue naturæ siue vitii aut impedimenti canonici: tunc potest parochianus alieno cōfiteri, non habita licētia curati, vt si curatus sit mente captus, aut infirmus, aut excōmunicatus, aut solicitator mulierum, quæ illi confitentur, aut reuelator confessionis. &c. Id ꝓbant ex cap. Placuit. de pœnitētia. distin. 6. vbi dicitur, tam in textu, q̄ glo. q; si curatus sit ignarus & indiscretꝰ, possit suus subditus sine licentia curati alieno confiteri. &c. Igitur paritate rationis, quando curatus est defectuosus aliquo defectu ex dictis, poterit parochianus alieno confiteri, sine licentia curati, cū non minores defectus sint hi, quos diximus, q̄ ignorantia & indiscretio. &c. Sic videt tenere Tho. in 4. distin. 21. ī fine. Et Gabriel, post Paludē ī. 4. distin. 17. q. 1. dubio. 4. ¶Pro qua sententia etiam facit, q; vbi quis requisitus tenetur in petito cōsentire, sufficit licētiam ab eodem petere, etiam si eam actu non concedat, cū consensus debitus ꝙ̄ paretur consensui actuali. Argumentū est cap. Licet, de regularibus & trāseuntibus ad religionem. &c. Exemplifica de eo, qui alienū retinet, aut dispensat, seu distrahit de licentia seu consensu domini debito, etiam si actu non consentiat. Cum igitur in casu, quo curatus præfatos defectus patiatur, & subsit iusta causa, qua existente, non possit curatus rationabiliter licentiam subdito denegare, vt alieno confiteatur, sed rationabiliter debeat consentire, sequitur. &c. Si autem in curato nullus talis defectus sit, tunc dicunt necessariam esse licentiam curati, iuxta textum præsentem.

¶His non obstantibus, videtur aliter respondendū. Et distinguendum est de confessione, nam quædam est mere voluntaria, quæ fit sine necessitate: quædam necessaria, quæ fit necessitate ex iure diuino: quædam necessaria, que fit ex necessitate ex iure humano, puta quæ semel in anno debet fieri. &c. Si loquamur de confessione voluntaria, tunc suppositā idoneitate proprii curati, non dubium quin ad eam requiratur licentia proprii sacerdotis curati, si is, qui confessurus est, sit eius parochianus. Id patet ex textu præsenti Omnis vtriusq; sexus. Vbi dicitur, q; si voluerit alieno confiteri, prius postulet & obtineat licentiam a proprio. &c. Vbi cum ait / si voluerit / occasionem præstat intelligendi, q; loquitur de confessione voluntaria, qualis potissimum ea est, quæ intra annum extra quadragesimam fit.

¶Errant igitur qui dicunt, posse parochianum voluntarie confiteri alieno sine licentia proprii extra tempus, quo tenetur necessario confiteri, quasi in sola quadragesima indigeat parochianus licentia curati, vt alieno confiteatur, maxime cum textus dicat, non aliter posse alienum confitentem absoluere, nisi habita proprii sacerdotis licentia. De his tamē latius infra.

¶Si autem loquamur de confessione necessaria de iure diuino, qualis est, quæ fieri debet in articulo seu periculo mortis, vndecunq; mors euentura timetur, siue ex bello,

q; propter defectū alt. post. parochus ieno confiteri.

bello, ſiue ex mari, ſiue ex peſte, ſiue ex morbo. &c. tunc etiam non dubium, quin poſſit talis pœnitens confiteri cuicunq; alieno idoneo, non expectata licentia proprii curati, iuxta cap. Paſtoralis. de officio ordinarii. Et ex multis aliis iuribus. ¶ Si vero loquamur de confeſſione neceſſaria ex iure humano, quæ ſcilicet ſemel in anno fieri debet, videl. abſq; præiudicio melioris ſententiæ, loquēdo de rigore iuris in caſu præſentis dubii, q; fieri nō poteſt huiuſmodi confeſſio alieno ſacerdoti, niſi de pprii curati obtenta licentia, qualiſcunq; ſit ipe proprius curatus, excepto caſu, quo curatus ſit ignarus & indiſcretus. Id probatur, quia videmus ius commune præſentis decretalis, in qua dicitur, q; nullus confiteatur alieno ſine licentia obtenta a proprio, cum aliter non poſſit ſoluere. Videmus etiā ius particulare in cap. Placuit. de pœnitentia. diſtin. 6. in qua ſtatuitur, vt ſi curatus ignarus ſit, poſſit parrochianus ſine licentia curati alieno cofiteri. Cū igitur ius non excipiat niſi hunc caſum particularem/ ſequitur q; extra hūc caſum ſtādum eſt communi iuri, q; ſcilicet ſit neceſſaria licentia obtenta a proprio. ¶ Q; ſi proprius eam non concedat/ aut concedere non poſſit, tunc poteſtas licentiandi parochianos deuoluitur ad epiſcopum, a quo petenda eſt. Et ſi epiſcopus haberi non poſſit, facultas licentiandi deuoluitur ad Papam, a quo tunc petenda eſt. Quem ſi peccator adire, aut eius licentiā habere non poteſt, tunc perinde eſt, ac ſi peccator non habeat copiam confeſſoris: & ſatis ei erit domino intus confiteri. &c. Loquor in hoc dicto caſu, quo pœnitens non ſit in periculo mortis. Nec per hoc impeditur, quominus tēpore debito poſſit celebrare, aut euchariſtiam ſuſcipere. ¶ Si obiicias, q; exiſtente aliquo defectu ex dictis in curato, ſubeſt iuſta cauſa eū relinquendi, & ad alium adeundi. &c. Igitur &c. Reſpō. q; huiuſmodi iuſta cauſa ſufficit ad relinquendū eum, & non illi cōfitendum, non tamē ſufficit, vt ſubditus alieno cōfiteri poſſit. Id patet ex textu præſenti, vbi dicit, q; ſi voluerit ob iuſtā cauſam alieno cōfiteri, licentiam prius obtineat a pprio. Vnde apertū eſt, iuſtā cauſam ſubſiſtentem non ſufficere, vt quis alieno confiteatur ſine licentia proprii, extra caſum iure exceptum.

¶ Per hæc reſponderi facile poteſt ad rationes priores. Ad primā ex cap. Placuit. dicendum, q; illic ſolum excipitur caſus ignorantiæ ipſius curati, quo caſu ius ipſum præſtat licentiam parochiano, vt alieno confiteatur. Nec habet locum hic argumentum a paritate rationis: quia res præſens magis pendet ex voluntate & diſpoſitione iuris humani, q̄ ex ratione, admin? nō ex pura ratione pendet, ideo magis ſtā ſtū eſt iuris diſpoſitioni, q̄ merę rationi. Quod autem cōmuniter dicit, vbi eſt eadem ratio, eſt idem ius, in multis fallit: & tenet, quando ius ſoli rationi innititur, & non potius voluntati diſponētis. ¶ In cōfirmationē cuius videl. facere ipſum cap. Placuit. vbi dicit, Placuit, vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet cōmiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere, ſine eius conſenſu, cui prius ſe commiſit, niſi pro ignorantia illius prioris. &c. Ex quo patet, q; dicens/ deinceps/ ſignificat q; ante illud tempus ob multas cauſas ſolebāt pœnitētes proprios curatos relinquere, & alienos adire. Quas oēs cauſas ex tus ipſe excludit, & ſolam cauſam ignorātiæ prioris admittit. Ac proinde glo. ibidem non ſatis rationabiliter extēdit decretum ad alias iuſtas cauſas. ¶ Ad ſecundam dicēdū, q; nō ſemper cōſenſus debit? equarat conſenſui actuali, ita vt idē operent, vt ſi quis baptizetur exterius, multum refert eum actu intus conſentire, aut conſentire debere quo ad hoc, quod eſt, eum manere vere baptizatum, qui etiam verba matrimonialia exterius ad aliquam profert, multum refert intus actu conſentiat, & q; conſentire debeat, quo ad hoc, quod eſt verum eſſe illic matrimonium. Ad hunc modum de aliis. Tunc autem conſenſus debitus operatur idem quod actualis, quando ius vel manifeſta ratio ſupplet defectū actualis cōſenſus. Quemadmodum in cap. Licet. de regularibus. &c. ſupra citato, vbi dicitur in ſententia, q; ſi religioſus velit ad arctiorem tranſire religionem, ſatis eſt licentiam a ſuo prælato poſtulare, vt tranſire poſſit, etiam ſi prælatus eam deneget, vbi ius ipſum ſupplet defectum licentiæ prælati. Sic in propoſi-

to, cum ius suppleat defectum licentiæ curati ignari, idem operabitur consensus debitus curati, quod consensus actualis eiusdem. Secus in aliis casibus, in quibus adest iusta causa relinquendi curatum, inquib⁹ & si curatus licentiam petitam debeat cōcedere, si tamen eam non concedit, nō supplet ius eius defectum.

AN autē in casu huius decreti, Placuit, sit necessarium parochiano petere licentiam a curato, & si eam obtinere non opporteat. Videtur q̄ sic, quia cum diuersa sint, petere licentiā, & eam obtinere, & de iure communi vtrunq̄ sit necessarium parochiano volenti alieno confiteri: sequitur q̄ si ab altero eorum deobligatur, remanet ad reliquū obligatus, quia ex duabus seruitutibus, si altera tollatur, remanet alia, vt supra tetigimus. Adde q̄ ius particulare in præsenti casu, nō supplet petitionem licentiæ, sed eius obtentionem. ¶ Si obiicias, q̄ cessante principali, cessat accessorium. Et quando aliquid est necessarium ad aliud obtinendū, non sperato illo obtinendo, cessat necessitas prioris, vt patet de confessione, quæ propter absolutionem obtinēdam est necessaria: & cessante spe absolutionis, vt si audiens confessionem non possit absoluere, cessat necessitas confitendi. Et quando non speratur emenda fratris, cessat necessitas eum corrigendi. Et quando non speratur salus infirmi, cessat necessitas eū medendi &c. igitur quando non speratur licētia curati, cessat necessitas eā petēdi &c.

¶ Respón. q̄ quando primum non præcipitur nisi propter secundum, secundo nō sperato, cessat obligatio primi, vt in exemplis allegatis. Si tamen primum præcipitur propter secundum, sed non præcise propter secundum: tunc cessante secundo, non opus est cesset primum. Sicut in præsenti casu, præcipitur parochiano volenti alieno confiteri, q̄ licentiam petat a proprio: & q̄uis petitio fiat et fieri debeat propter licentiam obtinendam, non tamen propter id solum præcipitur petitio licentiæ, sed vt subditus debitam obediētiam & reuerentiam suo superiori exhibeat. Quod fit, quando subditus humiliter a suo prælato licentiam petit. Et etiā vt vitentur inconuenientia, quæ alioqui sequi possent, si subditus pro sua voluntate ab obedientia sui prælati se subtraheret, vnde scandala sæpe oriri solent. Id confirmat cap̄. Licet. supra citatum. de regularibus. ¶ Itaq̄ extra articulum necessitatis si parochianus velit alieno confiteri, licentiam prius postulet & obtineat a proprio, siue proprius habeat defectus prædictos naturæ/ vel vitii/ siue non, excepto casu ignorantiæ indiscretionis ipius curati. Quo casu, satis est licentiam petere, licet non obtineatur. Nec obstat, q̄ existentibus prædictis defectibus in curato, non est idoneus qui per se confessiones audiat: quia cū hoc stat, q̄ sit idoneus ad conferendū præfatam licentiam. Exēplum est clarum de curato nondum ordinato, qui cum per se non possit confessiones audire, potest tamen confessorem, qui audiat, instituere.

¶ De multiplici licentia alieno confitendi.

SEd adhuc relinquitur dubium de peregrinātibus, & vagabundis, & sacerdotibus, & scholaribus, qui sæpe confitentur alienis, non habita prius licentia proprii curati, quorum tamen confessio cōmuniter approbatur.

¶ Respon. Illud generaliter tenendum est, q̄ nullus potest alieno confiteri, nisi de licentia proprii, expressa/ vel tacita: idq̄ accipiendo/ proprium/ pro omni habente iurisdictionem ordinariam, quemadmodū in decretali communiter accipitur, iuxta ea quæ dicta sunt. Pro quo illud notandū, q̄ aliquando habet peccator licētiam alieno confitendi a iure, aliquando a consuetudine, aliquādo ab homine. Exemplum a iure, vt in casu necessitatis, puta in periculo mortis, & in casu, quo proprius sacerdos est ignarus, tunc ius concedit licentiā alium adeundi. Exemplum a consuetudine, vt sacerdos potest, dimisso ꝓprio, cuicunq̄ sacerdoti confiteri, quæ consuetudo ideo vim obtinuit, quia est a superioribus cognita & approbata, quia cū eam sciant, minime contradicunt. Exemplū ab hoīe clarū est,

clarum eſt, vt ſi Papa, epiſcopus/vel curatus licentiam ſuis ſubditis conferant, vt alienis valeant confiteri: & qualitercunq; quis ſit licentiatus alieno confiteri, dicitur habere licētiam a proprio, ideſt, a ſuperiore poteſtatem ordinariam habente. Nam ſi ius concedit præfatam licentiam, conditor iuris, ideſt, Papa, eam concedit. Si conſuetudo ſimiliter dat licentiam, Papa, qui cōſuetudinē ſcit & approbat, eam dediſſe cenſetur. Et cum Papa ſit ſacerdos proprius, iuxta communem intellectum decretalis, ſequitur intentum. ¶ Sacerdotes igitur, qui ſibi inuicem confitentur ſine licentia ſui proprii, id obtinuerunt ex conſuetudine per ſuperiores approbata. Peregrinantes etiā, vbi ſe repererint in quadrageſima, tenenē confiteri curato quem elegerint, ſi plures ibidē ſint. Similiter & vagabundi, qui non poſſunt ſimplicem eligere aut alium, quem velint, ne videantur eſſe melioris cōditionis q̄ plebani eiuſdē loci, prout Eugenius quartus dicit declaratſſe, & tales dicuntur ad id licentiata a iure vel conſuetudine approbata. ¶ De ſcholaribus aūt illud tenet cōiter, q̄ in illa parochia tenenē cōfiteri, in qua p̄ maiorē partē anni diuina audierūt officia. Sed de his & aliis minutis q̄ſtionib⁹, vide ſummiſtas.

¶ Sed obiicies cōtra id, quod de conſuetudine dictum eſt, cap̄. Si epiſcop⁹, de pœnitentiis & remiſſio. li. 6, vbi dicitur, q̄ nulla poteſt cōſuetudine introduci, vt aliquis, præter ſui ſuperioris licentiam eligat cōfeſſorem, qui eū ſoluere poſſit &c. Reſpō. q̄ ita eſt, q̄ ſola conſuetudo nulli dat ius huiuſmodi. Verū ſi cōſuetudo ſit ſuperiori nota, & cum probibere illud poſſit non prohibet, tunc ſuperior ipſe eſt, q̄ ſua approbatione & cōſenſu dat ius eligendi cōfeſſorē, & ſic electo, poteſtatem cōfert abſoluendi, vt dictum eſt. ¶ Contra id opponitur, quia tunc approbatio ſuperioris & ratihabitio ſufficeret, vt p̄teritæ cōfeſſiones ſine ſuperioris licētia factæ ſint validę, & non reiterandæ. Probatur hoc, tum ex data ſolutione, tum etiam, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Si autem ſuperior id mandaſſet alicui confeſſori, vt audiret quorundam confeſſiones, tenuiſſent huiuſmodi confeſſiones: igitur etiam per ratihabitionem tenebunt. ¶ Quod etiam confirmatur, de epiſcopo ordinante ſubditum alterius epiſcopi ſine licentia eius: attamen ſi talē ordinationem proprius epiſcopus poſtea ſciens approbat, & ratam habet, tenebit, ac ſi de propria licentia fuiſſet ille ab alieno epiſcopo promotus. ¶ Reſpon. ad primum, q̄ approbatio ſuperioris ſubſequens confeſſionem ſine legitima licentia factam, non ſufficit, vt illa fuerit valida, & ſacramentalis. Sacramentum enim quo ad ſui veritatem non pendet ex futuro, vt ſupra tetigi. Ideo ſi quando abſolutio impendi tur, eſt vere ſacramentum: per nullū poſſmodum ſubſequētem caſum fieri poteſt, vt ſacramentum non fuerit. Et ſi tempore, quo abſolutio impendebatur, non fuit vere ſacramentum, per nullum actum, aut approbationem/ ſeu conſenſum poſtmodum ſubſequentē fieri poteſt, vt fuerit vere ſacramentum. Itaq; approbatio cognitæ conſuetudinis a ſuperiore habita, non ſufficit, vt p̄teritæ confeſſiones, quæ huiuſmodi approbationem præceſſerunt, fuerint vere ſacramentales: ſufficit tamen, vt confeſſiones poſt huiuſmodi approbationem factæ, vere ſacramētales ſint.

¶ Correlarie ſequitur, q̄ ratihabitio ſuperioris nil agit, ad hoc, q̄ ſacramentum fuerit quod non fuit. Quod autem allegatur, ſcilicet, q̄ ratihabitio retrotrahitur/ & mādato comparatur, tenet verum, quando ſolum mandatum ſuffeciſſet, vt teneret factum, ſeu vt res fieret: veritas autem ſacramentalis abſolutionis non ex ſolo mandato alicuius pendet, ſed materiam & formā & miniſtrum & intentionem debitam ex dei inſtitutione requirit, vt conſtat, quæ ſi non cōcurrunt, nec mādatum hominis, nec ratihabitio ſufficit, vt verum ſit aut fuerit ſacramentum. Valet autem ratihabitio in cōtractibus, in geſtis ad forū publicū pertinētibus, & in delictis perpetratis, quę ratihabenti ſolent imputari, & in multis aliis, quæ ex humana diſpoſitione pēdent. De quo vide glo. 19. q. 2. in principio. ¶ Et quod de ordinis ſacramēto obiectum eſt, ſoluitur ex dictis, q̄ ſcilicet ratihabitio proprii epiſcopi etiam eſt imper tinens, vt fuerit vel nō fuerit verū ſacramētum ordinis. Id tamen illa ratihabitio factæ ordinationis operat, q̄ taliter ordina-

tus poterit post ratihabitionem ordinarios vti susceptis.

¶ Correlarie sequitur ex dictis, ꝙ non est necessaria expressa licentia curati vel superioris ad hoc, ꝙ parochianus alieno confiteatur. Nam sufficit ꝙ sit tacita, seu rationabiliter præsumpta, vt in casu consuetudinis a superiore cognitæ prohibere potente & nō contradicente, ex tunc valebit tacita superioris licentia. Ac proinde si curatus videt alienū siue secularem siue religiosum suorum parochianorum confessiones audire / & tacet, iam tacite videtur eos licentiare. ¶ Ac proinde non est rationabile quod aliqui doctores dicūt, esse necessariam licentiam expressam superioris, & non sufficere præsumptam. ne tamen ab illis differamus, videt distinguendum, quod de presumpta licentia dicunt, eam scilicet nō sufficere, quia id potest dupliciter intelligi, vel quod non sufficit, vt parochianus licite alieno confiteatur, vel quod non sufficit, vt sit sacramentalis absolutio ab alieno impensa. Et quidem si præsumptio sit rationabilis (nam de hac loquor) sufficit, vt iuxta eam licite parochianus confiteatur alieno, & alienus eū absoluat: quandoquidē præsumptio rationabilis quātum ad hoc, quod est eos a culpa noua excusari, æquiparatur scientiæ, seu expressæ licētiæ. Attamē ad hoc, quod sit vera absolutio sacramentalis, non sufficit præsumptio, si in oppositum sit veritas. Interim tamen, ꝙ de veritate præsumptioni opposita non constat, licite potest stari præsumptioni. Cum autem veritas constiterit, scilicet, ꝙ curatus nunc̄ vere consenserit in præfatis confessionibus alienis sacerdotibus factis, tunc esset confessio reiteranda.

¶ Correlarie sequitur, quid dicendum in casu, quo parochian⁹ adit curatum suum eidem confessurus, & tamen curatus non vult eum audire, vel quia non potest, vel quia indispositus est, vel quia simpliciter non vult, An talis parochianus possit libere alium adire sine licētia expressa petita, & obtenta. Et arguitur ꝙ sic, quia talis parochianus iustam causam habet alitū adeundi, ex quo suus proprius eum audire non vult: maxime si sit tempus quadragesimæ aut paschatis, & subditus ille vult communicare &c. ¶ Verum ex dictis patet responsio, ꝙ habere iustam causam alium adeundi, non sufficit sine licentia obtenta a suo curato / vel superiore: quia præsens decretalis, Omnis, vbi concurrit iusta causa alienū adeundi, ait esse necessarium obtinere licentiam a proprio sacerdote: igitur in casu hoc, quo curatus eum audire non vult, est distinguendum, quia vel dat licētiam, vt alium adeat, vel eam expresse negat, vel nec vnum / nec aliud. Si primū, adeat alitū. Si secundum, alium adire non potest, non præhabita licētia superiorum. Si tertium, recurrēdum est ad præsumptionem, quia si iuste & rationabiliter presumitur ꝙ curatus in casu contentus esset, ꝙ suus parochianus alieno confiteatur, poterit alieno confiteri, alias non. Præsumptio autem haberi potest, si nulla indicia / nec causa in curato appareant, ad negādum huiusmodi licētiam, tunc videtur esse tacita aut præsumpta licētia, & hæc sufficit vt dictū est.

¶ De licentia vicecurati ad alieno confitendum.

Liud dubium, An sufficiat parochiano licentiam habere a vicecurato, vt possit alieno cōfiteri. Et arguitur ꝙ non, quia secundum iura delegatus non potest subdelegare, si delegatus est ab inferiore ordinario particulariem habens commissionem, talis est, q habet vicē curati. Quod apertiꝰ apparet ex cap. fi. de officio iudicis delegati, §. cęterum. Vbi dicit. Nulli cui commissum fuerit prædicare crucem, ex communicare / vel absoluere aliquos, dispensare cū irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hoc de cætero aliis demandare, salua legatorum sedis apostolicæ auctoritate. Et datur ibidem causa, quia non eis iurisditio, sed certum ministerium committitur in hac parte. Vnde visum est Ricardo anglico in suis quotlibetis, ꝙ vicecuratus non potest licētiam dare alieri sacerdoti, vt confessiones audiat: & multo minus eam dare potest subditis, vt confessores eligant.

¶ Respon. Aliter videt in præsenti respōdēdum, sub distinctione, quia vel curatus intendit

intendit suo vicecurato omnes suas vices plene cōferre, vt id faciat ī parochia, quod ipse curatus, quo ad sacramentorū administrationem esset facturus, & si sic, sufficit licentia vicecurati sacerdoti alieno ad confessiones audiendum, vel parochiano ad confessorem eligēdum concessa. Id patet, quia hanc vbiq; videmus consuetudinem seruari, & approbari, q; scilicet vicecurati cum a loco vbi sunt instituti, ad tempus recedunt, relinquū t alios sacerdotes loco sui, qui sacramenta ministrent. Similiter id vbiq; seruatur, & approbatur, q; scilicet in tempore quadragesimæ vicecurati solent coadiutores assumere, vt confessiones audiant. Si autem curatus non tam plene vices suas alteri committit, sed solum vt ipse vicecuratus personaliter confessiones audiat, qa ad id ob merita psonalia, & psonalē industriā electus fuit, tunc nō poterit licentiam alteri dare, quia purum ministerium/ & nulla iurisditio illi commissa est, Et in tali casu procedit prefatum. cap. fi. de officio iudicis delegati, vt patet ex causa in textu data, in qua dicitur, q; non eis iurisditio, sed certum ministerium cōmittit. ¶Sed vltra obicies, q; licentiatus a vicecurato non poterit sacramentaliter alieno confiteri. Patet, quia nullus potest alieno confiteri sine licentia proprii, vt supra ostēsum est: ille autem vicecuratus non est proprius, sed alienus, vt constat, igitur ipsius licentia sine licentia curati nil operatur. Respon. q; in casu licentia per vicecuratum data, valida est, ex consensu curati expresso, vel tacito, qui eo ipso, q; plenas vices vicecurato commisit, consensit, & approbauit licentiam per vicecuratum datam. Itaq; licet vicecuratus ratione sui non possit licentiam præfatam dare, potest tñ ex consensu curati. Pro quo facit, q; delegatus pōt ex p̄sensu ordinarii subdelegare, vt habetur de officio delegati. cap. Super eo.

¶De p̄fessione mulieris, quæ cum suo curato est fornicata.

QX dictis sequitur, quid dicendum, casu, quo mulier fuerit cū suo curato fornicata, An scilicet possit alium quærere confessorem sine licentia proprii curati. Et dixerūt aliqui q; sic, vt Ricardus in suo 4. Pro qua sententia facit primo, q; illa habet iustam causam aliū quærendi confessorem: maxime si ex confessione proprio facta, verisimiliter timeat, sibiipsi, vel curato periculum offendendi: igitur poterit alium adire. Nam ob eandem causam licitum est parochiano alienū quærere, casu, quo proprius sit ignarus. ¶Facit secūdo cap̄. Licet, de regularibus, supra citatum, ex quo apparet, q; licitum est monacho ad arctiorem volare religionem, sine licentia obtenta a suo prælato/ob solam ipsius monachi vtilitatem, vbi de transitu nullum habeat præceptum: igitur a fortiori licebit ei, qui habet iustam causam recusandi curatum, alium quærere confessorē, cum hic non sola vtilitas peccatoris id postulet, sed præceptum de confitendo concurrat. ¶Nec valet dicere, vt supra, q; in hoc casu ius nō puidit de p̄fessore, nec suppleuit defectum consensus curati. Non valet, vt apparet, quia non est verisimile, q; ius prouiderit de remedio in defectum prælati, ob solam hominis vtilitatem, & non de eo prouiderit, ob hominis necessitatem. ¶Si dicas non esse necessitatem hanc in casu alicui homini confitendi, quando licentia non habetur a curato: quia sufficit ei confiteri deo & conteri. Contra, quia sepe fit, vt contritio/ seu cordis pœnitentia non sufficiat peccatori, vt se in statu gratiæ reponat, cum qua tamen sacramentum absolutionis sufficeret. Igitur casus est necessitatis, & non vtilitatis.

¶His non obstantibus dicendum, q; nec in hoc casu/ nec in quocunq; alio licitum est alieno confiteri, sine licentia proprii, exceptis casibus, in quibus ius supplet defectum, & licentiam præstat, vt supra dictum est. Hanc autem non videtur ius præstare, nisi quando quis est in periculo mortis constitutus, aut quando ꝓprius est ignarus. Ac proinde in casu p̄senti, nisi a proprio habeat licentia, non poterit eius parochianus alieno confiteri: nec sufficit eam petere, sed opus est eam obtinere. ¶Et per hæc facile patet ad rationes. Ad primam dicendum, q; non sufficit iusta causa alium adeundi, vt iam supra ostensum est, sed cū hoc requiritur licentia proprii obtenta, iuxta præsentem textum. Et falsum est, q;

ob id solum licitum est parochiano alium quęrere, quando propriꝰ est ignarus, qa scilicet adest iusta causa illū recusandi, sed ideo, quia ius supplet defectum seu licentiam proprii. ¶ Ad secundum similiter dicendum, ꝙ in casu illius cap. Licet, ius supplet defectum prælati, qui non vult, cum debeat, licentiam prebere. Non sic in præsenti casu, & similibus, in quibus non legitur ius prouidisse. Ad replicam dicendum, ꝙ opporteret ostendere ius, quod suppleat defectū proprii in huiusmodi casibus, quod tamen non apparet. Aliud enim est, iustum esse, vt prouiderit ius de remedio. Aliud est ius prouidisse. ¶ Quod vltimo arguebatur, ꝙ scilicet sępe est sacramentum absolutionis necessarium ad salutem peccatoris, quia scilicet non semper sufficit cordis pœnitētia, procedit secundum Sco, & alios, qui dicunt esse necessariam intensionem aut cōtinuationem huiusmodi pœnitentiæ cordis, vt valeat per se ad salutem. Quod tamen non omnino probamus. De quo supra, quando de pœnitentia cordis agebamus.

¶ Verum esto prefata mulier alium adire confessorem sine licentia proprii non possit, An poterit, & debeat in casu curato suo confiteri. Respon. Si timet vehementer, ꝙ confessio illi facta, cedet ipsi mulieri in damnū animę, quod erit quasi ipossibile sibi euitare, puta si ipsa est valde fragilis, & per experientiam vel alias scit, ꝙ quoties præfatum curatum videt/aut loquitur/vehementer tentatur: tunc non potest illi confiteri, sed tenetur eum vitare: alioquí peccaret, exponendo se præfato periculo. Idem dicendum, si sit eidem verisimile, ꝙ ex confessione curato facta, ipse curatus ex fragilitate incidet in peccatū. Secus si periculū quod timet, leue est, quia tunc pōt & debet curato confiteri. Vnde a fortiori ad idem tenetur, si nullum timeatur periculum. Si enim periculum probabiliter timeatur, ꝙ illi curato confitendum non sit, patet, quia quando confessio alicui facta, esset contra charitatem confitentis/vel confessoris, non est necessario facienda, iuxta regulam iuris. Quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet. Et ita in casu non habita licentia proprii, perinde est, ac si copiā nō habeat confessoris.

Sed quoniam opinionē oppositam, quæ tenet in huiusmodi casibus, in quibus iusta causa ad recusandum proprium curatum, & alium quęrendum concurrit, posse subditum alienum confessorem sine licentia proprii adire, probabilem esse censemus. Nec presumendum est in huiusmodi casibus humanū ius de remedio minime prouidisse, videl̄ de iusta causa alium confessorem adeundi, distinguendum: quia vel causa talis est, ꝙ pœnitenti non relinquitur facultas proprio curato simpliciter aut salubriter, aut sine notabili damno confitendi, & tunc satis est petere ab eo licentiam, etiam si non obtineatur, vt libere possit subditus alieno confiteri. Exempli gratia, vt si curatꝰ sit excōicatus, aut infirmitate grauatus, aut in aliis rebus magis necessariis occupatus, aut subditum simpliciter audire in confessione nolit: tunc enim deest parochiano possibilitas proprio curato confitendi simpliciter. Similiter si sacerdos talis sit, de quo verisimiliter præsumitur, ꝙ confitentem ad malum solicitabit, aut non sciat, quæ necessaria sunt ad debitam absolutionem impendendam, aut quæ necessaria sunt nesciat interrogare, aut salutare consilium ipsi confitenti prebere: tunc enim & si non desit simpliciter facultas confitendi, deest tamen facultas salubriter confitendi. Similiter si de curato verisimiliter timetur, ꝙ reuelabit confessionem, id ꝙ in notabile damnū confitentium: in his, & huiusmodi casibus probabile est, posse pœnitentem libere quem velit, adire. Et satis erit licentiam petere a curato, etiam si non obtineatur. ¶ Alia potest esse iusta causa relinquendi proprium curatum, & alienum quęrendi, cum qua fiet possibilitas salubriter proprio curato confitendi, etiam si ex confessione alteri facta maior forte vilitas speretur, & in hoc casu non satis est licentiam petere, sed eam opus est obtinere. Et de hac iusta causa potest competenter accipi, quod in prȩsenti decretali dicitur, scilicet, si quis voluerit ex iusta causa alieno confiteri: licentiam prius postulet, & obtineat a proprio, ita scilicet, vt intelligatur de iusta causa non excludente possibilitatem salubriter suo curato confitendi, vt si

subditus

ſubditus veriſimiliter credit, ꝙ ſi ſua peccata detegat proprio confeſſori, ſcilicet epiſcopo, abbati, aut curato, ꝙ nō ꝓmouebit eū ad bonū aliquod, ad qđ alioqui eſſet eū promoturus, aut eum non habebit in ea eſtimatione aut opinione, in qua eum alio qui eſſet habiturus, aut non eam amicitiā, & conuerſationē cum eo habebit, quam alioqui eſſet habiturus. Tales & huiuſmodi cauſæ, & ſi iuſtæ ſint & rationabiles, vt pœnitens cupiat alieno confiteri, ex quo tamen poſſibilitatem ſalubriter confiteri ꝓprio non adimunt, non ſufficiunt, vt ſine licētia ꝓprii alienos adeant cōfeſſores.

¶ De ſacerdote alieno per parochianum eligendo ex licentia proprii.

UTrum parochianus habens licētiam a ſuo curato, vt alteri, cui velit, cōfiteatur, poſſit virtute talis licentiæ eligere ſacerdotem ſimplicem, & illi confiteri, ita vt abſolutio per talem impenſa, ſit valida. Et dixerūt nonulli iuriſtę, ꝙ non poteſt virtute talis licentiæ ſacerdoti ſimplici confiteri, niſi habenti curam. Pro quo facit glo. huius decretalis, Omnis vtriuſq; &c. Similiter glo. in clementina prima de priuilegiis. ¶ Facit etiam ſecundo cap̄. Adiicimus, 16. q. 1. vbi dicit Gracianus, ꝙ monachi & ceteri ſacerdotes, & ſi in ſua ordinatione poteſtatem accipiant, non tamen exequutionem habent, niſi ſint a populo electi, & de conſenſu abbatis ordinati. ¶ Facit tertio. cap̄. Ad hæc. de reſcriptis, vbi dicitur in ſententia, ꝙ cōceſſio iudicis incerti non valet. Cum igitur in preſenti caſu licentia confeſſorem eligendi parochiano a ſuo curato conceſſa, ſit conceſſio iudicis incerti, ex quo curatus nullum ſacerdotē illi parochiano determinat, ſequitur. ¶ Facit quarto ratio Panormitani, ꝙ ſcilicet ſacerdos ſimplex ſic electus non poſſit talē parochianum abſoluere, eo ꝙ non habet poteſtatē iuriſditionis: quia nec ordinariā, vt patet: nec delegatam, ex quo a nullo proprio ſacerdote ſeu ordinario delegatus eſt. ¶ Oppoſitum tamen videtur tenendum cum theologis. Et probatur primo, quia epiſcopi qui habent a iure licentiam, qua poſſint ſibi eligere cōfeſſorem, iuxta cap̄. Ne ꝓ dilatione, de pœnitentiis, & remiſſio. li. 6. virtute huiuſmodi licentiæ poſſunt ſimplicem ſacerdotem eligere, & valet abſolutio, vt eſt cōmunis practica, & conſuetudo, quæ eſt optima legū iterpres. Igitur etiā parochiar. ꝙ habens licentiā a curato/ vel epo vel alio ordinario, poterit virtute talis licentię eligere ſacerdotem ſimplicē, patet cōſequentia, quia ſub eadem forma & tenore conceditur his, & illis præfata licentia. ¶ Secundo idem probatur, quia ſi aliquid deeſſet in caſu quare abſolutio a ſimplici ſic electo non valeret: maxime poteſtas iuriſditionis, ſed hoc nō, quia poteſtatē habet iuriſditiōis ille ſacerdos ſimplex in ipſum eligētem, nam iuriſditio in foro pœnitentiali non addit ſupra poteſtatem ordinis, niſi materiam ſubiectam, in quā ſacerdos valeat poteſtatem exercere, vt ſupra dixi. Hanc autem habet ex voluntaria ſubiectione, qua talis parochianus ſe illi ſubiicere vult, qui licentiam habet ſe cui velit ſubiiciendi, igitur. Id patet a ſimili de ſacerdote ſimplici, cui Papa ſe ſubiicit, qui eo ipſo habet iuriſditionem ſuper ipſum papam, & non ob aliud, niſi/ quia cum poteſtate ordinis habet materiā ſubiectam, papam ſcilicet, qui potuit, & voluit ſe illi ſubiicere. Quod etiam alia iuriſditio præter poteſtatem ordinis, & materiā ſubiectam neceſſaria non ſit, apparet: quia ſi curatus ſit excōicatus, poteſt ſacerdotem ſimplicem pro confeſſionibus audiendis deputare, & tamen curatus excōicatus nullam iuriſditionem poteſt in alium tranſfundere, vt dicit Petrus de palude.

¶ Ad rationes ante oppoſitum: dicendum ad primum ſumptum ex glo. cap̄. Omnis vtriuſq;, & ex glo. in clemētina, de priuilegiis. &c. illi gloſatores fuerunt illius opinionis, a qua tamen nos cum theologis recedimus. ¶ Ad ſecundum ex cap̄. Adiicimus, dicendū, ꝙ illud dictum eſt contra quoſdam monachos/ qui eo ipſo ꝙ eſſent ad ſacerdotium promoti, præſumebant ſacramēta miniſtrare, & confeſſiones, ſine legitima licentia audire: quod illis iure prohibitum eſt. Et quamuis dicat illic Gratianus, ꝙ tales exequutionem non habēt, niſi ſint a populo electi, & de conſenſu abbatis ordinati, non excludit licentiā curatoꝝ,

sed intendit, q̄ ordinarie non possint confessiones laicorum audire (vbi non adest licētia curati) nisi sint a populo electi. ¶ Ad tertium ex cap̄. Ad hæc, de rescriptis dicendum, q̄ procedit in foro contentioso, vbi necessaria est potestas iurisditiōis de nouo iudicibus electis seu deputatis collata. Secus in foro pœnitentiali, in quo p̄ter potestatem ordinis, non requiritur alia noua iurisditio, nisi materia subiecta. Et patet hoc, quia si ratio valeret etiam in hoc pœnitentiali foro, non igitur valeret concessio episcopis facta, de eligendo confessorem. Nec valeret gratia in bullis Papæ, cuicūq̄ bullam accipienti concessa, vt eligat, quē velit, confessorem. Nec virtute licētiæ a curato suo parochiano concessę, posset ipse licentiatus alium curatum eligere, cum in his omnibus sit facta concessio iudicis incerti. Quæ tamen omnia sunt falsa. ¶ Ad quartū dicendū, q̄ nil probat: quia falsum est, q̄ simplex in casu electus, nō habeat iurisditionem saltem delegatam/p̄sequutiue/ seu mediate: quia eo ipso q̄ curatus dat parochiano licentiam confitendi ei quē elegerit, ex consequenti vices suas committit taliter electo. Alioquī generaliter licentiatus ad eligendum sibi confessorem/ siue per ius/siue per bullam aut priuilegium non posset eligere alium curatum, quia vnus curatus non potest alterius subditos absoluere, si non sit eorum iudex ordinarius aut delegatus. Nisi dicas illum esse mediate, & consequutiue delegatum, quod est, quod nos dicimus.

I queras, an virtute p̄fatę licētię possit parochian⁹ eligere sacerdotē religiosum. Respō. Int̄ religiosos potest esse triplex diuersitas. Quia stat, q̄ quidam sint p̄sentati seu deputati ad audiendum confessiones. Alii vero, qui prohibiti sint, a p̄latis suis eas audire. Alii vero medii, qui sint liberi, scilicet, q̄ nec deputati sint, ad eas audiendas, nec prohibiti eas audire. Si de p̄sentatis seu deputatis sit quæstio. Respon. q̄ parochianus a curato licentiatus, pōt libere eos adire, etiā si licentiā a curato non habeāt, nedū eam habētes, vt ex supra dictis patet. Si loquamur de religiosis liberis, qui nec prohibiti sunt/nec deputati, dicendum, q̄ parochiani licentiati possunt eos adire, & eisdem fructuose confiteri: sicut & possent sacerdotibus secularibus simplicib⁹. Ratio, quia si aliquid obstaret, quominus eis possent confiteri, vel esset votum religionis, vel prohibitio superiorum, vel defectus iurisditionis. Primum & secundum non, vt suppono. Sed nec tertium, quia, vt ex dictis patet, non requiritur aliud, ad hoc, q̄ sacerdos possit peccatorem absoluere, nisi q̄ habeat absoluens potestatem ordinis, & materiam subiectam, in quam, potestatē possit exercere, & hoc sufficit, vt iurisditionem habere dicatur: quæ, secundum cōmunē sententiam, supra ordinis potestatem nil nouum addit, nisi materiam subiectam, vt sępe dictum est.

¶ Si autem loquamur de religioso, cui prohibitum est per suos prælatos seuper statuta ordinis ne confessiones audiat, est videndum, an sit illi id prohibitum sub pœna peccati mortalis, aut per viam suspensionis, aut sub pœna peccati venialis, aut sub alia pœna temporali. Et quidem si per viam suspensionis a iure / vel ab homine sit illi prohibitum confessiones audire, cōfessio illi facta, siue ex licentia curati / siue non, erit nulla, iuxta cap̄. Si celebret. de clerico excōicato / vel interdicto celebrante. Si autem sit illi prohibitum sub pœna peccati mortalis, distinguendum est, de confitente eidem. Quia si scienter quis illi confiteatur: id q̄ ad instantiam ipsius confitētis: tunc qui eidem confitetur, etiam si a curato sit licentiatus, peccat, quia illum inducit ad peccandum, vel ad agendum, quod est illi peccatum mortale, & sic confitens ponit obicem, ob peccatum cooperationis, & ita absolutio taliter impēsa, ratione obicis erit nulla. Si vero ex ignorantia inuincibili parochian⁹ eum eligat, & eidem cōfiteatur: tunc valebit confessio, etiam si religiosus ille peccet, talem absoluēdo: quia solum peccatum absoluētis non vitiat nec inualidat sacramentum. Si vero illi sit prohibitum cōfessiones audire sub pœna peccati venialis, aut sub alia pœna temporali leuiori, tunc p̄fatus parochianus licentiatus potest tam scienter q̄ ignoranter eū adire, & ab eodem sacramentaliter absolui. Quia tunc etiam si scienter id fiat, non ponitur obex peccati mortalis. Et hæc distinctio habet

ctio habet locum similiter quando quis licentiat⁹ a curato/vel iure, vel episcopo, vel Papa, adit quēcūq; aliū sacerdotē secularē.

¶Correlarie sequitur, ꝙ non obstante synodali constitutione, qua cauetur, ne quis sacerdos secularis/aut religiosus sub pœna peccati, vel sub alia pœna audiat confessiones parochianorum, ꝙ habens licentiam eligendi confessorem, siue a iure/siue prælato/siue a curato, potest talem sacerdotem eligere, & valebit talis confessio, nec est de necessitate reiterāda, idq; attenta supra posita distinctione.

¶Quanq; hic nonnulla esset dubitatio, si prælatus prohibet, ne quis sacerdos anteq; sit p prælatū examinat⁹, confessiones audiat, vt in constitutionibus synodalibus phiberi solet, & parochiani liberā habeāt a curato licentiā, vt q̄bus velint cōfiteanť, confitenť autē alicui sacerdoti nondū per prelatum examinato/& approbato, An tenebit confessio cum bona fide facta. Et ratio dubii est, quia contra prohibitionē superioris, licentia inferioris prevalere nō debet. Cum igitur prelatus, qui superior est, prohibet sacerdoti nondum examinato confessiones audire: igitur contra huiusmodi prohibitionem licentia a curato concessa non valebit.

¶Secundo, si curat⁹ daret licentiam sacerdoti ad confessiones suorum parochianorum audiendas, econtra vero prelatus eidem sacerdoti interdiceret, ne huiusmodi confessiones audiat: talis sacerdos non poterit confessiones audire. Alioqui si contra superioris prohibitionem valeret inferioris licentia, posset igitur curatus prebere licentiam confessiones audiendi ei, qui per superiorem fuerit suspensus, & tales confessiones forent in casu validæ, quod suppono falsum. Et sequela apparet, quia vtriq; est vsus, & exequutio ordinis in hac re prohibitus, scilicet, ei qui suspensus est, & ei qui nondum examinatus est. ¶Respondetur stando in dictis, ꝙ in præsenti casu valebit confessio, quæ cum bona fide de licentia curati fit illi sacerdoti non examinato, q̄uis ipse sacerdos peccet, confessiones contra superioris prohibitionem audiendo. Nam de iure cap̄. Omnis vtriusq; sexus, potest confessio de licentia proprii alieno fieri, nisi alioqui sit excōicatus/suspensus/ vel interdictus, talibus enim iure ordinis ministerium interdicitur. Per prohibitionem autem prælati synodalem, is qui examinatus non est, nulla ob id censura est innodatus, nec vere dici potest suspensus esse: quandoquidem suspensio culpam in suspenso præsupponit, ob quā a iure vel a iudice suspendendus venit. Est itaq; simplex prohibitio/non suspensio, qua prælati statuunt, ne quis anteq; sit probatus, confessiones audiat. Quæ quidem institutio, & si prohibeat factum, nō tamen illud annullat, cum clausulam annullantem non contineat, sed solum in virtute obedientiæ illis iniungitur, ne ante probationem confessiones audiant. Vnde fit, vt si sacerdos ex licentia curati confessiones audiat, erit quidem inobediens, factum tamen tenebit. Multa namq; prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent.

¶De alieno sine licentia ꝓprii de facto quenq; absoluēte.

Circa eundem textum, in quo dicitur, ꝙ alien⁹ sacerdos nō potest sine licētia proprii alienum parochianū absoluere, quæritur an id verū sit de facto, hoc est, esto ꝙ alienus alienum absoluere de iure non possit sine licentia proprii, an si de facto eum absoluat, sit valida absolutio. Et dixerūt quidam ꝙ sic (secluso obice confitentis, quia sic procedimus) Pro qua sententia facit primo, ꝙ quilibet sacerdos habet a iure diuino potestatem, qua potest peccatorē absoluere, iuxta authoritatem sępe citatam. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. &c. vbi nulla fit sacerdotis exceptio, nec peccatoris, nec peccati. Quilibet igitur sacerdos a Christo accepit huiusmodi potestatem respectu cuiuscunq; peccatoris, & cuiuscunq; peccati. ¶Nec obstat prohibitio ecclesiæ, prohibentis ne quis alienum absoluere tentet, sine ꝓsensu proprii: quia etiam ecclesia prohibet, ne quis episcopus alienum ordinet, sine consensu proprii, & tamen si attentet alienum ordinare, tenet ordinatio. Prohibet etiam ecclesia, ne excōicatus celebret/aut consecret, & tamē si attentet celebrare, tenet consecratio. Et

ita potest de multis aliis exemplificari, qñ quidem multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent.

¶ Nec obstat secundo dicere, q̃ ex prefata authoritate non colligitur, Christum contulisse omnibus sacerdotibus potestatem absoluendi propinquam, idest, potestatem iurisditionis, sed remotam, quæ potestas ordinis est in charactere fundata. Nō inq̃ obstat, quia ex quo Christus contulit potestatem sacerdotibus, vt peccata hominū remitterent, consequēs est, q̃ illis dedit id, sine quo huiusmodi remissio per eos fieri non potest: & cū absolutio sine iurisditiōe fieri non possit, sequitur &c. Frustra enim dedisset potestatem absoluendi, si requisita ad illum finem nō dedisset. ¶ Id confirmatur, quia anteqũ esset facta parochiarum diuisio, apostoli poterant peccatores absoluere, & potestate sibi a Christo cōcessa vti: igitur habuerunt potestatem iurisditionis in peccatores, etiam respectu omnium peccatorum, & illam iurisditionem non acceperunt a Papa, nec a puro homine, vt suppono, igitur a Christo, & per consequens oēs sacerdotes, q̃ apostolis succedūt, vel in toto, vt episcopi, vel in parte, i. in potestate absoluēdi i foro pœnitētiali, vt cęteri sacerdotes minores, habent a Christo imediate potestatem iurisditionis super omnes peccatores, & super omnia peccata, igitur si quicunq̃ sacerdos attentet aliquem absoluere, erit valida absolutio. ¶ Nec obstat tertio dicere, q̃ si omnes sacerdotes habuerit a principio potestatem iurisditionis in foro pœnitentiali, potuerūt tamen ea per Christi vicarium ob iustam causam priuari, aut eorum potestas potuit coarctari, prout debito ecclesiæ regimini expediret. Sicut expedire videtur, q̃ diuersę oues, diuersos habeant pastores proprios. &c. Hoc inq̃ non obstat, imo nec verum esse videtur, qa quod ex Christi institutiōe aliq̃bus cōcessum est, per homines non potest illis auferri. Nam oppositio dato, posset Papa a sacerdote tollere potestatem consecrandi, & baptizandi, & ordinandi, quod suppono falsum, igitur non potest Papa a sacerdotibus tollere potestatem propinquam absoluendi, si eam a Christo omnes immediate acceperunt.

¶ Facit secundo pro eadem sententia ratio, quia si Papa cōfiteatur alicui sacerdoti quantūlibet simplici, ille sacerdos poterit de facto vere Papam absoluere, & cum id non possit, nisi iurisditionem habeat in absoluendum, sequitur q̃ habet eam supra Papam, & ex consequenti supra quencūq̃ alium inferiorem, qui velit tali sacerdoti confiteri, iuxta regulam, Si vinco vincentem te, a fortiori vincā te. &c. Iam quero, a quo habet sacerdos ille simplex huiusmodi iurisditionem. Si a Christo, habeo intētum, Si ab homie, maxime a Papa: sed hoc non, quia Papa non habet iurisditionem supra seipsum, qua possit seipsum absoluere, igitur non potest alteri dare iurisditionem supra seipsum, cum nemo dare possit, quod non habet, igitur.

¶ Facit tertio, quia si sacerdotes non haberent præfatam iurisditionem, nisi hi, quibus a iure humano cura animarum commissa est, idq̃ respectu certarum ouium, sequitur q̃ alienum parochianum existentem in articulo mortis non posset absoluere alius sacerdos, quod suppono falsum ex iuribus supra inductis. Si dicas in illo articulo posse vnunquenq̃ a quocunq̃ absolui, iam quæro a quo habet quicunq̃ sacerdos in illo articulo iurisditionem super infirmum: Si a Christo, igitur habeo intentum. Et si in illo articulo, igitur etiam extra illum habet eandem iurisditionem a Christo, cum non videatur vbi, & quando omnes sacerdotes eam a Christo acceperint, nisi quando dixit, Quęcūq̃ solueritis in terris, erunt soluta. &c. Aut quando dixit, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. &c. Sed in his non distinguit inter articulum necessitatis, & extra. &c.

¶ Facit postremo, quod supra tactum est, scilicet, q̃ episcopus si attentet alienum ordinare etiā sine licētia proprii, tenebit ordinatio, nec venit iterū ordinandus: igitur sacerdos si attētat absoluere alienū parochianum, tenebit absolutio. ¶ Nec obstat dicere, q̃ in casu huiusmodi absolutio decernit̄ irrita, & inanis, vt habet. 9. q. 2. p totū. Non inq̃ obstat, quia ibidem etiam decernitur irrita, & inanis ordinatio ab alieno episcopo facta, sine licentia proprii: & tamen realiter tenet ordinatio, & manet talis vere ordinatus. Vel igitur vtrunq̃ erit irritum, & inane, scilicet ordinatio & absolutio de

lutio de facto attentata, vel vtrūq; erit validum: quod hi doctores pretendunt.

¶ His non obstantibus, oppositum videtur esse tenendum. Pro cuius probatione premitto aliquas propositiones. Prima propositio sit. Nullus sacerdos potest quēq; absoluere, nisi in eum habeat iurisditionem ordinariam/vel delegatam/seu commissam. Hec patet ex concilio Florentino sub Eugenio.4. vbi in forma ponitur huiusmodi propositio. Et patet etiam ratione sumpta ex natura huius sacramenti absolutionis, quia absolutio hæc, est sententia lata in fauorem & gratiam confitentis, in causa, quæ erat inter peccatorem & deum. Est igitur huiusmodi absolutio actus iudicialis, & per consequens necessarium est, vt sit valida, q̄ feratur a iudice competente iurisditionem habente: alioqui sententia a nō suo iudice lata, nulla est de iure.

¶ Secunda propositio. Sacerdos non potest habere iurisditionem in foro pœnitentiali, nisi habeat subditos, in quos eā valeat exercere. Hæc patet, tum ex sententia omnium pro maiori parte/& cōmuniter approbata, scilicet, q̄ potestas iurisditiōis in hoc foro non addita parte rei supra potestatē ordinis, nisi materiā subditā/seu peccatores subditos. Tum etiam, quia habere iurisditionem & subditos in eodem fōro sunt correlatiua, & sunt simul natura. Est enim iurisditio, quædam dominatio/seu dominium, licet non despoticū, quale est domini ad seruum: nec ciuile, quale est domini ad res sibi appropriatas, est tamē velut politicum, quale est principis seu prelati ad suos subditos. Cum igitur/dominus/sit correlatiuum subditi, non ergo stat aliquem habere dominium quodcunq; ex dictis sine subdito. Vnde & Augustinus ait, deum non fuisse dominum, anteqū mundū crearet, quia non habebat, quib⁹ dominaret. Et q̄ primū cœpit aliqd creare, cœpit esse domin⁹. Et ita patet ꝓpositio.

¶ Im pertinens autem est, q̄ potestas iurisditionis addat in sacerdote aliquam realitatem vltra potestatem ordinis/vel non, quia si secludam⁹ relationes, nullam addit realitatē, sed tantū ex nominis connotatione requiritur habere subditos. Si vero admittamus relationes, addit quidem relationem rationis, habentem esse per actum voluntatis eius, qui sacerdoti aliquos subditos fecit, quicunq; is sit.

¶ Tertia propositio. Non quilibet sacerdos habet subditos in foro pœnitentiali. Patet de simplicibus sacerdotibus, quibus nullius confitentis seu peccatoris cura commissa est. Hæc probatur, quia si eos haberet, vel ergo iure humano, vel diuino. Neutrum videtur dicendum. Non primum, vt suppono, qñquidem animarum cura non omnibus sacerdotibus est de iure humano commissa. Nec secūdum, quia Christus nulli sacerdoti quenq; peccatorē subiecit, nisi vicario suo, cui omnes oues, & agnos cōmisit, quando dixit ad Petrum. Pasce oues meas, pasce agnos meos In quo voluit & instituit Petrum pastorē vniuersalem omnium fidelium, cui voluit omnes alios esse subditos, non solum in foro contentioso, sed etiam in pœnitentiali. Inconueniens nanq; est, q̄ Christus, qui magis spiritualia q̄ temporalia quærebat, suo vicario oues suas in his, quæ ad forum contentiosum pertinent, & non in his, quæ ad forum pœnitentialem commisserit. Itaq; soli Petro vicario suo omnes fideles subiecit: & ex consequenti soli vicario suo plenā contulit iurisditionem, vt ab eo in cæteros inferiores huiusmodi potestas iurisditionis dimanaret.

¶ Quarta propositio. Non quilibet sacerdos, imo nullus præter Papam, habet iurisditionem immediate a Christo. Hæc patet ex precedenti: cum idem sit iurisditionem & subditos habere: sol⁹ autem Papa habet subditos immediate a Christo, igit̄ sol⁹ ipse habet iurisditionē de iure diuino.

¶ Iam sequitur conclusio responsiua, q̄ nō quilibet sacerdos potest quēlibet peccatorem absoluere, etiā de facto, ita vt si absoluat, de facto teneat absolutio. Hæc patet, quia nullus sacerdos potest quenq; absoluere, nisi iurisditionem habeat in eum, patet ex prima: hanc autem non habet quilibet sacerdos, nec de iure humano nec diuino. Patet ex tertia & quarta. Igitur non quilibet potest quemlibet absoluere, nisi sit propri⁹/vel a proprio lincētiatus, iuxta presentem decretalem.

¶ Nunc veritate ostensa, conuenit opinionem primo recitatam impugnare. Vnde contra eam arguitur/quia si quilibet sacer

dos haberet de iure diuino iurisditionem in omnes: sequitur, ꝙ nullꝰ sacerdos posset huiusmodi iurisditione per homines aut per ecclesiam priuari, vt supra pro opinione arguebatur, & ex consequenti per excommunicationē iuris/ vel iudicis non expiraret potestas absoluendi. Quod supra probatū est esse falsum, ex. c. Si celebret. de clerico excōmunicato celebrante: & ex. c. Duobus. de sententia excōmunicationis, in antiquis.

¶ Secūdo sequitur, ꝙ si sacerdos tam simplex q̄ curatus ad confessiones electus attentaret peccatorem absoluere ab his, quę Papę aut Episcopo sunt reseruata, ꝙ valeret absolutio, & maneret vere absolutꝰ ab eisdem. Consequens est contra. c. Si episcopus. De pœnitētiis & remissionibus. li. 6. Vbi dicitur, ꝙ sacerdos ad cōfessiones electus, nullam prorsus potestatem habet absoluendi a reseruatis. Et talis est doctrina communis ecclesiæ.

¶ Tertio sequitur, ꝙ confessio facta alieno sine licentia proprii, ꝙ esset valida/ & non reiteranda, iuxta extrauagantem Benedicti vndecimi sepe allegatam. vbi dicitur, Absurdum est, eum qui semel sacramētaliter absolutus est, rursus eodem debito teneri, vt supra adduximus.

¶ Postremo facit clausula p̄sentis textus, occasione cuius mota est quęstio, in qua dicitur, ꝙ alienus nō potest quenq̄ absoluere sine licentia ꝓprii. Vbi illa negatio/ nō/ cadens super verbum/ potest/ non solum negat actum, sed possibilitatem ad actū, vt notat glo. in prima regula iuris. lib. 6. Alioquī si solus actus negaretur/ seu prohiberetur, idem esset dicere, ꝙ alienus nō absoluat extraneum, & ꝙ non potest absoluere extraneū, quod suppono falsum, ex prefata regula & glo.

¶ Superest ad rationes respōdere, quæ ante oppositum facte sunt. Ad primā, in qua arguebatur, ꝙ Christus omnibus sacerdotibus cōtulit potestatem peccata remittendi, nulla posita exceptione. Respō. Q̄ illic Christus contulit potestatem remotam, quæ dicitur potestas ordinis, non tamē propinquam, quam dico potestatem iurisditionis. Et ex quo Christus non determinauit quis quem deberet absoluere, & cui sacerdoti qui peccatores deberēt esse subiecti, id reliquit determinandum vicario suo, cui plenitudinem potestatis iurisditionis cōcessit, cui etiam omnes oues & agnos subiecit. Ac proinde, qui ex voluntate summi pontificis subditos habuerit, ille habebit iurisditionem & potentiam propinquam absoluēdi: & nō alius. ¶ Et quando replicatur in secunda non obstantia, ꝙ Christus, qui dedit potestatem absoluendi, ex consequenti dedit iurisditionem, sine qua absolutio fieri non potest. Respon. negando illud, si id ad omnes sacerdotes extendatur: satis est, ꝙ reliquerit a quo sacerdotes huiusmodi iurisditionē acciperēt, scilicet, Papam vicarium suum. Facit ad id exemplum de dominio, quod Deus contulit in vniuersali omnibus hominibꝰ in prīcipio mūdi, respectu piscīū/ volucrum/ & bestiarum/ & arborum terræ, vt patet ex Gene. 1. & tamen quia non disposuit deus per seipsum, quis quā rem vt propriam possidere deberet, id reliquit per homines disponendum: & ita postea facta fuit per homines rerū diuisio & præparatio. Et ex tūc potuit homo dicere, hęc res est mea, illa tua. Ita videtur in proposito, Deus dedit in genere sacerdotibus potestatem absoluendi peccatores/ sed nō determinauit quis quem deberet absoluere, id vicario suo reliquit determinandum & ordinandum.

¶ Ad confirmationem respō. Esto ꝙ apostoli habuerint a Christo immediate potestatem absoluendi/ sicut & Petrus vicarius Christi, non solum potestatem ordinis/ sed iurisditionis: eos tamē subiecit Petro/ sicut & ceteros fideles, quorū omniū voluit Christus Petrum principem & caput esse. Ac proinde Petrus de plenitudine potestatis sibi collatę, potuit aliorū apostolorum iurisditionem coarctare/ seu limitare, aut etiam auferre, maxime si causa subesset. Q̄ si apostoli aliquando hac potestate iurisditionis in communi vsi sunt, id credendum est, ex Petri consensu factum/ vel approbatum fuisse/ tacite vel expresse. Post primos autem ecclesiæ fundatores, ecclesia Christi atq; numero credentium in diuersis regionibus crescente, expediebat in ecclesia diuersos pastores particulares instituere, & nō omnibus sacerdotibus omnes Christi oues indistincte subiectas esse.

Inde

Inde diuiſę ſunt diœceſes, & parochię. &c. Nec valet conſequentia hæc, Non potuit Papa ab apoſtolis amouere poteſtatem conſecrandi & baptizandi: igitur nec poteſtatem iuriſdictiõis abſoluẽdi. Non inquã valet, quia in poteſtate ordinis Chr̃us cęteros apoſtolos Petro parificauit: in poteſtate autẽ iuriſdictiõis cæteros eidẽ Petro ſubiecit. Vnde fit, vt illi, q iure diuino ſũt ſubditi vicario Chr̃i, nõ poſſũt aliis ſubici, niſi de conſenſu tacito vel expreſſo ipſius vicarii Chr̃i. Et ex cõſequẽti nulli ſacerdoti poteſt cõpetere iuriſdictio, niſi de licẽtia tacita vel expreſſa romani põtificis, q Chriſti vicarius eſt, & Petri ſucceſſor.

¶ Ad ſecũdũ de ſacerdote abſoluẽte Papã eidẽ cõfeſſum &c. Dicendũ, q̃ verũ eſt, q̃ talis habet iuriſdictionẽ ſup illũ in foro pœnitẽtiali, in quo illi ſe ſubiecit. Hanc autẽ iuriſdictionẽ habet a volũtate ipſius Papę, qui ſpõte ſe illi ſubditũ fecit: qa cũ habere iuriſdictionẽ/ſit habere ſubditũ, dare iuriſdictionẽ/eſt dare illi ſubditũ. Et ita cũ Papa ſua voluntate faciat ſe ſubditũ illi ſacerdoti cui cõfiteẽ, ſequit̃ q̃ papa dat illi ſupra ſe iuriſdictionẽ. Nec incõuenit, q̃ aliq̃s det iuriſdictionẽ alteri quã ipſe nõ habet. Id patet de curato, q nõdum eſt ſacerdos/& ex ꝓſequẽti nõ habet poteſtatẽ, qua poſſit abſoluere ſuos parochianos, & tamẽ põt eos ſubiicere alicui capellano alioq̃ ſimplici, vt patet, & ita ille capellan⁹ ſortiet̃ iuriſdictionẽ ſup p̃fatos parochianos. Similit̃ ſi curatus ſacerdos ſit excõicat⁹, cũ p ſe nõ poſſit parochianos abſoluere, poterit tamen eos alicui alteri nõ præciſo ſubiicere, quo facto, ille alius ſortietur iuriſdictionem in illos. Ita igitur de Papa, qui q̃uis non poſſit ſeipſum abſoluere, poteſt tamẽ ſeipſum alteri ſubiicere, vnde ille alter obtinebit iuriſdictionem ſuper Papam.

¶ Nec ſequit̃, Talis ſacerdos habet in caſu iuriſdictionẽ ſup Papã, igit̃ ex cõſequẽti ſuper oñes alios fideles, qui velint ſe eidem ſacerdoti ſubiicere. Et diſcrimen eſt clarũ: quia Papa ex quo de iure diuino aut humano nulli homini ſubditus eſt in terris, põt pro ſua volũtate ſe ſubiicere cui velit, & valebit ſubiectio. Cæteri autẽ fideles, ex quo habẽt in terris ſuperiorẽ, cui de iure diuino vel humano ſubditi ſunt, non poſſunt ſe propria voluntate ſubiicere, quibus velint, ſine licentia ſuorum ſuperiorum. Nec ſententia ſeu abſolutio alicui impenſa ſine cõſenſu Papæ, vt dictum eſt, erit valida, cui poterit illud Pauli obiici. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Ad ro. 14.

¶ Ad tertiũ. Eſto ita ſit, q̃ infirmus/ vel in periculo mortis exiſtens poſſit a quocũq̃ ſacerdote/etiã ſimplici abſolui, nõ inde fit, vt extra illũ articulũ poſſit. Et q̃uis diuinũ ius nõ diſtinxerit inter articulũ neceſſitatis, & nõ neceſſitatis, poterat diuinũ ius huiuſmodi epikeiã admittere. Deinde nõ eſt certũ, q̃ in tali articulo poſſit ſacerdos ſimplex/aut q̃cũq̃ ſacerdos eũ abſoluere, imo oppoſitũ eſt veriſimili⁹. Tũ, qa ſi adſit ꝓprius infirmi paſtor, nõ poterit ab alieno abſolui. Tũ, qa ſi ſacerdos excõicat⁹ ſit, nõ poterit eũ abſoluere, etiã ſi attẽtet, cum per excõicationẽ maiorem expiret poteſtas ꝓpinqua abſoluẽdi: quæ tamẽ non expiraret, ſi de iure diuino eſſet vnicuiq̃ ſacerdoti poteſtas iuriſdictiõis in vnũquẽq̃ exiſtentem in periculo mortis conceſſa.

¶ Ad poſtremũ dicendũ, q̃ non eſt ſimile de ordinatiõe & abſolutiõe, qa ordinatio nõ eſt actus iudicialis/nec iuriſdictionẽ requirẽs, cũ ſit purũ ſacramentũ. Ideo tenet ordinatio ab alieno cẽpo facta. Abſolutio vero eſt actus iudicialis, & iuriſdictionẽ requirẽs, qua deficiẽte, nõ tenet abſolutio. Q̃ ſi ordinatio ſine licẽtia ꝓprii facta, dicit̃ irrita & inanis, ĩtelligit̃ q̃ tũ ad ordinis exequutionẽ, nõ q̃ tũ ad veritatẽ ordinatiõis.

Ed eſſet dubium, ſi q̃s ſacerdos abſoluat eũ quẽ abſoluere non potuit/ſeu a caſib⁹ ſuperiori reſeruatis, pœnitẽs autẽ cũ bona fide cõfeſſus, putat ſe vere abſolutũ eſſe/cũ nõ ſit, An teneat̃ præfat⁹ cõfeſſor illũ pœnitentẽ certum facere de defectu abſolutionis, vt legitimã & validam queꝛat abſolutionẽ. Quæ queſtio dicit̃ diſputata fuiſſe in Concilio Baſilieñ. non tamen ibidẽ ob varia doctorũ iudicia fuit deciſa. Vnde videbat̃ aliquib⁹, q̃ talis confeſſor in caſu nõ tenet̃ pœnitentẽ de defectu abſolutiõis certiorare: quia ſi ſic, maxime ne ſalus pœnitẽtis periclitetur, ad cuius ſalutẽ neceſſariũ eſt vere a ſacerdotib⁹ abſolui, ſed hoc non habet locum in caſu. Cuius ratio videtur aperta, quia aut ille pœnitẽs eſt vere contritus/aut non, Si primum, igi

tur iam est in gratia & iustificatus, & sic decedens, nisi reincidat, saluabitur. Si secũ dum, damnabitur ob peccata sua, de quibus non vere pœnituit. Et ita defectus præfatæ absolutionis impertinens omnino est in casu, ad hoc, ꝙ salus illius periclitetur/vel nõ. Quod si non est in casu vere absolutus, non est sibi imputandum ad culpam, cum bona fides/& ignorantia inuincibilis excusat illum, ne aliam absolutionẽ teneatur quærere.

¶ Aliis vero videbatur confessorem teneri in casu illum pœnitentem de defectu absolutionis certiorare. Quorum sententia mihi probabilior est. Cuius ratio hæc est, quia q̃uis pœnitens ille per bonam fidem excusetur, ne legitimam teneatur quęrere absolutionem: attamen non desinit diuinum ius in re ipsa violari, quod vnicuiq; peccatori christiano iubet, vt præuia confessione a sacerdote curet vere absolui, quod huiusmodi pœnitens ob ignorantiam, in qua est, minime curabit. Hæc autem iuris violatio, cum alicui eorum sit imputanda, scilicet vel sacerdoti/vel ipsi pœnitenti, ex quo vterq; est causa præfatæ violationis, vt constat. Non autem est pœnitenti imputanda, cum hic per bonam fidem / & inuincibilem ignorantiam a culpa inobedientiæ excusetur, superest, vt sacerdoti imputetur, qui ex culpa sua scienter dedit causam præfatæ violationi. Ac proide ne huiusmodi iuris violatio continuetur, tenebitur sacerdos in casu illum pœnitentem de defectu absolutionis certiorare, vt iuxta diuinum & humanum ius legitimam quærat absolutionem. ¶ Preterea, qui scienter causam dat, vt alius vel damnũ incidat, vel re alioqui sibi debita careat, tenetur dare operã, vt ille alius suo debito non defraudetur. Talis est sacerdos, qui in casu scienter dedit causam præfato pœnitenti, ne gratiam sacramentalem ratione præuiæ confessionis sibi alioqui debitæ cõsequatur. Et procedit ratio, maxime in casu, quo pœnitens ille, tempore quo debuit, confessus est.

¶ Præterea, qui baptizat aliquem sine intentione eum vere baptizãdi, postea tenetur eum de defectu baptismi certũ facere: alioqui datur illi occasio alia sacramenta, ordines etiam sacros sine vero baptismo suscipiendi. Et idem argui potest de ep̃o, qui aliquẽ ad sacerdotium promouet, nõ habens intentionem vere eum ordinãdi, aut in forma seu materia ordinationis deficiens, qui nisi ipsum promotum certum de defectu faciat, dat causam, vt is, qui ver? sacerdos non est, missam celebret, confessiones audiat/&c. Quæ tamen incõuenientia tenetur de necessitate vitare, cum eis omnibus ipse causam prebuerit, igitur pari forma in præsenti casu.

¶ Idem videtur de sacerdote absoluente aliquem ab excommunicatione, quem tamen absoluere nõ potuit: nam causam illi præstat, vt sacramentis se ingerat inabsolutus. Idem etiã videt de quocũq; alio iudice, qui tulit sententiã, quã iure ferre non potuit, quæ in damnũ alicuius cessit, tenet in cõscientia ratione dãni vitandi, sentẽtiæ defectum ꝓpalare ei, qui possit prodesse, alioq; satisfacere tenebitur leso. Idem de eo, qui cũ sacerdos non sit, fingit se talem, & confessiones audit & absoluit, ꝙ tenetur eos, quos ita seduxit, certos facere, quaten? veram quærant absolutionẽ. ¶ Concluditur igitur ex superioribus, sacerdotẽ simplicem non posse quenq; de iure nec de facto absoluere, nisi ad id sit licẽtiatus.

¶ De ꝓfessione voluntate & non necessitate facta.

OXdictis oritur quæstio alia, An sicut est necessaria licentia proprii ad hoc, ꝙ peccator alieno sua mortalia confiteat, sit etiã necessaria talis licẽtia ad hoc, ꝙ venialia alieno confiteatur, Similiter an sit necessaria ad hoc, ꝙ peccata semel confessa recõfiteantur. Similiter an sit necessaria ad hoc, ꝙ intra annũ extra quadragesimã cõfiteat etiã mortalia non prius confessa. Et dixerũt alii quí, ꝙ in his casibus propositis, liberum est peccatori se subiicere cui velit, etiã simplici/vel alieno sine licẽtia proprii. Ratio, quia in huiusmodi cõfessionib? & recõfessionib? peccator nulli sacerdoti determinato subditus est. Patet de confessione venialium, quæ liberum est homini confiteri & non confiteri. Similiter de peccatis iam cõfessis liberũ est hõi ea recõfiteri & nõ recõfiteri. Similiter de cõfessione mortaliũ

extra

extra quadragesimam, liberum est homini talem confessionem facere & non facere, cum ad illam confessionem, quæ extra quadragesimam fit, nullo iure quis teneatur, nec diuino, nec humano, vt patet: igitur in huiusmodi confessionibus homo sui iuris est, & per consequens libere potest in eisdem cui velit se sine licentia proprii subiicere. Et pro hoc vltimo casu facit specialiter, ꝙ cum ait textus, si voluerit alieno confiteri, licentiam prius postulet &c. In quo videtur loqui de confessione, quæ semel in anno agenda est, nam de hac fuerat textus loquutus: igitur in alia confessione, quæ intra annum fit, homo non est sic subditus curato, vt eius licentia indigeat. ¶ Pro his facit, quod dictum est de Papa, scilicet, ꝙ quia nulli determinato sacerdoti subditus est, & est sui iuris, pōt se cui velit subiicere. Facit etiam, qđ de vagabundis dicitur, nullibi domicilium habētibus, ꝙ quia nulli determinato subditi sunt, possunt se cui velint subiicere, vbi se repererint. Facit etiā generaliter, ꝙ in his, in quibus homo sui iuris est/ & nulli subditus, potest se subdere cui velit. Vt maritus, qui dempto actu cōiugali, in quo vxori debitor est, potest in cæteris se alii subiicere. Et religiosus, demptis his, quæ regulam & statuta ordinis concernunt, potest alia vota emittere, & alias obligationes subire. Ad hunc modum de cæteris.

¶ Oppositum tamen videtur probabili⁹, scilicet, ꝙ in casibus propositis non potest quis confiteri, nisi vel proprio, vel alieno de licentia proprii, iuxta præsentem decretalem. Id patet ex dictis, quia cum absolutio a peccatis sit actus iudicialis, nullus potest quen cꝫ absoluere, nisi in eum habeat iurisdictionem ordinariam vel cōmissam: sacerdos autem alienus seu simplex nullā talem habet, quia nec de iure diuino nec humano. De diuino constat ex dictis, quia maxime ex illo, Quorum remiseritis &c. vel. quæcunꝫ ligaueritis, sed si ex his haberent oēs sacerdotes immediate a Christo iurisdictionem in peccatorem super venialibus, a fortiori eandem haberēt super mortalibus peccatis, quod ex dictis cōstat esse falsum, ex quo p̄fata autoritas potius de mortalibus cꝫ de venialibus intelligit̄. Deinde potestatem iurisditionis in omni causa spirituali Christus immediate & plenissime suo vicario contulit, de cuius consensu & voluntate debet huiusmodi iurisditio in alios dimanare. Cum igitur Papa talem iurisdictionē non dederit sacerdotibus simplicib⁹ respectu venialiū, aut mortalium, quæ homo confessus est/ aut non confessus, videtur fictum/ seu voluntarie dictum, dicere, ꝙ quilibet sacerdos potest vnūquēꝫ a peccatis venialibus sacramentaliter absoluere, similiter & a confessis/ aliisꝫ supra ꝓpositis. Ac proinde periculosum videtur, homines alienis sacerdotibus confiteri, & ab eisdem absolutionē in his casibus sine licentia proprii petere: qa tales homines iniuriam faciunt sacramento, quod ex parte sua irritum & inane faciunt, cum sententia in quacunꝫ causa lata a nō suo iudice sit nulla. ¶ Nec obstant ea quæ supra dicta sunt, quæ supponunt in dictis casibus homines esse sui iuris, eo scilicet, ꝙ in huiusmodi confessionibus prædictis nulli determinato sacerdoti subditi sint. Quod quidem negandum est. Aut potius de subiectione distinguendū, quia est duplex, quędam, qua homo alicui subditus est in actu confessionis absolute/ seu ex necessitate iuris diuini vel humani. Et hac subiectione, quam absolutam dico, subiecti sunt omnes fideles suis propriis sacerdotibus in confessione peccatorum mortalium, quæ non ante confessi sunt, quia scilicet ea tenent̄ suo proprio/ aut alteri de licentia ꝓprii confiteri: quod nisi suo tēpore fecerit, peccabūt. Alia est subiectio cōditionata/ seu ex suppositione, qua scilicet si peccator vult ab aliquibus peccatis aliquo tēpore absolui, debet ea ꝓfiteri suo iudici in eum iurisdictionem habenti, tali subiectiōe subditi sunt fideles suo ꝓprio sacerdoti in peccatis venialibus/ & in peccatis mortalibus prius cōfessis, & in mortalibus extra quadragesimam confitēdis, non ꝙ simpliciter teneātur ea tunc ꝓprio confiteri, sed quia si volūt ab huiusmodi peccatis sacramentaliter absolui, tenentur eidem proprio se subiicere, vel alieno de licentia proprii. ¶ Ac proinde hæc consequentia non valet, Peccator non est alicui sacerdoti in confessione venialium & in casib⁹ prædictis de necessitate vel absolute subditus: igitur poterit licite se cui velit

ſubiicere, & de manu eius pœnitentiam ſuſcipere. Patet exemplo claro. Nam hæc conſequentia non valet. Clericus ſubditus vni epiſcopo, non eſt illi de neceſſitate & abſolute ſubditus in recipiendo ordines ſacros, cum ſibi liberum ſit eos petere, & non, ergo eſt ſui iuris, ita vt licite poſſit ſine licentia proprii epiſcopi ordines ab alio epiſcopo ſuſcipere. In quo exemplo patet, quod dixi de ſubiectione conditionata. Quia huiuſmodi clericus licet ſimpliciter non teneatur ordines a proprio epiſcopo ſuſcipere: ſi tamen eos ſuſcipere vult, debet eos a proprio epiſcopo vel ab alieno de licentia proprii ſuſcipere, vt conſtat. Poteſt etiam hæc duplex ſubiectio in actu iudiciali appellari, altera neceſſaria, altera voluntaria, cui quidem duplici ſubiectioni reſpondet in abſoluente ſeu iudice duplex iuriſdictio, altera coactiua, qua iudex in illo foro poteſt ſubditum cōpellere/ aut compelli facere, vt tempore debito confiteatur: & hæc eſt reſpectu mortalium non priꝰ confeſſorum. Altera eſt iuriſdictio voluntaria, ad cuius vſum ſeu abſolutionem recipiendam, ſubditus non poteſt compelli, ſi ipſe nolit, & eſt reſpectu venialium, & ſimiliter mortalium iam confeſſorum, & etiam mortalium confitendorū intra annum extra. ſ. quadrageſimam.

¶ Iam ad exempla ſuperiꝰ allata de Papa, fateor, q̄ poteſt ſe ſubiicere cui velit/ etiam ſimplici in foro pœnitētiali, ſed hoc ideo, quia nullum habet in terris ſuperiorem, a quo debeat licentiam petere. Cęteri autem fideles, cum ſuos habeant paſtores, & ſuperiores, non ita poſſunt ſe cui velint ſubiicere / ſine conſenſu ſuorum. ¶ Ad aliud de vagabundis, falſum eſt, q̄ ita ſint ſui iuris, vt poſſint ſe ſubiicere pro voluntate cui velint/ etiam ſimplici: ſed tenētur confiteri curato loci, in quo pro tempore ſe reperiunt. Quia ſi poſſent etiam ſimplici p̄ volūtate ſubiicere, eſſent melioris cōditionis vagabundi, q̄ incolæ, cum incolæ non poſſint pro voluntate ſe cui velint ſubiicere, niſi de conſenſu proprii. Quod Eugenius quartus ob rationem hanc dicitur declaraſſe. Itaq̄ tales, qui curato loci confitentur, non id faciunt ſine licentia Papæ tacita vel expreſſa. ¶ Ad aliud de marito, qui dempto actu coniugali/ & cæteris, ad quos iure coniugii tenetur, poteſt in reliquis ſe ſubiicere cui velit, ſine licentia vxoris. Reſpon. hoc admiſſo, eo q̄ vir caput mulieris eſt, non ſequitur, ergo, q̄ in caſu præſenti poſſit peccator ſine licentia proprii alieno ſe ſubiicere. Et diſcrimen eſt clarum. Tum, quia ſi maritus id pōt ſine licētia vxoris, eſt/ quia eſt caput eiꝰ. Et ideo ecōtra vxor non poſſet ſe aliis ſeruitutibus aliorū ſubiicere ſine licentia viri, quia vir ſuperior eſt ea. Ideo nec peccator poteſt ſe alieno ſubiicere/ ſine licentia proprii, qui eius ſuperior eſt. Vnde hoc exemplum magis militat pro nobis, q̄ contra. Deinde, ſi maritus ſe poteſt in aliis actibus alteri ſubiicere: talis ſubiectio non requirit iuriſditionem in eo, cui ſe ſubiicit: qui licet actionem ex contractu aquirat, non tamen iuriſditionem. In præſenti autem caſu de confeſſione, ſubiectio peccatoris requirit in eo, cui ſe ſubiicit, iuriſditionem in ipſum, quam nullus habet, niſi accedente licentia proprii, prout ſupra expoſitum fuit.

¶ Quod ſi rurſus obiiciatur, de duobus inter ſe contendentibus, qui ſine licentia ordinarii poſſunt ſe cui velint in illa contentione ſubiicere, per quam ſubiectionem arbiter huiuſmodi ſortitur iuriſditionem in illos, igitur ita erit in præſenti. Reſpon. Non eſt ſimile, quia ſi contendentes poſſunt ſe arbitris, quibus velint, ſine licentia proprii ordinarii ſubiicere: habent tamen licentiam a iure, & ex conſequenti, a ſuperiore. In præſenti autem caſu pœnitentialis fori non ita, imo ius ipſum prohibet, ne quis alieno ſine licentia proprii ſe ſubiiciat, & declarat confeſſionem aliter factam, nullam.

¶ Ne tamen reprobare videamur, quod ab aliis doctoribꝰ approbatum eſt, poſſet dici, q̄ in confeſſione venialium, & mortalium iam remiſſorum, non ſit peccatori neceſſaria licentia expreſſa proprii, ſed poterit peccator, cui velit, pro volūtate ſe ſubiicere. Quod ſi in præſenti decretali ſtatutum eſt, vt ſi quis voluerit alieno confiteri, licentiam priꝰ poſtulet & obtineat a proprio, id procedit de confeſſione mortalium / non priꝰ ſacramentaliter remiſſorum, eo q̄ hæc decretalis non niſi de mortalibus peccatis non priꝰ confeſſis

feſſis inſtituta & intelligenda eſt. Ac proin de ſicut quod dicitur, q̄ quilibet fidelis teneatur ſemel ſaltem in anno omnia ſua peccata ſuo proprio ſacerdoti confiteri, de ſolis mortalibus non confeſſis intelligitur: ita id, quod additur poſtea, ſcilicet, ſi voluerit alieno confiteri, licentiam obtineat a proprio, de confeſſione eorundem mortalium eſt intelligendum. Ita & quod poſtremo ait/cum aliter alienus abſoluere non poſſit &c. de abſolutiõe ab eiſdem peccatis venit accipiendum. Vnde probabile eſt, q̄ nil de venialibus & mortalibus iam confeſſis in hac decretali ſtatutum ſit, & ex conſequẽti confeſſionem huiuſmodi peccatorum eccleſia reliquit agẽdam, abſq̄ hoc, q̄ ſeruentur ea, quæ hic de mortalibus non cõfeſſis diſpoſita ſunt. Et ita tacite videtur Papa licentiare peccatores, vt venialia & peccata mortalia prius confeſſa, confiteantur cui velint. Secus tamen de confeſſione mortalium extra quadrageſimam agenda, quia talis agenda eſt, ſecundum diſpoſitionem huius ſtatuti, alioquí non valebit. Nam hoc ſtatutũ non loquitur præcíe de confeſſione agenda in quadrageſima, ſed vniuerſaliter de confeſſione mortalium, quocũq̄ tempore fiat, q̄ ſcilicet debet fieri proprio/vel alieno de licentia proprii. Et illa particula/ſaltem ſemel in anno/ non ponitur, vt limitetur confeſſio, de qua loquitur textus, ſed vt limitetur obligatio confitendi.

¶De ꝯfeſſione per curatum audienda, quoties ſubditus confiteri velit.

Occaſione ſumpta ex dictis, poſſet dubitari, an curatus teneatur audire confeſſiones ſubditorum, non ſolum in quadrageſima, ſed etiam extra eam, toties/quoties illi velint confiteri. Et dixerunt aliqui, q̄ ſic, modo curatus impediti non ſit, nec aliquam legitimam & iuſtam excuſationem habeat, quominus talem pœnitentem audiat. pro qua opinione arguitur primo ex parabola talẽtorum, quæ ſeruis erant commiſſa, vbi ſeruus, qui nõ reddidit domino talentum cum vſura, dãnabiliter a domino reprehendit̃, & in tenebras exteriores eici iubetur. Talis videtur curatus, cui dominus poteſtatem ſpiritualem ſimul & curam ouium commiſit, vt illis ſacramenta miniſtraret. Nec videtur ſatisfacere curatus, ſi tempore neceſſitatis ſolum, ea miniſtret, quia hoc non eſt talentum acceptum domino cum vſura reddere, vt videtur, ſi non vltra tempus neceſſitatis aliquid domino lucri fecerit. ¶Secundo, non minus tenetur curatus ſuis ſubditis in ſpiritualibus prouidere, q̄ teneatur pater carnalis ſuis filiis in temporalibus: vtriq̄ enim cura cõmiſſa eſt, huic corporis, illi vero animæ ſubditi, ſed carnalis pater non ſolum tenetur filius miniſtrare cibum neceſſarium ad vitam, ſed etiam cibum neceſſarium ad hoc, q̄ filius ad debitam quantitatem perueniat: igitur & curatus tenetur non ſolum tempore neceſſitatis ſacramenta ſuis ſubditis miniſtrare, ſed etiam extra huiuſmodi neceſſitatem, vt anima ad debitum & conueniens perueniat ſpirituale augmentum. ¶Tertio, quia ſubditus habet ius petendi a curato ſuo, quoties velit, vt cum in confeſſione audiat, & eidem confeſſo, ſacramẽtum abſolutionis impendat, igitur econtra curatus tenebitur ſubdito hoc ſacramentum miniſtrare quoties requiratur. Patet totum a ſimili, quia vxor habet ius petendi a marito, quoties velit, debitum coniugale: & econtra maritus toties tenetur eidem poſtulanti reddere, vbi non adſit legitima excuſatio &c. Igitur.

¶Quarto idem probatur ex obligatiõe, qua curatus ratione officii eidem iniuncti tenetur ſolícitus eſſe pro omnibus eidem cõmiſſis, iuxta illud Ezechielis. 34. Ve paſtoribꝰ Iſrael, q̄ paſcebãt ſemetipſos, Nõne greges a paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini. Et ſequit̃, Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, quod ægrotum, non ſanaſtis, quod confractum eſt, non alligaſtis, & quod perierat, nõ queſiſtis &c. Ex quibus colligitur, curatos obligatos eſſe paſcere gregem eis commiſſum, non ſolum quando ſunt in neceſſitate, ſed extra, ſi aliqua ouis ſit confracta, ſi ægra. &c. Igitur cum peccator cõfractus ſit/& ægrotus per peccatum a ſe cõmiſſum, ſequitur curatum non excuſari a peccato mortali, ſi quoties petierit ſubditus ſanari & conſolidari, ſacramentum pœnitẽtiæ ab eodẽ petitũ, non miniſtret̃,

Matth. 26.

¶ Postremo arguitur, quia si curatus non habet legitimam excusationem negandi prefatum sacramentum, videtur agere cõtra charitatem proximi, cum præferat suã quietem corporalem seu spiritualem tanto bono spirituali proximi, quantum ex tali confessione esset illi euenturum: imo forte per confessionem a peccato ad gratiam resurgeret, virtute sacramenti, ad quam, cordis pœnitentia, quam habet, illi non sufficit. Et ita negatio huius sacramenti illi cederet in perniciem animæ.

¶ His non obstantibus videtur oppositũ tenendum, ꝙ scilicet extra casum, quo peccator tenetur confiteri, non teneꝫ curatus sub pœna peccati mortalis eum audire. Probatur, quia si sic, vel ad id teneretur ex lege charitatis fraternæ, vel ratione officii pastoralis. Non primum, quia lex fraternę charitatis omnes videtur æqualiter respicere, secundũ quod scriptum est, Vnicuiq; mandauit dominus de proximo suo. Sed alius a curato & si posset sacramentum eucharistiæ aut pœnitentiæ alicui petenti ministrare, non tamen peccat contra charitatem fratris, si nolit ea illi ministrare, sed ad curatum suũ eum remittat. Quod patet, tum ex communi sententia, tum etiam, quia non est contra charitatem proximi illi denegare, quod illi non est debitum, etiam si esset eidem vtilissimum, sed alienus sacerdos non debet alieno parochiano ministrationem sacramentorum, vt constat, igitur non est contra charitatem proximi illi extra necessitatem sacramẽta denegare. ¶ Cõfirmatur, quia negare eleemosynã corporalẽ fratri eam extra necessitatẽ petẽti, nõ est cõtra charitatẽ proximi, vt cõstat: igitꝫ negare sacramẽta fratri ea extra necessitatẽ petẽti, non est cõtra charitatẽ fratris. ¶ Similiter si frater sufficiẽter instructus in his, quę sunt illi necessario credẽda, & quæ illi sunt ad salutẽ sufficientia, petat in cęteris altioribus & secretioribus ab aliquo instrui, non erit contra charitatem fratris suæ petitioni non condescendere, vt certum suppono, satis erit ea, quando & quibus necessarium fuerit tradere & patefacere: igitur non agit contra legẽ charitatis fraternę curatus, qui subdito sacramenta extra necessitatem petenti, ea denegat, quando scilicet ex denegatione nullum fratris verisimile periculum & notabile timetur. ¶ Quod etiam nõ teneatur ad id curatus ratione officii sibi iniuncti, probatur, quia officio suo satisfacit, si onera eidem a iure vel superiore iniuncta, compleat, sed nec ius/nec superior iniungit curato sacramentum absolutionis/aut eucharistiæ subditis ministrare, nisi in necessitate, qua subditis necessarium est ea recipere, de iure quidem diuino, quando sunt in periculo mortis: de humano vero, in quadragesima & paschate: igitur ratione officii in casu proposito curatus non tenetur eum audire.

Ecclesiastici. 17.

¶ Confirmatur id, quia si curatus est certus, ꝙ subditus vult solum venialia confiteri, aut alia peccata, de quibus legitime absolutus est, recõfiteri, nõ teneꝫ curatꝰ huiusmodi confessiones audire sub pœna peccati mortalis, & si vtile esset & meritoriũ vtriq;, idq; ex sententia omnium, & non ob aliam causam, nisi quia tales confessiones non sunt ipsi subdito necessariæ, cum nullum sit periculum eas non facere, vt suppono, igitur ob eandem rationem, si velit extra necessitatem sua mortalia confiteri, non tenebitur curatus ex officio eũ pro tunc audire, vbi ex denegatione nullum verisimile timeatur periculum. ¶ Postremo idem patet, quia episcopus non tenetur ratione charitatis nec ratione officii sacramentum ordinis subditis extra tempora determinata ministrare, non obstante vtilitate, quæ ipsi promouendo esset ex ordinatione euentura: igitur nec curatus tenetur ex lege charitatis, nec ratione officii subditis ministrare sacramentum eucharistiæ/aut pœnitentiæ, non obstante vtilitate, quæ illi esset alioqui euentura. ¶ Iam ad rationes ante oppositum dicendum, Ad primam, ꝙ illa parabola dicta est contra desides & ignauos, qui cum gratiam a domino receperint, qua possint sibi ipsis & cæteris prodesse, illam in se inutiliter retinent, sinentes alios/quo ad animam/ vel corpus sua ignauia perire, quos per doni cõmunicationem sustinere ne cadant: & cadentes ac lapsos deo lucrifacere possent. Quod ita intellectum, in nullo cõtrariatur sententiæ ꝓpositę. Qui enim indigenti proximo tempore necessitatis gratiam a dño acceptam non cõicat,

proximum,

proximum, ne labatur, ſuſtinendo/vel lapſum erigendo, non inutiliter talētum a domino dicitur accepiſſe, nec in ſudario abſconditum retinere, vt patet, qualiter retinet, qui talento a domino ad communē vſum & vtilitatem accepto, ad ſui tantum comoditatē vtitur, hic talentū reddit ſine vſura. Qui autem talento vtitur ad aliorū vtilitatem/ſaltem in neceſſitate, talis talentum cum vſura reddere dicitur. ¶ Ad ſecundum, fateor vtriq; parenti cōmiſſam eſſe curam filii, carnali ſcilicet, & ſpirituali: ſed ſicut ſatisfacit pater dando filio cibaria illi neceſſaria/aliis delicatioribus aut abundātioribus denegatis, ita & curatus ſatisfacere videtur, ſacramenta neceſſaria tēpore quo indiguerit, ſubdito miniſtrando. Nec putandum eſt, q̄ pater carnalis teneatur ad illa duo immediate, ſed ad dandum neceſſaria vitę, & ad dandum alia ad corporis quātitatē pertinētia. Nā ſi det, q̄ ad vitam ſunt neceſſaria, quātitas inde naturaliter conſequetur, & ſiue conſequatur magna quantitas/ſiue parua, nil ad obligationem patris, qui dando neceſſaria vitę ſatisfacit. Ita ſub obligatione curati nō cadit procurare augmentū gratiæ ſubdito ſuo, vltra id, quod illi ex miniſtratione neceſſariorum eſt euēturum. ¶ Ad tertiū, quāuis ſubditus habeat ius, ideſt, licentiā & facultatem petendi ſacramētum a curato, quoties velit confiteri, non tamen habet ius coactiuum, quo poſſit contra curatū agere, & eum ad miniſtrandum ei ſacramenta compellere, extra neceſſitatē ſubditi. Nec valet ſimile adductum de coniugibus, quia vxor habet ius coactiuū ad petendum debitum carnis, quoties velit, eo q̄ vir non habet poteſtatem corporis ſui/ ſed vxor, & econtra, vt ait Paulus, ideo habet ius coactiuum vtendi re ſua, id eſt, corpore viri, quoties ipſa velit, & econtra. ¶ Ad quartum. Illud Ezech. procedit cōtra paſtores cupidos & negligentes, qui cū videant oues ſibi cōmiſſas, paſtu/aut medicamine/aut defenſione a lupis indigere, nil tamen de earum ſalute curant, vt patet ex ipſo textu. Secus in nr̄o caſu, in quo cum hoc, quod extra tempus neceſſitatis curati ſacramēta nō cōerat, tēpore tamē, quo ſubditi indigent, prēſto eſt illis per ſacramēta ſubuenire. ¶ Ad poſtremum. Illud videtur probare, q̄ ſit cōtra ordinem charitatis, eligere propriā quietē, quando ea poſtpoſita, magnū poſſumus ſpirituale beneficiū proximo cōferre. Attamē nō eſt contra ordinē de neceſſitate ſeruādum, eo q̄ ſi duo ſunt alicui licita, quorū alterū melius eſt, modo de prēcepto non ſit, nō peccat, nec contra debitū ordinē charitatis agit, ſi min⁹ bonum, alio prētermiſſo, eligat, patet, quia alias peccaret, qui dimiſſa religione, in ſeculo manet: qui dimiſſa caſtitate virginali, vxorē ducit: qui dimiſſa paupertate, diuitias curat, & ſic de multis aliis, in quibus, ſicut non agit quis cōtra charitatem ad ſe habēdam, ita nec agit contra charitatē fraternā, ſi dimiſſio bono maiori fratris, ſuū proprīū, quod minus eſt, curet, quando curare de tali bono proximi nō eſt prēcepti, ſed ſuperabundantis beneficii, quale in propoſito eſſet. Tūc igitur dicitur quis peccare cōtra ordinē charitatis, quādo poſtpoſito eo, quod ei/vel fratri ad ſalutē corporis vel animę eſt neceſſariū, aliud minus bonū ſeu nō neceſſariū eligit. Si vero id quod poſtponitur nō ſit, vt dictū eſt, neceſſariū, nō agitur cōtra ordinē charitatis debitū, de quo alias. Ad id autē quod in ratione ſubiungitur: q̄ ſæpe accideret ſubditum perire ex defectu ſacramēti, quādo ſcilicet pœnitentia cordis illi nō ſufficit, q̄ tamē cū ſacramento ſufficeret, dicendū, q̄ hoc currit cōtra Scot. & alios, qui dicūt eſſe in pœnitētia cordis certā intenſionē/aut tēporum continuationē neceſſariā, vt valeat ad ſalutē, de quo alias. Imo & ſcdm Sco. eſto illud teneatur, non tamē poteſt peccator ad talē ſtatū peruenire, in quo perfectū habeat vſum rationis, quin per ſe, ſine ſacramēto pœnitētię actu ſuſcepto, poſſit ſe in ſtatu gratię reponere, ſi velit, vt ſi defectū continuationis in pœnitentia cordis ſuppleat per intenſionē & conatū volūtatis, faciendo quod in ſe eſt. ¶ Stat ergo ſentētia ſupra p̄bata, q̄ curatus nō tenetur audire cōfeſſiones ſubditorū, quoties velint illi cōfiteri, ſed quoties indigēt, & illis neceſſariū eſt confiteri. Eſt autē eis neceſſariū cōfiteri, nō ſolū tēpore, quo infirmi ſunt/aut i quadrageſima, ſed in multis aliis, vt ſupra oſtēſum eſt, quando agebatur de tempore, quo neceſſariū eſt actu confiteri. Vide ſupra.

Codex de confessione.

¶ De effectu absolutionis sacramentalis.

VNc de effectu seu fructu absolutionis sacramentalis breuiter videamus quis sit, An scilicet huiusmodi absolutio valeat ad remissionem peccatorum, seu quod idem est, An valeat ad conferẽdum primam gratiam, per quam fit peccatorũ remissio. Pro affirmatiua parte facit ipsa forma sacramentalis, scilicet, Absoluo te a peccatis tuis. Quę cum vera sit & efficax, oportet operetur id, quod significat, sicut & cætera sacramenta euangelica. Pro negatiua facit ratio, quia si qui absolui̇tur a sacerdote venit cum debita cordis pœnitentia, iam in gratia venit, & ita non consequitur gratiam primam per absolutionẽ huiusmodi. Si vero sine cordis pœnitentia accedit, nil sibi valet huiusmodi absolutio, imo potiꝰ obest: & ita patet ratio dubitationis. &c. Super qua quę stione magna est inter doctores controuersia, & diuersę opiniones. Prima est magistri sententiarum, tenentis, ꝙ absolutio sacramentalis non est operatiua, sed ostensiua remissionis peccatorum quo ad culpã & pœnã ęternã. De qua primo videndũ est.

¶ Dixit igitur magister in. 4. distin. 18. ꝙ hæc absolutio non valet ad remissionem peccatorum quo ad culpam, nec pœnam ęternam: & ita non valet ad conferendum gratiam primã. Mouetur ex illo psal. Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Vbi Cassiodorus ait, Magna pietas dei, qui ad solam promissionem dimittit peccata, nondum pronunciat, sed promittit se pronunciaturum, & peccata remittit. Vnde apparet peccatorem anteq̃ a sacerdote absoluatur/esse a deo iustificatum, & veniam peccatorum consequutum.

¶ Secũdo idem probat, quia si huiusmodi absolutio valeret ad remittendum culpam & æternam pœnam, sequeretur ꝙ sacerdos culpam remitteret per suam absolutionem, quod inde videtur falsum, quia remittere peccata, solius dei est, iuxta illud Esa. Ego solus deleo iniquitates & peccata populi. Et Ambrosius idẽ testatur, dicens. Esa. 44.

Ille solus peccata dimittit, qui solus ꝓ peccatis nostris mortuus est. Et habetur de pœnitentia. distinct. 1. capꝫ, verbum dei. Et Augustinus contra Iulianum. Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, qui est agnus, tollens peccata mundi.

¶ Tertio facit pro eodem, quod legitur de Lazaro in euãgelio, quem Christus prius intus viuificauit, & postea soluendum a ligaturis discipulis suis tradidit. Ex quo Augustinus colligit, peccatorem prius a deo intus per gratiam viuificari, q̃ a sacerdote a ligaturis peccati absoluatur. Pro quo etiam facit, quod de leprosis scriptũ est, quos scilicet Christꝰ prius sanauit a lepra, deinde eos ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderentur esse mundati. Quod quidem figura fuit eius rei, quę in hoc tempore fit, quando peccatores a lepra animę curantur. Ioan. 11.

¶ Quarto facit, quod ait Hierony. super illud Matthei. 12. Tibi dabo claues regni cœlorum. Hũc, inquit, locum quidam nõ intelligentes, aliquid sumũt de supercilio phariſeorum, vt dãnare innoxios/ vel soluere se putent noxios, cum apud deũ, non sentẽtia sacerdotum, sed reorum vita quæratur. In Leuitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciũt leprosos/vel mundos, sed discernunt/ qui mundi vel immundi sunt, Vbi aperte videt, sacerdotes euangelicos legalibꝰ equiparare, in hoc, ꝙ sicut illi non mundabant leprosos, sed eos mundos esse iudicabant: ita sacerdotes euangelici non iustificãt peccatores, nec eos mundant, sed eos mũdos iam esse ostendunt. Et ita absolutio sacerdotis non est, quę primo iustificat seu peccatorum remissionem confert.

¶ Itaq̃ absolutio sacramẽtalis nõ actu dimittit peccata, sed ostẽdit ea iã esse dimissa, operatur autem in confitente gratię augmentum, quod cõmune est sacramẽtis legis nouæ, & remittit pœnã temporalẽ in toto vel in parte, eam inquã, in quã per cõtritionem fuerat ęterna pœna cõmutata. Facit ꝓ hac positione glosa sup illud Ioã. 20. Quorũ remiseritis pctã. &c. Id est. Quos dignos remissiõe iudicaueritis. Vnde apparet, nõ esse sacerdotibus datã potestatẽ, qua actu peccata remittant, sed qua iudicẽt, qui sint digni aut indigni ipsa remissione.

¶ Cõtra

¶Contra tamen hanc opinionē magiſtri videntur aliqua militare, quæ faciunt pro ſecunda opinione, quā alii cōtra magiſtrū tenent. Primo quia ſacramenta legis euangelicæ id efficiūt, quod ſignificāt, vt patet ex diffinitione ſacramēti per eundem magiſtrum data. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ſic, vt ipſius imaginem gerat, & cauſa exiſtat. Similiter ex differentia ſacramentorum veteris legis & nouæ: illa enim figurabant & non operabantur, nec præſtabant quod ſignificabant, vt patet de hoſtiis, quæ pro peccatis fiebant, quæ cum iuſtificationē a peccatis ſignificaſſent, neminem tamen iuſtificabāt, iuxta dictum Pauli. Ex operibus legis nemo vnq̄ iuſtificatus eſt. Sed ſacramentum pœnitentiæ ſignificat per ipſum fieri remiſſionem peccatorum, vt ipſa forma abſolutionis oſtendit. ¶Secūdo deus peccata non remittit, niſi ſint per ſacerdotes remiſſa, ipſo dicēte, Quorum remiſeritis peccata, remittentur, & quorū retinueritis, ideſt, non remiſeritis, erunt retenta. In quo ſignificat ſatis aperte, q̄ ſententia ſacerdotis in terris præcedit ſentētiam dei in cœlis. Non enim dixit quorū remiſeritis peccata, iam ſunt remiſſa, ſed remittentur in cœlo. Quemadmodum alibi dixit, quæcunq̄ ſolueritis in terris, erūt ſoluta in cœlis, in quo innuit, q̄ ſententia a ſacerdote in terris data approbabitur in cœlo, approbatio autē ſententiæ præſupponit ſententiam latam eſſe: igitur falſum eſt, q̄ illa forma, abſoluo te, valeat tantū, id eſt, te abſolutum eſſe oſtendo. ¶Quod inde cōfirmari poteſt, quia ſi ille ſit ſenſus abſolutionis, id eſt te abſolutum eſſe oſtendo, quæro a quo abſolutum eſſe peccatorem oſtēdit, vel a deo, vel ab eccleſia. Nō ſecūdum, cū antea ab eccleſia abſolutus non ſit. Nec primum, quia tunc magis conduceret, q̄ peccator ſuam iuſtitiam confiteatur ſacerdoti, q̄ ſua peccata: quia vt ſacerdos iudicet illum hominē eſſe a deo abſolutū, magis conuenit iuſtitiam talis hominis cognoſcere, q̄ vitia & peccata ab eo cōmiſſa. Quandoquidē per opera charitatis meretur homo a deo abſolui, & per eadem dignus eſſe cognoſcitur, nō per peccata. Cū igitur teneatur nō iuſtitiam, ſed ſua peccata confiteri, ſequitur, q̄ non ad id tenetur, vt iudicetur dignus, & a deo abſolui, ſed vt a vicario Chriſti abſoluatur. ¶Quod iterum confirmatur, quia ſi ſacerdotibus non eſt data maior poteſtas in hac re, q̄ ad oſtendendum quis ſit abſolutus, ſeu abſolutione dignus, ſequitur autoritatis ſupra tactæ ſenſum eſſe, Peccata quæ oſtēderitis eſſe remiſſa, ego remittā: & quæ non oſtenderitis eſſe remiſſa, nō erūt remiſſa. Quod videtur abſurdū: nam ſi remiſſio per deū facta, præcedit remiſſionem ſeu ſentētiam ſacerdotis, nil igit̄ ad remiſſionem peccatorum agit, q̄ ſacerdos poſtea oſtēdat illū eſſe abſolutum vel non. ¶Tertio ſacramētū pœnitentiæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ſicut baptiſmus eſt prima, igitur ſicut baptiſm⁹ actu liberat hominē a naufragio p̄ſtando gr̄am p̄mā, ita & pœnitentia ſacramentalis, alioquin ſi homo ſemper eſt iuſtificatus anteqū huiuſmodi ſacramētū accipiat, quō cōuenit de hoc ſacramēto dicere, q̄ eſt ſecūda tabula poſt naufragiū? ¶Confirmatur etiam, quia extrema vnctio confert gratiam primā, & peccata tollit, dicēte Iacobo i ſua canonica, Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo lætitiæ, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Igitur id faciet a fortiore pœnitentiæ ſacramentum, quod ſpecialiter in remiſſionem peccatorum inſtitutum eſt. ¶Quarto facit gloſa Matthæi. 16. quæ excluſis aliis opinionibus quæ dicunt ſacerdotem nō a peccatis abſoluere ſed abſolutos eos oſtēdere: q̄ q̄ non a peccatis, ſed a reliquiis peccatorum abſoluit, ſubdit, dicens. Alii veritati & euāgelio adhærentes, miniſtros eccleſiæ a peccato ſoluere dicunt. Pro quo etiā facit Auguſtinus cōtra. 5. hæreſes, dicens. Nec eos audiamus, qui negant catholicam eccleſiā oīa peccata poſſe dimittere. Illi enim in Petro petram nō intelligunt, & non intelligētes eccleſiæ datas eſſe claues regni cœlorum, eas de propria manu amiſerunt. ¶Quinto facit ad idē. cap. Si quis preſbyter, 26. q. 6. vbi dicit̄, q̄ preſbyter denegās pœnitentiam, id eſt abſolutionem morīētibus, reus erit animarum. Et rurſus ibidem. cap. Agnouimus, de preſbytero negante abſolutionem morientibus, eā petentibus, ait Celeſtinus Papa. Quid aliud

Ad Ro. 3.

Ioan. 20.

rogo id est, q̄ morienti mortem addere, eiusq̄ animam sua crudelitate, ne absoluta posſit esse, occidere! In quib⁹ aperte videtur significari, q̄ absolutio in casu præstaret vitam his, qui moriuntur: alioqui, ea denegata, non daretur causa condemnationis ipsis morientibus.

¶ Propter has & alias rationes concludūt alii absolutionem sacramentalem operari actu remissionē peccatorū, quo ad culpā/ & pœnam eternam, & nō solū quo ad temporalem, Cuius opinionis fuit Tho. Sco. Gerson, & alii. Et ita absolutio sacramentalis non est ostensiua solum/sed actu operatiua eius, quod significat. Et q̄uis vt in plurimū reperiātur peccata iam p primā contritionem remissa quo ad deum: attamen ex parte sua, ea seclusо obice, remitteret, si remissa nō essent. Pro qua sentētia videtur facere concilium Florentinum, vbi declaratum est, quod effectus sacramenti pœnitentiæ est, absolutio a peccatis.

¶ Contra tamen hanc secundam opinionē specialiter facit ratio, vltra ea quæ supra pro magistro sunt allegata. Nam cum dicant hi, q̄ sacramentum hoc pœnitentiæ actu remittit peccata, & cōfert gratiā primam, quæro quomodo accedit confitens ad suscipiendum hoc sacramentum: nam potest tribus modis accedere. Vno absq̄ obice malæ voluntatis/sed sine pœnitētia cordis. Secundo cum pœnitentia cordis, sed imperfecta. Tertio cū pœnitentia cordis perfecta, quæ dicitur contritio. Sed in nullo ex his casibus possunt verificare quod dicūt. Patet, nam si sine pœnitentia cordis accedat, etiā si obicem alium malæ voluntatis non habeat, non iustificabitur per absolutionem. Nam certū est per scripturam, peccatorem non posse de lege veniam a deo cōsequi, sine pœnitētia cordis, dixit enim per Ezechielē, Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis, vita viuet. &c. Et iterū. Quacūq̄ hora ingemuerit peccator, non recordabor amplio⁹ suorū peccatorū. Et Christus in euangelio, Nisi pœnitentiā egeritis, omnes peribitis. Et Petrus in actibus. Pœnitemini/ & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et Augustinus. Nemo suæ volūtatis arbiter cōstitut⁹, pōt nouam vitā gratiæ inchoare, nisi pœniteat eū veteris vitæ, a qua pœnitētia soli parulli immunes sunt. Et sunt alia innumera loca scripturæ sanctæ & testimonia sāctorū doctorū pro hac parte, Non igit̄ stat, q̄ absolutio sacramētalis conferat gratiā primam, in casu, quo confitens sine pœnitentia accedat per solā non positionem obicis. ¶ Nec possunt, vt videtur, dicere secundum, scilicet, q̄ si accedat cū pœnitentia cordis imperfecta poterit virtute absolutionis consequi gratiā primam/& remissionem peccatorū/actu: Nā quatuor modis contingit huiusmodi pœnitētiā esse imperfectam, scilicet, vl quia peccator dolet de quibusdā a se cōmissis/ & non de omnibus, vel quia si de omnib⁹ commissis dolet, non tamen cum proposito abstinēdi in posterum: vel tertio, quia nō dolet de cōmissis ob amorē dei, sed ex timore/vel ex alia causa humana: vel quarto quia pœnitentia cordis est remissa gradualiter, seu parū continuata. Sed in nullo ex his casibus possunt verificare quod dicunt, q̄ scilicet absolutio sacramētalis actu remittat peccata mortalia quo ad culpā, & æternam pœnam. Patet, nam quādo habetur pœnitētia cordis imperfecta primo & secundo modo, non fit peccatorum remissio, quia ponitur obex malæ voluntatis, saltem omissiue, cum teneat peccator absolutionem petens, pœnitentiam verā de commissis habere, quæ pœnitentia includit dolorem de omnibus commissis, & propositum in posterum abstinendi, vt suppono. Si autē habetur pœnitentia imperfecta tertio modo, q̄ scilicet homo doleat de peccatis, non tamē propter deū abeo dilectū, non poterit veniā aut gratiam cōsequi, dicēte Augustino, sine amore dei neminē vnq̄ gratiā inuenisse. Imo & ipsi doctores Tho, & Sco. dicūt esse necessariā pœnitentiā propter deum. Si autem habetur pœnitentia imperfecta quarto modo, scilicet, quia est remissa gradualiter, aut parum continuata, talis imperfectio non impedit, quominus p eā possit qs sufficiēter se in statu gratiæ reponere. Nā ad acquirendū gratiā, nec est necessaria intēsio gradualis, nec tēporis continuatio, modo efficax sit. Quia quātulācūq̄ & quātūlibet breui tēpore gestā pœnitentiā deus acceptat, de pœnitētia. distin. 3. cap. Talis. &c. De quo supra tractatu de pœnitentia cordis.

¶ Sed for-

¶Sed forte dicent, ꝙ poteſt eſſe pœnitentia imperfecta, qua quis dolet de omnib⁹ peccatis ſuis cum propoſito abſtinẽdi, & propter deum dilectum, dilectione, quæ de ſe nõ ſufficit ad gratiam, quia ſtat peccatores in peccato exiſtentes deum diligere, & propter deũ aliqua facere, nec propter hoc ſe in ſtatu gratiæ reponũt. Et talis pœnitentia, quæ per ſe non ſufficit, ſufficit cũ ſacramento. Et ita tunc verificaret, quod opinantes dicunt. ¶Verũ hoc etiam habet difficultatẽ, quia quæro qualis ſit illa dilectio dei. Nam vel eſt obedientialis, qua homo proponit firmiter deo in omnib⁹ placere propter ipſummet deum. Vel eſt dilectio alia ſimplicis tendentiæ, qua placet ipſi homini, ꝙ deus ſit, & omnib⁹ præſit & dominet, ſeu ꝙ ſit optimus, & infinitus, aut ꝙ illi omnes ſeruiant & reuerentur, &c. Si hanc ſolum habeat homo dilectionem dei, fateor illam non ſufficere ad ſalutem & gratiam. Sed nec cum ſacramẽto ſufficit ad gratiã. Probatur, quia ad gratiam primam & remiſſionem peccatorũ quo ad culpam, neceſſaria eſt vera pœnitẽtia cordis, de qua ſcriptura loquitur. Hæc autẽ eſt, quam ſancti expõſuerunt: ſcilicet, Pœnitentia vera eſt, præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, idq; propter deum. Hanc autem pœnitentiam certum eſt includere amorẽ dei obedientialem, nam taliter pœnitens paratus eſt in omnib⁹ neceſſariis deo placere, ex quo proponit in nullo poſtmodũ eum offendere: & talis dilectio eſt immediata diſpoſitio ad gratiã, & per cõſequens ſiue pœnitentia illa ſit propter deũ primo modo dilectum, ſiue ſecundo modo, nõ verificant, quod dicunt, ſcilicet, ꝙ taliter pœnitens cõſequitur virtute abſolutionis ſacramentalis gratiam primam, & remiſſionẽ peccatorum quo ad culpam & pœnã æternam. ¶Confirmatur hoc idem, ſcilicet, ꝙ ſit homini neceſſaria pœnitẽtia propter deum obedientialiter dilectum, ſi velit veniam cõſequi: quia nõ poteſt quis ſaluari, niſi ſeruet mandata, ſecundum quod ſcriptum eſt, Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. Et iuueni enarranti mandata quæ ſeruauerat, reſpõdit Chriſtus, Hæc fac, & vives. Cum igitur non ſit neceſſarium omnia mãdata ſemper actu ſeruare, vt homo ſaluet, alioqui vix eſſet, qui ſaluaret, reſtat vt ſit neceſſarium omnia mandata ſeruare ſecundum mentis propoſitum, vt homo ſit deo acceptus. Ac proinde ſi velit peccator veniam peccatorum & gratiam conſequi/quando abſoluitur, neceſſe eſt eum in mentis propoſito omnia mãdata ſeruare. Hoc autem eſt deum diligere obedientialiter, quod quidem per ſe ad gratiam ſufficit, igitur. ¶Idem etiam colligitur, ex eo, quod habetur Ezech. 18. Si impi⁹ egerit pœnitentiã ab omnib⁹ peccatis ſuis, & cuſtodierit omnia præcepta mea, vita viuet, & non morietur. In quo iterum ſignificatur, neceſſariam eſſe pœnitẽtiam propter deum obedientialiter dilectum, & taliter pœnitenti promittit deus vitam. ¶Præterea idem probatur ex eo, quod ait Auguſtin⁹. lib. de vera & falſa pœnitẽtia. cap. 17. vbi declarat quis dicitur cõuerti ad deũ. Ille, inquit, qui non ſolum a peccato auertitur, ſed qui tam totus & omnino vertitur, qui iam non pœnas tantum, ſed ad bonum deum tendere feſtinat. Et Gratianus. de pœnitentia. diſtin. 1. cap. Quis ali quando, declarans cõuerſionem in deum nobis neceſſariam ait, cõuerti dicitur, qui omnino vertitur, cuius opus vox & cogitatio ita mortificationi peccati deſudant, ſicut prius ſerui erant iniquitati. Q; autem vltra pœnitere/ ſit neceſſarium ad deũ conuerti, vt quis remiſſionem peccatorũ aſſequatur, claret doce Petrus in actibus, dicens. Pœnitemini / & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Ex quibus apertum eſſe videtur, ꝙ niſi peccator pœniteat propter deum obedientialiter dilectũ, non poterit, etiam interueniente ſacramẽto, dei gratiam & remiſſionem peccatorum conſequi. Et ita concluditur, ꝙ ſi debeat confitenti valere abſolutio ſacerdotis, non ſatis eſt, accedat peccator ſine obice malæ voluntatis: nec ſatis eſt, ꝙ accedat cum pœnitẽtia imperfecta, vt ſupra diſcuſſum eſt, ſed neceſſarium eſt accedat cum pœnitẽtia vera, quæ dilectionem dei obedientialem includit aut præſupponit. Et ſi cum hac accedat, iam per eã eſt veniam conſequutus/ anteq; a ſacerdote abſoluat, & p conſequens huiuſmodi abſolutio nõ operatur actualiter remiſſionem peccatorum, quo ad culpam/ & æternã pœnam.

Lege timet.

EST alia tertia opinio Hugonis, lib. 2. de sacramētis. Similiter & Ricardi de sancto victore, parte prima. lib. de potestate soluendi & ligādi, qui tenēt mediā viam, dicentes, q̄ absolutio sacramentalis non operat̄ remissionem peccatorum quo ad culpam, sed quo ad reatum æternę pœnę. Pro quo supponūt, q̄ peccator ob culpā mortalē ligatus est dupliciter, scilicet, obduratione mentis, & debito futuræ damnationis, Primum remittit deus, interueniente contritione peccatoris. Secundū vero remittit sacerdos per suam absolutionē, præuia peccatoris cōfessione. Pro qua opinione quo ad primā eius partem faciunt, quæ supra citata sunt pro magistro sentētiarū, specialiter quod de Lazaro adduximus, q̄ prius fuit a Christo intus suscitatus, & postmodum apostolis traditus, vt a ligaturis mortis solueretur. ¶ Facit etiā dictum Christi, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quæ solueritis in terra, erunt soluta in cœlis. &c. In quibus innuitur præcedere sententiam sacerdotis, & subsequi absolutionē dei in cœlis: quod cum non possit intelligi de absolutione ostensiua, vt supra cōtra magistrum arguebatur, sed de absolutione operatiua / & nō de absolutione a peccatis quo ad culpam, vt supra pro magistro argutum est: nec de absolutione a peccatis quo ad pœnam tēporalem, ad cuius remissionem non opus erat confiteri peccata, quandoquidem talis pœna hic & in purgatorio solui poterat: restat, vt intelligatur de absolutione a peccatis quo ad reatum æternæ damnationis. ¶ Facit etiam, quod ait psal. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiā meā domino, & tu remisisti impietatē peccati mei, Vbi nō dicitur, & tu remisisti peccatum meum, sed impietatē peccati, seu cordis mei. Vt intelligamus, q̄ deus per cōtritionem dimittit cordis impietatem, quæ est mētis obduratio, & cæcitas interior, & relinquitur debitum æternæ damnationis post modum remittendū, quod fit in confessione. Itaq; per contritionem præuiā deus remittit culpam, per absolutionem sacramētalem sacerdos remittit æternam pœnā. Nec aliter in cœlis huiusmodi æterna pœna peccatori remittetur, nisi sententia sacerdotis interueniēte: excepto, quādo per peccatorē non steterit, quo minus a sacerdote absoluatur, quia tūc defectum sacerdotis supplebit dei misericordia.

¶ Contra tamen hanc opinionem videntur aliqua militare. Primo, quia si dimissa culpa per gratiam infusam maneret reat⁹ æternæ pœnæ: idē ergo homo esset filius regni & perditionis: regni quidē, quia per gratiam & charitatem est deo reconciliat⁹ & amicus ipsius: perditionis vero, quia est obnoxius ęternæ dānationi, Quod videt̄ falsum, iuxta dictū Augustini dicentis, sola charitas vestis nuptialis est, q̄ diuidit inter filios regni / & filios perditionis. &c. ¶ Præterea, q̄ remissa culpa per infusionē gratiæ & charitatis non maneat homo obnoxi⁹ æternæ pœnæ, probatur ex eo, quod ait deus per Ezechielē, Quacunq; hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius peccatorum suorū. Id quod ait, non recordabor, nō potest intelligi dictum esse per oblitionem cōmissorū, quę nulla potest in deo reperiri: igit̄ intelligit̄ per nō imputationē peccatorū ad æternā pœnā: cū nō aliter intelligi possit. Igit̄ eo ipso, q̄ peccator p cōtritionem assequitur gratiam & remissionem peccatorum, fit vt non amplius maneat obnoxius ęternę pœnæ sicut prius erat.

¶ Confirmat̄ hoc idem per Augustinum super psal. Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et rursus, Beatus vir, cui non imputabit dñs peccatū, nec est in spiritu eius dolus. Vbi Augustinus ait. Hoc est deū peccata remittere, quod est ea ad pœnam nō imputare. Si igitur peccata a deo per cōtritionē remittunt̄: nō igit̄ amplio⁹ ad pœnā imputant̄. ¶ Præterea si remissa culpa per gratiā manet homo ordinatus ad pœnam ęternam anteq̄ cōfiteatur, quęro vel manet ad æternam pœnam ordinatus secundum presentem iustitiam, vel secūdum finale iudiciū. Non primū: nam si homo ille decederet in statu in quo ad presens est, absq̄ dubio euaderet æternam dānationem. Nec secundum, quia stat q̄ sit de numero predestinatorum: non igitur stat, q̄ sint peccata remissa quo ad culpam per infusionem charitatis, & q̄ maneat ordinatus homo ille ad pœnam æternam. ¶ Præterea, cum dicunt, q̄

cunt, ꝙ ablata culpa relinquit̃ reatus æternæ damnationis, quæro quid per culpā formaliter intelligunt? Si dicant, ꝙ culpa manens tranſeunte actu peccati formaliter eſt cæcitas/ſeu tenebræ/ſeu macula mētis: cum hæc omnia non ſint alia ꝙ̃ priuatio gratiæ, vt dicunt, ſequitur ꝙ ſola priuatio gratiæ ſufficeret, vt qui ea caret, eſſet in culpa, ꝙ̃ non minus eſſet in culpa qui vnū peccatum commiſit, ꝙ̃ qui centum: quorum ſecundum, cum conſtet eſſe falſum, probat̃ falſitas primi, quia probabile eſt, ſecundum quorundam ſententiam, hominem primum eſſe ſine charitate creatum, ſimiliter & angelū, qui cum gratia caruiſſent in primo eorum inſtanti, non tamen ob id dicti ſunt creati in culpa. ¶Si dicant culpam illam manentem tranſeunte actu peccati eſſe indignitatem poſitiue ſumptā, vt dicit Gerſon, id eſt, dignitatē, qua homo dignus eſt æternaliter puniri, ꝙ̃ hæc tollitur per gratiam contritionis, & manet reatus, ideſt, ordinatio ad æternam pœnam. Hoc dici nō poteſt, quia vel poſt habitam contritionē manet homo dign⁹ æterna pœna/vel non. Si primum, quomodo igitur per contritionem tollitur culpa? Si ſecundum, quomodo igitur ordinatur tuſte ad æternam pœnam, qui non eſt ea dignus? ¶Si dicāt, ꝙ culpa manens trāſeunte actu peccati nō eſt niſi ordinatio ſeu imputatio ad pœnam, cū reuera nil aliud videatur in peccatore poſt actum peccati relinqui, ſequitur, ꝙ cum per contritionem tollitur culpa, ꝙ non manet reatus/vel ordinatio ad æternā pœnam, & ita intentū. ¶Præterea, demus hominē ex toto conatu de omnibus ſuis peccatis dolentem, & opere pro viribus ſatiſfacientem, qui nōdum confeſſus ſit, huic remiſſa ſunt peccata quo ad culpam, & ſecundū opinionem manet in reatu æternæ dānationis. Quæro, an maneat æternaliter damnandus pro illis peccatis, de quibus, prout potuit, cōtritus eſt, an pro negligentia confeſſionis/ſi forte ſit negligēs in cōfitendis cōmiſſis? Si primum, igitur tam acriter & æternaliter puniretur homo ille in inferno pro peccatis, de quibus toto corde cōtritus eſt, & pro quibus pro viribus ſatiſfecit, ac ſi nil horum feciſſet bonorū, quod videtur abſurdum. Si ſecundum, falſum igitur eſt, ꝙ homo poſt adeptam gratiam & remiſſionem peccatorum commiſſorum ſit obnoxius æternæ pœnæ p illis, q̃uis ſit pœnæ æternæ obnoxius pro negligentia prædicta, quod nec opinio communis negaret. Et ita videtur præfatam opinionem ſuas pati difficultates.

¶Poſtremo arguit̃, quia Chriſtus æqualiter & ſimul legitur dediſſe ſacerdotibus poteſtatem ſoluendi & ligandi, remittēdi, & retinendi peccata. Nam pariter dictum eſt, Quorū remiſeritis peccata, remittent̃ eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Pariter etiam dictū eſt, Quę ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cœlis: & quæ ligaueritis, erunt ligata: ſed ſacerdos non poteſt ita hominem ligare, vt ſua ſententia faciat hominem æternæ damnationi obnoxium, cum id ſine ꝓprio demerito hominis fieri non poſſit: igitur nec etiam poteſt ſacerdos per ſuam ſentētiam efficere, vt homo ſit a reatu æternæ damnationis liber, quādoquidem cui Chriſtus ſoluendi poteſtatē contulit, eidē & poteſtatē ligandi cōceſſit.

Sta alia quarta opinio/& ſatis communis, quæ tenet, abſolutionem hanc ſacramētalem operari remiſſionē peccatorum, etiam quo ad culpam & pœnam æternam, nō in actu ſuſceptam, ſed in voto ſeu propoſito mentis habitam. Quod enim operetur remiſſionem peccatorū, patet ex dictis, quia cū ſit ſacramentum legis nouæ, id operatur, quod ſignificat. Quod vero nō operetur peccatorū remiſſionem actu ſuſcepta, patet ſimiliter ex dictis, qa quādo actu ſuſcipitur huiuſmodi ſacramentum, iam præceſſit peccatorum remiſſio virtute contritionis præuiæ. Reſtat igitur, ꝙ præfatam peccatorum remiſſionem operetur in voto, tunc ſcilicet, quādo peccator primo habuit contritionem, in qua ſi vera fuit cōtritio formaliter, ſi ea virtualiter includit̃ propoſitum confitendi ſacerdoti/tempore debito. Itaq; vera manet ſentētia Chriſti, ſcilicet, ꝙ nullus peccator conſequetur in cœlis peccatorum remiſſionē, niſi a ſacerdote ſit abſolutus, ſcilicet in voto & propoſito ipſius peccatoris, quemadmodū de baptiſmo ſtatutum eſt, ꝙ niſi quis fuerit renatus ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt in-

gredi regnum dei, ſaluaꝫ ſtatutum in eo, qui proponit, cū poterit/aut debuerit baptiſmum aquæ ſuſcipere. Sufficit igiꝫ peccatoribus, vt gratiam acquirant; q̄ propoſitum habeant tempore debito baptiſmū & pœnitētiam ſuſcipiendi: & ita illis valet ad ſalutem baptiſmus & pœnitentia in voto, relinquitur tamen in eis obligatio ſuo tēpore huiuſmodi ſacramenta recipiendi, ſaltem ob preceptum. Vnde apertum eſt, q̄ abſolutio ſacramentalis in voto præſtat & operatur remiſſionem peccatorum quoad culpam & pœnam æternam: quia abſolutio in voto idem operatur, quod ipſa cōtritio, in qua formaliter vel virtualiter præſtata abſolutio continetur. Quando vero ſuſcipitur, liberat hominem a debito confitendi illa peccata, quia non tenebitur ea amplius confiteri.

¶ Quæ poſitio/ & ſi vera ſit, adhuc tamē ſuas patitur difficultates: quia non videtur ſaluare ea, quæ de huiuſmodi ſacramento pœnitentiæ tenentur. Primo de hoc ſacramento ſicut de cæteris ſacramētis eccleſiæ id approbatur & tenetur, q̄ operaꝫ & præſtat ex opere operato, id quod ſignificat, ſignificat autem peccatorum remiſſionem, & hanc non præſtat ex opere operato, nec quando actu ſuſcipitur, nec quando in voto ſeu mentis ꝓpoſito retinetur. Patet hoc, quia quando in voto habetur, quicqd boni ſpiritualis homo aſſequitur, ſiue ſit gratia/ſiue peccatorum remiſſio, virtute contritionis, & ex opere operantis aſſequitur, vt conſtat. Quando vero actu ſuſcipitur, non operatur peccatorum remiſſionem, cum per præuiam contritionē peccata fuerint remiſſa, vt ſuppono. ¶ Secundo non videꝫ ſatis cōmode ſaluari ordo remiſſionis a ſacerdote/& a deo faciendæ, prout in prefata autoritate Ioā. 20. ſignificaꝫ, Quorum remiſeritis, &c. In qua docemur, q̄ ſacerdos debet prius ſaltem natura/ abſoluere, & deinde eius ſentētia abſolutiua in cœlis approbari, nec aliter homini peccata eſſe remittenda a deo. Si enim quando habetur cōfeſſio in voto peccata a deo remittuntur, anteq̄ a ſacerdote remittantur, nō ſaluaꝫ præfatꝰ ordo remiſſionis, vt videꝫ. ¶ Tertio, & eſt confirmatio præcedentis, Sacerdotibꝰ cōceſſa eſt a Chriſto poteſtas remittendi peccata, igiꝫ vel poſſunt remittere ea/vel non. Si ſecundum, fruſtra igitur eſſet illis huiuſmodi poteſtas collata. Si primum, Quæro quando peccata remittūt: vel quando actu peccatorem abſoluunt, & habeo intentum, contra opinionē præſentem, Vel quando peccator habet in voto propoſitū confitendi ſacerdoti, ſed hoc non cōueniēter dicīt: quia quādo cōfeſſio & abſolutio ſolū habentur in voto, nil ſacerdos operaꝫ, ſed ſolius cōtritionis virtute aſſequiꝫ homo remiſſionē, nō igiꝫ proprie tunc ſacerdotes peccata remittunt. &c. ¶ Quarto non ſaluant formæ abſolutionis veritatem, ſed potius ſecundum hunc modum videꝫ forma falſa, q̄ eſt hæc, Abſoluo te a peccatis tuis. Quę cū ſit de p̄ſti, vt cōſtat, ſignificat tunc fieri abſolutionē a pcīs, qñ ipſa verba actu ꝓferunꝫ. Si igiꝫ tūc realiꝫ pcīa nō remittunꝫ, ſed prius erāt per cōfeſſionē in voto remiſſa, falſa igitur eſt forma illa tunc quando profertur. Nec valet dicere, q̄ vera eſt, quia tūc de facto abſoluitur homo a debito confitendi, nō valet, nā aliud videtur eſſe hominē abſolui a debito cōfitendi peccata, aliud abſolui ab ipſis peccatis. Nec abſolutio ſignificat hominem abſolui a prefato debito, ſed a peccatis: igitur neceſſe eſt dicere, q̄ tunc/quando homo abſoluitur a peccatis, realiter abeiſdem abſoluatur. Et ita ad ſaluādum effectum, & efficaciam / & veritatem formæ huius ſacramenti, non opus eſt ad votum ſeu propoſitum recurrere.

Videꝫ ergo aliter ad quæſtionem propoſitam reſpōdendum, modum quēdam lectoribus proponēdo. Suppono primo, q̄ ex peccato contra deum commiſſo. homo manet inimicus deo, manet debitor pœnæ æternę, & manet exul a regno cœlorū, quod illi ob huiuſmodi peccatū clauſum eſt. Suppono ſecūdo, q̄ pro offenſa & iniuria deo per peccatū illata, neceſſariū eſt illi ſatisfacere, nec pōt hō aliter deo ſatisfacere, niſi illi reddēdo, qđ ipe dñs in vim ſatisfactionis exegerit: & interim q̄ huiuſmodi ſatisfactio deo non ſit, nō dicetur homo oñino a peccato liber, Suppono vltra, q̄ deus a peccatore ꝓ offenſa contra eum commiſſa duplicem exigit ſatisfactionē, ſcilicet interiorem, et exteriorem. Per primā debet ſe homo a peccato auerte

re, & ad

re,& ad deum conuerti,cum propoſito exterius ſatiſfaciendi. Per ſecundam debet ſe homo deo humiliare,& eidem ſua peccata confiteri,& ab eo veniam petere,quę cum fieri non poſſint coram Chriſto localiter in terris habitante,cum in cœlis tãtum viſibiliter reſideat,opus eſt fiant coram vicario ſuo,quẽ in terris reliquit, cui in hac re vices ſuas cõmiſit,hoc eſt ſacerdoti,cui poteſtatem remittendi peccata conceſſit.Suppono etiam, q̃ per primã ſatiſfactionem, ideſt cordis veram pœnitentiã homo deo reconciliatur,& conſequitur dei amicitiã/ ſimul & remiſſionẽ pœnæ inferni. Et ita tũc peccata illi,quoad illa duo,remittunt: attamen homo manebit exul a regno dei, quod illi clauſum erit, niſi ſecundam ſatiſfactionẽ adimpleat.Vnde ad hoc datę ſunt ſacerdotibus claues regni cœlorum,id eſt poteſtas remittẽdi peccata,vt per ſacerdotes huiuſmodi poteſtate vtentes,& peccatores a ſuis peccatis abſoluentes,eis regnũ cœlorũ,quod illis ob peccata priora clauſum fuerat,aperiat. Et hoc modo cõplet remiſſio peccatorũ per huiuſmodi ſacerdotalem abſolutionem,quæ cœpta fuerat prius per contritionem.Deus igit per cõtritionem remittit peccata,quãum ad maculam & debitum æterni cruciatus: quantum tamen ad exulationem & clauſuram regni cœlorum, reliquit peccata ſacerdotibus remittenda.Exemplum huius eſt clarum in patribus ſanctis, qui erant in ſinu Abrahæ, vbi nullam habebant culpam nec pœnã, ꝑter id, q̃ illis ob peccatũ erat clauſum regnũ cœlorũ, quod illis minime erat aperiẽdũ, niſi peracta ſatiſfactione a deo inſtituta,quę in paſſione Chriſti fuit adimpleta,& ex tunc præfatis ſanctis fuit apertum regnum cœlorũ,& illico viderũt gloriã dei.Inde vſq; ad Chriſti paſſionem dicebant omnes in peccato eſſe, quantumuis ſancti & amici dei,interim, q̃ in eis præfata pœna exulationis a regno cœlorum permanebat. ¶Iam ſequit aperte, q̃ abſolutio ſacramẽtalis actu remittere dicitur peccata conſitentis, etiam ſi prius fuerint per contritionẽ quodammodo remiſſa, nõ tamẽ plene, quouſq; a ſacerdote remittantur. Et hoc modo omnia cohærent & ſaluant,ſcilicet, q̃ huiuſmodi abſolutio ſacramentalis id actu operatur,quod ſignificat, q̃ per contritionem prius ſunt peccata remiſſa quoad culpam & æternum cruciatum, q̃ ſacerdotib9 collata eſt poteſtas peccata actu remittendi, q̃ ipſi habent claues ad aperiendum regnum cœlorum, q̃ effectus huius ſacramenti eſt abſolutio a peccatis, q̃ ſolus deus eſt/qui delet iniquitates& peccata populi quoad maculam et debitũ æternæ pœnæ, q̃q̃ pœnitentia eſt ſecũda tabula poſt naufragium, ex quo liberat hominem a peccato.Et ita de aliis, quæ vidébantur non ſatis cohærere.

¶Sed cõtra hunc modum dicẽdi ſunt nõ nulla, quæ difficultatem faciunt. Primo, ſi peccator per contritionẽ redit in gratiã & amicitiam dei, ſequitur q̃ eo ipſo eſt filius regni, & ita ad gloriam ordinat9, igit eo ipſo tollitur illa exulatio,qua perpetuo erat a regno cœlorũ exulaturus, & ex conſequenti non manet illi clauſum regnum cœlorum, quod ſit per ſacerdotes aperiendũ,alioqui dabis, q̃ homo ſimul ſit in gratia & amicitia dei, & ordinatus ad pœnam perpetuam damni, quæ eſt excluſio a regno cœlorum, quæ tamen ſecundum veritatem nõ ſtant. ¶Secũdo demus hominem contritũ in gratia decedere antecq̃ habeat copiã confeſſoris potentis aut volentis eum abſoluere, quæro vel perpetuo exulabit a regno cœlorũ,vel non. Primum dici non poteſt,quia alioqui homo in charitate decedẽs,nunc q̃ ſaluaret, quod ſuppono erroneum.Si ſecundum, igit regnum cœlorum fuit illi apertum, & non niſi per contritionem/& alia pia opera: q̃ ſi contritio fuerit tanta/& ex tanto feruore charitatis elicita, q̃ in totũ peccata extingueret,etiam quoad pœnam omnem purgatorii,quam alioqui eſſet paſſur9, talis ſine abſolutione ſacerdotis decedens, illico volabit ad gloriam.Si dicas. licet decedat ſine abſolutione ſacerdotis in actu, non tamen in voto,& hoc illi ſufficit,vt regnum cœlorum ſibi aperiatur, cõtra, quia tunc prædicta abſolutio actu ſuſcepta, non eſt, q̃ regnũ cœlorũ aperit,ſed cõtritio. ¶Tertio ſæpe homo contritus a ſacerdote ſacramẽtaliter abſolvitur, & eſt vera abſolutio ſacramentalis, & tamen non aperit tunc, quando impenditur, regnum cœlorũ. Patet,quia pro maiore parte relinquitur in taliter confeſſis pœna magna in purgato

rio ſoluenda, & quouſq; hæc ſoluatur, regnum cœlorum ſemper manet illi homini clauſum: quomodo igitur verum eſt, q̃ abſolutio ſacerdotis ſemper actu aperit regnum cœlorũ? ¶ Quarto ex communi ſententia poteſt homo ſecũdo ſua peccata confiteri, a quibus fuerat prius ſacramentaliter abſolut⁹, illa abſolutio iterata ab eiſdem peccatis eſt vere ſacramentalis ſicut & prima, & eiuſdẽ rationis cum illa: ſed hæc ſecunda nõ eſt aperitiua regni cœlorum, nec de facto illud aperit in caſu, quia iam illi homini per primam erat apertum, igit̃ vel illa ſecũda forma, ſacramentalis nõ eſt, ſed irrita & inanis, vel ſacramẽtum nouæ legis nõ operatur, quod ſignificat, ſi talis abſolutio ſignificat remiſſionẽ peccatorũ quo ad clauſurã cœli, vel falſum eſt, q̃ effectus huius ſacramenti ſit apertio regni cœlorum. ¶ Quinto dem⁹ hominem ex vehementi feruore charitatis contritum, cui ſcilicet nulla relinquatur pœna in purgatorio ſoluenda, quia ſufficiẽter in hoc mũdo antec̃ confiteatur purgatus eſt, in illo interim ait hæc opinio, q̃ eſt illi clauſum regnum cœlorum, etiam ſi ſit in gratiam dei reſtitutus, ſequitur, vt nuper arguebatur, q̃ in illo interim eſt homo ille ordinatus ad pœnam damni, quę eſt excluſio a regno cœlorum: ſed hoc non videtur dicendum, probatur, quia vel eſt ad illam pœnã damni ordinatus ſecundum præſentẽ iuſtitiam/vel ſecundum finale iudicium, ſed neutrũ dici poteſt: quia pono, q̃ talis ſit de numero prædeſtinatorum, talis enim finaliter ſaluabitur, ex quo eſt prædeſtinat⁹, & ita non eſt ordinat⁹ ad præfatam excluſionem ſecundum finale iudicium. Sed nec ſecundum præſentem iuſtitiam, qui ſi decederet in ſtatu, in quo ad præſens eſt, illico volaret ad gloriam. Nullo igitur modo eſt ordinatus ad præfatam excluſionem. ¶ Sexto, & eſt cõfirmatio præcedẽtis. De tali homine in illo interim, q̃ro an ſit dignus excludi a regno cœlorũ, vel ad illud admitti. Si ſecundum, non igitur deus illi claudit regnum cœlorum, alioquí iniuſte cum illo agi videretur. Si primum, quero iterum, vel eſt dignus a regno cœlorũ excludi, ꝓpter peccata priora, vel propterea, quia illa non eſt ſacerdoti cõfeſſus. Nõ primum, quia priora iam ſunt plene remiſſa/ & obliuioni tradita, quantum ad impũtandum ea ad pœnam, iuxta dictum per Ezechielem, Quacunq; hora. &c. vt ſupra arguebatur contra Hugonẽ. Nec ſecũdum poteſt dici, quia in caſu non eſt illi peccatũ ea confeſſum nõ eſſe, quia ſuppono, q̃ nõ dum venerit temp⁹, quo ex præcepto debeat ea cõfiteri. Et ita videtur, q̃ ob nullã cauſam in caſu eſt dignus, qui a regno cœlorum excludatur/vel excludi ordinetur. Et ita nõ manet ei clauſum regnũ cœlorũ. ¶ Reſpon. Tenendo hanc poſtremam ſententiam, non eſt difficile reſpõdere ad has rationes. Vnde ad primum dicendum, q̃ eo ipſo, q̃ peccator vere de peccatis ſuis cõteritur, redit in gratiam & amicitiam dei: & ex conſequenti eſt ad gloriam eo ipſo ordinatus, ſed ſecundum prȩſentem iuſtitiã, taliter, q̃ ſi in tali ſtatu gratiæ decederet, in quo ad præſens eſt, finaliter gloriam obtineret, cum hoc tamen ſtat, q̃ ſit ordinatus ad pœnam damni perpetuam conditionaliter, ſcilicet, ſi per eũ ſtat, quominus sacerdoti confiteatur, & ab eodem abſoluatur. ¶ Ad ſecundum dicẽdum, q̃ homo in caſu illo iret ad regnum cœlorum, & erit illi apertum ſine abſolutione ſacerdotali, ſed hoc ideo, quia ſummus ſacerdos, qui deus eſt, ſupplet defectũ ſacerdotis nolentis/aut non potẽtis peccatorem abſoluere. Et ideo id ſupplet, quia nõ ſtat per hominẽ illum in caſu, quominus ſacerdoti confiteatur. ¶ Ad tertium dicendum, eſto ita ſit, q̃ vt plurimũ manet homo poſt abſolutionem ſacerdotalem alicui pœnę temporali, hic/vel in purgatorio ſoluẽdæ obnoxius, qua durante, cœlũ erit illi clauſum, hoc tamen erit ad tempus. Clauſura vero, quam ſacerdos per ſuam abſolutionẽ amouet, eſt clauſura perpetua, quia peccator propter mortalem culpam erat ordinatus, vt perpetuo exularet a regno cœlorũ. Et hãc perpetuã excluſionem tollit ſacerdos, & ita aperit in hoc ſenſu cœlum per vſum clauiũ ſuarũ. ¶ Ad quartũ, de iterata abſolutione dubiũ eſt apud aliquos, an ſit vere ſacramentalis/& alicuius virtutis, vt ſupra tetigim⁹. Sed eſto ſit ſacramentalis/& eiuſdem rationis & virtutis cum prima, id operatur ex parte ſua, quod fuit prima operata, & ſi de facto idem non operatur/eſt, quia reperit illud iam factum, ſcilicet, quia reperit clauſurã

perpetuam

perpetuam amotam, ideo de facto eam nō amouet, attamen efficit, quod potest, scilicet quia præstat augmētū gratiæ sicut prima, & remittit pœnā temporalem in quā erat æterna cōmutata. Et excusatur forma illa a falsitate, qa est sensus Ego te absoluo a peccatis tuis, quoad perpetuā exclusionem a regno cœlorū, principatiue, quia scilicet per illam formam præstatur gratia pœnitentialis, quæ principium est immediatum aperiendi cœlum. ¶ Ad quintum dicendum, q̄ in casu homo ille/quā tumuis iustificatus, est ordinatus ad perpetuam exclusionē, conditionaliter tamen, vt supra dictum est, scilicet, si per eum steterit, quominus sacerdoti confiteatur, Et ideo si esse ordinatum ad pœnā damni secundum præsentem iustitiam/sic exponatur, scilicet si decederet in statu p̄senti, scilicet gratiæ, æternaliter careret gloria, dico q̄ talis non est secundū præsentem iustitiā ordinatus ad perpetuā illa pœnā, nec etiā secundum finale iudiciū. Vnde stante illa expositione, nil incōuenit, dare mediū inter ordinatum ad pœnam secundū p̄sentem iustitiam, & secūdum finale iudiciū, loquēdo, vt loquimur de ordinatione ad pœnam conditionali, aliam, scilicet diuersam conditionem apponēdo, vt q̄ homo ille excludetur perpetuo a gloria, si per eū steterit, ¶ Inde patet ad sextum, q̄ in casu homo ille nō est dignus perpetuo excludi a regno dei, & ideo non est absolute ad talem exclusionem ordinat⁹, cum quo stat, q̄ sit ad eam ordinatus cōditionaliter, scilicet, si per eum steterit, quominus cōmissa cōfiteatur. Vnde ratio non probat, nisi q̄ non sit absolute secundū præsentem iustitiam ad exclusionē ordinatus, sicut nec secundū præsentē iustitiā dign⁹ est a regno dei excludi. Sed nec etiā absolute dign⁹ est ad regnū dei admitti, nisi cōditionaliter, scilicet, si debitam fecerit satisfactionē, quę est se sacerdoti vicem dei tenenti humiliter præsentare, & eidem confiteri, & veniam petere. &c. Quod si non faciat, iam se dignum facit absolute, vt perpetuo excludatur a cœlo, vbi alias erat ad eandem exclusionem conditionaliter ordinatus. Vnde hæ rationes, & alię huiusmodi videtur difficiles, ob id, q̄ non attenditur ad conditiones subintelligendas vel apponēdas ad intelligentiā opinionis, & veritatem multarum propositionum saluandam. ¶ Sed queres, posito q̄ homo prius contritus postea sit negligens/& decedat sine confessione, an excludet perpetuo a cœlo, propter peccata priora de quib⁹ sufficienter contrit⁹ fuit, an propter illam postremā negligētiam? Si secundū, igit priora iam fuerunt plene remissa, & per consequens ad eorū completam remissionē non opus erat sacerdotali absolutione. Si primum, quomodo igit verū est dictū Ezechielis, Quacūq; hora ingemuerit peccator, nō recordabor peccatorum suorum ad punitē dum ea? Respon. q̄ vere in casu excludetur perpetuo a cœlo propter vtrunq;, scilicet, ꝓpter neglectū cōfessionis, & ꝓpter priora peccata, quæ nondū erāt plene remissa. Et quod ait propheta nō obstat, quia illa promissio dei, qua gementi salutem æternam ꝓmittit, intelligit, modo alia fecerit, quæ illi de necessitate sunt agenda. Talem enim conditionem & legē admittūt sæpe diuine ꝓmissiones, vt qñdo dixit Chr̄s fi⁹, qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit, salu⁹ erit, certe hæc ꝓmissio nō excludit necessitatē aliorū, puta pœnitētiæ/& obseruationis aliorū mādatorū. Similiter quando dixit. Qui māducat carnē meā/& bibit meū sanguinem, habet vitam æternā, non propter hoc excluditur aliarum rerum necessitas. Ad hunc modum de aliis. Per hęc omnia datur modus defendendi opinionem Hugonis supra improbatam, nam hęc parum differt ab illa. Sed nec propter hanc volumus aliorum sententiis præiudicare, quādoquidem probabiles eas esse putamus, & vnaquæq; earum suos habet graues fautores,

¶ Adhuc tamen manet aliud diluēdum, quod contra præfatam opinionem militare videt, quia Christus sacerdotibus pariter dedit potestatem soluendi & ligādi, quādoquidem dixit, Quæcūq; solueritis in terra, erunt soluta: & quæcunq; ligaueritis erunt ligata, sed potestatem ligandi realiter non habent, qua scilicet possint solutos vinculo ꝓpetuæ exclusionis a regno cœlorum ligare, vt constat: igitur nec potestatem soluendi realiter habēt, qua possint ligatos ab eodem vinculo soluere. Respon. Q̄ ratio habet apparētiam, si liga-

re in foro pœnitentiali accipiat positiue/sicut & soluere, qualiter possunt sacerdotes in foro cōtētioso soluere & ligare p excōmunicationē. Attamē in foro pœnitentiali non ligant positiue seu effectiue ipsos peccatores, qui seipos per peccata propria ligauerunt, sed ligant negatiue, quia scilicet non absoluūt. Sicut in eodem foro pœnitētiali non remittūt peccata hominū positiue, sed negatiue, qa scilicet nō remittūt. Ideo sacerdote non remittente/nec hominem a peccatis soluente, manet ligat9. Eo autem soluente & remittente, soluitur ligatura. Et sic patet ad rationem/simul & ad quæstionem, qua quærebatur de forma absolutionis sacramentalis, an sit ostensiua solum/an operatiua, & quomodo sit operatiua remissionis peccatorum.

lege retinent.

QOrrelarie sequitur responsio ad aliā quæstionē prætactā, an scilicet præfata forma absolutionis sit operatiua gratiæ primæ, quā libet amplius in confirmationē eorū quæ dicta sunt examinare. Pro parte affirmatiua faciūt rationes supra factæ cōtra magistrū in fauorē secūdæ opinionis. Oppositum tamē sequit̄ ex supra dictis, arguendo contra eandem secundam opinionem. Per quas cōclusum esse videtur, pœnitentiam sacramentalē non conferre gratiam primā, eo q̄ nō operat̄ remissionem peccatorū, quo ad culpā & pœnam æternam. In cuius confirmationē faciunt tres propositiones veræ, ex quibus colligit̄ veritas quęsita. ¶ Prima ppositio. Q̄ nemo potest gratiam & iustificationē consequi, nisi pœniteat eum veteris vitæ. Hæc supponit̄ probata & certa ex alias dictis. ¶ Secūda, q̄ huiusmodi pœnitētia cordis debet esse propter deū dilectū, & ex amore dei ꝓcedere, & non ex solo timore. Hæc patet, tū ex consensu opinantium oppositum, vt supra tactum est, Tum ex sentētia beati Gregorii tractātis illud de Adā, quo modo se abscōdit, ait enim. Cū ex peccato pœnā metuit̄, & amissa dei facies nō amatur, timor ex tumore est, nō ex humilitate. Et ex sentētia Augusti. Quē pœnitet, oportet nō solū timere iudicē/sed diligere, quia sine charitate non potest esse salus. de pœnitentia. distin. 7. cap. Nullus. ¶ Tertia propositio, Q̄ si amor dei est talis, qualis debet esse, puta obedientialis, sufficit ad reponēdū ipsum diligētē in gratia, cū nō sit alia sufficiētior dispositio ad gratiā, q̄ huiusmodi dei dilectio, q̄ peccator vero corde ad deū cōfugit, & taliter ad deū cōfugiēs, deus ex sua ꝓmissione astrictus est in sui gratiā admittere, iuxta sententiam Augustini super epistolā ad Roma. 5. vulgatā. Si deus cōfugiētes ad se nō reciperet, esset in eo iniquitas seu iniustitia. Id aūt ꝓmisit deus tam in veteri/q̄ in nouo testamento, dicēs. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Et iterum, Ego sto ad ostiū, & pulso, si quis aperuerit, intrabo ad eū. &c. Et Christus in euangelio ait, si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ad eum veniemus. &c. & in multis aliis locis. ¶ Ex quibus tribus propositionibus aperte sequitur, absolutionem sacramentalē non præstare gratiam primam / aut iustificationem / seu peccatorum remissionem quo ad culpam. Quia si peccator quando a sacerdote absoluitur, accedit vere pœnitens, vt debet, iam per illam pœnitentiam cordis gratiam fuit consequutus, si nō, illam per sacramentum non recipiet.

Gen. 3.

¶ Præterea facit pro eadem sententia Augustinus contra donatistas. lib. 7. & habetur de cōsecratione distin. 4. cap. Solet. Vbi dicit in sentētia baptismū nō præstare fructum spiritualem baptizato, nisi in charitate dei suscipiat illū. Et fundat hoc in eo, quod ait Paulus, Si fidem habeam, & cætera alia bona faciam/charitatem autē non habeam, nil mihi prodest. Ex quo appareret Augustinum loqui de charitate, qua sumus deo grati & accepti, quæ non stat cū peccato mortali. Vnde sequitur, q̄ baptismus non potest gratiā primam adultis præstare, igitur nec pœnitentia sacramentalis. ¶ Confirmatur hoc ex decreto eiusdem Augustini, & habetur de consecratione distin. 4. tunc valere, vbi ait in sententia, baptismum ficte susceptum tūc incipere ad salutem valere, quando fictio veraci contritione recesserit. Ex quo arguitur ad rem. Non minoris efficaciæ est baptismus per fictionem a suo effectu suspensus, q̄ sit baptismus a non ficto susceptus, cum idem sit sacramentum/ & eiusdem efficaciæ: sed baptismus a ficto susceptus non potest recedēte fictione gratiam sine

tiam sine contritione conferre, vt ex decreto patet, igitur nec baptismus a non ficto susceptus potest gratiam præstare, nisi præteritorū peccatorū habita cōtritione: & per consequens si contritio præfuit, per eam fuit homo gratiam primam asse quutus: & ita baptismus non confert adultis gratiam primam, & ex consequenti, imo a fortiori nec absolutio sacramētalis. ¶ Facit etiam glo. Matth. 16. Nota, inquit Christum per se intus viuificare, ministris potestatē soluendi post vitam tribuere. Non enim soluere aliquem possunt, nisi viuat, quē soluunt. Vnde apparet intentum, q̄ absolutio sacerdotis non confert primo vitam seu gratiam, sed eam collatam præsupponit.

¶ Sed quia contra hanc responsionē supra pro parte contrariæ opinionis aliquas rationes fecimus, ad quas, & si ex dictis pro maiori parte responsio pateat, conuenit tamen ad duas earum respondere, nam aliæ ex dictis satis solutæ sunt. Est prima, q̄ sumebat ex eo, quod ait Iaco. in canonica, q̄ extrema vnctio valet ad hoc, q̄ peccata infirmi, si q̄ habet, dimittant ei, igit ad id valebit a fortiore pœnitētia sacramentalis. Deinde est alia ratio sumpta ex cap. Si quis p̄sbyter. 16. q. 6. & cap. Agnouimus, ibidē. Vbi de p̄sbytero negāte absolutionē infirmo morienti, dicit q̄ addit mortē morti, & animā eius occidit, q causa est, vt nō absolut⁹ decedat, &c. Ex qb⁹ videt, q̄ absolutio illi impēsa, vitā spiritualē in casu tribueret. &c. ¶ Dicēdū ad primū, q̄ & si p extremā vnctionē peccata infirmi dimitti cōtingat, non inde fit, q̄ gr̄a prima p ipsam vnctionē prestet. Tū, quia q extremā vnctionē percipit, p̄supponit ea cōfessus, & pœnitēs, & vt plurimū cōicatus, p quæ oīa si iustificat⁹ & gratiā cōsequut⁹ non fuit, non est verisimile, q̄ per vnctionē eā cōsequet. Tum etiā, quia extrema vnctio, vt in plurimū, dat infirmis, nil ferme sentientibus, & vsu rationis quasi carētibus, quibus si gratiā non prehabuerint, parū p̄derit vngi. Itaq̄ si valet vnctio, eisdē valebit ad dimittēdū peccata venialia, si quæ habēt. Valebit etiā ad delendū mortalia, quo ad pœnā temporalē, in qua fuit æterna cōmutata, nō autē ad delendū mortalia quo ad culpā, nec ad gratiā primā conferendū. ¶ Ad secūdum, quod magni facit Adrianus, dicēdū, q̄ illi textus p̄cedunt de absolutione ab excōicatione, vt patet ex tota illa causa & q̄stione, in qua specialiter quærit, an possit presbyter ab excōicatione pœnitētes absoluere sine cōsensu ep̄i, et concludit q̄ non, nisi vltima necessitas cogat. Et patet id ex glo. ibidē. cap. Is q, vbi per pœnitentiā morientib⁹ impēdēda, intelligit absolutionē ab excōicatione. Ac proinde si per illos textus p̄bare, q̄ absolutio sacramētalis p̄stat gratiā primā, similiter, imo a fortiori probaret, q̄ absolutio ab excōicatione idē præstaret ex ope operato, quod suppono esse falsum. Sed his dimissis, est intelligētia horum textuū, q̄ presbyter negans absolutionē morientib⁹ eā petentib⁹, est reus animarū, & addit mortem morti occasionaliter, qa scilicet dat occasionē, vt moriens/desperatus decedat, q non desperaret, sed potius ad spem & fiduciam promoueret a sacerdotib⁹ aduntus, & etiā, quia per eorū aduntoriū magis defenderetur a dæmonibus tūc infestātibus illum, qualiter non infestaretur/ si absolueretur. Et habet locū hæc solutio, etiā si textus illi de pœnitētia sacramētali loquant, per quā non dubiū est, morientes notabiliter aduuari ad spem, simul & ad tentationibus tunc occurrentibus resistēdum, quibus facile succūberet infirm⁹, sacramētali absolutiōe a peccatis illi denegata, ideo merito illorū eterna mors sacerdoti morientem absoluere nolenti imputat. Et hæc est causa, quare morienti excōmunicato est sacramentalis pœnitētia impēdenda, anteq̄ a censura absoluat, quando si aliter fieret, infirm⁹ sine absolutione sacramētali probabiliter decederet, vt supra dixi.

¶ De absolutione ab oblitis.

QAeret dubium circa huius sacramēti efficaciam, an absolutio sacramentalis se extēdat ad peccata oblita, ita vt virtute absolutionis sacramentalis sit homo ab oblitis sicut & a confessis absolutus. Et video cōmunē positionē pro parte affirmatiua, vt dicunt doctores post Tho. in. 4. distin. 21. q. 2. ad secundum. Pro qua facit

ratio, primo, quia vnum mortale sine alio remitti non potest: sed vel omnia simul remittuntur/ vel vnum: ac proinde si absolutio sacramētalis remittit peccata cōfessa, oportet etiam & oblita remittat. ¶ Secūdo, si sacerdos nō remittit nisi cōfessa, igit̄ deus nō remittit nisi cōfessa, quādoquidē Christus dixit, Peccata q̄ remiseritis, erūt remissa: quæ aūt non remiseritis, nō erūt remissa: & ita deus quædā peccata remitteret, & quædā nō, cum tamen impiū sit, dimidiā a deo sperare veniam, & certum sit deum quem sanat, perfecte sanare. ¶ Tertio, quia absolutio sacramentalis præstat gratiam ex opere operato ipsi confitenti: sed gratia illa sacramētalis æque repugnat de lege peccatis oblitis in cōfessione/ sicut & confessis: igitur omnia tam confessa q̄ oblita remittit huiusmodi absolutio.

¶ His non obstātibus videtur oppositum tenendū, & probat̄ primo ex conditione & qualitate ipsius absolutionis sacramentalis, quę est sententia quædam a sacerdote in causa, quæ est inter deum offensum & peccatorē reū lata. Cū ergo nullus iudex possit ferre sententiam, quę iusta & valida sit, sine agnitione causę, sup qua debet proferre sententiam, & sacerdos in casu de oblitis nullam habeat cognitionē, sed tantum de confessis: consequens est, sententiā sacerdotis nō se extēdere nisi ad cōfessa. ¶ Nec valet dicere, q̄ licet sacerdos nō habeat notitiā peccatorum oblitorum in particulari/ habet tamē in genere, prout pœnitens ingenere confitetur, se alia quorum nō recordat̄, cōmisisse. Hoc, inq̄, nō valet, qa confessio in genere nō est sacramētalis, cū necesse sit in particulari peccata confiteri, ita vt in notitiā particularē veniat cōfessoris. Quod inde probat̄, quia alioq nō esset necessarium in particulari cōfiteri de iure diuino, nam id maxime deducere ex illo sepe citato, Quoq; remiseritis peccata. &c. Vnde colligit̄, necessariū esse peccatori, q̄ a sacerdote absoluat̄: sed a sacerdote absolui nō pōt, nisi cognoscat peccata, q̄ remittit: hæc aūt cognoscere nō pōt, nisi præuia ppria ipsius peccatoris cōfessione, igit̄ necesse est peccatorē particulariter confiteri. Quæ deductio nil pbaret, si sufficeret peccatori sua peccata in genere cōfiteri, aut sacerdotē ea in genere cognoscere. Ac proinde/vel nō deducitur de iure diuino esse necessarium in particulari confiteri, vel in casu sacerdos non remittit oblita, sed solum confessa. ¶ Secundo idem probatur, quia si peccator post præfatam confessionē manet a sacerdote absolutus, etiam ab oblitis, sequitur eum non amplius teneri ad confitendum oblita magis, q̄ ad cōfitendum cōfessa, cū ab omnibus iam sit absolutus, Qui enim a debito aliquo semel est legitime absolutus, non consonat rationi nec iustitiæ, vt rursus eodē teneat̄ debito, Sed cum ex sententia omniū ille peccator postea teneatur peccata oblita, quādo scilicet ad memoriā venerint, ecclesię cōfiteri, sequit̄ nō prius fuisse ab illis oblitis absolutū. Vnde stante oblitione illorū peccatorū, suspendit̄ quidē obligatio ea cōfitendi, non tamē tollitur: sicut si debitor pecuniæ sit in extremā necessitate, in qua soluere nō potest, suspendit̄ obligatio soluēdi, sed non tollit̄ debitū, nec est a debito absolut⁹. Ita videtur in p̄senti. Et ita videt̄ contra cōmunē sententiā posse non improbabiliter dici, q̄ absolutio sacramentalis non se extēdit ad remittēdū peccata oblita, sed solū cōfessa. ¶ Ad rationes ante oppositū. Ad primū dicendū, q̄ licet vnū mortale non possit sine alio a deo remitti, bene tū ab homine. Quod patet ex his, quę supra dicta sunt de eo, qui habet casus superiori reseruatos, qui cū omnia primo suo curato confitetur, solū tamen absoluitur a curato a peccatis nō reseruatis, & p̄ reseruatis remittitur ad superiorē. Sicut etiam cōtingit hominē multis excōmunicationibus illaqueatū, ab vna earū absolui, & non ab aliis. ¶ Ad secūdū stādo in supradictis, scilicet, q̄ pcta mortalia bis remittunt̄/ semel a deo solo virtute cōtritionis, & iterū a sacerdote virtute absolutiōis, p̄mo remittūtur quo ad culpā & æternā pœnā, secūdo remittunt̄ quo ad ppetuā exclusionēa regno cœlorū, a quo pctor exulat ob peccatū suū, & vsq; ad hanc secūdā absolutionē pcta nōdū sunt plene remissa: & tūc sicut sacerdos nō remittit actu nisi pcta illi cōfessa, ita deꝰ tūc virtute absolutiōis in actu nō remittit nisi cōfessa: q̄ndoquidē sententiam sacerdotis in terris datā, deus appobat in cœlis. Et illa absolutio a sacerdote data/ & a deo approbata, id operatur, scilicet,

vt illa pec

vt illa peccata cõfessa, non sint amplius impedimentũ illi homini intrandi in regnũ cœlorũ, quale impedimentũ sunt peccata oblita, quę nõdũ sunt p sacerdotẽ remissa, si per ipsum peccatorẽ steterit, quominus ab illis oblitis absoluat̃. Nec incõuenit, q̃ de pluribꝰ peccatis ab homine in vita cõmissis, q̃dã sint eidẽ plene cõdonata, & q̃dam non, sicut patet de peccatis, q̃ diuersis temporibꝰ cõmittunt̃ & remittunt̃. Patet etiã de peccatis, quæ quo ad pœnã tp̃oralẽ remittunt̃, quoꝝ/quędã remittunt̃ plene, aliis irremissis remanẽtibꝰ. Itaq; in remissione, quæ a deo solo per cõtritionem fit, nunq; vnũ mortale sine alio remittit̃. In remissiõe vero, q̃ deꝰ peccata ad remissionẽ sacerdotis remittit, bene stat, q̃ deus vnũ remittat, & non aliud, vt ex dictis patet.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ probat bene p absolutionem sacramentalẽ dimitti tã oblita q̃ confessa aptitudinaliter/ seu potiꝰ principatiue/quo ad culpã, quia scilicet gratiã præstat, q̃ de se est apta nata excludere omne mortale etiam oblitum, non tamẽ inde fit, vt actu omnia talia peccata remittat, neq; quo ad culpam, nec quo ad pœnam æternam, neq; quo ad pœnã temporalẽ, nec quo ad debitum confitendi ecclesię.

¶ Tenẽdo etiam opinionem magistri, est valde p̃babilis responsio data ad p̃positũ dubiũ, quia absolutio sacramẽtalis si actu remitteret oblita/sicut & confessa, vel ergo ea remitteret quo ad culpã, & hoc non, qa iã per pręuiã cõtritionẽ fuerãt remissa: vel quo ad pœnã tẽporalẽ, in quã fuit æterna cõmutata, & hoc nõ opportet. Sicut patet de baptismo, quem si quis ficte suscepit, & postmodũ verã habet cõtritionẽ, baptismus omnẽ pœnã debitã peccatis ante baptisma cõmissis remittit, non ita remittit pœnã oẽm debitã peccato fictionis & aliis peccatis post baptisma cõmissis. Ita igit̃ est p̃babile, q̃ sacramẽtũ pœnitẽtiæ delet virtute clauiũ pcta confessa, quo ad pœnã tp̃alẽ, nõ ita pcta oblita. ¶ Quod aũt cõmuniter dicit̃, q̃ sacerdos absoluit a cõfessis & oblitis, p̃cedit secũdũ eos, q dicũt, q̃ sufficit attritio in cõfitẽte, vt per sacramẽtũ ei peccata remittant̃, quia tũc poterit p̃sta re gratiã primã, quæ formaliter excludit omnia peccata cõfessa & oblita. Et quãdo gratiã primã nõ confert, quia reperit eam præhabitam: tunc si non actu/saltem aptitudine remittit etiã oblita sicut & cõfessa/ quo ad culpam & æternã pœnã. Nos autẽ oppositũ diximus supra esse p̃babile.

¶ Correlarie sequit̃, nõ recte facere sacerdotes, q qñdo peccatorẽ absoluũt, dicũt, Ego absoluo te a peccatis tuis confessis/& oblitis/& cõtritis. Oblitis/dicere non debẽt, quia vt videt̃ est falsum, q̃ ab oblitis absoluãt. Cõtritis/dicere nõ debent, quia multorũ sentẽtia est, & probabilis, q̃ sine contritione potest quis absolui/modo attritus sit. Et dicendo Absoluo te a peccatis tuis contritis, non eum absolueret, nisi cõtritus fuerit: et ita si attritꝰ fuit, relinqueret illum inabsolutum.

¶ Sed occurrit dubium, quia si sacramentalis absolutio ad peccata oblita non se extendit, eo q̃ eorum cõfessio in particulari nõ præcessit, sequit̃ q̃ infirmus in quo signa cõtritionis apparent/aut præcesserũt, q̃ non põt sacramentaliter a peccatis absolui, ex quo cõfessio non p̃cessit/quia cõfiteri nõ potuit: cõsequens videt̃ cõtra multa decreta, quæ habentur. 26. q. 6. specialiter. cap. Is q̃ in infirmitate pœnitentiã petit, si casu dum ad eum inuitatꝰ sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel si in phreneſim conuersus fuerit, dent testimoniũ qui eũ audierunt, & accipiat pœnitentiam. Vnde apparet, q̃ in tali necessitate venit absoluendus, etiã confessione non præcedẽte. Respõ. negãdo primam consequentiã, quia quamuis secũdũ communem legẽ nemo sit sacramẽtaliter a peccatis absoluendus, nisi cõfessione pręuia in particulari, ab hac tamen cõmuni lege casus necessitatis exceptꝰ esse videt̃, quia necessitas legibus minime subiicitur, saltem in huiusmodi positiuis. Adde, q̃ p pœnitẽtiã illic secundũ glosam intelligit̃ absolutio ab excõicatione, & ita nihil cõtra dicta.

¶ De pœnitentia iniuncta.

DE pœnitentia iniuncta breuiter aliqua tangẽda sunt. Est enim triplex huiusmodi pœnitẽtia, quędam dicitur solemnis, quædam publica, quædã priuata. Solẽnis non potest a minoribꝰ sacerdotibus alicui

imponi, sed tātū ab episcopis, nec nisi pro crimine grauitotius vrbis scādalizatiuo. Nec sacerdotibus debet imponi, sed secularibus/tā mulieribus q̄ viris, si sua exigāt delicta. Excepto, q̄ viris statutū est caput radi, non tñ mulieribꝰ. Et semel impoſita, non est iterāda. Modus autē seruandus in imponēdo huiusmodi pœnitētiā/ & eā ad implēdo, ponit̄ in decreto, d. l. cap. In capite quadragesimæ. prout in cōcilio Agathensi fuerat ordinatum. ¶ Sed quęres, an fuerit conuenienter instituta talis pœnitētia, Et videt̄ q̄ non, quia est infamatiua ipsius pœnitētis, Dicēdum, imo pœnitēs ipse prius per peccatū suū publicū & manifestū se infamauit: nā nō nisi pro crimine publico pōt imponi. Itaq; ipsa pœnitētia potiꝰ est cōmēdatiua pœnitētis, q̄ infamatiua: nā per eā innotescit illū peccatorē ad deū esse cōuersum, & suū peccatū esse detestatū. ¶ Deinde q̄re talis pœnitentia nō est iterabilis, cū sacramētū nō fit, nec sacramē talis? Respō. Ne in cōtēptū veniret, q̄liter veniret, si frequēter iteraretur, ita vt hominēs timore illiꝰ parū a perpetrādis crimiꝰ grauibꝰ reuocarentur. Secūdo in significationē ejectionis, qua Adam fuit de paradiso ejectus, cuiꝰ ejectio vnica fuit, & nō iterata. Taliter enim pœnitens in principio quadragesimæ præsentat̄ ecclesiæ/ sacco indutꝰ, & cinere super caput eiꝰ sparso: & ita ab ecclesia ejicit̄, sacerdotibꝰ versiculū illum canentibus, In sudore vultus tui vescēris pane tuo. ¶ Deinde, quare talis pœnitentia nō imponit̄ clericis, cū cōtingat eos tā grauia crimina cōmittere/ q̄ laicos? Respō. Propter dignitatē ordinis sacerdotalis: nā posset facile sacerdotiū in cōtēptū & irrisionē hominū venire, si viderēt clericū talē pœnitētiā & infamiā sustinere: & quia taliter pœnitētes manēt infames/ & inabiles, vt ad ordines possint p̄moueri, ideo non conuenit hanc pœnitentiā sacerdotibus injūgere. ¶ Sed quare mulieribꝰ hanc pœnitētiā agētibꝰ nō radit̄ caput, & viris sic: Respō. Quia vt ait Paulus ad Corin, turpe est mulieri tonderi, cui dati sunt capilli in signū subiectionis, qua subiecta est viro, quādoquidē vir caput est mulieris, prout etiā in Gene, ad mulierē dictum est. Sub viri potestate eris. &c. Itaq; ecclesia voluit huiusmodi significationē seruari, etiā tempore solemnis pœnitentiæ. Verum quia hæc pœnitētia solēnis, & si olim fuerit in vsu, & soleret imponi, iam tamen ab vsu recessit, ideo de ea hactenus.

Alia est pœnitētia publica, & hāc possunt sacerdotes minores pro peccatis publicis imponere, nec enim inconuenit peccata publica/ publice puniri. Sed est dubiū, an cōfessor possit injūgere pœnitentiam publicā pro peccato occulto. Et dicit̄ communiter q̄ non. Ratio, quia talis pœnitentia publica sic injuncta, videt̄ infamatiua ipsius pœnitentis, cuius peccatum supponit̄ fuisse occultū. Similiter videtur talis pœnitentia manifestatiua confessionis, quia scilicet talis pœnitentia non injungitur, nisi pro peccato mortali & graui, & ideo ea visa, facile videntes colligere poterunt, illum pœnitentem grande mortale cōmisisse, pro quo grandis est illi pœnitentia impoſita, ac proinde videtur scandaloſa. Imo & cognito, q̄ ille homo de peccato infamatus non fuerit, & talis ei pœnitentia injungitur, fit, vt confessio reddatur odioſa. ¶ Respon. q̄uis non conueniat publicam pœnitentiam pro peccato occulto imponere, non tamen negandum est, quin licite possit imponi, Probatur, quia ipsemet pœnitens potest pro peccato occulto pœnitentiam publicam sponte assumere, etiam si sacerdos eam non injungat: igitur poterit sacerdos ad petitionem pœnitentis eam determinare/ & injungere, vt virtute claviū illi magis prosit/ q̄ alioquī esset eidem profutura, nec hoc videtur dubium. ¶ Rationes etiam supra factæ minime probant oppoſitum, quia pœnitentia illa publica per aliquem publice facta, nec est infamatiua pœnitentis, nec cōfessionis manifestatiua/ nec scādaloſa de se. Id patet, quia possibile est, q̄ illam pœnitentiam sponte suscepērit ob deuotionem, vel ob leuitatem, vel vt alium similiter publice pœnitentem comitetur, vel q̄ eam non pro se/ sed pro alio faciat, quādoquidem potest vnus pro alio satisfacere, & potest etiam ob alias causas fieri, etiam si a sacerdote injuncta non fuerit: igitur nec manifestatiua est confessionis/ nec infamatiua pœnitentis de se, vt cōstat.

Q2 etiā

Q̃ etiam de ſe ſcãdaloſa nõ ſit/certum eſt, cũ de ſe opus bonũ ſit & ſatiſfactoriũ, etiã ꝓuocatiuũ aliorũ hominũ, vt ſua peccata recognoſcẽtes pœniteant. Allicit etiã videntes ad cõmiſerẽdũ illi pœnitẽti, & orandũ pro illo, & ita intẽtũ. Si tamẽ eſſet veriſimile aliquod damnũ/vel ſcandalũ inde ſequuturum, incauta eſſet & dãnanda talis pœnitẽtia publica/ ſiue iniũcta ſit, ſiue voluntarie aſſumpta. Reprehenſibilior tamẽ eſſet iniũcta, ſi ſciretur eſſe iniũcta, q̃ ſi ſciretur eſſe voluntarie aſſumpta, ob ea, quæ ſupra dicta ſunt.

¶ De pœnitentia iniuncta acceptanda.

QUia eſt pœnitentia ſecreta, & hanc non dubiũ eſt poſſe per ſacerdotes iniũgi. Quanta aũt ſit pro vnoquoq̃ peccato pœnitentia iniungẽda, non eſt iure decretum, quia & ſi olim iuxta canones pœnitẽtiales, pro vnoquoq̃ peccato mortali ſeptennis ſaltem pœnitentia imponeretur, ad imitationem pœnitẽtiæ, quã deus Mariæ ſorori Moyſi propter peccatum murmurationis impoſuit, quia voluit eã ſeptem diebus extra caſtra manere. Attamen huiuſmodi pœnitentiæ ſecretę, nũc ſunt arbitrariæ, vt habetur. cap. Deus qui. De pœnitentiis & re. Et cap. Menſuram. de pœnitentia. diſtin. 1.

¶ Sed eſt dubiũ, an pœnitẽs teneat̃ acceptare pœnitẽtiã a ſacerdote iniunctã, Loquor de pœnitẽtia moderata, ad cuius repulſam/ ſeu nõ acceptationẽ nullã iuſtã cauſam ipſe pœnitens habeat. Et dixerũt multi doctores, Tho. Ricar. & alii, q̃ ſic. Pro qua ſententia arguitur primo ex cap. Omnis vtriuſq̃ ſex⁹, vbi de eo, qui ſua peccata tenetur confiteri, dicit̃, q̃ pœnitentiã iniunctam propriis viribus ſtudeat adimplere.

¶ Secundo arguit̃ ex verbis Chriſti, q̃ ad ſacerdotes dixit, Quæcũq̃ ſolueritis ĩ terra, erũt ſoluta in cœlis: & quæ ligaueritis, erũt ligata. Ex quibus patet, q̃ ligatio per ſacerdotem in terris facta, a deo approbat̃ in cœlis, ac proinde idẽ eſt, ac ſi deus ligaret. Si enim deus ligaret peccatorẽ, imponendo illi, pœnitentiã aliquã, teneret̃ eã acceptare: igit̃ non minus eã acceptare tenetur, ſi ſacerdos vicẽ dei teneris, eã iniũgat.

¶ Tertio facit ratio, qa ſubdit⁹ alicui iudici, tenet̃ eius ſententiæ parere/ & obtemperare, ſi in ferẽdo ſentẽtiam, modum & poteſtatem ſibi commiſſam non exceſſerit. Cum ergo peccator ſit in foro pœnitẽtiali ſubditus cõfeſſori, & confeſſor, audita confeſſione/ & cauſa, pœnitentiã moderatam, iuxta facultatẽ, quã habet, imponit, ſequit̃ q̃ tenetur pœnitens eã acceptare.

¶ Quarto peccator tenet̃ ſub pœna peccati ad pœnitentiã, quã ſæpe oſtẽſum eſt eſſe illi ad ſalutẽ neceſſariã, pœnitẽtia aũt ſic neceſſaria cõtinet tres partes/ cõtritionẽ/ cõfeſſionẽ/ & ſatiſfactionẽ: igit̃ ſicut tenetur ad contritionem & cõfeſſionẽ, pariter tenebit̃ ad ſatiſfactionem: ſed pœnitẽtia iniuncta ad id imponitur vt ſatiſfaciat, igitur. &c.

¶ Reſpõ. His nõ obſtantib⁹ videt̃ oppoſitũ cũ Sco. tenẽdũ. Et ꝓbat̃ vnica ratione. Quia ſi eſſet pœnitẽti neceſſariũ pœnitentiã iniunctã acceptare, aut eſſet neceſſariũ ad hũc finẽ, ſcilicet, vt deo recõcilieť, aut vt deo ſatiſfaciat. Nõ primũ, quia ſupponit̃, q̃ homo ille ſit deo per cõtritionẽ ſufficiẽter recõciliatus. Sed nec ſecũdũ, quia q̃uis peccator teneat̃ deo ſatiſfacere, cũ hoc debitũ poſſit multis viis & modis ſolnere, ſequitur q̃ non tenetur ad vnũ determinatũ modũ ſatiſfaciendi, ſcilicet, per pœnitẽtiã iniũctã. Poteſt. n. aliter, ſcilicet, per pœnitẽtiã volũtarie aſſumptã, & ꝑ alia opera charitatis, & per feruorẽ charitatis ſatiſfacere. Et poteſt etiã ſatiſfactionẽ ad purgatoriũ remittere, cũ poſitq̃ fuit culpa remiſſa, nõ manſit peccator obligat⁹/ niſi ad pœnã tẽporalẽ/ in hoc ſeculo, vel in alio ſoluẽdam, in quam ſcilicet fuerat æterna cõmutata.

¶ Iã ad rationes ante oppoſitũ, dicẽdũ ad primũ, q̃ ex illa clauſula nõ colligit̃ obligatio acceptãdi pœnitẽtiã. Nam illud verbum/ ſtudeat/ nõ neceſſitatẽ importat, nec obligationẽ, vt cõſtat. Tum etiam, eſto q̃ obligationem diceret, eſſet ad implendũ pœnitentiam, vt dicit textus/ ſtudeat adimplere. Et cũ adimpletio præſupponat acceptationem, poteſt intelligi textus de pœnitentia iniuncta et acceptata. Niſi velis contendere, q̃ ſola iniunctio pœnitentiæ ſufficit, vt eã pœnitens teneat̃ complere, ita vt non ſit neceſſaria acceptatio: alioquĩ de acceptatione mẽtionẽ text⁹ ipſe feciſſet.

Sed hoc est, quod quærimus. ¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ clausula illa Matthæi. 26. non de foro pœnitentiali procedit, sed de contentioso: nam loquitur de absolutione ab excōmunicatione/ & de ligatione excōmunicationis. Quod patet, quia p̄ unusquisq; ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et statim in cōfirmationē potestatis excōmunicandi apostolis collatę/ subdūgit/ Amē dico vobis, Quæcūq; solueritis, erūt soluta: & quæcūq; ligaueritis. &c. Adde, ꝙ in foro pœnitētiali locum habet remittere & retinere peccata, non autem ligare peccata, si ligare positiue accipiatur, quomodo nō est idem retinere peccata & ligare peccata, quia retinere idem est, ꝙ non remittere, vt supra tetigimus. Ligare autem positiuum quid videt importare, quale sit, quando prælatus aliquē excommunicat. ¶ Si obicias, ꝙ sacerdos in foro pœnitentiali tenet vicem dei, igit cū pœnitētiā iniungit, perinde est ac si deus eam iniūgat, & ita tenetur pœnitens eam acceptare. Dicendum, ꝙ in hoc tenet vicē dei, scilicet, in remittēdis aut retinēdis peccatis: ad hoc enim illi data est potestas ministerialis in hoc foro, & quātum ad hoc/ voluit deus, ꝙ peccator sacerdoti locum dei tenenti se subiiceret. &c. Cæterū sicut voluntatis est ipsius sacerdotis pœnitentiā iniungere, ita voluntatis est ipsius pœnitētis eā acceptare. ¶ Ad tertium patet ex his responsio, ꝙ subditus in his, in quibus de necessitate subditus est, tenetur iudici parere & obtemperare: non tamen in his, in quibus non necessitate/ sed volūtate subiicitur. Sicut religiosus non tenetur prælato in omnibus obedire, sed in his, in quibus necessitate est illi subiectus, q̄lia sunt, ea quæ regulam & statuta ordinis concernunt, & ad regulę obseruantiā conferunt. Cum igitur peccator sit de necessitate confessori subditus/ quantum ad iudicium remittēdi aut retinēdi peccata, ad quod prærequiritur confessio: non tamē sic est de necessitate subditus confessori/ quantū ad taxationē satisfactionis/ vel modū satisfaciēdi, quia in hoc ipe pœnitens sui iuris est, licet nō in primo. Et q̄uis pœnitētia iniūcta sit salutaris & valeat ad satisfaciendum pro cōmissis/ similiter & ad præseruandū a recidiua, cū ipsi pœnitenti alia via vtrūq; procurandi & assequendi pateat, non videtur, ꝙ ad illam determinatam sit astringēdus. ¶ Ad quartū, esto ita sit, ꝙ pœnitens teneatur ad satisfactionem/ sicut ad contritionem & confessionem, non tamen ad talem/ vel talem satisfactionem, ut dictū est. ¶ Sed obicies forte, quod ait Augu. lib. de pœnitentia. cap. 15. Ponat se omnino in potestate iudicis, paratus omnia facere, eo iubente, p recipiēda animę vita, quęcūq; faceret, pro vitāda corporis morte. Verū id consilii est, non præcepti. Quis enim salutare sit pœnitēti multa bona cōsilia cōfessoris accipere, & eadem opere cōplere, non tamē est illi necessariū: nisi consilium tale sit, sine quo salus ipsius confitentis periclitabitur. De hoc enim videtur Augustinus in loco allegato intelligendus.

¶ Correlarie sequit ex dictis, ꝙ si pœnitēs nolit acceptare pœnitētiā a sacerdote iniūctā, etiā si moderata sit, nō ideo sacerdos debet ei absolutionē denegare, cuius cōtrariū diceret Ricardꝰ, & alii. Probat correlariū, quia p̄ hoc, ꝙ pœnitētiā nō acceptat, nō peccat, cū sit sui iuris in hoc: & p̄ consequens non ponit obicē, nec se indignū absolutione facit, ac p̄inde nō est illi absolutio denegāda. Et si ꝓprius curatꝰ sit, peccat, eā denegādo, cū ei incūbat ex officio obligatio tradēdi sacramēta subditis, saltē tpe necessitatis. Alius vero, qui alienꝰ est, pōt quidē illū absoluere pœnitentiā non acceptantē, non tamē tenet sicut suus ꝓprius.

Sed pone, ꝙ sacerdos nolit parochianū absoluere, nisi pœnitentiā moderatā iniunctā acceptet, An teneat tūc eā acceptare, cognito, ꝙ non aliter absoluetur? Et arguitur ꝙ sic. Primo, quia si in casu eam nō acceptat, per eum stabit, quominꝰ sibi peccata remittant, tā in terris/ q̄ ex consequenti in cœlis: cum in sua potestate sit remissionem in casu obtinere. Cum sit igitur ei necessarium remissionē illā procurare, sequitur, ꝙ ex consequenti erit ei necessariū pœnitētiā illā acceptare. ¶ Confirmatur hoc. Qui tenet ad finē, tenet ex cōsequenti ad mediū licitū & possibile, sine quo finem illū obtinere nō pōt, sed peccator tenet procurare remissionē peccatorum in terris & in cœlis: & in casu non apparet mediū aliud, nisi acceptādo

pœnitē

pœnitentiam, quæ ſibi licita & conue=niens eſt, igitur tenetur &c. ¶ Secundo cõ firmo a ſimili, de eo, qui habet paruulum morti propinquum, nec eſt, qui poſſit eũ baptizare/ niſi ſimoniacus, qui illum bap tizare non vult, niſi oblata illi certa pecu nia, quam facile homo ille offerre poteſt: in tali caſu homo ille tenetur pecuniam exactam offerre, vt paruulo ſacramentum baptiſmi miniſtretur: alioquí videretur pe cuniã paruuli ſaluti ſpũali prę ferre. Igitur pari forma in præſenti tenebitur pœnitẽs pœnitentiam illam acceptare, ne inabſolu tus decedat: maxime ſi ſit infirmus/ & ti=meat mori. ¶ Tertio confirmatur per aliud ſimile. Si homini occurrant latro=nes in via, a quo exigunt centum ducatos, quos niſi dederit, eum occident: talis tene=tur ad finem hunc, ſcilicet, vt vitam corpo ralem ſaluet, pecunias exactas tradere. Igi tur a fortiore ad finem obtinendi remiſ=ſionem peccatorum ab eccleſia in terris: & ex conſequenti in cœlis, tenetur pœni=tens in caſu pœnitentiam illam acceptare. ¶ Reſpon. His non obſtantibus tenendũ eſt oppoſitum, conſequenter ad dicta reſ=pondendo. Quod autem rationes factæ non probent/ quod prætendunt, conſtat, quia tunc non ſolum teneretur pœnitens in caſu acceptare pœnitentiam moderatã/ ſed immoderatam, modo ſit licita & poſ=ſibilis ipſi pœnitenti. Imo & ſi ſacer=dos loco pœnitentię, vel per viam exactio nis ſeu extorſionis iniungat illi, q̃ det ipſi confeſſori centum ducatos, aut aliud huiuſ modi, alioquí non eum abſoluturus, tene retur pœnitens illi pecuniam exactã dare. Quod nemo diceret. Et patet ſequella, quia alioquí per eum ſtaret, quominus remiſ=ſionem peccatorum in terris aſſequatur. ¶ Ideo dicendum, q̃ tunc dicitur per ali=quem ſtare quominus ſacramentaliter ab ſoluatur, quando omittit facere quod de=bet, ad prefatam abſolutionem obtinen=dum. Cum igitur in caſu homo ille fecerit quod ex parte ſua debuit, quia ſe ſacerdoti humiliauit, & eidem integre cõfeſſus eſt, & de peccatis dolens humiliter veniam & abſolutionem petit: tunc ſi confeſſor ei abſolutionem ſimpliciter denegat, aut ali quid in debitũ ab eo exigit, vt eum abſol=uat, iam non ſtat per pœnitentem, quomi=nus remiſſionem obtineat, ſed per confeſ=ſorem, qui non vult ex parte ſua facere, qd debet, ſcilicet eum abſoluere, nil a pœni=tente in debitum exigendo. Vnde in caſu ſi ſacerdos non remittit illi peccata, deus remittit. Nec obſtat dictum Chriſti, Quo rum retinueritis peccata, retenta erunt, id eſt, Peccata quæ vos non remiſeritis, ego non remittam. Nam hoc intelligi=tur, quando per peccatorem ſteterit, quo minus a ſacerdotibus abſoluatur. Quod in caſu non contingit. Sed nec ſimpliciter eſt pœnitenti neceſſarium abſolutionem obtinere, ſed eam ſibi procurare, nil omittẽ do, quod ex parte ſua ſit neceſſarium. ¶ Et inde patet ad confirmationem primam, q̃ procedit de eo, qui ſimpliciter tenetur ad finem, aut cui ſimpliciter eſt finis ille ne ceſſarius, quod in præſenti non reperitur, quia nullus tenetur ſimpliciter ad actũ ex aliena voluntate pendentem, qualis eſt ab=ſolutio per ſacerdotem impendenda, nec illa eſt ſimpliciter pœnitenti ad ſalutẽ ne ceſſaria, vt patet. ¶ Ad ſecundam confir=mationem & tertiam, facile patet reſpon=ſio, quia ſi in illis caſibus eſt neceſſarium exactum tradere, ideo eſt, quia non aliter poteſt ſalus corporalis aut ſpiritualis ha=beri ſeu conſeruari. Secus in caſu præſen=ti, vbi ſi ſacerdotis abſolutio deſit, quia eam impendere non vult, ſufficit homini contritio propria.

¶ EX dictis oritur aliud du=bium. An vn⁹ ſacerdos poſ ſit cõmutare pœnitentiam per alium impoſitã. Et vi=deo communiter diſtingui de huiuſmodi ſacerdotib⁹, quia vel ſunt pares, ita vt nenter altero ſupe rior ſit, & tenetur q̃ poteſt. Vel alter eſt al=tero ſuperior: & tunc ſuperior poterit commutare pœnitentiam impoſitam ab inferiore, non autem econtra, tunc ſal=tem, quando pœnitentia facta a ſuperiore impoſita pro peccato, a quo inferior abſol uere non poterat, ſecus in aliis. Pro cauſa etiã vel neceſſaria/ vl vtili/ bene poteſt ſacer dos inferior pœnitentiam a ſuperiore im=poſitam relaxare, ſicut & epiſcopus poteſt p. nitentiã a Papa impoſitam/ vel ĩ toto/ vel in parte remittere, prout dolor/ & vita atq̃ conuerſio pœnitentis poſtulauerit.

Pro quo allegant cap̄. Latorem. 33.q.2.

¶ Hęc tamen, quæ communiter dicuntur, videntur procedere secundum opinionē ꝯmunē, quæ tenet pœnitentiam a sacerdote iniunctam esse de necessitate acceptandam, quia eam iniungit confessor, quatenus iudex est confitentis/& superior eo, & ita obligatio adimplendi talem pœnitentiam, nascit̄ ex potestate iudiciaria confessoris/& non ex voluntate acceptantis. Tunc enim apparenter/& vere diceretur, ꝙ sacerdos potest pœnitentiam per alium equalem impositam relaxare/vel commutare pro causa, ex quo vtriusq; æqua est potestas super illum pœnitentem. Quod ꝙ inferior pœnitentiam a superiore impositam non poterit relaxare, nisi quando præsumitur superior consentire, quod est, quando necessitas vrgeat, aut pia vtilitas exposcat. ¶ Tenendo tamen contrariā opinionem supra tactam, scilicet, ꝙ pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiā in foro pœnitentiali iniunctam, videtur ꝙ q̄uis vtilitas talis pœnitentiæ iniunctæ ex potestate clauium in parte procedat, obligatio tamen eam adimplendi/non nisi ex volūtate acceptantis prouenit: & in tantū obligatur eam adimplere, inquantum intendebat se ad eam obligare. Et secundū hoc non ita apparet, ꝙ sacerdos possit commutare pœnitentiam per alium sacerdotē parē/vel superiorem iniunctam. Sicut in obligationibus ex propria voluntate contractis, non habet potestatem cōfessor eas mutare, vt patet de obligatione, quæ oritur ex voto/iuramēto/aut ꝓmissione ipsi⁹ obligati: ad quorum amotionem maior autoritas necessaria est/q̄ sit in curato vel confessore inferiore. Et inde forte est, ꝙ inferiores sacerdotes pœnitentias iniunctas relaxare non possunt/nec in toto/nec in parte, vt innuitur cap̄. finali, in clemētina. de pœnitentiis & remissionibus. Ac proinde, si primam responsionem velimus tenere cum communiter loquentibus, intelligatur illa responsio procedere, quādo confitens se subiicit confessori, non solū quo ad remitti/vel retineri peccata, sed etiam quo ad iniunctionem & taxationē pœnitētiæ. Quia tunc, eo suppositio, sicut absolutio a peccatis est actus iudicialis, in quo est confessor supra pœnitentem: ita & pœnitentiæ iniunctio. Et ita puto cōstitentes, vt in plurimum, se confessoribus in vtroq; subiicere, tam scilicet in remittendis & retinendis peccatis, q̄ in iniunctione pœnitentiæ, modo sit moderata. Si tamen aliqui nollent se confessori nisi in primo subiicere, curreret secunda responsio. ¶ Illud tamen addendum est, ꝙ nec clementina fi. de pœnitentiis & remiss. nec cap̄. Latorē. supra citatum faciunt ad præsentem quæstionem. Nam clementina loquitur contra quæstores, qui cum potestatem non habeant, tertiam tamen & quartam partem de pœnitentiis iniunctis per viam indulgentiæ relaxant. cap̄. etiam Latorē. procedit de pœnitentia in casu reseruato impositā, non in foro pœnitentiali, sed contentioso, ob peccatum graue & enorme, quod ipse delinquēs fuerat Papę non sacramentaliter cōfessus. Ac proinde non satis pertinenter doctores præfatos textus ad propositum citant.

Liud dubium iuxta dicta, An sit peccatum mortale pœnitentiam iniunctam & acceptatam non adimplere, vbi nulla sit causa iusta non adimplendi. Et dixit Caietan⁹ ꝙ non, quia si sic, vel hoc esset ratione pręcepti ipsius cōfessoris, q pœnitentiā iniungit: vel qa ad salutē ipsius pœnitētis eā adimplere sit necessariū: vel qa est necessaria talis adimpletio ad satisfaciēdū deo. Nō ꝑmū, qa multa humana ꝑcepta sunt, q̄ non obligant sub pœna peccati mortalis. Nec secundum, quia sine tali pœnitētia potest homo salutem præsentem, idest gratiam habere, & finalem similiter consequi. Nec tertium, quia poterit homo hoc & illo/& alio modo deo satisfacere, hic, & in purgatorio, &c. Igitur.

¶ Respon. Siue teneamus primam sententiam, scilicet, ꝙ confessor iniungens pœnitentiam obligat ipsum pœnitentem, siue teneamus secundam, ꝙ pœnitens ad eam non obligatur/nisi eam acceptet: obligatio eam adimplendi non excedit limites voluntatis vnde orta est, Ac proinde si primum teneamus, tunc ad intentionem iniungentis est recurrendum: quia si voluit pœnitentem obligare sub pœna peccati mortalis/vt pœnitentiam iniunctam adimpleat

impleat, videtur ad eam sub eadem pœna teneri: maxime si talis pœnitentia notabiliter illi pœnitenti ad eius salutem conueniat. Si tamen non hoc animo eam iniunxit/sicut nec iniungere debuit, ob id, ꝙ austera & difficilis est, aut quia tam parum conferens ad salutem pœnitentis, vt indignasit, quæ sub pœna peccati mortalis imponatur, tunc curreret responsio Caietani. ¶ Sed si alteram sententiam teneam?, scilicet, ꝙ pœnitens non tenetur pœnitentiam acceptare, tunc ex voluntate ipsius, qui pœnitentiam acceptat, nascitur obligatio hæc/vel illa/ad complendum eam. Itaq; non est ad quæstiunculam indistincte respondendū. Vt tamen arbitror, peccatores pro maiori parte ad pœnitentiæ impletionem se obligatos esse sub pœna peccati mortalis reputant: & tunc ratione conscientię tenebuntur sub eadem pœna eam adimplere.

¶ De pęnitentia iniuncta extra gratiam adimpleta.

Ed supposito, ꝙ pœnitens teneatur sub pœna peccati mortalis pœnitentiam acceptam implere, an teneatur eam in gratia adimplere. Et dixerunt quidam ꝙ sic, eo ꝙ pœna ęterna per cōtritionem fuit in pœnam temporalem deo gratam & acceptam commutata, eo ꝙ talis commutatio fuit ex gratia dei facta, qui sibi peccatorem amicabiliter reconciliauit, volens ꝙ sibi amicabiliter satisfaciat. Hoc autem fieri non potest, nisi in gratia dei talis satisfactio fiat, loco cuius pœnitentia fuit per sacerdotem iniuncta. Tum etiam, quia pœnitentia non ad aliud principaliter fuit iniuncta, nisi vt pœnitens per eius adimpletionem deo pro offensa prius cōmissa satisfaciat: ad hoc autem gratia op? est, vt statim dicetur.

¶ Oppositum tamen videtur tenendum, scilicet, ꝙ non tenetur pœnitēs facere pœnitentiam iniunctam in gratia sub pœna noui peccati. Probatur, quia vel teneretur ad id ratione præcepti sacerdotis pœnitentiam iniungentis: vel ratione finis, quem sacerdos intendit, scilicet, vt pœnitens deo satisfaciat. Neutrum videtur dicendum. Non primum, quia pręceptum sacerdotis non debet esse magis priuilegiatum/ꝙ̄ præcepta dei & ecclesiæ, sed huiusmodi præcepta non sunt sub pœna peccati in gratia adimplēda, vt pro nunc suppono, igitur nec præceptum sacerdotis pœnitentiam iniungentis/debet sub pœna peccati in gratia adimpleri. Nec potest dici secundum, quia intentio finalis præcipientis non cadit sub præcepto, vt si deus præcipit aliqua opera hac intentione, vt ea cōplendo vitam ęternam mereamur, satisfacimus pręceptis, illa agendo, etiam si per ea non mereamur: alioqui omnes qui in peccato mortali existentes debitam parentibus reuerentiam exhibent, aut pauperibus eleemosynam ex pietate elargiuntur, aut quicquid aliud eis iussum ex bono fine & intentione faciunt, peccarent mortaliter, ob id solum, quia sine charitate ea faciunt. ¶ Præterea si tenerentur pœnitentes sub pœna peccati pœnitentiam in gratia complere, sequitur hoc inconueniens, ꝙ semper essent perplexi & dubii, an eam in gratia compleuerint, an non: & ita ob dubium tenerentur eam reiterare. Sequela patet, quia ꝙ̄uis homo conscientiam peccati non habeat, tempore quo pœnitentiā complet, non tamen potest certus esse/se habere tunc gratiam, iuxta illud Pauli, Nil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et illud Iob. Si simplex aut iustus fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et inde sequitur, male agere pœnitentem, acceptando pœnitentiam iniunctam, quia exponit se periculo peccandi, ex quo obligat se ad aliquid, de cuius ad impletione certus esse non potest.

¶ Pręterea arguitur, quia tunc sequitur aliud inconueniens, scilicet, ꝙ huiusmodi pœnitentię iniunctio esset occasio obstinationis ipsius pœnitentis, quia si sit illi iniuncta pœnitentia ieiunandi decem diebus (exempli causa) certis & signatis, & post eam acceptatam ieiunet vna die in peccato, iam manet impossibilitatus totā pœnitentiam in gratia facere: quod attendens ipse pœnitens, facile desisteret a ieiunio aliarum dierum, quod esset ei peccatum. Aut si proponat aliquid vetitum facere, vel aliquem contractum illicitum exercere, hoc ipso desisteret a pœnitentię adimpletione, sciens in casu nil sibi adimple-

tionem pœnitentiæ profuturam.

¶ Ad rationem autem pro contraria sententia ante oppositum tacta, dicendum, ꝙ videtur supponere duo falsa, scilicet, ꝙ satisfactio deo fieri non potest, nisi in gratia. De quo post. Alterum, ꝙ vi contritionis non commutatur ęterna pœna absolute in temporalem, sed cum hac lege & conditione, ꝙ illa temporalis in se vel ęquiualenti soluatur in gratia, seu amicabiliter, vt dicunt. Quod tamen inde patet falsum esse, quia tunc sequeretur/si homo de peccatis contritus/pœnam illam in hoc seculo amicabiliter non soluat, & finaliter in mortali decedat, ꝙ æternaliter punietur pro peccatis, de quibus contritus fuit. Patet hoc, quia ex quo commutatio æternæ pœnæ non fuit in temporalem commutata/nisi sub illa conditione, sequitur ꝙ nō subsistente conditione, ꝙ cōmutatio non tenuit, & ita æternaliter punietur pro peccatis dimissis quo ad culpam, ac si dimissa non fuissent. Nec valet, ꝙ ait Adrianꝰ ad id respondens, ꝙ licet verum sit, ꝙ pro dimissis punietur æternaliter, non tamen adeo acerbe, sicut si remissa non fuissent. Huius enī oppositū suadet hæc ratio, si cōmutatio nō fuit facta nisi sub conditione.

¶ Secundo eadem falsitas patet ex alio, quia posita absolute causa alicuiꝰ effectus/ponitur absolute talis effectus: sed tēpore contritionis absolute ponitur causa remittendi pœnam ęternam debitam peccatis commissis, puta cōtritio & gratia seu charitas, igitur absolute ponitur effectus, scilicet remissio talis pœnę æternę. Vnde rursus fit, vt etiam si pœnitens omnino omittat pœnitentiam adimplere, non punietur æternaliter pro peccatis dimissis.

QUæro igitur non teneatur pœnitens in gratia facere pœnitentiā iniunctam sub pœna noui peccati, an saltē ad id sit illi necessarium in gratia facere, vt talis pœnitentia sit deo pro commissis satisfactoria. Et teneť satis cōmuniter ꝙ sic, quia pœnitentia per hoīem cōpleta, non est de se satisfactoria, nisi quia a deo acceptať: acceptari aūt a deo de lege nō pōt sine charitate, sine qua nil deo placere potest, igitur pœnitentia in peccato completa nō est satisfactoria apud deum. Minor patet, de omnibus tribus operibꝰ, quę sunt partes satisfactiōis, scilicet de oratione, ieiunio, & eleemosyna. De oratione quidem, iuxta illud Esaiæ, Si multiplicaueritis orationes, nō exaudiā. Et datur pro causa, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt, id est, peccaminosæ seu pollutę. De ieiunio similiter ex illo Esaię. Ecce in die ieiunii vestri inuenīť voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis, Et alia huiusmodi addit, in quibus significat causam, quare ieiunium eorum non acceptaret, scilicet, propter commixta alia peccata. De eleemosyna, similiter patet ex illo pauli. Si distribuero omnem substantiam meam in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Igitur pœnitentia iniuncta in peccato mortali facta, non est satisfactoria pro peccatis apud deum. Esa.1. Esa.58. Adro.13

¶ Oppositum tamen videtur probabiliter esse tenendū, scilicet, ꝙ pœnitentia in peccato mortali adimpleta, est apud deū satisfactoria, saltē large, ita scilicet, vt valeat ad dimissionē pœnę tēporalis peccatis dimissis debitæ. Et probatur primo, quia, vt ex dictis patet, per contritionem fuit ęterna pœna in temporalem commutata, idꝙ non conditionaliter, sed absolute, vt nuper probabam: igitur si peccator illam pœnam soluat/siue in gratia/siue extra gratiam, cedet ei in solutū, & erit apud deum satisfactoria. ¶ Præterea, & est cōfirmatio eiusdē. Nō sunt deteriōris cōditiōis viatores, q̄ qui sunt in inferno dānati, in hoc, quod est a debito pœnę liberari, ex quo in hac vita est locus misericordiæ, & in futura est locus iustitiæ & rigoris, sed damnati in inferno pœnam temporalem, in quam fuerat ęterna commutata, sustinentes, satisfaciunt deo pro dimissis, ita vt maneant liberi ab illo debito. Minor autem patet, qa alioquī damnati punirentur æternaliter pro peccatis dimissis/quo ad culpā, sicut & pro non dimissis, quod ostensum est supra falsum esse. ¶ Præterea debitor soluendo debitum creditori, liberatur a debito, etiam si solutio non fiat in gratia & amicitia creditoris, Id patet, siue creditor sit homo/siue deus. De homine quidem patet, quia si debeo decē ducatos Petro, soluendo eos Petro, satisfacio, etiam si Petrꝰ sit mihi

sit mihi inimicus. De deo etiam patet. Si voui, iurauí, aut promisi me aliquid in cultum dei facturum, si illud compleo, etiam cum amicus dei non sim, satisfacio, ita, vt non tenear rursus eodē debito. Similiter de præceptis dei idem patet, si illa adimpleo etiam in peccato mortali, satisfacio, ita, vt non tenear rursus eodem debito: cum præcipientis intentio non cadat sub p̄cepto: igitur pari forma si pœnitentiā iniūctam in peccato mortali adimpleā, satisfacio apud deū, ita, vt cedat mihi in solutū.

¶ Præterea, multorum opera in peccato mortali facta legitur deum præmio temporali remuneraſſe, vt patet de romanis, quibus deus imperium mundi/ob eorum iusta opera tradidit, vt ait Augustinus in de ciuitate dei. Similiter Aegypti regnum dedit deꝰ Nabuchodonosor viro gētili/& idololatræ ob strenua opera, quæ veluti dei minister in bello gessit, vt habetur Ezechielis. 29. Et obstetricibus Aegyptiis deus ædificauit domos, ob pietatem, quā ad parvulos hebræorum habuerunt, vt legitur in Gen̄. Igitur non mirum si pœnitentiam peccatoris in peccato mortali factam deus remuneret tali præmio temporali, quale est, remittere pœnam tēporalem prodimissis debitam, si p̄mium dicitur conuenienter.

¶ Nec obstat ratio cōtrariæ opinionis supra facta. Nam q̄uis humana opera non sint apud deum satisfactoria de se, nisi quia a deo acceptata sunt, falsum tamen est, q̄ deus non accepte bona opera in peccato facta, non quidem ad vitam æternā/cum mortua sint, sed ad temporalem remunerationem; & pœnę temporalis remissionem. Quemadmodum dictum est, deum sepe bona opera in peccato mortali facta, ad temporale præmiū acceptasse. Quod autem ex Esaia. 1, allegatur, scilicet, q̄ deus non exaudit orationes, eo q̄ orantes sunt in peccatis, non facit contra hanc sententiam. Nam ex ipsomet textu, scilicet ex antecedentibus & sequentibus apparet, deum intendere dicere, q̄ orationes a iudeis multiplicatæ, non erant eis profuturæ, ad hoc scilicet, vt liberarentur a pœnis & flagellis, quæ deus illis in hoc seculo inferre parauerat, qualia erant bella, captiuitas, & paupertas, quæ, deo volente, Iudei ob suam pertinaciam erant passuri, sicut & passi sunt. Similiter videtur dicēdū ad illud, quod de ieiunio dictum est per Esaiam. 58. q̄ illic innuit dominus, ieiunium hominum non illis profuturum, ad euadendū pœnas huius seculi. Quod inde colligitur, quia ait textus in persona eorum, qui de deo queruntur. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimꝰ animas nostras, & nescisti? Ex quo apparet, illos conqueri, q̄ a pœnis visibilibus huius seculi non liberarent̄, nec illis ad id ieiunare prodesset. Quæ quæ rela de pœnis alterius seculi locum non videtur habere, cum in hoc seculo homines nondū sciant/nec videant, q̄ ab illis per ieiunia liberētur. ¶ Sed forte quæres, quare oratio/& ieiunium/& alia bona opera in peccato facta valent ad hoc, q̄ homines liberētur a pœnis saltem tēporalibus alterius seculi, quæ longe grauiores sunt, & non valent/vt liberentur a pœnis huius seculi? Respō. Quia pœnas huius seculi deus nec de iustitia legis infligit, nec de iustitia legis eas tollit: sed p̄suppositis demeritis/eas pro voluntate infert, & pro voluntate tollit. Pœnas autem alterius seculi de legis iustitia infert, similiter de legis iustitia eas tollit, & remittit ob opera/vel satisfactionem ipsius debitoris.

¶ Ad aliud ex Paulo allegatum, in quo ait, eleemosynā sine charitate nil prodesse, intelligitur cōmuniter ad vitam æternam. Secus ad alia bona temporalia. Concluditur ergo probabiliter, q̄ pœnitentia iniuncta/& in peccato mortali adimpleta satisfactoria est apud deum satisfactione liberante, licet non satisfactione reconciliante: nam ad hanc est necessaria charitas. Sed de hoc postea.

Ed vltra esset dubitatio, An huiusmodi pœnitentia in peccato facta, sit de necessitate iteranda. Dixit Tho. cum aliis distinguendo de tali pœnitentia, quia vel relinquit post se effectum pœnalem/vel nō. Si sic, non est de necessitate iteranda, eo/q̄ aduenīente charitate talis pœnitentia in peccato facta incipit esse satisfactoria ratiōe effectus perdurantis vsq; ad superuentū charitatis, ad modum baptismi, qui si in

peccato ſuſcipiat, poſtea incipit prodeſſe, quando fictione recedente, charitas ſuperuenit: idq; ex eo, q; poſt ſe relinquit effectum: ſcilicet characterem permanētē. Si vero talis pœnitentia in peccato facta non relinquit effectum pœnalem, qui vſq; ad ſuperuentum charitatis duret, talis pœnitentia venit reiteranda, quia nec quando fit, nec quando charitas ſuperuenit, eſt ſatiſfactoria. vt quādo eleemoſyna & ieiunīū poſt ſe relinquunt prefatū effectum, nam ieiunium relinquit corporis debilitatem, eleemoſyna vero priuationē alicuius boni temporalis, oratio autem nullum talem effectum pœnalem relinquit, ideo ieiunium & eleemoſyna/ & ſi in peccato fiant, nō ſunt de neceſſitate reiterāda, oīo aūt ſic. ¶ Contra hanc poſitionē videtur primo non eſſe ſemper verum ieiunium & eleemoſynam præfatum relinquere effectum/ & orationem nō: nam ſępe accidit, q; poſt ieiunium non ſolum non reliquatur corporis debilitas, ſed melior ipſius valetudo & diſpoſitio: quandoquidem per inediam ſeu abſtinentiam a cibo & potu multi humores groſſi, qui corporis valetudinē impediebant, conſumuntur, vnde corpus remanet fortius & melius diſpoſitum. Et eſto aliquando maneat debilius, illa tamen debilitas ſępiſſime expellitur citiꝰ/ q̄ charitas ſuperueniat. Idem de eleemoſyna videtur, q; q̄uis relinquat poſt ſe priuationē boni temporalis, illius ſcilicet, quod in eleemoſynam datū eſt, ſtat tamē, q; aliud tantū dem illico reſtauretur, vel per viam donationis/ vel per induſtriam, vel alio modo, quod alioquī euēturum non erat, Econtra vero de oīone ſępe accidit, vt poſt ſe relinquat corporis debilitatem, vt ſi fiat cum vehemēti cōtēplatione, quam certum eſt, digeſtionē ſępe impedire, & ea impedita, neceſſe eſt membra corporis non nutriri, ac proinde debilitari. Itaq; accidit huiuſmodi pœnitentiis ſic adimpletis, q; poſt ſe pœnalem relinquant effectum. Ex his aūtē quæ tam contingenter accidunt, velle inferre concluſionem certam, non eſt rationabile. ¶ Secundo, Eſto ita eſſet, q; tales pœnitentię effectum prefatum relinquāt, qui duret vſq; ad ſuperuentum charitatis, non videt verum, q; ille effectus incipiat eſſe ſatiſfactorius, charitate veniente. Nam quæro, vel hoc cōuenit illi effectui ex natura ſua, vel ob cauſam ſuam, ſcilicet pœnitentiam prius factam, ex qua effectus ille relictus eſt, vel ratione charitatis ſuperuenientis, vel ratione nouę complacentię, qua homo ille in illo effectu complacet. Sed nullum horū videtur dicendum. Nō primum, quia nulla actio, aut paſſio hominis eſt de natura ſua ſatisfactoria deo p peccatis commiſſis. Nec ſecundum, quia ſi effectus incipit ſatiſfactorius eſſe ꝓpter pœnitentiam ex qua relictus eſt, a fortiore igitur illa pœnitentia inciperet eodē modo eſſe ſatisfactoria, aduenientе charitate, quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, conſequens inde videtur falſum. Quia, ſecundum opinantes, nil poteſt eſſe deo ſatisfactorium, niſi quod viuit vita gratiæ: ſed pœnitentia in peccato facta, quando fit, non eſt viua/ ſed mortua, quando venit charitas; nō eſt viua, quia nō eſt/ nec reuiuiſcit, quia nunq; vixit. Nec de illa in caſu poteſt verificari per ſuperuentum charitatis, q; ſit ex charitate facta: igitur nunq; de ea verificatur, q; ſit ſatisfactoria. Sed nec poteſt dici tertium, ſcilicet, q; effectus præfatus incipit eſſe ſatisfactorius ratione charitatis ſuperueniētis: quia tūc ſi ſola charitas ſuperueniens id efficeret, ſequitur q; vndecūq; talis effectus pœnalis eſſet relictus, inciperet eſſe ſatisfactorꝰ per eandem charitatem, ſiue talis effectus ex natura proueniat/ ſiue ex vitio/ ſiue alio indifferente exercitio, quod ſuppono falſum. Nec etiam poſſunt dicere quartum, ſcilicet, q; ratione nouę complacentię incipiat prędictus effectꝰ eſſe ſatisfactorius. Tum, quia talis ſatisfactio magis eſſet illi complacentię attribuenda, q̄ effectui naturaliter relicto. Tum etiam, quia talis cōplacentia ęque haberi poteſt de pœnitentia non relinquente effectum/ ſicut de relinquēte: & ita omnis talis, de qua habetur complacentia, diceretur incipere eſſe ſatisfactoria. ¶ Adde, q; hic modus dicēdi pręſupponit, q; pœnitentia in peccato cōpleta, non fuerit ſatisfactoria, nec vtilis, quod iam ſupra probatum eſt eſſe falſum. Quia q̄uis de rigore iuſtitię ſatisfactoria nō ſit, valet tamen per viam impetrationis.

¶ Caietanus a prefata opinione recedens, ait, q; nulla pœnitentia iniuncta & in peccato

cato adimpleta eſt de neceſſitate iterãda, ſiue relinquat effectum ſiue non. Ratio eius eſt, quia omnis talis ſuperueniente charitate incipit eſſe ſatisfactoria, eo, ꝙ eſt opus ſacramentale. Omne autem opus ſacramẽtale, quod quando fit, effectum ſuum non operatur ob obicẽ peccati, recedente obicẽ, eũ operatur, vt dicit hoc de omni ſacramento verificari/pœnitentia autem virtute clauium iniuncta eſt ſacramentalis, & ſi in gratia fieret, eſſet ſatiſfactoria: igitur etiã erit ſatisfactoria, gratia ſuperueniente.

¶ Verũ hæc poſitio deficere videtur. Primo in eo, quod ait, omne ſacramẽtum in peccato ſumptũ incipere prodeſſe ſuperueniente charitate, quod licet admittatur de ſacramentis initerabilibus: vt de baptiſmo ſolet exemplificari, iuxta cap̃. Tũc valere. de cõſecra. diſtin. 4. attamẽ de aliis ſacramentis, quę iterari poſſunt, nõ ita veriſimile eſt. Abſurdũ enim videtur, ꝙ euchariſtia indigne ſumpta, quæ valet ad iudicium & condẽnationẽ ſumentis, poſtea adueniente charitate incipiat ad ſalutẽ eternam prodeſſe, ita de aliis videtur. ¶ Secũdo deficit, vt videtur opinio, quia ęquiparat quantũ ad rationẽ ſacramẽtalitatis pœnitentiam iniunctam ipſis ſacramentis, cũ tamen valde ſint diſparia: nam ſacramenta ſunt opera dei diuinitus inſtituta, quorũ valor innititur meritis Chriſti, non merito operantis. Econtra vero pœnitentia iniuncta, & per hominem adimpleta, opus hominis eſt: & eius valor merito innititur operantis, nil enim præſtat ex opere operato, ſicut ſacramenta præſtant: maxime ſi pœnitentia iniuncta intantum liberat præciſe pœnitentem a pœna, inquantum iudicio diuino conformis eſt, vt multis placet. Et ſi quid virtute clauiũ/aut ex opere operato illa pœnitentia iniuncta & adimpleta p̃ſtat, tale eſt, quod abſq; charitate præſtari poteſt, puta remiſſio pœnę tẽporalis. Et ita ante ſuperuentum gratię, ipſa pœnitentia in peccato facta, ſuũ operaretur effectum/virtute clauium. ¶ Tertio falſum videtur ſecundum eos, ꝙ illę pœnitentiæ in peccato factę incipiant eſſe ſatisfactorię adueniente charitate, quia tunc etiam eſſet dicendum, ꝙ incipiunt eſſe meritoriæ. Tũ, quia ſi in charitate factę fuiſſent, non ſolũ ſatisfactorię ſed meritorię fuiſſent: igitur ſi valent adueniente charitate, quod valuiſſent ſi in charitate factę fuiſſent, ſequitur intentum. Tum etiam, quia ex fundamento poſitionis, quæ ait, opera in peccato facta non ꝑdeſſe, iuxta illud Pauli, ſi diſtribuero ſubſtantiam meam, &c. charitatem autem non habeam, nil mihi prodeſt. Videtur, ꝙ prefatę pœnitentię incipiunt valere ad vtrunq;, ſcilicet, ad merendum/& ſatisfaciendum/vel ad neutrum. Nam Paulus ſecundum opinantem vtrunq; excludit ab operibus in peccato factis, igitur adueniente charitate, iſti ſic opinantes vtrũq; debent admittere, vel vtrunq; excludere. Primum alias oſtenſum eſt eſſe erroneum: igitur admittant ſecundum.

¶ Dicẽdum igitur ad quæſtionem, ꝙ duobus modis poteſt intelligi eſſe neceſſariũ reiterare pœnitentiam iniunctam in peccato factam. Vno modo, ꝙ ſit neceſſarium abſolute ſub pœna noui peccati. Alio modo, ꝙ ſit neceſſarium conditionaliter, vel ex ſuppoſitiõe, ſcilicet, ſi vult homo deo pro peccatis ſatisfacere. Et dicendũ, ꝙ neutro modo eſt neceſſarium prefatam pœnitentiam iterare. Patet hoc de primo ſenſu, quia nil eſt homini neceſſarium ſub pœna noui peccati, ad qđ nulla lege aut precepto aſtringitur. Vbi enim non eſt lex, nõ eſt prævaricatio: ſed nullo præcepto diuino naturali aut humano teneẽ homo prefatam pœnitentiam iterare, quia non habet aliud preceptum de implenda illa pœnitentia, niſi præceptum ſacerdotis eam iniungentis: ſed tali præcepto iam eſt ſatisfactum per adimpletionem pœnitẽtię, etiã ſi in peccato ſit adimpleta, cum ſacerdos non obligauerit illum, vt in gratia pœnitentiã expleret, vt ex dictis patet. De ſecundo etiam ſenſu idem patet, quia eſto non reiteretur illa pœnitentia, patet homini alius modus ſatisfaciendi deo pro peccatis, ſcilicet, per feruorem charitatis, per repetitam contritionem, per alia varia opera & officia charitatis poteritetiam ſatisfactionem ad purgatorium remittere.

¶ De effectu pœnitentię iniunctę.

Codex de confessione.

Illud dubium, An pœnitens cõplens pœnitẽtiam sibi iniunctã in gratia, maneat omnino liber a peccatis commissis, ita, vt nulli pœnę amplius sit pro illis obnoxius. Et dixerũt aliqui, Tho. Duran. Alexander, ꝙ vel sacerdos iniũxit pœnitentiam minorem/vel ęqualem/vel maiorem, q̃ sit pœna a deo pro commissis taxata. Si minorem, non erit homo ea adimpleta ab omni pœna liber. Si maiorẽ aut ęqualẽ, ea adimpleta, erit liber. Et cũ hoc secũdum sit certũ, primũ probatur, quia sentẽtia sacerdotis nõ mutat sententiã dei: ac proinde si deus quando remisit culpã per contritionem/aut per cõfessionẽ, eam commutauit in temporalem certam & determinatam, sequit̃ ꝙ illi erit homo obnoxius quam cũ q̃ pœnitentiam illi sacerdos iniungat. Vnde fit, vt pœnitẽtia iniuncta si debeat pœnitentem ab omni pœna purgatorii pro cõmissis liberare, opus est, vt sit conformis diuino iudicio, & diuinę taxationi. Inde iterum fit, vt si pœnitentia iniuncta sit citra condignam a deo taxatam, & eam peccator hic soluat, residuum soluet vel hic, vel in purgatorio. Si autem sit iniuncta maior/q̃ ea, quam deus taxauit/& impleat eam non in toto' sed in ea parte, quæ diuinę taxationi respondet, pro residuo non punietur in purgatorio, si sic decedat.

¶ Contra hanc opinionem arguitur rationibus Scoti. Primo, quia ex quo sacerdos habet potestatem iniungendi pœnitentiã peccatori, hęc autem potestas est arbitraria, cum sit arbiter cõstitutus in causa hac ad forum pœnitẽtialem pertinente, sequitur ꝙ sacerdotis sententia erit rata & valida, etiam si non sit punctualiter cõformis iudicio seu taxationi diuinæ. Nam irrationabile omnino videt̃, ꝙ alicui sit concessa potestas arbitrandi in aliqua causa, si eius iudicium non sit ratum & validum, nisi a casu, quale esset taxatio sacerdotis, quã esse taxationi diuinę conformem, contingẽtissimum & casuale omnino est. ¶ Secũdo, irrationabile etiam omnino videtur, ꝙ alicui sit commissa potestas arbitrandi in causa partium, si arbitrari nõ possit nisi secundum voluntatem vnius partis. In præsenti autem causa partes sunt deꝰ offensus/ & peccator reus, inter quos iudex arbiter est sacerdos constitutus. Si igitur arbitrari non posset nisi secundum voluntatem dei determinatam, sequitur intentum. ¶ Tertio si sacerdos iniungat pœnitenti pœnitẽtiam aliquantulum maiorem/ q̃ sit pœna a deo taxata, non erit liber peccator, nisi eã soluat, igitur etiam si sacerdos iniunxerit pœnam aliquantulum minorem/ q̃ sit pœna a deo taxata, erit pœnitẽs eam complens omnino liber. Probo cõsequentiã, quia deus pronior est ad miserendum, q̃ ad puniendum.

¶ Vnde concludit hic doctor, ꝙ sicut iustitia commutatiua non consistit in indiui sibili/sed habet suam latitudinẽ intra quã est gradus rigidus/infimus/& medius, vt solet in precio rei venalis exemplificari: ita & iustitia punitiua habet suam latitudinem, intra quam possunt similiter tres hi gradus assignari: & pœnitentia citra hanc latitudinem imposita, non sufficit ad liberandum pœnitentem. Et pœnitentia imposita vltra illam latitudinem, non erat homini necessaria, nec illi imponenda. Verũ illa quæ intra hanc latitudinem fuerit imposita, siue attingat punctuale medium/siue ab eo deficiat, siue excedat, est quæ hominem ab omni pœna liberat, & cui homo subiectus & obnoxius est. Ac proinde contingit, ꝙ per pœnitentiam iniũctã citra diuinam taxationem, homo maneat omnino a commissis liber. ¶ In cuius cõfirmationem addo, ꝙ alioquĩ si scilicet taxatio sacerdotis vt plene liberet pœnitentem opus est ꝙ taxationi dei respõdeat, nõ viderentur claues sacerdotis in hac re aliquid pœnitenti prodesse, cum tamẽ ex euãgelio sententialiter deducitur, sententiam sacerdotis ĩ terra datã, in cœlis approbari.

¶ Sed contra hanc imaginationem occurrit dubitatio, quia tunc si in gradu rigido illius latitudinis sit iniuncta pœnitentia, & ob aliquod impedimentum non adimpleta, sequitur, ꝙ ille punietur in purgatorio pro peccatis suis plus/q̃ si pœnitentia nõ fuisset illi iniuncta: & ita noceret huiusmodi pœnitentias pœnitentibus iniungere. Consequentia patet, quia pœnitentia iniuncta in illo gradu rigido excedit taxationem a deo factam. Respon. Ex quo sententia sacerdotis intra illam latitudinem data

in cœlis

in cœlis approbetur, consequenter est illa tum cōcedendum, quia illam iniunctam debet peccator soluere hic, vel alibi, scilicet in purgatorio. Nec inde sequit esse nociuas huiusmodi pœnitētias iniūctas, quia multo maior est vtilitas talium pœnitētiarum iniūctarum, q̄ sit damnū hoc, quod euenit ex rigida pœnitentia, quia acceptādo illā, meretur augmentū gratiæ/& gloriæ. Et similiter eam implendo, ratione iunctionis factę, est magis meritoria, q̄ si voluntarie fieret, saltem propter obedientiam ex qua fit. Et si non fiat, quia fieri nō potuit, voluntas tamen eam faciendi, pro opere reputatur, quantum ad meritū gratiæ & glorię. Quod sine cōparatione maius bonum est, q̄ sit malum aliquātulum plus in purgatorio detineri. ¶ Aliud etiā quenq̄ contra prędatā opinionē mouere posset, quia illa latitudine in punitioe peccati admissa, tā incertum erit, an sit rata sententia arbitraria sacerdotis, ac si latitudo huiusmodi nō ponat: quia sine reuelatione, illa latitudo quanta sit, sciri non potest. Tū, quia id pēdet ex sola dei volūtate, nulli homini in hac re cognita. Tū, quia nesciri ab homine potest, quāta si pœnitētis cōtritio, aut q̄ satisfactoria sit, quia secundū varietatē cōtritiōis, varia esset latitudo assignanda. Respon. Ita est, q̄ exacte sciri non potest huiusmodi latitudo a deo signata: at tamē facilius est sacerdotē pœnitentiā iniungere intra illam latitudinē, quantacūq̄ sit, q̄ attingere punctuale medium a deo inuisibiliter taxatum.

¶ Si igitur hanc positionē teneamus, respōdendū est ad rationē prioris, quia verū est, q̄ deus quādo remittit culpā, cōmutat pœnā æternā in temporalē certā & determinatā nō absolute/sed cōditionaliter, scilicet, nisi peccator subierit sententiā sacerdotis, quia tūc si fuerit lata intra latitudinē iustitię punitiuæ ratificabitur in cœlis, & illi manebit peccator obnoxius. Itaq̄ qui per sacerdotes iudicati nō fuerint, soluent pœnam a deo taxatā. Qui vero fuerint p sacerdotes iudicati, vt dictum est, illam soluent, quā sacerdos, claue non errante, taxauerit. Et ita patet, q̄ sentētia sacerdotis nō mutat sententiam dei, quæ non nisi conditionaliter erat lata.

¶ Sed adhuc curiosius quęres, supposito, q̄ latitudo iustitię punitiuę respectu alicuius peccatoris sit. 10, 15. &. 20. &. 15. erat pœna punctualis a deo taxata, imponat tamē sacerdos pœnitētiam, scilicet, vt. 9. Iam est extra totā latitudinē, Quęrit, an completa illa pœnitētia vt. 9. maneat peccator obligato soluere hic vel in purgatorio residuū vsq̄ ad. 15. quod erat a deo taxatū, An vsq̄ ad initium latitudinis, scilicet, vsq̄ ad. 10. Si hoc secūdum detur, videtur ratio in oppositum, quia sententia lata extra totam latitudinem iustitię non approbatur in cœlis, & ita standū erit taxationi dei: & per cōsequens soluet peccator vsq̄ ad. 15. Quod si detur, fiat cōtra ratio, quia si fuisset iniuncta pœnitentia vt, 10. nil amplius esset soluēdum: igitur si fuit iniūcta & soluta, vt. 9. nil vltra/vnum/debebitur.

¶ Deinde esset dubiū, An illa latitudo iustitiæ punitiuæ habeat locum in pœnitētia volūtarie assumpta, an solum in iniuncta. Nam si in vtraq̄ habet locum, sequit q̄ implens pœnitentiam voluntariam intra latitudinem dictam, etiam si mediū pūctuale dei nō attingat, manebit peccator liber omnino, ac si fuisset in eodē gradu pœnitentia iniuncta: & per cōsequens parum aut nil operaret pœnitētia iniuncta virtute clauium, quantū ad liberandū hominē a debito ex peccato cōtracto. Respō. Quātulacūq̄ pœnitētia sit a sacerdote iniuncta, & per ipsum pœnitentē adimpleta, etiā si totā latitudinē supra tactā nō attingat, valebit ipsi pœnitēti per viā satisfactiōis, plus, q̄ si voluntarie esset assumpta: quia iniuncta pœnitentia nō nihil valoris habet virtute clauium, quod non habet, quando sola voluntate pœnitentis assumitur. Adimpleta igitur pœnitentia voluntarie assumpta, si deficit ab ea, quam deus taxauerat, residuū patiet hō in purgatorio. Adimpleta etiam pœnitentia iniuncta, quę fuit extra totam latitudinem præassignatam; scilicet, vt. 9. prout in casu ponitur, residuum vsq̄ ad pœnitētiam a deo taxatam soluet ipse pœnitens, excepto, q̄ valor iniunctæ maior est/q̄ voluntarie assumptę. Et ita nil incōuenit dicere, q̄ si sacerdos pœnitentiam vt. 10. iniunxisset, homo cā cōplens, esset omnino liber. Et si tantum vt. 9. pœnitentiam iniunxit, ea completa, soluet vsq̄ ad. 15. Itaq̄ aliter acceptat deus

pœnitentiam intra latitudinem prædictã iniunctam, aliter vero eam, quæ latitudinem non attingit. Primã acceptat ad omnimodam remissionem. Secundam vero ad remissionem pœnę, prout meritũ operantis/& virtus clauium exegerit, Verum hæc tã exacte inquirere, curiosum est, ea autem definire, periculosum/aut temerarium esse videtur. Definiat, qui velit.

Olet insuper quæri, An si homo, cui pœnitẽtia iusta impositа est, per aliam viã deo pro peccatis cõmissis/ anteq̃ iniunctã pœnitentiam cõpleat/satisfecerit & morte prẽuẽtus eam non compleat, an loco pœnitentię iniunctæ & non adimplętę, exigeť ab illo pœna correspõdens pœnitentię iniunctæ, ita vt ob id remoretur in purgatorio. Et dixit Adria. q̃ sic. Pro quo videtur ratio, quia ex quo pœnitẽtia illa fuit a sacerdote recte & iuxta potestatẽ sibi collatam, & claue non errante iniuncta, eius sententia est in cœlis approbata, & per cõsequens tenetur pœnitens illã hic/ vel in purgatorio soluere. ¶ Pro quo ipse affert exemplum. Si quis vouit ieiunare/ aut eleemosynam erogare, & violauit votum: vltra pœnam quę pro voti violatione ab illo exigetur, simul exigetur pœna correspondens ieiunio/aut eleemosynæ, quam vouit. Cuius ratio est, quia violatio voti non releuat eum a ieiunio seu eleemosyna promissa. ¶ Verũ id respõdet Adria. in casu, quo homo ex negligentia seu culpa omisit pœnitentiam aut votum adimplere. Et certe ratio ipsa cogit, vt idem respondeat/casu, quo sine culpa fuit pœnitẽtiæ & voti adimpletio omissa. Tum, quia sententia sacerdotis fuit in cœlis approbata, cui? approbatio nõ pendebat ex omissione culpabili aut inculpabili futura. Tũ etiã, quia sicut violatio voti culpabilis nõ releuat vouẽtem a ieiunio & eleemosyna, quã vouit, si cõplere potest: ita nec violatio voti inculpabilis releuat vouentẽ ab eodẽ debito, si cõplere põt. Si autẽ cõplere nõ põt, liber est a tali debito, modo violauerit votũ ex culpa/modo nõ. Itaq̃ impertinẽs est culpa violatiõis, ad hoc, q̃ teneatur vouẽs/ vel nõ teneať ad præfatum debitũ. ¶ Oppositum tamen videtur mihi tenendum. Pro cuius probatione supponatur primo, q̃ qui est in purgatorio, q̃ primũ fuerit purgatus a peccatis, volabit ad gloriam, idq̃ post Christi passionẽ, per quã regnum cœlorum apertum est: secus ante passionem Christi, cum nõ esset antea cœlorum regnum apertum, &c. ¶ Secundo supponitur, q̃ potest peccator purgari in hoc seculo ę̃ bene/ac in purgatorio, imo longe fructuosius/atq̃ breuius, eo q̃ satisfactioni, quę fit in hoc seculo, vt plurimũ est admixtum meritum gratiæ & gloriæ, quod non est admixtum satisfactioni, quę in purgatorio fit. ¶ Tertio supponitur, q̃ est debitum ex peccato cõtractum, quo tenetur peccator pro illo satisfacere. Et est debitũ ex præcepto contractũ, quo tenetur homo illã adimplere seu obseruare. Differunt autẽ hęc debita, quia debitũ ex peccato contractũ, debet solui hic vel in purgatorio, seu alio seculo, & ita nõ expirat p̃ mortẽ debitoris. Debitũ vero ex p̃cepto contractum, debet solui hic: nec obligatio prẽceptiua se extẽdit ad aliud seculũ, quia præcepta hominibus data, obligãt eos in hac vita, ideo per mortẽ hominis dissoluitur prẽfata prẽceptorũ obligatio. ¶ Quibus suppositis, respon. ad dubiũ p̃positũ, q̃ homo, qui sine adimpleta pœnitẽtia iuncta decessit, & in hac vita pro psccatis suis per aliã viã satisfecit, scilicet, per cõtritionẽ & cõfessionẽ reiteratã, per feruorem charitatis/seu per alia opera meritoria charitatis, q̃ talis nõ detinebiť in purgatorio, nec ab eo exigetur pœna p̃portionata pœnitentię iniũctę, & nõ adimpletæ. Probatur, quia vel hmõi pœna exigeť ab eo p̃pter debitũ ex peccato cõtractũ, quo teneba ť p̃ p̃ctis satisfacere. Et hoc nõ, quia illud debitũ iã soluit in hac vita sufficienter per aliã viã, vt in casu ponit, nõ igitur est iustũ, q̃ debitũ semel sufficienter solutũ, iterũ repetatur. Nõ enim deus punit bis in idipsum, nec cõsurget duplex tribulatio, vt ait per Naum. Aut talis pœna exigetur in purgatorio propter debitum ex præcepto sacerdotis contractũ, & hoc non, quia debitũ ex præcepto, per mortẽ debitoris expirat, vt dictũ est: igiť nõ apparet causa, p̃pter quã in casu debeat exigi hmõi pœnitẽtia, correspõdẽs pœnitẽtię iniunctæ. ¶ Nec obstat ratio supra facta, qua arguebatur

batur, ꝙ sententia arbitraria sacerdotis/ si iusta sit, approbatur in cœlis. Nã hoc ideo dicitur, quia si talis pœnitẽtia sit intra præfatam latitudinem, deus erit cõtentus, nec aliud exiget, si peccator eam compleuerit. Nec propter hoc tollitur, quin peccator deo possit alia via satisfacere, quod si fiat, non amplius exiget deus per viam satisfactionis.

¶ Correlarie sequit̃, id quod de voto seu promissione dicebatur, nõ esse verum. Siue enim vouens ex culpa violauerit votũ/ siue nõ, & voto nõ adimpleto, in gratia decesserit, si vel in hac vita/ vel in purgatorio sufficienter a peccatis sit purgatus, non retinebitur in purgatorio: nec ab eo exiget̃ pœna ꝓportionata ieiunio vl̃ eleemosynæ ꝓmissæ & non cõplete. Id patet ex dictis.

QOrrelarie sequitur, ꝙ si defunctus in testamento iussit hæredibus, vt sua debita creditoribus soluant, & hæredes sint negligentes/ & ea non soluant, ꝙ negligentia hęredum non sufficit, vt defunctus in purgatorio detineatur. Patet hoc, tum ex dictis suppositionib9, tum etiam, quia culpa hæredum non debet nocere defuncto. Nam q̃uis deus soleat in hoc seculo quosdam pro peccatis aliorum punire, defunctos tamen tam in purgatorio q̃ in inferno existentes: non nisi pro suis propriis peccatis punit. De quibus illa sententia dei veritime accipitur, Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filii. Secus in hoc seculo: nam constat filium Dauid fuisse mortuum propter peccatum patris. Et tempore diluuii multos insontes periisse, ob scelera aliquorum. Et multos ex ægyptiis plagas graues sustinuisse, propter obstinationem Pharaonis. Et ꝓpter peccatum numerationis, quod Dauid cõmisit, suum populũ, peste diuinitus missa, fuisse punitum. In alio autẽ seculo non sic. Ac proinde si defunctus sit illic sufficiẽter purgatus, non remorabit̃ amplius in purgatorio propter negligentiam hęredum. Nec obstat dictũ Augustini, dicentis, Nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Nã procedit contra eos, qui nec actu/ nec voto restituunt, quod debent. Quod in casu non cõtingit. Fateor tamen, ꝙ debita defunctorũ soluere prodest defunctis, q in purgatorio sunt, vt citius purgentur. Si tamẽ sint sufficiẽter purgati, nõ illis oberit negligẽtia hęredũ debita nõ soluẽtiũ, &c.

Equitur amplius quid dicẽdum in casu, quo defunctus decessit ab hac vita in gratia habitib9 vitiosis plenus, an postq̃ soluerit pœnam ꝓ cõmissis debitam, detinebitur in purgatorio, quousq̃ paulatim habitus vitiosi expellantur, cum cõstet ex scriptura, nil coinquinatũ posse regnum cœlorum ingredi. Respõ. Ex dictis patet solutio, ꝙ si homo ille sit sufficienter hic/ vel in purgatorio purgatus, nõ remorabitur amplius in purgatorio, non obstantibus vitiosis habitibus, in quibus decesserat. Tum etiam patet idem de homine, qui habitibus vitiosis plenus/ tandem ad deum conuersus, pro Christo mortem sustinet, qui statim volabit ad gloriã, vt tenet communis sanctorum & ecclesię doctrina: nec propter habitus vitiosos remorabitur in purgatorio. Tum etiam idem patet de gẽtili vitiosis habitib9 pleno, qui tandem venit ad Christum, & baptizat̃, & illico moritur: ille statim in gratia baptismali volabit ad cœlum, non obstantibus habitibus vitiosis. Pro quo etiam fit ratio, quia per habitus nec laudamur/ nec vituperamur, sed per actus: nec habitus faciũt nos dignos premio/ aut supplicio, sed opera. Igitur soli habitus, quãtũuis vitiosi, non sufficiunt, vt homo in purgatorio remoretur, si homo sit iam sufficienter a peccatis per solutionẽ pœnę purgatus. Nec obstat quod dictum est, ꝙ nil coinquinatum intrabit in gloriã. Fateor. Sed deus cum defunctum ad gloriam perduxerit, ipse illũ ab omni scoria peccati/ & habitibus vitiosis antea purificabit. Nec opus est, ꝙ tales habitus relinquãtur paulatim per naturã corrũpendi, sicut in glorificatione corporũ deus non naturã expectabit, quę corporum mẽbra tam dispersa reuniat/ & perficiat, sed ipse deus per se omnia necessaria faciet.

¶ De pęnitentia iniuncta tempore, quo missa celebratur, adimpleta.

ALIVD dubium, An satisfaciat, qui tempore quo missam audit, pœnitentiam iniūctam adimplet, Sit, exempli gratia pœnitētia iniuncta/orationes dicendæ, seu psalmi recitādi. Et dixit Angelus verbo, ferię. §. 46. distinguēdo de missa: quā audit, quia vel est quā ex p̄cepto audire tenet̄/vel solū de cōsilio. Si secundum, nil obstat, quo minus possit, tempore quo missa celebratur, pœnitentiam compleat, & satisfaciat. Si primum, non satisfaciet, nec a peccato erit immunis. Ratio, quia cum teneatur ex casu tunc missam audire, tenetur consequenter mentis contemplationem in mysteria missæ dirigere, & ad eam attentionē habere. Ad id enim iussum est missas totas diebus festivis audire. Cum hoc autem non se compatitur, q̄ orationes iniunctas recitet, vt debet. ¶ Facit pro eadem sententia cap̄. Ex literis. de probationibus verbo, vices. Vbi doctores dicunt, q̄ vnus non potest vicem duorum gerere: maxime quando illa duo sunt incompatibilia, sicut in præsenti. Pro quo etiam facit dictum Christi, Nemo potest duobus dominis seruire, scilicet, si contraria & oppositа iubeant. Cum igitur in casu confessor iusserit orationes vel psalmos dicere, ecclesia vero iubet missam attente audire, & hæc simul incompatibilia sint, consequēs est intentum. Vnde infertur, sacerdotem horas canonicas dicentem, tempore quo missam de necessitate est auditurus, non satisfacere.

¶ Respon. His non obstantibus, videtur oppositum tenendum. Et probatur, quia simul se compatiuntur adimplere præceptum ecclesię de audiendo missam, & præceptum confessoris de dicendis illis orationibus. Nam præceptum de missa non obligat, nisi ad intereſſendum eidem, non ad audiendum eam auribus, nec ad habēdum attentionem ad eius mysteria: alioquin non satisfaceret huic præcepto, qui assisteret missę, quæ submissa voce dicitur, & ab astantibus non auditur. Nec ille, qui intra ecclesiam existens, longe a celebrante distaret, quod suppono falsum.

¶ Præterea, quāuis ecclesiæ intentio missam audiri præcipientis sit, vt fideles mentem in missæ mysteria eleuent, specialiter in passionem Christi, cuius specialis commemoratio in misia fit, hæc tamen ecclesiæ intentio non cadit sub præcepto, sed materia ipsius præcepti, qualis est missæ celebrationi integre adesse. de consecratio. distin. 1. Missas totas. &c. Adde, q̄ actus mentis interior, non cadit sub præcepto ecclesię: ac proinde præcepto ecclesiæ satisfacit homo, si intersit. Cum quo stat, q̄ simul orationes & psalmos iniunctos tunc cum debita attentione legat, & ita vtriq; præcepto satisfaciet. Et idem iudicium est de clerico horas canonicas recitante, tempore, quo missæ ex præcepto interest. Et per hoc patet ad rationes prioris sententiæ, quæ procedunt in casu, quo illa plura sunt incompatibilia. Nec obstat capi. Ex literis. de probationibus. supra citatum: quia ex illo potius colligitur, q̄ potest vnus vices duorum gerere. Nam in causa aliqua potest vnus simul esse actor/& reus, prout textus ipse disponit.

¶ Hæc vltima sententia probatur, quia non minus obligamur præcepto de sanctificando sabbatum ad cessandum a seruili opere, q̄ obligemur præcepto de audiendo missam ad cessandum ab alio opere spirituali, sed præceptum sanctificandi sabbatum permisit multa alia opera, quæ ex genere sunt similia, vt trahere ouem aut bouem ex fouea, & cætera, quæ sine dispendio rerum dimitti non poterant, & pro hominis recreatione permisit lex mille passus a loco habitationis elongari, vt tradunt doctores super illum locum Actuum primo. de monte Oliueti, q̄ iter sabbati habet a Hierusalem. Ergo præceptum audiendi missam non prohibet exercitium orationis / aut alterius operis spiritualis. Matth. 12.

¶ Verum contra posset quis obiicere. Si ita esset, q̄ præceptum de missa audienda nō obligat nisi ad intereſſendum eidem, sequitur q̄ satisfaceret quis huiusmodi præcepto, si intersit missæ/semper tamen cōfabuletur, aut alia negotia profutura cum mercatoribus tractet. Imo & eidem præcepto satisfaceret, si missæ interesset, ad finem vidēdi mulierem pulchram/vel ob alium

alium malum finẽm. Respon. Ex quo sub præcepto ecclesiæ non cadit intentio finalis, nec qualitas operis, sed substantia operis, non video quare non sit illatũ concedendũ. Nec inconuenit, q̃ quis per actũ peccaminosum satisfaciat alicui p̃cepto, vt alias deduximus.

ALiud dubium, An ille, cui iniunctum est, vt vna feria sexta ieiunet, seu vt vnam missam audiat, satisfaciat ieiunando vna sexta feria, in qua alioqui tenebatur ieiunare, aut audiẽdo vnam missam, quam alioquí audire tenebatur. Dixit Palude, q̃ non, quia nemo satisfacit soluẽdo, quod alioqui debitum est, nec potest quis vna solutiõe/pluribus debitis satisfacere, vt patebit, quando de satisfactione agetur. ¶ Respon. Aliud est satisfacere deo p̃ peccatis, aliud satisfacere p̃cepto. Satisfit deo pro peccatis, quando pœnam pro peccatis debitã, peccator soluit in se, vel in equiualẽti, hic/vel in purgatorio. Satisfacit autem præcepto, quando id, quod sibi præceptum est, complet. In quo intentio precipientis est attendenda potius/ q̃ verba, intentio inq̃ non finalis, sed obiectiua: alioquí non satisfiet præcepto, iuxta regulam iuris, Non dubium est in legem impingere, qui verba legis amplexus, cõtra legis nititur voluntatem. Verba insuper præcipientis sunt accipienda secundum communem hominum intelligentiam, vt habetur cap̃. Ex literis. de sponsalibus. ¶ Dicendum igitur in casu, hominem illum satisfacere deo pro peccatis/saltem in parte, non tamen præcepto sacerdotis, qui pœnitentiam iniunxit. Primũ patet, quia talia opera si iniuncta nõ essent, essent pro peccatis satisfactoria, & cum per iniunctionem sacerdotis suum valorem nõ perdãt, sequitur, q̃ iniuncta etiam sunt pro peccatis satisfactoria. Secundũ etiam patet, quia intentio sacerdotis iniungentis ieiunium/ vel eleemosynam/vel missæ auditionem. &c. est iniungere aliud ab eo, ad quod alias ipse pœnitens erat obligatus, & hęc etiam est communis hominum intelligẽtia: igitur non satisfacit præcepto iniuncto in casu. Excepto, nisi ipse confessor aliud exprimeret, scilicet, q̃ sua intentio sit obligare pœnitentem, vt missam vnam audiat tali die, etiam si sit, quam alioqui deberet audire: nam tunc missæ illius auditio satisfactoria est deo pro peccatis, similiter & præcepto iniuncto. Et valebit illa pœnitentia sic iniuncta & completa virtute clausum vltra valorem, quem alioquí habuisset.

¶ Vnde apertum est, hominem satisfacere posse per opus alioqui debitum. Apertum etiam est, posse hominem vnica solutione satisfacere pluribus debitis seu obligationibus. Quod aliis exemplis manifestũ est, quia potest aliquis pluribus obligatiõibus teneri ad vnum & idem opus: igitur illud opus agendo satisfaciet pluribus debitis. Antecedens patet, de homine baptizato, qui ad legem euangelicam tenetur ex lege dei, & etiam ex promissione propria, quam in baptismo facit. Clarius exemplum est in clerico beneficiato, qui ratione beneficii seorsum tenetur ad horas canonicas, & ratione ordinis seorsum tenetur ad easdem. Similiter de religioso, qui ratione voti tenetur ad continentiam, & ratione sacerdotii seu ordinis sacri tenetur ad eandem. Vnde sicut per omissionẽ vnius operis contingit hominem plura committere peccata: ita vnum & idem opus agendo, contingit hominem pluribus debitis seu obligationibus satisfacere.

ALiud dubium, An confessor debeat iniungere pœnitentiam, iuxta quãtitatem delictorum commissorũ. Et Arguitur q̃ sic ex Apocaly. 18. Quantum glorificauit se in delitiis, tantum date ei tormentũ. Et Deutero. Iuxta quantitatem delicti, erit plagarum modus. Et Esaię. 27. In mensura contra mensuram cum obiecta fuerit, iudicabo eam. &c. Si igitur hæc est diuina iustitia, dei vicarius, qualis est confessor, debet in imponendo seu taxãdo pœnitentiam, deum imitari. &c.

¶ Contra, quia in lege veteri debebatur pro vno peccato pœnitentia septem dierum, vt scilicet septem diebus immundi essent: & tamẽ ecclesia pro vno peccato imponit pœnitentiam septem annorũ. Præterea, p̃ homicidio a laico perpetrato: imponit ecclesia pœnitentiam septennẽ. Et pro fornicatione a sacerdote cõmissa, imponit pœnitentiã decennẽ, cũ tamẽ longe

grauius peccatum sit homicidium, q̄ fornicatio. Præterea pro effusione sanguinis Christi in altari imponit̄ pœnitentia quadraginta dierum/ aut parum plus, & tamen pro fornicatione simplici imponitur pœnitentia septennis/secundum canones, cum tamē grauius peccatū sit sanguinis Christi effusio, q̄ simplex fornicatio. ¶ Respon. Multum refert inter taxationē pœnæ, quam deus facit, & inter eam, quā ecclesia/ vel confessor facere debet. Nam in prima habetur respectus ad quantitatē culpæ commissæ, deus enim in inferno aut purgatorio non exigit pœnā, vt a peccato committendo p̄seruet, sed vt commissa iuste puniantur. In taxatione autem per ecclesiam/vel cōfessorem facta, habetur respectus non solum ad cōmissa, sed ad cōmitēda: ideo pœnitētia a ecclesia imposita, est non solū curatiua, sed etiā p̄seruatiua a recidiua, non solū ipsius pœnitentis, sed etiam aliorum. Et inde euenit, q̄ sepe pro minori peccato maior solet pœnitentia imponi, vel quia peccato vnius difficilius potest resisti, q̄ peccato alteri⁹, sicut iuueni pro fornicatiōe simplici maior pœnitentia iniungitur, q̄ seni pro eadem. Esto q̄ fornicatio in sene sit grauius peccatum, q̄ in iuuene, qui vehementius tentatur, & plura & maiora allectiua habet ad fornicandum q̄ senex. Vel quia in vno peccatū est periculosius & magis scādalosum/ q̄ in alio. Vt fornicatio in sacerdote vel religioso magis scandalosa est, q̄ homicidium in laico, ideo maior illi pœnitentia imponitur, etiam si suum peccatū leuius sit, Vel quia multitudo pronior est ad vnum peccatum, q̄ ad aliud, quod grauius est, vnde maior pœnitentia imponit̄ pro primo, q̄ pro alio grauiori. ¶ Si tamē vellet pœnitens, q̄ sibi imponatur pœnitentia, qua possit in hoc seculo deo plene satisfacere, tunc sacerdos deberet pœnitentiam taxare, iuxta diuinam iustitiā, vel iuxta quantitatem commissorum, attēta quā titate contritiōnis ipsius pœnitentis.

¶ Et ita patet ad rationes supra factas. Quamuis enim sacerdos teneat vicē dei, & eius iustitiam debeat imitari in puniendo commissa, prout iudex: debet tamen p̄seruare, a futuris, prout medicus, quia nō purus iudex, sed medicus simul est cō stitutus. ¶ Ad illud allegatum de pœna septem dierum, quæ in lege veteri imponebatur. Dicendum, q̄ illa pœnitentia non imponebatur tanq̄ expiatiua/seu satisfactoria pro peccato commisso, sed tanq̄ expiatiua irregularitatis legalis. Manebant enim irregulares & immundi septem diebus, quibus elapsis, ad castra & cętera officia admittebantur.

QOrrelarie sequitur responsio ad aliud dubium, scilicet, an ille, cui pœnitentia est a sacerdote iniuncta, satisfaciat, si eam per alium cōpleat. Respon. Pœnitentia per alium adimpleta, prodest quidem ei, pro quo fit, & satisfactoria est deo pro peccatis, iuxta illud Pauli ad Gala. Alter alteri⁹ onera portate. Et etiam quia charitas non min⁹ valet apud deum, q̄ apud homines: sed apud homines valet, vt vnus pro altero possit debitum soluere, igitur etiā apud deum valebit. Non tamen satisfacit præcepto sacerdotis ille, cui pœnitētia fuit iniūcta, eo q̄ illi fuit iniuncta non solum vt p commissis satisfaciat, sed vt a recidiua p̄seruetur, & caro eius domet̄, & bonis operibus assuefiat, ad quæ illi non proderit pœnitentia per alium adimpleta, vt constat. Inde cap. Omnis vtriusq; sexus, dicitur, q̄ pœnitentiam iniunctam propriis viribus studeat adimplere. Et procedit, quā do ipse potest per se eam complere, nec habet aliquam iustam excusationem non cōplendi eam, nam si hanc habeat, per alium poterit satisfacere, tam pro peccatis/ q̄ iniuncto præcepto: quia non est credēdum, q̄ intentio iniungentis fuerit, q̄ pœnitens per se compleat pœnitentiam, etiam si eā commode aut sine notabili danno complere non possit. Non enim habuit confessor intentionem / nec habere potuit, obesse pœnitenti sed prodesse.

¶ Sed contra obicitur primo, quia contritio aut confessio vnius non potest alteri prodesse: igitur nec pœnitentia ab vno adimpleta proderit alteri pro quo fit.

¶ Præterea, si vnus posset pro alio satisfacere: igitur q̄ primum alter in se suscipit obligationem adimplendi pœnitentiam pro altero, ille alter illico esset a debito liber: & si decederet, statim volaret ad gloriam, anteq̄ per alterū sit adimpleta

pœnitentia

pœnitentia: alioquí ſi detinebitur in purgatorio/quouſcꝫ alter pro eo ſoluat, bis puniretur pro peccato, ſemel ipſe per ſe in purgatorio, & iterū per amicum in terra. ¶ Reſpon. Nō eſt idem de contritione/ cō feſſione/ & ſatisfactione, quia deus ita ſtatuit, vt nulli peccata quoad culpam dimittat, niſi pœniteat & cōfiteatur, vt ſępe probatum eſt, nec reddet deus mercedem alicui, niſi iuxta ſua opera. De ſatisfactiōe vero aliud eſt, quia charitas id operatur, vt quod quis ſoluere tenebatur, per aliū poſſit ſoluere. ¶ Ad ſecundum dicēdum, ꝙ ex quo alter pro altero ſe obligauit ad pœnitentiam complendum, vterꝫ manet obligatus, licet differenter. Primus pœnitēs, manet obnoxius pœnæ hic/ vel in purgatorio ſuſtinendę, pro a ſe cōmiſſis, ſed conditionaliter, ſcilicet, niſi alter ꝓ eo ſoluat. Secūdus, manet obligatus adimplere promiſſum, & obligationem, quam ſpōte in ſe pro alio ſuſcepit, de adimplendo illā pœnitētiam taxatam. Q; ſi primus ante completam pœnitentiam decedat, punietur in purgatorio ob debitum ſuum. Alter vero manebit obligatus, vt dixi, pœnitentiam ſuſceptam hic adimplere pro illo defuncto, quia ſe ad eam obligauit, & ſi non compleat, punietur ipſe, quia omiſit, qđ debuit, ſoluere. Alter vero defunctus, punietur in purgatorio pro ſuis peccatis. Et ita non ſequitur, ꝙ bis aliquis puniatur pro eodem peccato, vt patet.

¶ De confeſſione celanda.

IAm de confeſſione celanda ſupereſt aliqua inquiramus. Primo, an ſit de neceſſitate celanda, & quo iure. Reſpō. Communis omnium ſententia eſt, ꝙ eſt de neceſſitate ſalutis celanda, idꝫ iure naturali/ diuino, & humano. Naturali quidem, quia tenemur proximum non infamare, ſicut nec illum in bonis animæ corporis, aut fortunę ledere: quem ſicut nos ipſos diligere tenemur, & illis velle, quę nobis volumus. Quod ius Chriſtus in euāgelio explicuit dicens, Quęcūꝫ vultis vt faciant vobis homines, hæc illic facite. &c. Conſtat autem nos velle famā noſtrā per alios non dilacerari, ſeu denigrari. Igitur. &c. ¶ Deinde, præfatam confeſſionem reuelare, eſt contra fidelitatem, quam ſeruare tenetur is, cui ſecretum aliquod cōmiſſum eſt, quale ab ipſo confitente ſacerdoti committitur. Hanc autem fidelitatem ſeruare de iure naturæ eſt, quod ſcriptura ſacra explicat, dicens, Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui fidelis eſt, celat amici commiſſum. Prouer. 11. ¶ Deinde eſt contra promiſſionem tacite a ſacerdote factam, de celando ſecretum confeſſionis: nō enim aliter peccator ſua vitia occulta ſacerdoti pandere, niſi ſciret ſacerdotem ad celandum huiuſmodi confeſſionem obligari: ac proinde tacite videtur ſacerdos promittere ſe celaturum: promiſſionem autē adimplere ſicut & iuramentum, de iure naturæ eſt, vt leges dicūt. Nil ſcilicet eſſe naturalius, ꝙ pacta & promiſſiones hominum ſeruāda eſſe. Patet igitur confeſſionem de iure naturæ eſſe celandam. ¶ Q; ſit etiam de iure diuino celanda, hinc apparet, quia confeſſio ipſa eſt iure diuino inſtituta, & iuſſa, & per conſequens hominibus neceſſaria: ſed iure diuino tenemur nō dare cauſam hominibus, vnde diuina inſtituta & præcepta violentur, hoc enim eſſet ſcandalizare proximos, de quo dictum eſt a Chriſto, Qui ſcādalizauerit vnum ex puſillis his, expedit ei, vt ſuſpendatur in collo eius mola aſinaria, & demergat̄ in profundum maris. Reuelare autem confeſſiones, eſt dare cauſam peccatoribus, qui famæ ſuæ zelatores ſunt, vt non confiteātur, vt patet, Igitur. Matth. 18. ¶ Tum etiam, quia deus, qui ſupremus iudex eſt, celat & tegit peccata ſacramentaliter confeſſa, prout dixit Pſalmiſta. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Et iterum in alio pſalmo. Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominū eorū per labia mea. Et ipſe dominus per Ezechielem dixit, Quacūꝫ hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius peccatorum ſuorū. Pſal. 31. Pſal. 15. Ezech. 18. Quę autē deus tegit, delegatus ſuus, ſcilicet ſacerdos, detegere nō poteſt: alioquí vices & poteſtatē delegati videreť excedere. ¶ Q; denicꝫ ſit de iure humano celanda cōfeſſio, apertū eſt ex. c. Oīs vtriuſcꝫ ſexus. Vbi cōtra cōfeſſorē cōfeſſionē verbo/ aut

Matth. 7.

ſigno prodentem, graues pœnę imponũ tur, ſcilicet, ꝙ deponatur, & perpetuam agat intra monaſterium pœnitentiam. Si militer de pœnitentia, diſtin. 6. c. ſacerdos. Idem præcipitur diſtricte, vt ſcilicet nec pro ſcandalo vitando poſſit confeſſor vllo modo confeſſionem ſub grauibus pœnis ibidem contentis detegere, Et ita patet omni iure veſtitum eſſe ſacerdotibus confeſſionem reuelare.

Ed quæritur, an ſuppoſita obligatione celandi cõfeſſionem, ſit aliquando licitum eam reuelare in aliquo caſu. Et tenetur communiter ꝙ non: quia rationes factæ, videntur in omni caſu procedere. Sed in oppoſitum arguitur, ꝙ ſcilicet rationes factę non ſufficiẽter probent tam ſtrictam obligationem confeſſionem celandi, vt in nullo caſu ſit licitum eam reuelare. Primo quod dicitur de fama proximi ſeruanda, non probat vniuerſaliter intẽtum propoſitum, quia in multis caſibus licitũ eſt peccatum occultum proximi publicare, nõ obſtante, ꝙ proximus infametur, quando ſcilicet id neceſſitas pro bono publico ſeu priuato ipſius infamati/vel alterius expoſcit. Et de publico bono patet, nam pro illo licitum eſt vitam poſtponere: alioqui viri fortes peccarent, morti pro repub. ſe exponendo. De priuato bono ſimiliter patet, quia ſi frater nr̃a correctione non vult a peccato recedere, licitum eſt ſecundum euangelicum preceptum illud eccleſiæ denunciare, eſto ꝙ peccatũ fratris occultum ſit, ſecundum quod dixit Chriſtus, ſi peccauerit in te frater tuus, & correctus non audierit, dic eccleſiæ. &c. Similiter ſi video aliquem iniuſte ad mortem ſeu patibulum duci/ob furtum falſe contra illum probatum, ego ſcies quis illud furtum admiſerit, poſſum publice, quod ſcio, dicere, ad finem eruendi innocentem a morte illa iniuſta, iuxta illud, quod ſcriptum eſt. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Idꝙ maxime, ſi facto poſſim remonſtrare furtum vere commiſſum, vt ſi ſcia ꝙ fur verus rem furtiuam in ſinu tenet abſconditam, & tunc ex tali mea reuelatione maneat fur ille alioqui occultus/infamatꝰ. Si militer ſi homo in platea occiſus appareat, & latet quis eum occiderit, & ego ſolus id ſcio: ſi a iudice ſim ſub iuramẽto interrogatus, debeo veritatem dicere, & patratorem occultum/nec de hoc alias infamatum, prodere. In quibus omnibus & in multis aliis debemus crimẽ occultum fratris detegere, quando neceſſitas ſimilis poſtulauerit, non obſtante infamia eiuſdẽ: igitur ſola fama proximo ſeruanda nõ ſufficit tam ſtrictam obligationem inducere, vt in nullo caſu liceat confeſſionem reuelare, ne ſcilicet proximus infametur.

Matth. 18

Prouer. 24

¶ Q̃ etiam fidelitas amico, qui ſecretum commiſit, ſeruanda, tam ſtrictam obligationem non inducat, probatur, quia in ſecreto nudo alicui extra cõfeſſionem commiſſo de iure naturæ eſt huiuſmodi fidelitas ſeruanda, ſicut in ſecreto cõfeſſionis: ſed cum hoc ſtat, ꝙ tale ſecretum nudum poſſit in multis caſibus prodi, vt ſi celatio illius ſecreti cederet in perniciem reip. vt ſi tractatur de comburenda ciuitate, de occidendo principe, &c. aut ſi cedat in pernicem ſeu mortem iniuſtam alterius, aut in damnum aliud maius/cui ſit commitentẽ infamare. Nam in talibus caſibus non potuit homo ſe obligare ad illud ſecretum in tantam aliorum perniciem celandum. Ac proinde ſi non poteſt illis malis, quæ parata ſunt, obuiare, niſi prodendo ſecretum, non ſolũ poteſt, ſed tenetur illud prodere. Huius exemplum habemus. 2. regũ. 17. de cõſilio, quod clã dedit Achitophel Abſaloni/contra Dauid patrem ſuum, qũ cõſilium Chuſai reuelari fecit ipſi Dauid/vt ſe & populum ſuum ſeruaret.

¶ Q̃ etiam promiſſio tacita vel expreſſa ſacerdotis de celando cõfeſſionem nõ ſufficiat tã ſtrictã obligationẽ inducere, patet primo, quia ſtat ꝙ ſacerdos nullo modo id promittat/nec tacite/nec expreſſe: imo ꝙ oppoſitũ intendat, ſcilicet cõfeſſionem reuelare, ſi/& quãdo viderit expedire. Iam in tali caſu nõ obſtat promiſſio, quo minꝰ poſſit aliquãdo confeſſio reuelari. ¶ Tum etiã, quia eſto ꝙ ſacerdos id vere ꝓmiſerit etiã expreſſe/etiam ſub iuramẽto, nõ inde fit, vt ſit neceſſariũ in omni euẽtu talẽ promiſſionẽ cõplere, ſi promiſſionis/aut iuramẽti adimpletio in dãnũ publicũ vergat: quia tũc promiſſio & iuramẽtũ eſſent vinculũ iniquitatis, quod ſuppono falſũ eſſe.

Adde ꝙ

Adde ꝙ promissio & iuramētum semper intelligunt adimplenda, excepto, nisi iuri seu præcepto superioris obuiauerit, Sepe aūt accidit promissionis adimpletionem esse contra præceptum superioris. Tunc enim locum habet quod dictū est, In male promissis, rescinde fidem; in turpi voto/muta decretum. Tum etiam, quia huiusmodi promissio seruandi secretum concurrit in secreto nudo: sed hoc non obstante, potest/& sæpe debet tale secretum reuelari, vt ex dictis patet: igit̄ sola promissio sacerdotis de celanda confessione/ non inducit tā strictā obligationem. ¶ Deinde, qđ ad probandū articulum inducebatur, scilicet, id esse de iure diuino & humano, non sufficit ad probandū præfatam obligationem celandi confessionem in omni euentu. Nam sæpe accidit, vt necessitas cōpellat/aut charitas suadeat/ præcepta humana & diuina positiua non adimplere. Et de præceptis ac legibus humanis non dubitatur: nam in multis casibus licitum est non ieiunare, horas canonicas prætermittere, cōfessionem & eucharistiam iuxta pascha non suscipere, & ita de aliis multis, quorum rigor in multis casib⁹ cessat. De præceptis etiam positiuis deiidem patet, quia in multis casibus cessat similiter eorum rigor, vt patet de pr̄cepto in lege dato, quo solis sacerdotibus concedebat̄, panes ꝓpositionis comedere, quos tamen in necessitate comedit Dauid, cum laicus esset. Præceptum erat de seruando sabbatum ad literam, & tamen commendantur Machabæi, ꝙ ob necessitatem in sabbato arma sumebant/& bellabant. In lege etiā euangelica præceptum de corrigendo fratrem delinquentem datū est, & tamen suā habet epikeiam & moderationem. Præceptum est etiam peccatoribus, vt sacerdotibus integre confiteantur, & tamē in multis casibus licitum est confessionem dimidiare, & etiam in toto eam omittere, etiā in articulo mortis, Pro quo nō solum humanum/ sed & diuinū ius currit, & ita de aliis. Dicere igitur, ꝙ celare confessionem sit de iure diuino positiuo, nō arguit sufficiēter, ꝙ in nullo casu licitū sit eā reuelare. ¶ Quod insuper adducebat̄/ꝙ deus, qui summus iudex & sacerdos est, tegit peccata confessa, non probat præfatam obligationem tam strictam. Tum, quia deum tegere peccata, non est nisi deū nolle eā æternaliter punire, vt sancti doctores exponūt: hoc autem impertinens est, ad hoc, quod sacerdos nō possit reuelare confessionem, si viderit expedire. Tum etiā, quia sicut de⁹ peccata illa tegit ad nō puniendum ea, ita stat, ꝙ sacerdos ea tegat, ad non puniendū ea, & simul ꝙ ea detegat, ad obuiandū aliis periculis, citra omnem punitionem ipsi⁹ confitentis. Tum etiam, quia tunc sequit̄, ꝙ si deus peccata confessa non tegat, ꝙ nec sacerdos tenebit̄ ea tegere. Cū ergo deus peccata eius, qui ficte confessus est, aut dimidiate, aut cū proposito manēdi in peccato, aut alium obicem ponendo, non tegat, sequit̄ ꝙ nec huiusmodi confessiones tegere teneret̄ sacerdos. Tum etiam, si sacerdos non absoluat ipsum pœnitentem/ quia non potest/vel quia non vult, tunc sequitur, ꝙ sacerdos posset talem confessionem reuelare, cum deus talia peccata nō tegat, cum sacramētaliter remissa nō sint: ꝙ si ad hoc ꝙ deus ea tegat, sufficit peccatorē esse contritum, tunc sequit̄, ꝙ sacerdos peccata alicui⁹ cōtriti extra cōfessionē sciens, ꝙ non posset ea detegere/ seu denunciare, cum sciat esse a deo tecta. Quę omnia suppono falsa. Non igitur efficax est ratio illa, quæ in hoc fundatur, scilicet, ꝙ deus peccata confitentis tegit.

¶ Si igitur aliqua ratio habet vim ad probandum præfatam obligationem semper celandi confessionem, illa videtur probabilis, scilicet, quia habita facultate reuelandi confessionem, ipsa confessio redderetur odiosa hominibus suæ famæ zelatoribus, & hac occasione homines reuocarē tur seu retraherentur a cōfessione suorum omnium peccatorū faciendā, quod in magnam iacturam spiritualē cederet animarum. Tum, quia confessio est hominibus necessaria ad eorū salutem. Tum, quia & si necessaria non foret, est valde salutaris medicina, quæ a commissis curat/ & præseruat a committēdis. &c. Ab hac igitur tam necessaria & salutari medicina homines retrahere, est dare illis causam licentiosius & liberius peccandi, & nunquam peccatorum remissionem consequendi, quo nullum pernicios⁹ malum posset euenire.

Codex de confessione.

QUerum adhuc contra hoc fundamentum arguitur, quia tunc sequitur causam, quare nunq̄ licitum sit, cōfessionē reuelare, esse periculum, quod inde euenturū timetur, scilicet homines a confessione fore reuocandos, & confessionem inde illis odiosam fore. Sequit̄ iam, q̄ vbi hoc periculum non timetur, posset confessio prodi, quia cessante causa, cessare debet effect⁹: modo autem constat in multis casibus nō esse probabiliter timendum tale periculum, vt si confessor reuelet confessionem alteri confessori, idq̄ in cōfessione ob causam aliquam/vel necessariam / vel vtilem, scilicet ad integre confitendum, vel vt salutare consiliū peccatori confesso prebeat, idq̄ in casu, quo nulla prorsus habeatur credulitas/aut suspitio, q̄ ille secund⁹ confessor publicabit confessionem illi reuelatam. Similiter non timetur tale periculum, si confessor reuelet confessionem alicui illico morituro. Aut si reuelet eam vni existēti inter infideles, inter quos nullum ex reuelatione periculū tale timeri potest. In his igitur & similibus casibus, quādo reuelatio non prodit in publicū, nec prodire timetur, cum ad notitiam christianorum minime perueniat, videtur q̄ cessat præfata ratio celandi confessionem, & per consequens obligatio.

¶ Secundo, datur casus, in quo nō minus reddetur odiosa cōfessio si celetur/q̄ si reueletur: nec minus reuocabunt̄ homines a confessione facienda/celādo illam, q̄ eā detegendo, imo periculosius reuocabuntur ab illa eā celando, q̄ eam reuelādo: igitur in tali casu non erit ob causam prædictam necessarium eam celare. Antecedens patet, si peccator qui confitetur, est vir doctus, & magnę apud populum estimationis/& autoritatis: & inter alia peccata quæ confitetur, vnum est, propositum docēdi & seminādi hoc dogma, scilicet, q̄ cōfessio non est hominibus/sed soli deo facienda, vt nonnulli hæretici sunt opinati: idq̄ proponat, credens ita esse. Iam facta confessione, si confessor eam celet, acquiescēt homines, vt suppono, illi hæretico, & acquiescentes eius doctrinæ, reuocabunt̄ a confessione, admissa hæresi seminata. Si autē reueletur confessio, non aliud periculum timendum erat ex hoc fundamēto / quod impugnamus, nisi q̄ redderet̄ confessio odiosa, & ab hominibus omitteret̄. Igitur in casu celata confessione timetur periculum confessionem omittendi simul & hæresis: ex reuelatione autem timetur solum periculum omittendi confessionem sine hæresi. &c.

¶ Tertio, esto q̄ inter multos confessores vnus reuelaret confessionē & non alii, non inde fit, vt cōfessio reddatur vniuersaliter odiosa, sed solum illa, quæ tali confessori esset agenda, a confessione enim illi confessori agenda abstinebunt homines/non a confessione aliis viris religiosis & bonis agēda. Vt si inter multos medicos corporales vnus sit pessimus reper⁹, qui soleat medicinam mortiferam infirmis applicare, esto q̄ inde curatio illius reddat̄ odiosa, & infirmi abhorreāt illum medicum, non inde fit, vt infirmi omnes alios medicos negligant, si periti sint & boni. Ita igitur in proposito.

¶ Quarto, & est cōfirmatio eiusdem, Esto q̄ ex reuelatione cōfessionis sequeret̄ præfatum periculum, scilicet, q̄ homines abhorrerent confiteri sacerdotibus tempore sanitatis, non tamē inde fit, vt horreant cōfessionem in articulo mortis, quando scilicet est necessaria de iure diuino. Quia si qd retraheret homines a confessione ob confessionis reuelationem, maxime esset infamia/aut alia pœna temporalis/seu dedecus, qualia solent accidere, quādiu inter homines viuitur: sed in articulo mortis magis præsumendum est, q̄ homines procurabunt salutem animæ suæ, q̄ infamiā / aut aliam iacturam temporalem apud homines vitare: tunc enim omnia pro animæ salute ponī solent.

¶ Quinto, Esto q̄ vniuersaliter oīes homines abstinerēt a confessione etiā in articulo mortis, ne scilicet cōfessio eorū vnq̄ reueletur: hoc non est cōtra salutem aiarū, eo q̄ salutem possunt per veram cordis cōtritionem cōsequi: nam tunc perinde est, ac si copiam non habeant idonei confessoris, vt quando quis verisimiliter timet, q̄ cōfiteri sine scandalo suo vel sacerdotis nō poterit, cessat obligatio confitendi illi, & tunc si alterius idonei copiam non habeat, satis est deo confiteri. Et ecōtra, si confessio

in ca-

in casu non reueletur, sequitur resp. damnū, cuius salus absq; alio remedio est periculo exposita, vt potest exemplificari in multis: & ita in casu erit necessaria reuelatio ad salutem multorum, & celatio nō ita erit ad salutē necessaria, cum sine confessione vocali possint homines saluari: igit falsum est, q; ex reuelatione cōfessionis sequatur periculum animarum, cui non possit aliter obuiari,

¶Sexto, sigillum confessionis includit secretum nudū, & super illud non addit vinculum iuris naturalis/sed positiuum, scilicet sacramentale. Nam primum fit extra confessionem, & sigillat per fidelitatem eius, cui committitur. Secundum fit in confessione sacramentali, & sigillatur per ipsam cōfessionem sacramentalem. Illud autem sacramentale additum supra nudū secretū pertinet ad ius positiuū/ & sidiuinum. Iam arguitur, q; licitum est sigillū cōfessionis reuelare, quādo scilicet necessariū est ad salutē cōfitentis/vel confessoris/ vel cōmunitatis: nā in tali casu cessat obligatio iuris naturalis, de seruādo secretum, vt suppono. Q2 autē similiter cesset obligatio positiui iuris, patet, quia ob illā causam cessat obligatio cōfitēdi etiam in articulo mortis, vt si fieri non possit confessio sine scādalo alicuius/aut sine interitu salutis alicuius: igitur ob eandem causam cessabit obligatio sigilli sacramentalis, cum positiui iuris sit.

¶Postremo, & est confirmatio eiusdem. Ideo necessarium est confessionem celare, quia necessariū est confiteri: nam si necessarium non esset confiteri, nullum esset animarum periculum, si homines a cōfessione abstineant. Cū igitur in multis casibus cesset obligatio confitendi, sequitur q; in eisdē non currit obligatio celādi confessionem, ob hāc scilicet causam, quæ nūc examinat. Sequela patet, quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.

¶Respō. Admisso q; rationes factæ ex fama pximi seruāda, & ex fidelitate & promissione non sufficeter probent hanc tā strictam obligationem celandi in oīi euētu confessionē. Admisso etiā, q; rationes factę ex hoc, q; talis celatio iussa est iure positiuo diuino & humano, aut ex hoc, q; deus peccata confessa celat, idem intētum non sufficienter probent, vt ostensum est supra, illa tamē postrema ratio videtur intentum probare. Sed pro responsione ad instantias contra hanc rationem finalem adductas est notandum, q; multum refert reuelare confessionem de facto, & reuelare confessionem de iure, seu licite. Primū non fit impune. Secundū autem sic. Primū non se ad omnes confessores extendit. Secundum autem sic. Non enim ex eo, q; aliquis confessor prauus est, & confessionem reuelet, ideo oēs similiter sunt prauī/ & reuelatores confessionum. Attamen si iure esset alicui concessum in aliquo casu cōfessionē reuelare, cum nō potius id vni/q; alteri esset cōcessum, ideo talis licentia vni cōpetēs, ad oēs cōfessores se extēderet. Inde fit, vt ex reuelatione confessionis, quæ de facto per aliquem confessorem fit, nō ita timeat probabiliter generale periculū odiendi confessionem, sicut timeret ex cōcessa licentia confessionem reuelādi: nam reuelata de facto cōfessione per vnum, abstinebunt homines a confessione illi facienda, sed non protinus abstinebunt a cōfessione reliquis facienda. Si tamē omnibus esset concessa licentia reuelandi confessionem ab omnibus, vt in plurimum homines abstinerent. Et rursus, quando de facto reuelat confessio, adest iam institutum remedium, ne periculum contra confessionem eueniat, quia scilicet qui confessionem reuelat, grauissime per ecclesiam punitur, & deponit, vt ipse pro delicto puniatur, & alii Christi fideles aliis confiteri sine periculo possint. ¶Deide, multi sūt curati habentes inimicitias & odia contra suos parochianos tam mulieres/q; viros, idq; ob multas & diuersas causas, qui vellent vindictam per phas perq; nephas de illis sumere, si impune possent, & si illis liceret impune confessionem reuelare, multi auderent, eorum, quos odiunt, confessiones reuelare, dicētes, eos hereticos esse, aut contra illos de variis criminibus testificari, idq; ex eorum confessione certo se scire dicentes. Similiter clerici cōtra clericos, quos in confessione audiunt, solent similes inimicitias habere, & hac via possent seipsos vindicare, alios de hęresi/ vel alio crimine/siue vere/ siue falso infamando, dicentes se id ex eorum confessione

agnoscere. Idem possent religiosi contra religiosos facere, inter quos solet inuidia/ rancor/& odium regnare. Si enim possent impune confessionē reuelare, daretur eisdē via, qua possent se inuicē prodere/ & accusare, quod in quantam religionis & totius ecclesiæ perniciem cederet, non est qui nō videat. Ideo ratio ipa naturalis dictat & docet, ꝙ stante diuina institutione de cōfessione agenda, strictissime seruetur præceptū de celando confessionem in omni euentu. Hanc etiam fuisse Christi institutionē/ putari potest, etiam si in scriptura apertū non sit: ideoꝙ ecclesia tam districte præcepit, & sub tā grauī pœna, vt confessor nec verbo/ nec signo aliquo cōfessionēvnq̄ reuelaret, in quo nō tā aliquid nouī instituit/ q̄ iuris naturæ & dei institutum declarauit.

¶ Iam ad rationes patet responsio. Ad primum. Esto ꝙ ex reuelatione, quæ de facto fit, in certis casibus non timeatur periculū odiendi confessionem, vt dictum est: semper tamen esset timendum, si posset in aliquo casu licite & impune reuelari. Vnde pro maiori parte homines sua occulta vitia sacerdoti confitentur, scientes eum nō posse vllo vnq̄ tempore audita reuelare: q si scirent posse sacerdotem ea reuelare, potius mortem subire, q̄ vitam suam homini confiteri eligerent.

¶ Ad secundum similiter respondeꝫ. Admisso, ꝙ celata confessione sequetur tantū aut maius incōmodum/ quātum sequeretur ea reuelata de facto, cū hoc tamē stat, ꝙ ipsa facultas & licentia de iure reuelādi cōfessionem, de se est apta nata directe vel indirecte reddere odiosam ipsam cōfessionē, quæ cum de se sit difficilis, vt reddatur hominibus amabilis, necessarium est precludere cōfessoribus omnem huiusmodi facultatem. Et esto ꝙ reuelando confessionē in casu argumenti obuietur hæresi præfatæ: attamen non est licitum illi per tale medīū obuiare, scilicet p reuelationē confessionis, cū tam stricte triplici iure phibita sit.

¶ Ad tertium patet similiter solutio. Qz verū est, ꝙ ex reuelatione quæ fit de facto per aliquē cōfessorem, reuocabunꝫ homines a confessione illi facienda, non aliis. Si tamen liceret de iure & impune aliquādo eam reuelare, iuste posset timeri periculū confessionē omnini omittendi, vt supra est expositum, non solum tempore sanitatis, sed etiam in articulo mortis, vt nōnullos ego agnouī paratos potius in peccato mori, & in infernum descēdere, q̄ certa vitia per eos cōmissa, suo sacerdoti confiteri. Quod multo certius facerent, si scirent sacerdotem de iure posse huiusmodi confessionem aliis reuelare. Et per hæc patet etiam ad quartum. ¶ Ad quintum. Si omnes confessores reuelarent cōfessionem de facto, aut si nō omnes, saltē illi inter quos peccator hic habitat, nullū esset huic peccatori periculū non confiteri, quia illo dato, cessaret obligatio confitendi, si alterius copiam habere non posset. Attamen si de iure/& impune possent omnes cōfessores reuelare confessionem, nō amota obligatione cōfitendi, tūc esset periculum, imo peccatum mortale non confiteri: & ita hominibus non sufficeret cōtritio. Ac proin de necessarium est, data facultate reuelandi confessionē, ꝙ cesset obligatio cōfitēdi, vt ex prefata facultate nullum timeatur animarum periculū. Et ita patet, ꝙ ratio non procedit, nisi quando ob causam reuelandi confessionē cessat obligatio confitendi.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ falsum est, ꝙ sigillum confessionis non addat supra sigillum nudi secreti vinculū naturale. Nā vt dictū est, stāte dei institutione de necessitate cōfessionis, ius naturale dictat, vt semper sigillum confessionis seruetꝫ, quia ius naturale dictat, ne quis agat, aut dicat aliquid, vnde christiani a sacramēto eisdem ad salutem necessario retrahantꝫ, quale est sacramentum confessionis, stante dei institutione, quod ius naturale lōge fortiꝰ est, q̄ ius naturale, quod iubet seruare nudū secretum, & longe etiam maius est, q̄ ius obligans ad confitendum. Sicut stāte præcepto dei iubentis aliquid fieri, quantumlibet leue sit, ius naturale dictat, illud esse inuiolabiliter obseruandum, iuxta voluntatem institutentis dei. Itaq̄ q̄q̄ sit de iure positiuo confessio sacramētalis a deo instituta, attamen stante huiusmodi institutione, naturale ius strictissimū est, ꝙ fiat ipsa confessio vt deus iubet, ꝙq̄ nemo retrahat homines ab obedīētia deo debita, q̄lit retraherētur p cōfessionū reuelationem.

¶ Ad postremū ex dictis patet respōsio, ꝙ maius est vinculum celandi confessionem,

nem, q̄ vinculum confitendi. Ac proinde q̄uis possit quis confessionē ob certas causas omittere, non inde sequitur, q̄ potest quis cōfessionem reuelare. Et quod dicit, Propter quod vnumquodq̄ tale. &c. procedit, quādo aliquid præcise est tale, propter aliud esse tale. Quod in p̄senti falsum est, quia confiteri est necessarium solum de iure positiuo: celare autem confessionem est tale, non solum positiuo iure, sed naturali & humano, vt ex dictis patet. Adde, q̄ multæ cōfessiones fiūt voluntarie sine obligatione, vt sunt illæ, quæ intra annum extra articulū necessitatis fiunt, & tamē illas necessariū est celare, sicut & eas, quę necessitate fiunt. Itaq̄ obligatio celandi confessionem non solum oritur ex obligatione cōfitendi, vt constat. ¶ Si autē velit quis dicere, sigillū confessionis nil nisi positiuū addere supra sigillum modi secreti, & ita sigillum confessionis prout sic, esse de iure positiuo, & per consequens nō esse necessario in omni casu seruādum, sicut nec alia, quæ sunt de iure diuino positiuo. Dicēdū, imo esto id ita esset, scilicet, q̄ huiusmodi sigillum esset de iure positiuo, non inde fit, vt in casu possit reuelari. Nam multa sunt de iure positiuo, quæ pro semper obligāt, vt q̄ coniuges permaneant indissolubiliter, ita vt nun q̄ / quo ad vinculum / separētur: & tamen fādo in sola lege naturali, posset accidere casus, in quo conuenire t, cōiuges separari, sicut in veteri lege ob multas causas separabant. Similiter ius positiuū diuinū est, ne quis simul duas vxores habeat: & tamen in nullo casu licitum est duas simul habere. Ius etiam positiuum est, solū ordinatum in sacris posse cōficere, & pœnitentes absoluere. &c. & tamen in nullo casu licitum est nec de lege possibile laicū cōficere, aut pœnitentem absoluere. Non igitur verum est, q̄ stāte lege possint in aliquo casu omnia quæ sunt de iure positiuo diuino licite violari.

Superest iam ad alia respōdere, quæ suas habent cōtra prę sentem articulū difficultates. Et arguitur, q̄ in multis casibus sit licitum confessionem detegere. Quia aliquando celatio cōfessionis cedit in præiudiciū communitatis, aliquando in præiudicium tertii, aliquādo in præiudicium confitentis, aliquando in præiudicium cōfessoris, aliquādo in præiudicium cōfessionis. Exemplum primi. vt si confitens confessus est se habere pro positum seminandi dogma, quod reuera est hæreticum, aut propositum occidēdi principem, aut ciuitatem hostibus tradēdi, aut aliquid huiusmodi: cui damnio nō aliter obuiari potest, q̄ confessionem detegendo. Iam in casu tenet sacerdos interitum spiritualem aut corporalem cōmunitatis ex præcepto charitatis & lege naturæ impedire. Si ergo aliter id impedire non potest, nisi reuelando confessionē, sequitur q̄ tenetur eam reuelare. Nec in casu hoc videtur, q̄ habeat vim p̄ceptū decelando confessionem, cum id pro charitate sit institutum. Quæ autem pro charitate singulorū instituta sunt, non debēt contra charitatem boni publici militare. Adde decretū Symachi. dist. 83. Mortē languentibus videtur infligere, qui hanc, cū potest, non excludit, &c. Igitur in casu dānum & interit? resp. imputabit confessori, qui cum obuiare possit, non obuiat.

¶ Respon. Et dictis patet responsio, quia etiam in præsenti casu non licet confessionem detegere. Et si cōfessor potest alia via præfato damno publico obuiare, tenebitur, non tamen aperiendo confessionem, etiam si aliter obuiare nō possit. Quia nemo tenetur bonum publicum procurare, aut damnum publicum impedire per media illicita, vt per mendacium, aut per fornicationem, aut aliud huiusmodi: tale est reuelare confessionem, quod semper illicitum est. Nō enim sunt agenda mala, vt eueniant bona, nec vt maiora vitent mala. Et quod dicit, Mortem languentibus infligit, qui hanc, cum potest, non excludit, p̄cedit, quando potest de iure eā excludere. Quod in præsenti locum nō habet. Et quod dicitur, q̄ celare cōfessionem in casu militat contra charitatem, dicēdum non ita esse, imo potius esset contra charitatem eam prodere posse, cum inde sequatur, vt dictum est, communis animarum iactura & interitus. Et ita celatio confessionis non in quorundā salutē est instituta, sed in cōmunem totius ecclesię vtilitatē.

¶ Ad hunc casum reducitur ali?, scilicet, si abbas ex confessione monachi, cui ali-

qua cura vel officium commissum est, scit q̄ eum in tali officio permanere vergit in perniciem religionis, an possit abbas illū ab officio semouere. Dicēdum q̄ sic, sine tamen reuelatione cōfessionis. Ratio, quia aliæ causæ possunt dari, quare illū ab officio remoueat, absq̄ hoc, q̄ peccatum monachi prodat, puta si abbas solet pro nutu & voluntate monachos a similib⁹ officiis amouere: aut si id solet, nō ob culpam cōmissam ipsius monachi, sed ob periculum eam committendi, si diu monachi in officio p̄maneāt: aut quia in cōfessione cōfessus est monachus, se ad officiū illud inabilem esse: aut optare se aliis rebus studere. Itaq̄ ex huiusmodi facto non reuelat̄ peccatum monachi. Q2 si vidētes eū amoueri, inde concipiunt monachū aliqnod notabile peccatū cōmisisse, illis erit hęc suspitio imputanda, qui temere, & in peiorem partem rem interpretantur. Si tamē talis sit casus, q̄ nullam ob causam solēt monachi a talibus officiis amoueri, nisi propter cōmissam culpam: tunc abbas eū amouē do, facto videretur confessionem reuelare: & per cōsequēs tenet̄ monachū sustinere, quousq̄ occurrat alia causa eū amouēdi,

¶ Secundo, aliquādo celare confessionem est in præiudicium alterius tertii, vt si confitens infamauit Petrum, illi falsum crimē imponendo, propter quod Petrus est ad mortem condemnatus. In tali casu, si confitens crimen suū non prodat, puta se falsē testificatum esse contra Petrum, confessor poterit hoc ipsum publicare: quia licitū est pro alio facere, quod ille alius facere debuisset. Vt si diues non vult patienti extremam necessitatem succurrere, possum ego de bonis diuitis tali pauperi subuenire, si aliter nō possum, quia id facio, quod ille diues facere debuisset. Et si sim intra onustam nauē tempore tempestatis, & dominus mercium non vult eas in mare proicere cum necessarium sit, ego potero eas piicere, etiā eo inuito, nec illi in aliquo tenebor, quia id facio, quod ipse facere debuisset. Cum igitur in casu ille confitens deberet suum crimē prodere ad finem restituendi famam Petro, quem tam iniuste damnauerat, & ad finem eruendi eundem Petrum a morte iniusta, cui ipe confitens causam dederat, & id non velit cōfitens facere, sequitur, q̄ idipsum poterit facere confessor pro confitente, &c.

¶ Respon. Falsum est fundamētum huius rationis, si vniuersaliter accipiat̄, scilicet, q̄ vnicuicq̄ licitū est pro alio facere, quod ille alius facere debuisset. Patet, si vxore petente a viro debitum / vir ille non reddat, non ideo erit licitum alteri in aliena vxore facere, quod marit⁹ facere debuisset. Similiter si latro aut homicida est iniuste ad mortem condemnatus, non erit licitum personæ priuatæ latronē illum a carcere fugientem suspēdere, quod iudex facere debuisset. Nec si debitor nolit soluere debitū creditori cum possit, erit mihi licitū sine consensu illius bona debitoris accipere, & creditori soluere, quod ipse debitor facere debuisset. Nec si ego debeo Petro decē, qui Ciceroni totidem debet, potero sine cōsensu Petri illa decē, quæ Petro debeo, soluere Ciceroni, quod Petr⁹ facere debuisset. Et ita patet ratione factam falso innixi fundamento: maxime in casu, quo aliquid dicere aut facere, vni homini licitum est, alteri vero illicitū, vt accedere ad fœminam / suo viro licitum est, non alieno. Suspēdere criminosum & morte dignū, licitum est publicam autoritatem habenti, non alii. Res alienas / aut alteri debitas distrahere, licitum est domino earum, non alii. Ita igitur in proposito, prodere crimē falsi testimonii licitum est ei, qui falsum imposuit crimen, non confessori, qui sola via cōfessionis illud scit, vt patet ex dictis. Nec valēt exēpla de eo, qui de bonis alterius succurrit pauperi: & qui merces alienas in mare proicit, & similia, quia tūc necessitas succurrendi excusat, non hoc, quod esset alium idipsum facere debuisse.

¶ Si obicias, quod simili modo in præsenti casu posset excusari sacerdos reuelando confessionem / ad finem saluandi innocentem a morte iniusta, quia id necessitate facit / non voluntate. Dicendum, negando consequentiam, nec est simile, quia in aliis casib⁹ vbi necessitas excusat eū, qui rē alienam contractat, nō interuenit alia iactura, q̄ rerum temporalium, quæ postponendæ & exponendę sunt pro vita fratris. In p̄senti vero casu ex reuelatione facta, alia longe maior / q̄ sit famæ & rerū temporalium iactura interuenit, scilicet contemptus

pl9 vniuersalis, vel vt plurimū integrę cōfessiōis: ideo p̄fata necessitas saluādi vitā innocentis, nō releuat reuelantē cōfessionē.

¶ Tertio ad idem arguitur, quādo celatio confessionis cedit in damnū corporis vel animæ cōfitētis, vt si Petrus ingressus est locū meretricū hora certa, in qua illi erat prohibitū illuc adire, & vltra ingressus ipsi9 fuit scandalosus: & in illa eadē hora apparuit homo alibi occisus: & propter indicia aut p̄sumptiones apparētissimas, puta, quia Petrus erat inimicus occisi, & illi fuerat mortē comminatus: incarceratᷣ Petrus, & ad mortem damnatur, nisi probet in illa hora absentem fuisse a loco occisionis. Qd̄ sciens sacerdos, & vidēs illū aliter a morte liberari non posse, nisi reuelet iudici, q̄ tali hora absens in talē locū. s. meretricū ingressus est, q̄q̄ ipse Petr9 nō vult hoc manifestare ob infamiā, quā inde incidet: reuelat ipse sacerdos, qd̄ per confessionem sciuerat. Iam in tali casu celatio confessionis cederet in damnum vitę corporalis ipsius confitentis, Similiter, si cōfessor frequēter audiuit Petrū in confessione/in eodem peccato perseuerantem, nec ad monita confessoris resipiscere volentē, quem putat confessor errores emendaturum/& se correcturū, si super eodem peccato ab alia certa persona redarguaᷣ. &c. Iam celare confessionem, cedit in interitū animæ ipsius cōfitētis, quē saluare posset confessor reuelando rem illi alii personæ, quæ potest prodesse & nō obesse: igitur in huiusmodi casibus poterit reuelari confessio, quando scilicet cedit in salutem corporis aut animæ ipsorum confitentium. Maxime, q̄ in huiusmodi casibus non videtur habere locum fundamētum supra positū: quia per huiusmodi reuelationes confessionum in talibus casibus nō reuocabuntur peccatores a confessione, sed potius ad eam allicientur, videntes ad eorum salutem fore sæpe necessarium confessionem reuelari.

¶ Respon. Qz ex quo pro saluanda tota re pub. non est licitum reuelare confessionē, a fortiori nō erit licitum eam reuelare, pro saluanda vita vnius hominis, siue corporali/siue spirituali, propter fundamētum positum. Quia & si accidente casu, quo a morte liberatur cōfitens per reuelationē confessionis, in hoc ipso gaudeat ipse confitens, potest tamen accidere casus, q̄ potius eligat mori, q̄ q̄ crimen suum occultum detegatur. Et ante euentum casus, est clarum, q̄ data cōfessoribus facultate reuelandi cōfessiones, de se est hoc reuocatiuū a confessione integra agenda. Vnde in casu proposito in argumēto, si cōfessor vult occurrere damno corporali, vel spirituali confitentis per reuelationem cōfessionis, licentiam prius impetret ab ipso confitente, quam si dare nolit, taceat sacerdos. Sed de hac licentia postea videbitur. ¶ Quarto ad idem arguitur, quando celatio confessionis cedit in damnū corporis vel animę ipsius cōfessoris. Exemplū, si cōfessor in testem productus, & a iudice suo iureiurando astrictus se respōsurum ad ea super quibus fuerit interrogatus. &c. quo iurante, interrogat eū iudex super casu quodā, quem tamen per solam confessionem scit ipse confessor: tūc tenetᷣ respondere, quia iurauit, & non potest deponere falsitatem, quia peccaret mortaliter, igitᷣ debet deponere veritatem: hanc autem non potest deponere/nisi reuelando confessionem, vt videtur, igitᷣ. Vnde patet, q̄ celatio cōfessionis in casu cederet ipsi confessori in detrimētum animę, quia scilicet esset periturus.

¶ Ad hunc casum referᷣ alius, si sacerdos nemus aliquod fuerit ingressus, cum aliis hominibus, qui conspirauerunt inter se, vt sacerdotem in medio nemoris occiderent, quorum alter, pœnitētia ductus, ab aliis segregatus, cōfitetur illi sacerdoti: qui cōfessione audita/nisi retrocedat, scit se ab illis occidendum: sed retrocedendo videᷣ reuelare facto confessionem, cum nulla alia causa videatur seu appareat, quare sacerdos deserat in casu societatem illorū, nisi quia per confessionem illius agnouit cōiuratione contra eum factam.

¶ Respon. Ad casum primum dici solet, q̄ talis sacerdos potest iurare, se nil de casu illo scire, quia ex quo illud scit vt deus, & non vt homo: nam in audiendo confessionem tenet vicē dei, poterit igitur sine mendacio in foro hominū dicere, se nescire id, quod in persona alterius alioqui scit. Sicut econtra potest aliquis in persona alterius aliquid de se affirmare, quod in p̄sona propria loquens falsę affirmaretur, vt quādo

notabile

angelus ad Moysem loquens dicebat in
Exo. 3. persona dei, Ego sum domin9 deus tuus. Et iterum. Ego sum deus patris tui Abraham/Isaac/& Iacob, Quæ constat ab angelo esse dicta, sed in p̄sona dei, vt dixit Ste
Actuũ. 7. phanus, & habetur in actibus apostolo-
Ad Hebr. 2. rum. Et Paulus in epistola ad Hebræos. ¶Contra hanc solutionem videtur ratio Sco, q̄ confessor audit vt homo cōfessionem sibi factam, nam eam auri9 corporalibus audit, & mente humana, quæ audit, percipit, & scit. Quod & ipsa forma confessionis significat, in qua ait peccator, Ego cōfiteor deo, & beatæ Mariæ, & omni9 sanctis, & tibi pater me in his & illis peccasse. Quę forma per totam ecclesiam est approbata: igit̄ non loquitur ad confessorem tanq̄ ad deum, sed tanq̄ ad hominem & ministrum dei. Deinde, sacerdos in persona sua absoluit, quando ait, Ego te absoluo, non in persona dei: nam tunc nō opus esset dicere, Ego autoritate dei te absoluo, sed vere dicere posset, Ego autoritate mea te absoluo. si in persona dei loqueretur. Sicut vere dicebat angelus ad populum Israel, Ego eduxi te de Aegypto, Ego creaui te, &c. Præterea, si in p̄sona dei absolueret, nō ergo posset recte dicere, Ego autoritate Petri & Pauli mihi commissa te absoluo. Esset enim blasphemare, si id in persona dei diceret. Postremo, si in persona dei vt dei9, & nō vt homo sciret, quæ per confessionē scit, sequeretur q̄ loquens extra confessionem/siue in iudicio siue extra, dicens se scire in genere aliqua peccata cōmitti in rep. quæ correctione indigent, vt scilicet corrigantur, vel vt ipse cōfessor consilium cōueniens ab aliquo accipiat, q̄ mentiret̄, nec id vllo modo dicere posset, vt homo, Extra confessionem autē nō loquitur vt deus, vt constat, sed vt homo, igitur. Scotus vero dicit, q̄ in casu cōfessor nec debet dicere/scio/nec nescio/sed debet tacere, & nil respōdere. Et tacendo, nō prodit cōfessionem, sed tacere potius est de se celatiuum confessionis/q̄ manifestatiuū. Q2 si inde aliqui suspicent̄ quod quęrunt, illis imputet̄, qui perperā id præsumunt, non sacerdoti tacenti. Verum hoc non satisfacit, quia iurauit sacerdos se ad interrogata responsurum: ac proinde non satisfacit iuramento, si nil respondeat. ¶Ideo dicendum, q̄ confessor potest dicere in casu se nil scire, idq̄ sine mēdacio, quia illa verba admittūt hunc sensum, scilicet, nil scio super hoc ad reuelandū vobis, prout Augustin9 interpretatur, quod Christus de se ipso dixit, scilicet, filius nescit diem iudicii, scilicet ad reuelandum hominib9. Aut sic interpretat̄, scilicet, Nil scio de hoc, super quo intendis me interrogare. Et vere respondet sicut debet, quia debet respōderi ad mentem interrogantis. Mens autem interrogātis hæc debet esse, scilicet, inquirere de his, quæ in foro illo tractāda sunt, & quorum cognitio ad potestatē ipsius iudicis pertinet. Modo autē quæ in sola cōfessione scita sunt, non sunt de his, quæ in illo foro sunt tractanda, nec de his, quæ ad potestatem humani iudicis pertinēt, vt constat, quia ad illum forū non pertinent, nisi q̄ alioqui possunt in illo foro probari, & quorū testificatio seu depositio possunt ad illum forum deferri, qualia non sunt, quæ in sola confessione sciunt̄. Q2 si mens iudicis sit interrogare sacerdotem si sciat de casu proposito aliquid, etiā per cōfessionem, iam excedit potestatē sibi concessam, & nō opportet ad mentem illius, quam habet, respondere, sed ad mentem, quam debet habere. ¶Correlarie sequit̄, q̄ si crimē alicuius sit omnino occultum, aut fidei alicui9 sub secreto cōmissum, de quo nec indicia, nec clamosa insinuatio, nec semiplena probatio præcessit, interrogatus a iudice, nō tenet̄ se prodere, si reus sit: nec reum potest prodere, qui sub secreto rem illam accepit, sed potest vterq̄ respōdere se nil scire, ad sensum scilicet prędictū, idest, se nil scire in hoc, quod ad forum suum pertineat. Et ita vere respōdet ad mentē interrogātis: nam hęc debet esse eius mens, vt de se satis cōstat. Pro quo facit cap. Qualiter & quando. de accusationibus, de quo alias. ¶Ad secundū casum in hoc argumento propositum dicit Sco. q̄ cōfessor ille potest retrocedere sine reuelatione confessionis, quia ob multas alias causas potest se a nemore diuertere, scilicet, quia nō bene valet, vel quia reliquit negotium cœptum in aliquo loco, quod sibi sit necessarium perficere, vel tenebat̄ aliquid facere, cuius nunc recordatur. Et ita illa digressio, qua sacerdos a nemore diuertit,

cum tam

cum tam equiuoca sit, nō est de se manifestatiua cōfessionis: & ita potest sacerdos curare, quod sibi conuenit, diuertendo, suspicētur alii, quod velint. ¶ Aliter respondet Adrianus, q̄ esto nulla alia causa posset in casu dari, nisi q̄ per confessionē cognouit conspirationē contra eum factā, q̄ potest retrocedere & diuertere a nemore ad saluandum vitam suam. Et in casu nō reuelat crimen in confessione scitum cum illud tam ante confessionem esset illis conspiratoribus notum, q̄ si facto cōfessor ille aliquid confessionis reuelat, est pœnitentia & bonitas illius confitentis, hoc enim est, quod in notitiam illorum ex facto sacerdotis deducitur, scilicet, q̄ ille cōfessus est crimen, quod contra sacerdotem parabatur.

¶ Verum hæc responsio procederet, si ratio quare vetitum est confessionem reuelare, esset non infamare confitentem, qualiter in casu nō infamatur: & ideo consequēter in casu potest sacerdos cōfessionem reuelare, quando scilicet huiusmodi reuelatio cedit in laudem & bonum nomen ipsius confitentis, & non in eius dedecus & infamiam. Sed si ita esset, scilicet, q̄ solum habendus esset respectus ad famā confitentis, certe in multis casibus esset revelanda confessio, scilicet in omnibus illis, in quibus fama proximi est pro aliis bonis postponenda, quod est cōtra dicta. ¶ Deinde, quoties aliquis confitens est de aliquo crimine infamatus, posset sacerdos ore dicere & propalare se scire p confessionē illū pœnitentem tale & tale peccatum cōmisisse, de quo scilicet est infamatus. ¶ Ideo dicendum, q̄ nullo modo licitum est confessionem prodere, ob causam iam datam, quia scilicet inde redderet confessio hominib⁹ odiosa. Quod etiam in casu presenti videre licet, quia ille socius conspirantium in mortē sacerdotis grauiter doleret in casu si sacerdos p̄deret aliis, q̄ ipse conspirationem eidē sacerdoti intimauit, & si sciret q̄ cōfessor esset confessionē reuelaturus, forte nullo modo illi fuisset confessus, cū ob id in odium aliorū sociorū grauissimū incurrerit. Ideo conuenientior est responsio Sco. Q̄ si nulla alia causa subsistere possit, ob quam debeat sacerdos in casu a nemore diuertere/ p̄ter cōfessionem sibi factā, potius deberet vltra p̄cedere, & se deo cōmendare, exponendo se martyrio pro lege dei seruanda, quæ strictissime iubet cōfessionem celare.

¶ Quinto ad idem arguitur. Quando celatio confessionis cedit in p̄iudicium ipsius confessionis, puta in fractionem ipsi⁹, oppositam eius integritati, vt si in vno loco sunt duo sacerdotes nunc⁹ inde egressi, & alter eorum episcopum simoniacū illuc diuertentem in confessione audiuit, simul & eum absoluit, quem tamen, cum simoniacus esset, absoluere non potuit. Deinde hic cōfitetur alteri sacerdoti socio eiusdē, cum alterius copiā habere non possit. Iā vel talis tenetur confiteri se episcopū simoniacum absoluisse, quē nō potuit absoluere, & tunc reuelat cōfessionē: vel si celare id oportet, dimidiat cōfessionem, quod est contra integritatem in eadem seruandam. ¶ Ad hoc facile respondetur, q̄ non debet confiteri in specie peccatū, quod absoluendo simoniacum commisit, quia fortius est vinculum celandi confessionem, q̄ ea dimidiādā. Nā in multis casibus est dimidiāda, vt supra dixi, in nullo tamē reuelanda. Ideo in casu satis est, si cōfiteatur illud peccatum in genere, dicens, se male & perperam administrasse sacramentum absolutionis, quia hoc dicens, culpam suam confitetur, & confessionem episcopi celat, vt constat.

nota bene. vide. non.

¶ De bis/ qui confessionem celare tenentur.

QVrca ea quæ dicta sunt dubitatur, quis teneatur celare confessionem? An solus confessor, cui facta est, an etiā alii audientes. Respō. Q̄ nō solus sacerdos, cui facta est, sed quicūq; alius, qui confessionem licite/ vel illicite audiuit, vt si quis forte confitetur per interpretem, aut si laicus fingit se sacerdotem esse, aut dolo/ seu ex proposito/ aut a casu audit confessionem, quæ confessori fit: omnes tales tenentur illam celare, Ratio constat ex dictis, quia omnes illi tenentur confessionem celare, per quorum detectionem redderetur odiosa, & ab ea homines retraherentur: sed si pœnitetes scirēt

aliquos tales posse licite confessionem reuelare, cum sciant posse de facto multos ipsum confitentem audire, id timentes, non ita auderent confiteri. Si tamen confessor confessionem alicui reuelaret extra confessionem/siue occulte/siue publice sine licentia confitentis, ille alius, an teneatur celare auditum, sicut & ipse confitens? Crederem q̄ non, quia ille non per viam confessionis illud sciuit ex casu.

¶ De his: quę a cō

fessore celanda sunt.

Liud dubium, Quæ sunt ea, quæ necessario celanda sunt? An scilicet sola peccata cōfessa, an reliqua omnia etiā non peccata in cōfessione audita. Respon. Q̄ vniuersaliter illa oīa necessario celāda sunt, per quorum detectionem redderetur onerosa/seu odiosa ipsa cōfessio, & quia ex reuelatione peccatorū/& circūstātiarum/& cōplicum redderetur odiosa cōfessio, ideo omnia illa cadunt sub sigillo confessionis. Inde etiam fit, vt aliquando sub eodem sigillo cadat virtus & bonitas ipsius cōfitentis cognita p confessionē: vt si sacerdos aliis videntibus duas mulieres audiuit in confessione, & corā astantibus volens alteram cōmendare, dicit eam esse castā & virginē, Quod cū de vna affirmet, & nō de altera, secundū cōmunē hominū intelligentiam significat illam alteram non esse talem, iuxta cap. Nonne. de pręsumptionibus.

¶ Sed pro maiore huius dubii explicatione, pono dicta aliqua. Primū. Licitum est ob causam in publico/vel alias reuelare cōfessionē, id est, peccata in confessione scita, prodere, nō prodēdo personā directe, vel indirecte, vbi & quando nullū subsequatur scandalum. Vt si confessor cōmunicat alicui casum, quē in cōfessione cognouit, ad finem sciendi, an sit reseruatus, vel non: an sit mortale, vel non: & quæ pro illo sit pœnitentia imponenda, vt habetur cap. Officii. de pœnitentiis & remi. Aut si prædicator dicat in genere peccata talia/vel talia committi, ad finem notificandi audientibus opus illud vetitum esse & pernicio-sum, & ab hominibus vitandum.

¶ Secundum dictum. Licitum est reuelare, hoc est in publico/vel occulto dicere in genere, peccata per cōfessionem cognita, etiam personam seu confitentē exprimendo. Vt si confessor dicat de Petro, Petrus cōfessus est sua peccata. Quia dicēdo, nec Petrum infamat, nec confessionem odiosam reddit, cum omnes sciant neminem confiteri debere nisi peccata, q̄d̄ non est, quia peccatis sit prorsus immunis. nō enim est homo qui non peccet, Et si dixerimus, q̄ peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, vt ait beatus Ioā. Inde patet esse licitum confessori dicere de Petro, Petrus cōfessus est sua peccata venialia, modo per hoc non significet Petrum confessionem mortalium omisisse. ¶ Tertium dictum. Licitum est confessori peccatum in particulari simul & personam confitentem dicere, si peccatum tale alioquī publicū est, & omnibus notum. Vt si dicat de publica meretrice, q̄ cōfessa est turpitudinem suā. Et de publico homicida, q̄ cōfessus est homicidium. In quo duo significat cōfessor, scilicet Petrum esse confessum, & Petrum esse homicidam. Et primum est occultū, cuius reuelatio cedit in laudem ipsius confitentis, Secūdum est publicum, etiam ante confessionem auditam. Ideo per hoc nō dicitur cōfessor reuelare cōfessionem, quia non dicitur reuelari, nisi quod prius occultum erat, quod in casu non accidit. Huius dicti ratio aperta est, quia tale dictum confessoris, nec est infamatiuum confitentis, nec reddit confessionem odiosam. Si tamē inde timetur scandalum, tenebitur confessor silere. Quod quia vt plurimū timetur ex similibus dictis, satius est tacere, nisi forte aliqua necessitas cogat.

3. Reg. 8. in canoni. cap. 1.

Liud dubium, An sub sigillo cōfessionis cadat peccatum cōmittendū, quod peccator confessus est, sicut & peccatū cōmissum. Et dixerunt multi, & in scriptis reliquerūt, q̄ nō, sed q̄ talia peccata potest confessor ob causam reuelare. Pro qua sentētia facit, q̄ de? illa peccata cōfessa nō tegit, quādiu sunt in ꝓposito cōfitētis: igit̄ nec sacerdos debet ea tegere. Tū etiā, quia talis confessio nō est sacramentalis, eo q̄ cōfessio sacramētalis debet esse lachrymosa, idest, ex cordis pœnitentia procedens;

cedens, qualiter nō procedit cōfeſſio præ-dicta, cū pœnitētia cordis ſit pręterita ma-la plangere, & plāgenda, iterū nō cōmitte-re, In caſu aūt deeſt huiuſmodi pœnitētia. Tum etiā, quia ſacramentū nō in cōfeſſiōe cōſiſtit, ſed in abſolutione. In caſu autem p̄ſenti talis cōfitēs nec abſoluit, nec abſol-ui pōt: igit eius cōfeſſio ſacramētalis nō eſt. ¶ Reſpon, cū aliis cōmuniter loquētibus, q̄ ſub ſigillo cōfeſſionis cadūt non ſolum cōmiſſa, ſed cōmittenda cōfeſſa. Quia cū ad integritatē cōfeſſionis pertineat cōfiteri nō ſolū quę pręterierūt, ſed etiā propo-ſitū habitū ea poſtmodū committendi, ſi eſſet ſacerdoti cōceſſa facultas huiuſmodi propoſita reuelādi, nō dubiū, quin daret occaſio, vt vel cōfeſſio dimittat/ vel ſaltem dimidiet. Tum etiā, quia & ſi talia peccata ſint poſtea in re cōmittēda, tā tamē ſunt in volūtate cōmiſſa: igitur celanda ſunt/ ſicut & reliqua cōmiſſa/ ſeu p̄terita. ¶ Nec ob-ſtant rationes in oppoſitū factę, q̄ cōfeſſio hæc ſacramētalis eſt, ad q̄d nec neceſſariū eſt cōfeſſionē ex vera cordis pœnitētia pro-cedere, nec deū peccata ſic confeſſa tegere. Id patet, q̄ tūc cōfeſſio facte facta cū ſub-ſequēte abſolutione nō eſſet ſacramētalis, ſed poſſet ob cauſam reuelari, quod eſt cō-tra cōmunē ſentētiā. Et ſequela patet, quia nec ex vera cordis pœnitētia procedit, nec deus illa peccata tegit. ¶ Deinde, vt ſacra-mentalis ſit confeſſio facta, non eſt neceſſa-riū, q̄ cōfitens abſoluatur ſacramētaliter: quia tunc ſi cōfeſſor nō abſolueret cōfiten-tem, eo q̄ cōfeſſio nondū eſt perfecta, vel quia vult ſuper caſu aliquo conſeſſor aliū cōſulere, vel ob aliquā cauſam/ ſeu pro vo-luntate abſolutionē differre/ vel negare, q̄ tūc nō eſſet ſacramētalis huiuſmodi con-feſſio, & per cōſequens poſſet ob cauſam reuelari, quod iterum ſuppono falſum.

¶ Nec etiā videtur dici ſacramentalis con-feſſio, quia peccator poterit poſtea ab illis peccatis ſacramētaliter abſolui abſq; hoc, q̄ eorum cōfeſſionē reiteret. Nam tunc ſi peccator in via narret ſacerdoti vitā ſuam, ſicut qui hiſtoriam narrat, qualiter eā nar-raret alteri non ſacerdoti, eſſet dicenda hu-iuſmodi narratio, confeſſio ſacramenta-lis, quia abſq; repetitione huiuſmodi nar-rationis poteſt talis peccator poſtea ab il-lo ſacerdote ſacramentaliter abſolui per hoc ſolum, q̄ ille peccator poſtea contri-tus, fateatur ſe reum eſſe in omnibus, quæ illi prænarrauerat, etiam ſi confeſſionem non reiteret. ¶ Ideo videtur ad pręſens illa confeſſio dicenda ſacramentalis, quæ fit a peccatore in recognitionem ſuę culpę & ſacerdoti/ quatenus iudex eſt in foro pœni-tentiali, ſeu quatenus tenet vicem Chriſti, & cum ſpe venię ſeu abſolutionis a ſacer-dote illo impetrandę. Nam hæc eſt confeſ-ſio, quæ iure diuino & hūano nobis præ-cepta eſt, in cuius pręceptione, fundat̄ ne-ceſſitas celandi in omni euentu confeſſio-nem. Hæc etiam eſt a qua ſi homines reuo-centur periculoſum eſt/ & pniciosum. Cū igitur talis ſit cōfeſſio, qua quis cōmiſſa & cōmittenda cōfitetur alicui ſacerdoti, qua-tenus Chriſti vicarius eſt/ & iudex ipſius cōfitentis, ſequitur illā ſacramentalē eſſe, & neceſſario celandā. Et quāuis qui confi-tetur, ſpem veniæ illico impetrandæ non habeat, ſed poſtea, erit ſacramentalis. Imo & ſi non habeat ſpem illico/ vel poſtea re-miſſionem a ſacerdote impetrandi, modo confeſſionem illā faciat animo adimplen-di præceptum dei aut eccleſię/ de integre confitēdo, videtur confeſſio ſacramenta-lis, & per conſequens celanda.

¶ Correlarie ſequitur, ſi peccator cōfiteā epiſcopo, ſe ſępe & vehementer tentari ad occidendum ipſum epiſcopum, q̄q; nou-dum animum occidēdi eum depoſuerit, Epiſcopus ille non poterit directe, nec in-directe ante occiſionē attentatam arma & alias defenſiones parare, ſi ſit veriſimile, q̄ inde prodetur cōfeſſio, quia forte alii, qui epiſcopum ita patari viderint, ſuſpicabū-tur, prius ipſum confitentem necē epiſco-pi procurare, & ita firmabūtur in ſua opi-nione. Sed tamen pro hoc, & aliis ſimili-bus caſibus, quando facta, ſeu verba con-feſſoris equiuoca ſint, & poſſint ob diuer-ſas cauſas fieri citra cognitionem per con-feſſionem habitam, poterit confeſſor illis factis equiuocis vti pro bono reipub. & ſuo, & proximi.

¶ Sequitur vltra, ſi quis ſit excommunica-tus, populo neſciente, & ſacerdote, id per confeſſionem cognoſcēte: non debet con-feſſor illū excōmunicatū vitare, nec in pu-blico, nec in occulto. Ratio clara eſt, quia q̄uis vitando illum in occulto nō reuelet

confessionē: attamen reddit eam odiosam/ & onerosam. Vnde videns peccator se a sacerdote etiā in occulto vitari, cū id cedat illi in pœnā & cōfusionē, quā sine confessione nō fuisset passus, verisimile est, ꝙ a confessione simili reuocabitur. Itaq; cōfessor audita cōfessione, ita se postmodū habere debet, ac si nil per confessionē illā cognouisset. Nec obstat. cap. Cū non ab homine. de sententia excōmunicationis. vbi dicitur, ꝙ qui scit in occulto aliquē esse excommunicatum, debet in occulto eum vitare. Quia textus ille nō se extēdit ad casum prę sentē, sed loquit̄, quādo extra cōfessionē, aut aliter/cognoscitur excōmunicatus.

¶ Inde vltra videtur sequi, ꝙ peracta confessione/ & absolutione impensa, non potest confessor etiam in occulto exprobrare illi confitenti peccata confessa, vel eū reprehēdere, nec de illis cū illo cōfabulari, nisi de cōsensu ipsius pœnitentis. Ratio, quia cuius nō sit hoc prodere/ seu reuelare confessionē, est tamē eam onerosam facere, & odiosam, cū omnibus molestū sit, eorum peccata, quę in cōfessione detexerūt, extra cōfessionē per ipsum confessorē significari, tam in publico, ꝙ in occulto. Quanꝙ Adrianus in his duobus casibus nō reputat inconuenies oppositum dicere & tenere, ꝙ cōfessor vitet in occulto eū, quē per confessionē scit esse excōmunicatū. Et ꝙ cōfessor, peracta cōfessione, extra cōfessionē reprehendat cōfessum de peccatis confessis, idq; si viderit illi cōfitenti profuturū. Nec in hoc dicit̄ cōfessionē ꝓdere, aut reuelare. In quo taxat Scotū oppositū cū supra dictis tenentē. Verū cū ratio potissima quare sit necessariū celare cōfessionem, est ne reddatur odiosa & onerosa hominibus, quicquid faciet eā similiter odiosam & onerosam, erit similiter vitandum. Alioqui peccabit cōfessor, cuius nō peccet cōtra præceptū de celando cōfessionem, nec incidat pœnas cōtra reuelantes statutas.

¶ Sequitur amplius, si duo volunt in facie ecclesiæ contrahere, inter quos est impedimentum, quod est a curato per confessionem cognitum, vt ꝙ frater sponsi cognouerit illam, quam ducere vult, non potest tale impedimēum dicere in publico nec in occulto, nec debet abstinere a celebrandis, seu benedicēdis nuptiis illis, cū nullā habeat causam legitimam abstinendi ab vsu sui officii in casu. Nec obstat, ꝙ videt̄ cooperari ad actum lege diuina damnatū, scilicet, vt illi alioqui impediti, cōiugium contrahant. Nam non id facit sacerdos voluntate/ sed necessitate, vt scilicet scādalum vitetur, & confessionem non prodat. Nec in casu cooperatur ad actum, qui de se est illicitus, cum solum sit illicitus ex circunstantia, quæ tamen latet, & quam publicare non licet. Sicut etiam potest curatus eucharistiam ministrare subdito publice cū aliis eam petenti, etiam si sciat eum in peccato mortali, sed occulto esse.

¶ Sequitur iam iniquum esse mādatum, quod dicitur, nōnullos inquisitores dedisse de manifestāda seu denūcianda hæresi, qualitercūq; scita, etiā per viā cōfessionis, aut secreti cōmissionis. &c. Iniquū etiā esset, tali mādato parere: saltē si nō aliter hæresis illa scitur/ cuius per cōfessionē, siue sit hęresis præterita, siue seminanda.

Ed adhuc supereſt ſcrupulus, quia, vt videtur, ideo celanda eſt cōfeſſio, ne hoīes a cōfeſſione illis neceſſaria retrahantur, ſequitur hinc, ꝙ ſi confeſſionis neceſſitas ceſſaret, ex cōſequenti ceſſaret obligatio tam ſtricte eā celādi: nā ſemota neceſſitate cōſtendi, nō eſſet periculū animarū homines a cōfeſſione agēda abſtinere, cum alioquī ſufficeret eis deo cōfiteri. Et ſi ſic, ſequitur, ꝙ illas cōfeſſiones eſſet in caſu aliquo licitū reuelare, quas homines ſine neceſſitate/ ſed ſola volūtate faciūt. Quales ſunt, quas faciunt extra articulū neceſſitatis, & extra tēpus ab eccleſia ſtatutū. Quales etiā ſunt quas faciūt aliquī per ſcriptū/ aut per interpretē: & quas aliquī ex deuotione pluribꝰ ſimul ſacerdotibus faciunt, aut vni, corā tamē aliquo alio, qui adiuuet ſacerdotē ad iudicandū inter leprā & leprā, inter reſeruata/ & nō reſeruata. Nam ad cōfeſſiones taliter factas, nulla cōpellit neceſſitas, ſed ſola mouet voluntas, vt ſupra diximus: a quibus ſi homines abſtineāt, nullum videtur animarū periculum. Sicut nullum eſt animarū periculū, homines nō ingredi religionem, qđ de cōſilio eſt/ nō de neceſſitate.

¶ Tum etiā, quia videtur in caſu licitū reuocare homines a cōfeſſione facienda, nō ſolum

extra tēpus ab ecclesia statutū, sed etiam in ipso tēpore, scilicet in quadragesima, imo & in tēpore, quo est homo positus in articulo mortis, vt si necessitas compellat pugnare pro reip. defensione, aut nauē dirigere & exonerare pro salute corū, qui in ea existunt: & in aliis similibus suadendū est, vt illo tempore homines a confessione cessent, si quę ad vitam necessaria sunt, per cōfessionē illā impediantur. Igitur, si in multis casibus licitū est directe homines a confessione reuocare, non igitur erit illicitum reuelare confessionem ob id, scilicet, ꝙ ex tali reuelatione datur occasio, vt homines a confessione reuocentur.

¶ Respō. Q nō solū necessariū est confessionē celare ꝓpter necessitatē confitēdi, nā ad committendum alteri secretum nudū nulla cōpellit necessitas: si tamē alicui cōmittatur, necessariū est ei, cui tale secretum cōmissum est, illud celare/ & non detegere. Ita & si sępe homines voluntarie cōfitean tur absq; aliqua necessitate, est tamē necessariū cōfessori ipsam cōfessionem celare, idq; multo strictius, cū si esset secretū nudū cōfessori cōmissum. Vnde & si omnino esset iublata necessitas vocaliter confitendi, suppositā tamē vtilitate ipsius cōfessionis, adhuc esset necessario celanda confessio. Quia nō solū illicitū est per cōfessionis reuelationē dare occasionē hominibus, vt a cōfessione eisdem necessaria abstineāt, sed etiā vt confessionē, quę tam salutare remediū est, ad curandū cōmissa & præseruādū a recidiua homines abhorreāt, etiā eo tempore, quo cōfessio vtilissima hominibus foret. Et ad id datur occasio, cōcessa licētia confessionē reuelandi. Et per hoc patet ad rationes ante factas. Reuocare enim homines a cōfessione directe, eo tēpore, quo necessitas aliis rebus seu actionibus insistere cogit, nō est reuocare homines a confessione pro tūc illis necessaria aut vtili: nam in tali casu postponenda esset confessio. Reuelare autem confessionem, de se dat occasionem, vt confessio/ siue quando est necessaria/ siue quando salutaris est, ꝑmittatur, & hoc est illicitū. Sicut esto ꝙ confessio esset quidem vtilis/ sed non necessaria, & aliquis dissuaderet eā omnib9, ne scilicet vllo vnq; tēpore cōfiteant̄, certe peccaret mortaliter, vt constat. Sicut qui dissuaderet hominibus, ne vllo vnq; tēpore opera consilii faciāt, absq; dubio peccaret mortaliter.

¶ De dispēsatione super confessione reuelanda.

¶ Aliud dubium, An possit Papa dispensare, cū confessore, vt possit reuelare confessionem. Et arguit pro parte affirmatiua, quia potest dispēsare in præcepto de confitendo/ saltē semel in anno: igitur etiā in p̄cepto de celādo cōfessionē, quando quidē qui potest remouere prius, potest ex cōsequenti remouere posterius. ¶ Secundo, potest Papa dispēsare in voto & iuramento, vt patet ex corū titulis, non obstante, ꝙ sit de iure diuino seruare votū & iuramentum: igitur etiam potest dispēsare in præcepto de celando cōfessionem, esto ꝙ sit de iure diuino. ¶ Tertio, potest Papa dispensare in gradibus cōsanguinitatis iure diuino prohibitis, vt ꝙ possit vir successiue duas sorores in coniuges accipere, ꝙ possit patruus cum amita cōtrahere, & ita in aliis gradibus, quod tamē constat in Leuitico esse iure diuino prohibitum. Leui. 20.

¶ Quarto. Nō obstāte, ꝙ iure diuino vir teneatur debitū reddere vxori postulanti, & eam non defraudare, prout Paulus docet: potest tamen Papa cum viro dispensare, vt possit cum cruce signatis in terrā sanctam peregrinari, etiam nō habito consensu vxoris, vt habet cap. Ex multa, de voto/ & voti redēptiōe. Similiter potest dispēsare cū cōiuge ne debitū persoluat ob ęgritudinē, non obstante iure diuino in oppositum, igitur etiam in p̄senti casu poterit dispensare, vt confessor possit reuelare. ad Cor. 7.

¶ His non obstantibus tenenda est opposita sententia, scilicet, ꝙ Papa non potest dispensare cum confessore, vt reuelet confessionē. Et probatur, quia Papa non potest dissoluere, quod iure necessario & diuino est institutum, quale est, cōfessionem in omni euentu celare. Id patet, quia vt ait Paulus, Non est data potestas Papæ ad destructionē, sed ad edificationem. Et quod a deo institutū est, ꝑ homines dissolui non debet. Vnde & Vrbanus Papa dixit, diuina mādata seu instituta, vsq; ad sanguinem esse defendenda, & non violanda. Constat autem confessionem omni iure esse celandam. ¶ Secundo, Non potest Pa- vbi necessario lege naturæ. ad Cor. 10.

pa dispẽsare in præcepto de baptismo/aut de confessione faciẽda, saltem tempore necessitatis, quãdo de iure diuino tenetur homo confiteri: igitur nec potest dispensare in præcepto de celanda confessione. Consequentia patet a minori, quia maior est obligatio celandi cõfessionem, q̃ sit obligatio confitendi, vt ex sæpe dictis patet.

¶ Tertio. Non potest Papa dispensare in præcepto de vitando scãdalum: igitur nec in præcepto celandi confessionem. Nam non minus, imo maius est vinculum celandi confessionem, q̃ sit vinculum vitandi scandalum, prout colligitur ex cap. Sacerdos. de pœnitentia. distin. 6. Vbi dicitur, q̃ nullo vnq̃ tepore aut casu licitum est confessionem detegere, etiam pro vitando scãdalo. Qui autem nõ potest in minus, nec poterit in maius, iuxta regulam iuris. Si vinco vincentem te, a fortiori vincam te.

¶ Ad rationes priores respon. Concesso q̃ possit Papa dispẽsare in pręcepto de cõfitendo semel in anno, non valet consequẽtia. Quia præceptum de semel in anno est humanũ ex volũtate pontificũ procedẽs: quę aũt ex humana volũtate ꝓficiscunt̃, ꝑ voluntatẽ humanã possunt dissolui, iuxta regulã iuris. Res per quas causas nascitur, per eas dẽ dissoluitur. ¶ Ad scdm, fateor q̃ potest Papa dispẽsare in votis & iuramentis, nõ obstãte q̃ obligẽt ad sui obseruantiã de iure diuino: sed nõ inde sequitur, q̃ possit in casu pręsenti dispẽsare. Ratio est, quia sunt obligatiões, quę ex humana volũtate nascunt̃, vt sunt obligatiões voti & iuramẽti, q̃ oriunt̃ ex animo vouẽtis/ iurãtis/aut promittẽtis. In tãtũ enim obligat̃ qui vouet/iurat, aut promittit, inq̃tum se ad id obligare intendit. Vnde fit, vt si quis dolose iuret, voueat, aut ꝓmittat, nulla inde nascit̃ obligatio in cõscientia: excepto, nisi in fraudẽ seu damnũ alterius factum sit votũ, iuramentũ, seu promissio, quia tenebitur is, qui dolose iurauit, aut promisit, ad resarciendũ damnũ sua culpa alteri illatũ. Ac proinde fallunt̃, qui dicunt, q̃ obligatio iuramẽti nascit̃ ex deliberata verborũ attestatione, etiã si animus se obligandi defuerit. Alię sunt obligatiões, quę habẽt ortũ ex diuina volũtate, ad quas tenentur hoies inuiti, vt sunt obligatiões pręceptorũ decalogi, & aliorꝝ, quę deus per se iussit, nõ expectata hominis volũtate. Tũc dico q̃ in prioribus obligationibus, q̃ ex humana volũtate profectę sunt, potest Papa dispẽsare, nõ tamẽ in his, q̃ ex diuina volũtate oriũtur. Ratio est clara, tum, quia q̃ homines per votũ, aut iuramentũ, seu promissionẽ ad aliquid se obligãt, id intelligitur/excepta autoritate superioris. Tũ etiã, quia volũtas humana est obliquabilis ab eo, quod rectũ est. Vnde accidit hominẽ incaute sępe iurare aut vouere. Ac proinde iustũ est, vt inferiorũ volũtates alicui superiori subiiciãtur, per cuius voluntatẽ inferiorũ volũtas reguletur & dirigatur. Inde patribus cõcessa est facultas irritãdi vota per filios emissa. Et viris similiter dissoluẽdi vota per vxores emissa. Ita etiã & Papę cõcessa est facultas in votis & iuramentis dispensandi ob causam iustã occurrẽtẽ, vt patet ex titulo de voto. c. Magne, &c. Sed indignũ est & absurdũ dicere, q̃ voluntas dei obliquabilis sit, q̃ q̃ hominũ volũtati subiiciat̃, ideo nec dicẽdũ est, q̃ Papa possit obligatiões, q̃ ex diuina volũtate sunt, orte dissoluere aut limitare, q̃ uis eas possit declarare. ¶ Nec obstat, si qs obiiciat matrimoniũ habere ortũ ex volũtate contrahentiũ, & nihilominus Papa nõ potest in eo dispẽsare, ita vt possint, qui legitime cõtraxerũt, quo ad vinculũ separari, Id inq̃ nõ obstat, quia hũc casum deus sibi soli in lege euãgelica reseruauit. De quo alias.

¶ Ad tertiũ dicendũ, admisso q̃ Papa dispẽsare potest, vt in gradibus lege diuina prohibitis aliqui cõtrahant, nisi cõtra cõclusionẽ ꝓpositã, quia lex illa Leuitica, in qua prohibitũ est cõiugiũ in gradibus illic cõtentis, erat iudicialis, ideo cessauit cũ ceteris pręceptis legis veteris iudicialibus & ceremonialibus, exceptis gradibus in linea recta ascendentiũ & descendentium.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ in illis casib9 papa ꝓprie nõ dispensat, sed declarat, qd̃ fieri debeat/ aut possit. Nam in. c. Exmulta, non ponitur verbum dispensationis, nec casus talis est, qui dispensatione indigeat, quia in fauorẽ fidei viros cruce signatos, vxores ad tẽpus relinquere, & in subsidium terræ sanctæ adire, non est, qui dubitet esse licitum, modo viri huiusmodi tales sint, qui ad præfatum finem possint armis/aut consilio ꝓdesse. Similiter si infirmitas

mitas coniugis talis ſit, ꝙ ſi alteri coniugi comiſceatur, timetur veriſimiliter periculum mortis/aut aliud notabile damnum, quod alioquī vitandum ſit, poterit Papa declarare illum liberum eſſe a debito perſoluendi, nec opus eſt tunc diſpenſatione. ¶Et ꝙ in his, quæ ſunt de iure naturali aut diuino Papæ non ſit conceſſa facultas diſpenſandi/ſed declarandi/ſeu iudicandi, vbi aliquod dubiū occurrat, patet ex Deutero. 17. vbi dicit. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū eſſe proſpexeris inter ſanguinē, & ſanguinē, cauſā & cauſam, leprā & nō leprā, & iudiciū intra portas tuas videris variari, ſurge, & aſcende ad locū, quē elegerit tibi dominus, veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quereſq; ab eis qui iudicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quod cunq; dixerint & docuerint te iuxta legē eius. Ex quibus verbis apparet, ꝙ pontifici conceſſa eſt poteſtas declarādi in caſu dubii, quid tenendum ſit, aut agendum: quod longe differt a poteſtate diſpēſandi. Ac proinde non ſatis pertinenter citatur hic textus ad probādum poſſe Papam in dubiis ſuper iure naturæ aut diuino diſpenſare. ¶Et multo minus ſi dubitatio ipſa ſit, an Papa poſſit diſpenſare in aliquo nec ne. Nam ſi ſuper hoc variē ſentiunt doctores, ita vt re hinc inde perſpecta, maneat res æque dubia, ſi Papa diſpenſet, peccat, exponēs ſe periculo agendi, quod non poteſt, & diſpenſatus, non erit tutus, diſpenſatione vtens, niſi per conſcientiam inuincibilem excuſetur, vt ſi putet inuincibiliter, ꝙ Papa non diſpenſaſſet, niſi fuerit ſufficienter inſtructus/ſe poſſe diſpēſare. Quā præſumptionē rationabiliter habere ſeu formare poterunt ſimplices, interim ꝙ illis de contrario non conſtat. Si enim Papa poſſet diſpenſare quoties eſſet probabile dubium, an poſſit diſpenſare, nunq; eſſet tale probabile dubium, quia ad poſitionē talis dubii, ſequitur depoſitio eiuſdem, vt conſtat. ¶Si etiam eſt dubium, an cauſa, ob quam diſpenſatio petitur ſit ſufficiens ad diſpenſandum/ſeu ad poſſe diſpenſare, tunc etiam non poteſt diſpenſare ſine peccato/anteq; ſit ſufficienter de ſufficientia informatus, quia ex dubio de ſufficientia cauſæ ad diſpenſandum, ſequitur dubium de poteſtate diſpenſandi, & tunc etiam ad poſitionem dubii de poteſtate diſpēſandi, ſequitur depoſitio eiuſdem dubii, quia ſcilicet non poteſt diſpenſare. ¶Si vero ſit dubiū, an cauſa ſit ſufficiens, vt homo poſſit libere agere contra votum/aut iuramentum, aut aliud poſitiuum ius, tunc habet locum diſpenſatio. Sed de his alias.

¶De licentia confitentis ad reuelandum confeſſiones.

SI alia dubitatio. An confeſſor poſſit ex licentia confitentis reuelare confeſſionem ob cauſam neceſſariā/vel vtilem. Et dixerunt multi doctores ꝙ non. Primo, quia celare confeſſionem eſt neceſſarium de iure naturali & diuino, ad huius autem iuris violationē nō ſufficit vnius hominis licentia, ſicut nec ad idem ſufficit licentia aut diſpenſatio Papę. Igitur. ¶Secūdo, cōfitēs nō poteſt cedere iuri ſuo, quādo id inſtitutū eſt in fauorē multorū: ſicut clericus nō poteſt iuri ſuo cedere, quādo eius ceſſio cedit in pręiudicium ordinis clericalis, vt habetur. c. Si diligenti. de foro cōpetenti. Et. c. Contingit. de ſententia excōmunicationis. Ex quibus colligitur clericum nō poſſe ſe laico iudici ſubiicere, cum clericorū exemptio data ſit ordini clericali, & nō perſonę. Nec poteſt etiam clericus ſe ſubiicere alicui, vt ab eodem verberetur loco iurię, quam forte illi prius irrogauerat. Et qui in clericum, etiā volentē/manus iniecerit, eſt excōmunicatus. Cū igitur celatio cōfeſſionis ſit inducta in fauorē omnium peccatorū, ne cōfeſſionē odioſam habeāt, ſequitur ꝙ vnius cōfitentis licētia nō ſufficit, vt cōfeſſor valeat confeſſionē reuelare. ¶Tertio. Licētia data alicui, vt licentiātē occidat/vel mutilet: nō ſufficit, vt licentiatus eū occidat/vel mutilet: igitur nec ſufficeret, vt ipſum licētiātē infamet, qualiter infamaretur per cōfeſſionis reuelationem. Et conſequentia apparet, quia ſicut vnusquiſq; tenetur vitam/& membrorum integritatem ſeruare, ita & famam, prout ſcriptum eſt, Curam habe de bono nomine, &c. Et Auguſtinus ait, vitam nobis eſſe neceſſariam, famam autem proximis. Prouer. 22. Eccli. 7.

¶ Quarto. Si licite posset confitens licentiare confessorem ad reuelandum confessionem, sequitur, q superiore præcipiente ipsi confitenti, vt licentiam confessori prebeat, teneretur eam prebere, tum, quia in licitis opus est superioribus obediamus, tum etiam, quia si superiore id iubente, nollet confitens licentiam dare, vehementer præsumeretur contra ipsum cõfitentem, q ipse reus sit criminis, de quo inquiritur, & ita sibi noceret negare licentiam. ¶ Quinto, præfata confessionis reuelatio esset scandalosa, & multis damnis preberet occasionem, si ex licentia confitentis posset reuelari, quia inde daretur via sacerdotibus volentibus infamare confitentes, vt eos infament, eorum confessiones reuelando: dicendo se ad id licentiam a confitentibus habere. Daretur etiam via sacerdotibus dissoluendi matrimonia, alioqui legitima: quia possent dicere, se scire esse impedimentum canonicum inter cõiuges, idq; scire per confessionem, ad idq; dicendum, se licentiam habere a confitentibus, & ad hunc modum preberetur causa ad multa alia incõuenientia.

¶ Sed his non obstantibus, videtur contraria sententia tenenda cum Tho. Bonauentura, Palude, & aliis multis, q scilicet de licentia expressa confitentis possit confessio reuelari. Et probatur primo, quia in tali casu cessat obligatio celandi confessionem: nam cessat ratio fundamentalis præfatæ obligationis, quæ erat, ne ex reuelatione confessionis reddatur odiosa/ & nimis onerosa ipsa confessio: sed vbi constat confessorem reuelare confessionem ex expressa licentia cõfitentis, non ideo fit odiosa confessio ei, qui licentiam propria volũtate dedit: nec aliis, quibus sua relinquitur libertas negandi licentiam prefatam/ & cõcedendi, si velint. Igitur cessat in casu ratio obligationis, & per consequens cessat ipsa obligatio celandi confessionẽ, quia cessante causa. &c, & ratio legis, est aïa legis. &c.

¶ Secundo, vnusquisq; potest cedere iuri suo absq; præiudicio tertii, quando ius illud in fauorem ipsius cedentis est constitutum: sed celatio confessionis est inducta in fauorem confitentis directe, & non in fauorem ordinis, status, officii, aut dignitatis; cum huiusmodi ius se extẽdat ad oẽs peccatores, q nec in ordine, nec in officio/ aut dignitate aliqua sunt ꝓstituti, vt cõstat: ac proinde in fauorem personę confitentis est institutum, & ita potest quilibet cõfitens iuri suo cedere. ¶ Tertio. Quia id potest quis per alium facere, quod per se facere potest, cum causa iusta id postulauerit: sed confitens potest suum crimen occultum ob causam per seipsum prodere, imo non solum potest/ sed debet aliquando, vt si homicidium perpetrauit, de quo non est accusatus, nec infamatus/ sed alius innocens, & homicida probatus/ licet falsedicitur ad crucem seu gladium: id sciẽs verus homicida/ potest, & debet se ꝓdere, vt innocentem illum a morte iniusta eripiat, prout scriptũ est, Erue eos, qui ducũtur ad mortem. Igitur in simili casu poterit suum crimen per confessorem ad id licẽtiatum prodere. ¶ Quarto, Quia si qs secretum nudum commisit amico, iure naturali & diuino tenetur illud celare, vbi necessitas reuelandi non cogat ad oppositum: & tamen licentia committentis sufficit, vt is, cui commissum est, reuelet. Igitẽ pari forma licẽtia cõfitentis sufficiet, vt cõfessor ob causam secretũ cõfessiõis reuelet. Prouer. 24

¶ Hanc igitẽ positionẽ tenendo, potest ad rationes ꝓ priori sentẽtia adductas, responderi. Ad primũ dicendũ, q in casu nõ violatur ius diuinũ aut naturale, quod est intelligendũ, confessionẽ in nullo casu esse reuelandã sine consensu & licentia confitentis. Cuius limitationis causa est, quia data licentia a cõfitente, cessat causa præfatæ obligationis, vt supra dictum est: quę quidem causa quia non cessat ad licentiam seu dispensationem Papæ, ideo licentia Papę non sufficit, vt confessor alterius cõfessionem reuelet, & sufficit licentia ipsius pœnitentis. Sicut licentia Papæ nõ sufficit, vt Petr⁹ vestẽ meã accipiat, & ad id sufficit licẽtia mea/ seu ꝓ me volũtarie data. Sicut si Petrus iurauit se soluturũ mihi certũ debitum liquidũ ad terminũ, licentia Papæ de vltra differenda solutione non releuat debitorem, & tamen licentia per me illi ad idem data, releuat illum a periurio, vt constat. ¶ Ad secundũ ex dictis patet respõsio, q ius celandi cõfessionẽ personale est, & in fauorẽ personę cõfitentis directe, & immediate cõcessum, q̃uis ex cõsequenti sit in

fauorem

fauorē omniū peccatorū. Ideo nō eſt ſimile, quod pro ſimili de clericis inductū eſt. ¶ Ad tertium, admiſſo antecedente, conſequentia nō valet, quia aliud eſt de vita & mēbris hominis loqui, in quibus ipſe nō eſt ſui iuris, nec ſe poteſt vnq̄ occidere aut mutilare, & ita quod per ſe facere non poteſt, non poterit per alium facere, quando illud eſt in ſe prohibitum/aut malum. Famam autē poteſt homo per ſe perdere ſeu amittere, vt ex dictis patet, ſcilicet, ſi cauſa poſtulauerit: ideo famam per alium ad id licentiatum perdere poteſt, imo & aliquando etiam ſi licentiatus non ſit, vt facile poteſt exēplificari. Nec obſtat, q̄ exſcripturata & ex Auguſtino citatū eſt, quia inde id colligitur, ſcilicet, q̄ homo non debet eſſe prodigus/ ſeu cōtemptor famæ ſuæ citra cauſam id poſtulantem, quia ſicut temere perdere bona temporalia peccatum eſt, a fortiore temere famam amittere, eſt culpandum, quod in caſu nō ponitur. ¶ Ad quartum, ratio illa ſupponit vnū falſum, ſcilicet, q̄ in omnibus licitis eſt ſuperiori obtemperandum, quod non ita eſt, vt patet, ſi iubeat alicui, vt religionē ingrediat, vt cōtinens ſit, & vxorem non ducat, cum dicat Hiero. Caſtitas ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: & tamen non ſolum licita ſunt hæc, ſed multo meliora, q̄ ſua opponſita. In illis igitur opus eſt ſuperiori præcipienti obtemperare, in quibus eſt aliquis illi ſubditus, ſeu ad quę ſua poteſtas dominandi ſe extendit. Humani enim iudices poteſtatem habent limitatam, vt ſicut nō oīes exceſſus punire poſſunt, ita nec omnia peccata prohibere. Et multo minus poſſunt omnia, quæ licita ſunt, prēcipere. Et q̄uis confitens a ſuperiore iuſſus nolit licentiam confeſſori dare, vt cōfeſſionem reuelet, nō ideo periculū incurrit, nec per ſe dat cauſam aſtantibus aliquid ſiniſtre de illo ſuſpicandi, eo q̄ nolle dare licentiam ad præceptum ſuperioris, alias iuſtas cauſas habere poteſt, ſcilicet, ne iniquę iudicis voluntati condeſcendatur, qui illud iubēdo, metas ſuæ ſuperioritatis excedit. Et etiam ne alii a plena confeſſione agēda deterreantur, qualiter deterreri poſſent, ſi ad iuſſum ſuperioris licentiā prēfatā daret, Q; ſi inde ſiniſtra ſuſpitio cōtra cōfitētem nolentē licentiā prebere oriretur, nō poſſet ſuperior ex tali ſuſpitione contra illum procedere. Et ſi coactus licentiam prebēret, non deberet ſacerdos huiuſmodi licentia vti, cum extorta ſit/non voluntarie cōceſſa. ¶ Ad quintum, parum valet, quia ſi prauitati & malitiæ locus in caſu daret, ita etiam malitia locum haberet imponendi crimen falſum alicui/confeſſione non prēuia, & contra illum falſe teſtificandi. Haberet etiam locum ad fingendum impedimenta canonica inter coniuges, etiam ſine confeſſione præuia, ſicut ea præcedēte. Poſſet etiam confeſſor prauus, audita confeſſione, fingere/ſe licentiam habere a confitente, & multa alia falſa, quæ in confeſſione non audiuit, confitenti imponere. Itaq̄ hæc ratio omittatur.

¶ Videtur igitur tenendum, q̄ non qualiſcūq̄ licentia confitentis ſufficit vt cōfeſſor poſſit confeſſionem reuelare niſi conſtet ſufficienter de licentia, his, coram quibus huiuſmodi confeſſio reuelatur, nam per hoc tollitur ſcandalum & odium confeſſionis. Secundo, requirit, q̄ detur præfata licentia propter aliquod notabile bonum procurādum, vel malum euitādum, quod prēponderet famæ confitentis. Alio qui, nec debet dari talis licentia, nec ea data vti, licitū erit. ¶ Eſt autem ratio, quare licentia confitentis ſufficit in caſu, nō obſtāte præcepto naturali & diuino de ſeruādo huiuſmodi ſecretum, quia data licētia prædicta, iam deſinit eſſe materia ſecreti, Sicut data licentia ab eo, qui ſecretum nudum alteri cōmiſit deſinit eſſe materia ſecreti. Sicut quando creditor differt, ſeu prolongat debitori terminum ſolutionis vltra terminum, quē ſub iuramento prēfixerat: iam ſolutio in termino non eſt materia iuramenti.

¶ Correlarie ſequitur, q̄ poteſt confeſſor publice dicere crimina in confeſſione cognita/ ſine licentia ipſius confitentis, vt ſi pœnitens publice confeſſus eſt illa, quia tunc illa crimina nō ſunt materia ſecreti. Quæ autem dicta ſunt, procedunt de cōfeſſione ſecreta. Nota etiam, q̄ quando cōfeſſor ex licentia confitentis prodit cōfeſſionem, opus eſt ad vitādum ſcandalum dicere, & oſtendere, ſe confeſſionem illam reuelare ex licentia expreſſa confitentis.

¶ Correlarie ſequitur, q̄ non ſufficit licen

tia præsumpta, nisi sit expressa & actu cō-
cessa: alioqui reuelans confessionem ex so
la licentia præsumpta, non minus de se fa
cit confessionem odiosam, q̄ si absq; vlla
licentia eam reuelaret, vt de se patet.

¶ Correlarie sequitur, q̄ nec etiam sufficit licentia debita, nec consensus debitus, nō enim idem operatur cōsensus debitus & actualis. Id patet in multis, vt supra exemplificauimus, scilicet, si Petrus dolose contrahat cum fœmina, deberet quidē ad vitandum dolum consentire, vbi consensus actualis sufficeret ad confugium, ad quod non sufficit consensus debitus. Similiter in baptismo, positis aliis necessariis, ad verum baptismum sufficeret cōsensus actualis ipsius baptizati, & tamē non sufficit cōsensus debitus eiusdem. Idem in cæteris sacramētis exemplificari potest. Similiter in sacramēto absolutionis, si quis vult ob causam alieno confiteri / extra articulū necessitatis / sufficeret licentia actualis proprii sacerdotis, & non sufficeret licentia debita eiusdem. Similiter, vbi causa aliqua exigeret, q̄ Papa dispensaret in matrimonio consanguineorum, dispensatio actu data sufficeret, & non sufficeret dispēsatio debita. Ita dico in proposito, q̄ licentia confitentis debita dari ad reuelandum cōfessionē / nō sufficit, & sufficeret licētia actu data. Q̄ q̄ in distractione rerū temporalium, si cōsensus actualis sufficit, ita etiam sufficit consensus debitus & præsumptus domini ipsarum rerum. In sacramentis autē dandis aut recipiēdis, nō ita. Habent enim hæc diuersas leges, ideo non mirum, si ad diuersos casus diuersimode respondeatur. Ac p̄inde cū licētia actu data tollat scāda lū alioqui ex cōfessionis reuelatione puenturū, quod per licētiā debitā / seu præsumptam / & nō actu datā non tollit, ideo. &c.

¶ De cōfessione celanda, casu, quo factum per aliam viā cognitum sit.

Aliud dubium, An si cōfessor peccatum, quod per cōfessionem scit, per aliā viam extra cōfessionem sciat, possit illud ob causam manifestare / sine licentia confitētis. Et dixerunt aliqui q̄ nō, siue cōfessor illud sciuerit per aliam viam ante confessionem / siue post confessionē. Pro qua opinione arguit̄ primo, quia districte prohibitum est cōfessori, ne reuelet confessionem, id est, id quod per cōfessionem sciuerit aut cognouerit: sed confessor eo ipso, q̄ reuelat crimen per confessionē cognitum, etiam si aliunde illud cognouerit, vere dicitur cōfessionem reuelare. Nec valet excipere casum, quo alia via illud cognouerit, nam ecclesia nil tale excipit: igitur nec nos excipere debem⁹. ¶ Pro quo etiam facit Augustinus, qui videns Paulū 1. Cor. 7. in epistola ad Corinthios cōcedere hominibus, vt possint ad secundas nuptias transire, concludit esse etiam licitum trāsire ad tertias & quartas. &c. dicens, q̄ vbi Paulus nō limitauit, nec nos limitare debem⁹. Et habet̄. 33. q. 1. cap. Q̄ si dormierit. &c.

¶ Tertio pro eadem sententia facit ratio, quia si Petrus extra cōfessionem sciat, quia scilicet vidit Ioānem aliquod crimē committere, cui deprecatur, vt nemini, quod vidit, pandat: Ioannes promittens se celaturum, tenetur illud celare, ratione promissionis, etiam si alioqui, scilicet per euidentiam facti, illud cognouerit. Igitur a fortiori confessor alias sciens crimen confitentis, tenebitur illud celare / ratione promissionis, qua tacite confessor se obligat celaturum, quod per confessionem agnouerit.

¶ Respon. His non obstantibus tenendum est oppositum, scilicet, quod quando necessitas aut vtilitas postulauerit, poterit confessor manifestare peccatū in confessione cognitum, etiam relatum ad personam, si alia via illud agnouerit. Probā tur, quia cōfessor extra confessionē sciens crimen alicuius, si producatur in testem, aut a iudice inquiratur, est obligatus ob publicam iustitiam dicere, quod sciuerit. Igitur per confessionem sacramentalem / siue subsequentem siue præcedentem facti cognitionem, non minus tenebitur a iudice inquisitus / aut in testem productus illud manifestare, alioqui confessio esset vinculum iniquitatis, & impiditiuum publicæ iustitiæ. ¶ Secundo, quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, patrocinaretur autē, si prior sententia esset vera. Patet, quia si latro coram sacerdote calicē / aut rem

aut rem aliam furetur, ſciens, q̄ ſi illud illi ſacerdoti confiteatur, non poterit ſuper illo teſtificari/ſeu denũciare, adibit illico ad ſacerdotem eundem, & confitebitur illi furtum illud, tam fraus & dolus latronis illi patrocinaretur. ¶ Tertio, quia oppoſito dato, ſequitur aliquod abſurdum, ſcilicet, q̄ prælatus, cui incumbit ſuper adulterio, vſura/aut cõcubinatu cognoſcere, & illud in foro exteriore iudicare & punire, q̄ non poſſet aliquem talem criminoſum per teſtes omni exceptione maiores probatum, talem iudicare/& ſententiam contra eum ferre: ſuppoſito, q̄ ille prelatus per confeſſionem ſacramentalem ab illo criminoſo factam cognouerit eiꝰ crimen, de quo eſt in iudicio conuictus. Patet ſequela, quia in ſentẽtia contra illum ferenda, debet declarare illum eſſe tali crimine irretitum. ¶ Quarto ſequitur alia abſurditas, q̄ ſi ſacerdos vidit Petrum in loco prophano fornicantem, de quo Petrus cõfitetur eidem ſacerdoti, q̄ ſacerdos videns Petrum ab aliis accuſari, q̄ in loco ſacro fornicationem commiſerit, nõ poſſet ſacerdos in excuſationem illius dicere, q̄ non in loco ſacro/ſed in prophano eſt fornicatus, ipſo ſacerdote vidente. ¶ Poteſt igitur, & aliquando debet confeſſor crimen per confeſſionem ſcitum, prodere, ſi per aliam viam extra confeſſionem illud cognouit. Pro vitando tamen ſcandalo debet/quando id reuelauerit, dicere modum, quo illud ſciat, ſcilicet quia vidit illud perpetrari, vel quia audiuit extra confeſſionem. Caueat tamen ne dicat, ſe illud ſcire per confeſſionem, quia hoc dicere non poterit ſine reuelatione confeſſionis. Habet enim ſacerdos in caſu cognitionem illius facti duplicem: alterã p viã confeſſionis, & ex hac notitia nil poteſt dicere, vt patet: alterã per euidentiam facti/vel aliquorum relationem, & ex hac via licitum eſt peccatum illud ob cauſam iuſtam manifeſtare, Exemplum huius eſt clarum. Iudex ex coniecturis non poteſt aliquem iudicare: ſi tamen vltra coniecturas habet ſufficiẽtem certitudinem ex euidentia facti/aut ex teſtificatione/ſeu ipſius rei confeſſione iudiciali, tunc ex tali notitia poterit ad iudicandum procedere. Ita in propoſito.

¶ Per hæc patet ad rationes ante oppoſitum. Ad primum dicendum, q̄ quando ſacerdos reuelat crimen per cõfeſſionem cognitum, non ex notitia per confeſſionem habita, ſed ex alia extra cõfeſſionem acquiſita, tunc non dicitur reuelare confeſſionem. Aliud enim eſt reuelare peccatum confeſſum, aliud confeſſionem, vt ex dictis patet. ¶ Ad ſecundum ex Auguſtino allegatum, dicendum, q̄ q̄uis eccleſia præcipiens confeſſionem celari nullum caſum excipiat formaliter: ratio tamen ipſa cogit nos excipere: quia alioqui ſequerẽtur abſurditas & inconuenientia magna, vt ſupra argutum eſt. Sicut etiam ſi eccleſia non excipiat caſum, quo cõfitens ipſe licentiam conferat confeſſori, ratio tamen cogit nos, talem exceptionem admittere. Sicut & eccleſia quando iubet, vt peccator omnia ſua peccata ſemel in anno cõfiteatur, non excipit venialia: attamẽ ratio cogit nos, ea ab illa obligatione excipere. ¶ Ad tertium dicẽdum, q̄ illa promiſſio in caſu obligabit promittentem ad celandum, quãdo nec neceſſitas, nec vtilitas publica nec priuata/oppoſitũ poſtulauerit. Si tamen cauſa iuſta/aut ſalus ipſius delinquentis/ſiue alterius/aut præceptum ſuperioris iuſtum poſtulauerit, non eſt ſtandũ in promiſſione, vt conſtat: ita & in præſenti caſu, qui diſputatur, dicendũ eſt. Debent tamen confeſſores eſſe nimis cauti, quãdo de peccatis aliorum loquuntur, ſiue in iudicio, ſiue extra, ne inde aliqui ſcandalizẽtur: quia facile ſuſpicabuntur aſtantes, q̄ illa aliena peccata per cõfeſſionem cognouerit, ſcientes illum ex officio eſſe confeſſorem. Ideo niſi neceſſitas poſtulet, ſilere debent aliena peccata, & ſi neceſſitas ea prodere cogat, cauſam & notitiam extra confeſſionem habitam reddant.

¶ De ſecreto nudo celando.

Sequitur iam reſpõſio ad aliud dubium, ſcilicet, An ſigillum ſecreti nudi alicui commiſſi, ſit de neceſſitate celandum. Et dicẽdum q̄ ſic, tum, quia iure naturæ tenemur proximum in fama nõ ledere: accideret autem ſæpiſſime contra fa

mam committentis / aut alterius / huiusmodi sigillum reuelari. Tum etiam, quia de iure naturæ tenemur esse fideles / seu fidelitatem proximis seruare: hanc autem non seruat, qui reuelat arcana sibi ab amico commissa, Tum denique, quia de iure necessario tenemur seruare promissum: sed in secreti cōmissione semper vel tacite vel expresse interuenit promissio eius, cui secretum cōmittitur, alioqui non sibi committeretur. ¶ Cum hoc tamen sit, q licitum sit huiusmodi sigillum aliquando reuelare, vt si eius celatio vergat in perniciē reip. aut salutis corporalis ipsius committentis, aut eius, cui cōmittit, aut alterius. Huius limitationis ratio est clara, quia in his casibus, in quibus non potest alter præfatis damnis obuiari nisi reuelando secretum, cessat obligatio celandi. Nec rationes factæ tūc habent vim, quia fama proximi postponenda est pro salute rēip. aut alicuius alterius, maxime pro spirituali. Fidelitas autem tunc non obligat, quia non dicitur quis perfidus per hoc, q arcanum reuelat simpliciter, sed per hoc, q temere & sine causa cogēte reuelat. Promissio etiā tunc cessat, quia nemo potuit se per promissionem contra rēp. obligare, aut contra salutem corporalem / aut spiritualem alicuius, ad quam charitas ipsa obligat. ¶ Correlarie sequitur, q̄tum interſit inter sigillum secreti commissi / & sigillum confessionis, quia hoc in nullo casu potest reuelari / saltem formaliter, dicēdo per confessionem scitum esse / tale / vel tale factum, nisi habita expressa licentia confitentis. Secretum vero nudum commissum, sæpe potest reuelari ob causam cogentem, sine licentia committentis.

¶ Explicit codex de confessione.

De satisfactione pro peccatis.

Questio prima.

Vpereſt de satisfactiõe, quę tertia pars pœnitentiæ dicitur, aliqua breuiter pertracta re, & in primis quæ rẽdum occurrit de possibilitate satisfaciendi, An, scilicet, homo pur⁹ possit deo p peccatis cõmissis satisfacere. Et est multoꝝ sentẽtia ꝙ p se nõ põt, bene tamẽ in virtute passionis Christi. Primam partem probãt propter duo, primum est, quia offensa contra deum cõmissa est infinita, attenta conditione ipsius offensi, quanto enim maior & melior est qui offenditᷣ cæteris paribus, tanto offensa seu iniuria eidem illata est maior. Cũ ergo deus sit infinitus: & infinite bonus, sequitur offensam cõtra eum commissam esse infinitam. Homo autem nil infinitũ potest deo reddere, in recompensam offense infinite, ergo non potest illi satisfacere. Hæc cõsequentia patet, quia satisfactio est redditio equualẽtis. &c. Secũdũ est, quia homo non dicitᷣ satisfacere creditori reddendo aliquid alioqui eidem debitũ. Cũ ergo homo debeat deo quicquid boni habet, & quicquid boni agere potest, ob beneficiũ creationis, & redemptionis, quod ab ipso deo recepit, sequitur ꝙ per nil potest deo satisfacere, pro iniuriis eidem illatis. Secũdam partem probant, scilicet, ꝙ in virtute passionis Christi põt homo deo satisfacere, eo ꝙ satisfactio, qua Crist⁹ pro nobis satisfecit, fuit quodammodo infinita, cum esset deus infinit⁹ ipse qui pro bonis satisfecit.

aliás, nobis.

¶ Qꝫ id cõmuniter dicatᷣ, opporet tamen rem amplius distinguere, & quid veritatis habeat inuestigare. Vnde cõtra hãc sententiam currit ratio, ꝙ scilicet ille duę partes simul non stent, nam quæro, vel intelligunt de satisfactione sumpta secũdum liberalem & gratiosam dei acceptationẽ, qui, scilicet, dignatur cõtentus esse cum eo, quod homo reddit, vel de satisfactione sumpta secundum rigorem iustitiæ, quæ requirit equalitatẽ rei. &c. Si primũ, quæro rursus an de potentia absoluta loquantᷣ, an de ordinata. Si loquantᷣ de satisfactione secundum liberalem dei acceptationem, & de potẽtia absoluta, falsa est pma pars, in qua dicũt, ꝙ homo purus non potuit per se sine passione Christi satisfacere deo. Patet hoc, quia alius fuit mod⁹ deo possibilis ad redimendum genus humanum, & si alius conuenientior nõ fuerit/ ꝙ per incarnationem & passionem dei, vt ait Augũstinus, potuit etiam deus de potẽtia absoluta remittere peccata vnicuiꝫ liberalissime, nil in recompensam ab ipso peccatore exigendo, Potuit ergo eidẽ peccata remittere absolute/aliquam recompensam paruam exigendo, scilicet pœnitentiã cordis, aut solã peccati confessionẽ, aut aliud obsequium quodcũꝫ deo gratũ &c. quo reddito, diceretᷣ homo ille satisfacere deo secundum eius liberalem acceptationem, etiam non concurrẽte passione Christi. Si autem loquãtur de satisfactione secũdum dei acceptationẽ: & de potentia ordinata, tunc vera est præfata sententia pro vtraꝫ parte. Attamẽ ratiões adductę pro prima parte sunt ipertinentes, & falsę; patet hoc, quia impertinẽs est offẽsam esse finitã aut infinitã ad hoc, ꝙ homo possit deo satisfacere secundum ipsius dei liberalem acceptationẽ, vt cõstat. Impertinens etiam est id quod homo deo reddit in recõpensam offensæ, esse alioqui debitum vel in debitum ad hoc, ꝙ homo satisfaciat deo secundum ipsi⁹ liberalem acceptationem, vt similiter de se constat, cum liberum sit ipsi deo acceptare opus hominis bonũ in remissionem peccati, siue alioqui sit illi debitũ, siue non &c. De falsitate aũt rationũ illarum statim patebit. Et ita apparet præfatam sententiam falsam esse, vel impertinenter probatam, si de satisfactione secundum liberalẽ dei acceptationem loquantᷣ.

¶ Si autem loquantur de satisfactione secũdum rigorem iustitiæ, quæ rei æqualitatẽ requirit, falsa est pro secunda parte, quia passio Christi non fuit satisfactoria p peccatis secũdum rigorem iustitiæ/ secluſa dei

gratiosa & liberali acceptatione, vt statim patebit. Et quanq̃ sit vera sententia pro prima parte, attamẽ rationes ad eam probandum non videtur veræ. Patet de prima in qua dicũt, q̃ offensa fuit infinita: & homo purus nil infinitum potest deo reddere in recompensam. &c. Nam cũ dicunt offensam esse infinitam, vel intelligunt, q̃ sit infinita secundum substantiam actus vel secũm intẽsionẽ actus, vel secũdũ durationẽ actꝰ vel solum obiectiue, quia cõtra deũ infinitũ, prima tria dicere nõ possunt vt cõstat. Et si quartũ dicãt, tam falsum est q̃ non possit homo in recompẽsam offensæ sic infinitæ reddere deo aliquid infinitum: quia omne opus bonũ propter deũ summe dilectũ factum erit, similiter obiectiue infinitum. ¶ Adde q̃ potest homo purus reddere deo actum tam bonum q̃ malus fuit actus quo deum offenderat, id patet, supposito q̃ actus malus de formali importet carentiam rectitudinis inesse debitæ, vt si debuit homo actum facere propter deum: & non fecit propter deum, aut si debuit homo facere conformiter ad rectam rationem: & non ita fecit. Tanta ergo erit malitia actus formaliter, quanta est rectitudo q̃ caruit & erat in esse debita, hæc aũt rectitudo in esse debita finita erat, & per hominẽ postmodũ reddi, & apponi potest. Vt si defuit prius dilectio dei, potest postmodum homo deum diligere / si defuit prio actui rectitudo, potest postmodum homo actum cum tanta rectitudine agere, quanta defuit actui offensiuo: & ita potest homo purus reddere deo actũ, qui sit tam bonus, quam malus erat formaliter actus offensiuus, & ita apparet rationem primam esse falsam.

¶ Præterea ad idem falsum est, q̃ omnis offensa sit infinita obiectiue, patet, qa multæ offensæ seu peccata ab homine fiunt, quæ non habent deum pro obiecto, vt si homo nil de deo cogitans peccet conuertendo se ad creaturas, eas illicite appetẽdo. Si dicas non omnem offensam esse infinitam conuersiue, bene tamẽ auersiue, quia omnes auertunt a deo. &c. Contra, quia si hac ratione dicerent infinite solum quia a deo auertunt, sequit̃ omnia peccata mortalia esse æqualia, quia omnia æqualiter a deo auertunt, vt constat. Et ita esset incidere in errorem stoicorum qui omnia vitia æqualia esse dicebant. Cum tamen certum sit de fide vnum peccatum altero esse grauius, Quod etiam in secunda ratione dicebatur, scilicet, hominem debere deo ratione beneficii creationis quicquid boni agere potest, non videtur verum, maxime loquẽdo de debito necessitatis, qa hoc modo homo non debet deo, nisi ea quæ deus ab homine exigit, scilicet, vt mandata seruet, in reliquis autem homo sui iuris est, & liber, & non seruus, nec amplius ab homine exigit deus ob beneficiũ creationis &c. & ex cõsequenti nihil obstat, quo minus posset homo per alia opera supererogationis quodammodo deo pro peccatis satisfacere.

¶ Dicendum ergo, q̃ loquendo de satisfactione secundum liberalem acceptationẽ offensi, potuit homo de potentia absoluta satisfacere pro peccatis / etiam si merita & passio Christi nõn interuenissent: de potẽtia tamen ordinata non potuit homo sine meritis / & passione Christi deo pro peccatis satisfacere. ex quo deus ita ordinauit, neminem iustificare, nisi per filium suum incarnatum & passum, quem deus mittere decreuit, vt eos qui sub lege erant redimeret, qđ suppono tãquam certũ de fide. Ad gala. 4.

SI autem aliquid in quæstione præsenti difficultatem habet, hoc est, an possit homo purus per se, vel cũ passione Christi satisfacere deo, scũm rigorẽ iustitiæ, quæ rei æqualitatẽ requirit, seclusa gratiosa dei remissione, & eius liberali acceptatione. Et quidem si loquamur, de homine puro excludendo merita & passionẽ Christi, non dubitatur, sed certum esse videtur, hominem purum per se non posse deo pro peccatis satisfacere, secundum æqualitatem, & de rigore iustitiæ. Probatur, quia si sic, vel esset agendo aliquod bonum opꝰ posti offensam cõmissam, quod sit de præcepto, vel agendo bonum opus, quod sit de consilio, vel sustinendo, seu assumẽdo aliquod laboriosum seu pœnale opus. Non primum, quia homo non potest suo creditori, vt offenso satisfacere per opus alioqui eidem debitum de rigore iustitiæ, q̃ de se constat: & ita etiã significat ratio ipsa satisfactionis, q̃ est volũtaria redditio ęquiua-

tio æquiualētis, alias indebiti. ¶ Pro quo etiam facit quod Christus per Lucam dixit, Cū feceritis quæcunq; præcepta sint vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecim⁹. &c. In quo satis docemur opera nostra, quæ ex præcepto facimus, de se non esse meritoria, nec satisfactoria apud deum. ¶ Secundum etiam non est dicēdum, scilicet, q̄ purus homo possit de rigore iustitię satisfacere per opera de consilio, Nam licet illa deus de facto non exigat ab homine, posset tamen iuste, si vellet, ea exigere pro beneficio creationis & redēptiōis, & aliis innumeris bonis, quæ quotidie a deo recipimus. Irrationabile autem est dicere, q̄ homo possit deo satisfacere pro peccatis de rigore iustitiæ per id, quod deus iuste alioqui exigere posset, si vellet. Repugnat enim, q̄ homo per opus bonū deo satisfaciat de iustitia, secluſa ipsius dei gratiosa & liberali acceptatione. ¶ Tum etiam, quia nemo secundum rigorem iustitiæ satisfacit offenso, seu damnificato, nisi eidem tantūdem reddendo de suo, non de bonis ipius offensi, vt si dispensator, cui dominus bona sua commisit, suum dominum offendat, certe nō satisfacit offenso, dādo illi de bonis ab ipso domino sibi commissis, ergo, etiam viator, cui dominus omnia quæ habet commisit, si deo iniuriam inferat, non poterit per bona quæ a domino recepit eidem satisfacere, cum illa bona potius sint dei, q̄ hominis. Ita enim dicitur primo Paralipomenō. cap. 29. Omnia bona domine tua sunt, & quæ de manu tua
1. ad cor. 3. suscepimus, reddimus tibi. Vnde & Paulus, Quid habes, qđ non accepisti? & Augustinus, Cū deus remunerat, potius remunerat dona sua, q̄ opera nostra &c. Ad
Esaie. 64. de, q̄ omnes iustitiæ nostræ sunt velut pānus menstruatæ, ac proinde per opera nostra quāuis alioq; bona & de consilio sint, non possumus de rigore iustitię, secluſa ipsius dei misericordia & liberalitate, ac gratiosa p̄missione, eū in aliquo nobis obligare, & per consequens si operanti peccata remittit, non est hoc de rigore iustitię, sed ex sua bonitate &c. ¶ Nec etiam potest dari tertium, scilicet, q̄ per pœnę voluntariam tolerantiam, possimus secundum iustitiam satisfacere deo. Ratio est clara, quia satisfactio secundum puram iustitiam requirit æqualitatem, hæc aut nō potest reperiri inter iniuriam pro qua pœna infinita de iustitia debetur: & inter pœnam, quam homo in via potest voluntarie sustinere. Nam si comparem⁹ pœnam, quam tolleramus, ad culpam commissam, sine comparatiōe peius quid est culpa, q̄ pœna vitæ p̄sentis, quod inde aperte cōstat, quia de duob⁹ malis semper id quod minus est, est eligendū; sed secūdum rectam rationem potius est eligendum malū pœnæ, quantumlibet acerrimum sit, q̄ malum culpæ quantumuis leue. Si etiam comparemus pœnā vitæ præsentis ad pœnam debitam pro peccato mortali, absq; dubio longe maior est, quæ pro peccato debetur, quia infinita, q̄ quæ in præsenti vita sustinetur, vt constat. Non ergo potest in hac re æqualitas reperiri, & ita certū est, hominem purum per se non posse deo pro peccatis satisfacere, secundum rigorem iustitiæ.

Estat ergo videre, an hō possit de iustitia satisfacere deo, in virtute passionis Christi. Quæ quæstio pendet ex illa, An scilicet Christ⁹ satisfecit pro nobis deo ex pura iustitia, secluſa dei liberali acceptatione. In quo multi contenderūt partem affirmatiuam defendere, & publice p̄dicare, dicētes Christum per mortē suam omnibus de iustitia meruisse remissionem peccatorum, & gratiam, et gloriā, ita vt omnibus hæc omnia de iustitia debita sint, nisi per eos steterit, quomin⁹ ea assequantur. Stat autem per eos, si fidem quæ per dilectionem operatur, non habent, nec in eadem decedāt. Pro quo supponunt, q̄ deus gratis & liberaliter dedit Christo omnia bona quæ habet, vel habuit, ex quo fuit conceptus, scilicet esse naturale, esse gratuitum, & esse beatificum, ita vt pro illis nullum manserit in Christo debitum, quo deo quicq̄ deberet. Iā probant intentum suum.

¶ Primo, quia Christus multa obsequia alioqui indebita præstitit deo, qui iustissimus est, ergo ex iustitia debuit deus illa Christi obsequia remunerare, non in Christo ipso, cui maior gratia aut gloria præstari de lege non potuit, q̄ quę ab in-

stanti conceptionis illi fuit data, vt suppo-
nimus, ergo debuerunt de iustitia remune
rari in membris ipsius Christi, pro qui-
bus ipse illa omnia obsequia deo impen-
dit, quibus & sua merita ardentissime ap
plicauit, & ex consequenti de iustitia satis-
fecit pro illis: & eisdem de iustitia gratiã
& gloriã promeruit. &c. ¶ Secundo. Nõ
minus meritoria fuerũt Christi obsequia
ex feruẽtissima charitate dei procedentia,
q̃ fuerint demeritoria hominum peccata
ex amore ipsorum, aut mundi facta, nam
comparãdo amorem dei, quem Christus
habuit, ad amorem hominum, quem de
seipsis habuerunt, & habent, lõge maior
fuit in Christo amor dei, q̃ in hoie amor
sui, aut mundi, idq̃ tam quo ad affectum,
q̃ quo ad effectum. Quo ad affectum qui
dem, quia in Christo fuit amor dei feruẽ-
tissimus ex toto conatu voluntatis, sum-
ma charitate coadiuuãte elicitus, & cum
eodem feruore ab instanti conceptionis,
per totam vitam continuatus, In homini
bus autem amor sui, & mundi non fuit tã
intensus, nec tam feruidus, nec tam conti-
nuus, nec tam pur⁹: quo ad effectum etiã,
quia Christus vitam suam preciosissimã
ex amore dei pro nobis tradidit, & quã-
uis homines aliquãdo pro amore sui, aut
pro amore mũdi vitam suam tradiderint,
nunquã fieri potest, vt etiam omẽs simul
tantum tradant pro sui amore, quantum
Christus tradidit pro amore dei, quia vitę
omnium peccatorum qui fuerunt, sunt, &
erunt, si congregentur, & pro amore sui
vel mundi tradantur, nõ possunt æquari
vitæ Christi, quã tradidit pro nobis, quæ
sine comparatione excellentior est, q̃ om-
nes vitę peccatorum. Et ita quo ad affectũ.
& effectum fuerunt maiora merita Chri-
sti, & maior amor dei, q̃ fuerint, & sint de-
merita peccatorum & amor sui. Adde, q̃
obedientia Christi, qua deo fuit obediens
vsq̃ ad mortem, fuit longe maior, & excel
lentior, q̃ fuerit inobedientia hominis.
Et ita colligunt Christum de rigore iusti
tiæ tantũ, imo plus, deo exhibuisse, q̃ ho
mines peccando a deo abstulerint: & per
consequens satisfecit de rigore iustitiæ.
¶ Tertio idem suadẽt, quia merita Chri
sti fuerunt infinita, saltem ex parte perso
næ quę meruit, & satisfecit pro nobis: erat
enim deus, & ita deus meruit pro nobis, et
deus passus, & mortuus est pro nobis, &
seipsum infinitum obtulit pro nobis, &
per consequens infinita fuit satisfactio, qua
satisfecit pro nobis, & ita intentum.

Contra hunc modum arguitur.
Primo falsum videtur, id quod
supponit, scilicet, deum dedisse
Christo omne bonum naturale
gratuitum, & beatificum, & reli
qua alia, ita liberalit, vt in nullo voluerit
Christũ ipi deo manere obligatum, sed in
omnib⁹ sui iuris esse. Nam Christus, pro-
ut homo, subditus fuit legi naturæ, quæ
omnem creaturã rationalem obligat ad
diligendum deum, eumq̃ glorificandũ,
atq̃ colendum, vti verum deum, & crea-
torem omnium, quam quidem legẽ nul-
latenus Christo licuit violare: ad quam tã
to magis tenebatur, quanto pluta & ma-
iora a deo beneficia recepit. ¶ Tum etiã,
Christus nõ fuit liber ab obseruantia diui
næ legis, & de lege decalogi constat, in qua
charitas dei & proximi iubetur, & vt ma-
la proximis non inferantur. Constat autẽ
Christum obligatũ fuisse ad non peierã-
dũ, non occidendũ, non adulterandũ. &c.
similiter & ad parentes honorandum, &
illis seruiendum, quemadmodũ & serui-
uit: de quo ait euãgelista, q̃ Christus erat Luce. 2.
subditus illis. De lege etiam diuina positi
ua veteri, patet etiam q̃ fuit illi subdit⁹, &
eã melius q̃ reliqui iudæi obseruauit. Di
xit enim, Non veni soluere legem, sed ad- Matth. 5.
implere. Et Paulus ad Galathas. 4. Misit
deus filium suum factum ex muliere, fa-
ctum sub lege. &c. Et ad Philippẽs. 2. Fa-
ctus est obediens patri vsq̃ ad mortẽ, obe
dientia autem præceptum seu mãdatum
præsupponit. Ioannes etiã. cap. 10. & 14.
dicit Christum mandatum habuisse a pa
tre ponendi animam suam. Et iterum di-
xit idem Christus, Cibus meus hic est, vt
faciam voluntatẽ eius, qui misit me, Non
enim qui a superiore ad aliquid agendum
mittitur, est omnino liber a debito obediẽ-
di, & ipsum adimplendi. Christus autẽ ad
id a patre in mũdum missus est, vt verbo
& opere mundum illuminaret, & ad verã
dei cognitionem & ad amorem nos addu
ceret, quod & fecit, &c. Igitur falsum est, q̃
Christ⁹ in nullo fuerit patri debitor. Fal-

sum etiam

ſum etiam eſt, q̄ in omnibus ſuis operibus fuerit ſui iuris, ita vt ſibi liberum, & licitum fuerit ea facere & non facere.

¶ESTO etiam ita eſſet, q̄ deus noluit Chriſtum ad aliquid obligare ob beneficia illi collata, non inde fit, vt per obſequia ſua Chriſtus meruerit de rigore iuſtitiæ nobis remiſſionem peccatorum, ex quo deus iuſte poterat a Chriſto talia obſequia tanquam debita ob præfata beneficia exigere ſi vellet, vt ſupra de puro homine.

¶Secundo arguitur, q̄ Chriſtus de rigore iuſtitię non ſatisfecit. Quia ſatisfactio de rigore iuſtitiæ requirit æqualitatem inter damnum illatum, & recompenſam pro illo factam, talis autem non eſt inter peccatum contra deum commiſſum & paſſionem Chriſti. Probatur, quia offenſa fuit infinita, non ſolum obiectiue, vt communiter dicunt, ſed aliunde, nil autem quod Chriſtus egit, aut paſſus eſt, fuit infinitum. Patet id, ſi conſideremus in peccato tria. Primum eſt damnum, quod peccatum eſt aptum natum inferre deo, ſi deus damni eſſet capax. Secundum eſt, malitia ipſius peccati. Tertium eſt, pœna peccato debita. Si primum conſideremꝰ, peccatum, vt ex dictis opinantium apparet, de ſe eſt aptum natū auferre adeo bonum infinitum, immo & totum ſuum eſſe, ex eo ſcilicet, quia ſi deus eſſet capax triſtitię, ſicut eſt homo, iniuria & offenſa cōtra deum commiſſa de ſe eſſet illatiua triſtitiæ deo offenſo, & ex conſequenti priuaret deum ſua fœlicitate, cum qua nulla triſtitia ſe compatitur, & ex conſequenti priuaret eum diuinitate: & per conſequens ſuo eſſe. Hæc omnia patēt, quia deus per eſſentiam eſt, & deus eſt, & beatus eſt, ita vt idem ſint in deo eſſe, & deum eſſe, & beatū eſſe: igitur quod eſt aptum natum inferre deo triſtitiam, ex cōſequenti eſt aptum natum deum ſuo eſſe priuare: & ita peccatum ex parte ſua eſt aptum natum deo infinitum damnum inferre, & ita eſt infinite damnificatiuum. Chriſtus autem per qualiacūq̄, & quantacunq̄ obſequia non potuit ex parte obſequii reddere deo infinitum eſſe, quia eſto q̄ deus eſſet capax gaudii accidētalis, ſeu aduenientis, nil aliud ex obſequio deo grato illi poſſet euenire, præter huiuſmodi gaudium accidentale: ſed non inde fit, vt tale obſequium reddat deum ſumme fœlicem & beatum, cum non in extrinſeco, ſed in ſe beatificetur, ſicut peccatum de ſe erat ex conſequenti ablatiuum ſeu deſtructiuum fœlicitatis dei eſſentialis.

¶Si conſideremus ſecundum, hoc eſt malitiam ipſius peccati, patet ex dictis eam eſſe infinitam: tanto enim eſt maior malitia offenſæ, ſeu iniurię, quanto de ſe eſt magis damnificatiua perſonæ offenſæ. Cum ergo peccatum de ſe ſit infinite damnificatiuum ipſius dei ad ſenſum dictum, ſequitur omnem talem offenſam in deum commiſſam, eſſe infinitæ malitiæ. Cum ergo Chriſtus non potuit deo reddere pro nobis aliquod obſequium, quod eſſet infinitæ bonitatis ex ſe, ſequitur q̄ non ſatisfecit pro noſtris peccatis ad æqualitatem iuſtitiæ.

¶SI denięq̄ conſideremus tertium in peccato, quod eſt pœna, qua peccator dignus eſt, ob offenſam in deum commiſſam, idem apparet, nam pœna inferni pro peccato debita ſecundum intenſionem lōge acerbior eſt, & intenſior, q̄ fuit pœna, quam Chriſtus in via pertulit, & ſi pœnæ debitę omnibus peccatoribus adunarentur, & in vnum redirent, non dubium, quin eſſet longe intenſior, q̄ pœna, quam Chriſtus tolerauit. Non ergo Chriſtus perſoluit pœnam æqualem in intenſione, cum pœna debita pro peccatis omnium hominum. Pœna inſuper pro peccatis debita ſecundum extenſionem eſt infinita, quia æterna, pœna autem Chriſti non niſi ad tempus fuit: igitur ex nulla parte fuit æqualitas inter id quod Chriſtus deo pro nobis perſoluit, & inter offenſam contra deum commiſſam: & ita non fuit ſatisfactio ad æqualitatem rei.

¶Tertio arguitur. Quia ſi meritum Chriſti fuit ſatisfactorium de condigno, ſeu de rigore iuſtitiæ, aut tale fuit ratione ipſius operis in ſe conſiderati, aut ea ratione, qua ex gratia tanta proceſſit, aut ea ratione, qua erat pſonę infinitę, ſcilicet verbi dei, cui humanitas erat coniuncta. Primum dici non poteſt, quia tale omnino opus & idem ſpecie potuit illa humanitas a verbo depoſita

operari, & tale secūdum naturā rei potuit a puro homine fieri, quod tamen non esset de rigore iustitię pro tot, & tantis peccatis hominum satisfactorium de se, quod certū esse suppono. ¶ Nec potest dici secūdū, scilicet q̄ opera Christi ratione gratię summæ, ex qua procedebāt, erāt ad æqualitatē satisfactoria. Tum, quia gratia Christi, & si summa fuit secundum potentiā ordinatā, nō tamē fuit infinita, vt tenēt Tho. Sco, & ceteri doctores, peccata autē contra deū cōmissa, & quæ cōmitti possunt sunt infinita, & esto finita essent numero, sunt tamē quoad indignitatē infinita, cū digna sint pœnā infinita intēsiue & extēsiue, vt tenere solet scḋm Cācellarīū Parisiensem, gr̄a autē Christi finita est. Nō ergo facit opus tā meritoriū, q̄ demeritorium fuit hominis peccatū. ¶ Tum etiā, quia tantam gratiam potuit deus dare puro homini, quantā dedit Christo, & ex cōsequenti purus homo posset in casu satisfacere pro peccatis omnium, de cōdigno, seu de rigore iustitiæ, si ista satisfactionis cōdignitas procederet in Christo ex tanta gratia illi collata. ¶ Tum etiam, quia si ex quantitate gratiæ Christi euenit, vt opera Christi fuerint de se meritoria, & satisfactoria pro tot & tantis peccatis: igitur si gratia esset subdupla, essent similiter in subduplo satisfactoria, & si subquadrupla, in subquadruplo, & ita de aliis, & per cōsequens vnusquisq̄ homo habēs gratiā, posset ex virtute gratiæ p̄ peccatis suis, vel alienis satisfacere, saltem in parte, secundum exigentiam, seu quantitatē gratiæ, idq̄ seclusis meritis Christi, quod tamen est falsum, & erroneum.

¶ Nec potest dici tertium, scilicet q̄ opera Christi fuerint de cōdigno, & ex rigore iustitiæ satisfactoria ratione personæ, cui humanitas erat coniuncta. Probatur, quia Christus & si fuerit, & sit persona diuina/ & deus, non tamen Christus meruit nobis, nec satisfecit pro nobis secundum q̄ deus, sed secūdum q̄ homo. Id patet, quia nec fleuit secundum q̄ deus, nec orauit secundum q̄ deus, nec passus est & mortuus est secundum q̄ deus, vt constat. Cum igitur per hæc, & alia humana opera Christi nobis meruit, & pro nobis satisfecit, sequitur ergo, q̄ & si Christus fuerit deus, nō in de opera quæ faciebat vt homo, erant infinita, aut infiniti valoris, secluſa dei liberali acceptatione.

¶ Confirmatur hoc, quia tunc omnia merita Christi fuissent æqualia, saltem omnia fuissent infiniti valoris, & meriti, & dignitatis, & ex consequenti Christus tantum satisfecit ex rigore iustitiæ per merita quæ in vita sua fecit, quātum per passionem & mortem, quam pro nobis sustinuit, & per consequens anteq̄ actu pateretur, iam erat hominibus debita ex iustitia/ peccatorum remissio, & per consequens ianua regni cęlestis apetta, & ita si quis iustus decessisset viuente Christo, anteq̄ inciperet pati, introisset regnum cœlorum, quod suppono erroneum. Et sequela patet, quia non ob aliud erat iustis ante aduetum Christi clausum regnum cœlorum, nisi quia nondum aduenerat satisfactio, hæc autem iam ante passionem Christi aduenerat per alia opera meritoria Christi, quę ex opinione erāt infinitæ virtutis, in ratione meriti, & satisfactionis, idq̄ de rigore iustitiæ, & ita omnes patres, qui erant in sinu Abrahæ fuissent in cœlum trāslati antequā Christi⁹ pateretur, ex quo ante Christus sufficienter p̄ illis satisfecerat ex iustitia.

¶ Deniq̄ arguitur. Quicquid Christus fecit secundum q̄ homo, potuit facere purus homo: si ergo Christus satisfecit de rigore iustitiæ secundū q̄ homo, igitur hoc ipsum potuit purus homo, cōsequens est a nemine concessum, & maior non potest ratiōabiliter negari, igitur minor est falsa.

¶ Quarto arguitur. Si Christus ad ęqualitatem satisfecit, & de rigore iustitiæ p̄ peccatis nostris, sequitur q̄ deus de iustitia debuit esse contentus cum obsequiis & passione Christi loco offensarum in deum cōmissarum, & ex consequenti non potuit iuste pro eisdem offensis amplius a peccatoribus exigere. Si enim creditori suum debitum sufficienter & abunde solutū est, non erit iustum amplius a debitore pro eodem debito exigere. Deus autem vltra passionem Christi, qua pro peccatoribus satisfecit, exigit ab eisdem pœnitentiam cordis, confessionem, & satisfactionem propriam, vt manifestum est: argumētum ergo certum est, q̄ Christus non satisfecit ad ęqualitatē de rigore iustitiæ. Q̄d amplius cōfirmatur, quia si Christus ad æqualitatē

satisfecit

ſatisfecit ſecundum rem, non opus fuiſſet illi orare patrem, vt ſua opera & paſſionē dignaretē pro nobis acceptare, qđ eſt falſum. Et ſequela ſatis patet de ſe, ſequitur ergo, ꝙ nō fuit paſſio Chriſti ſecundū naturam rei, & ſecundū rigorē iuſtitiæ ſatisfactoria, niſi quia fuit a deo ex ſua gratia & miſericordia ad eundē finē acceptata, cui liberū erat eā acceptare, & nō acceptare. Et ita purus homo, nec p ſe, nec adiunctis meritis Chriſti nō poterit ad ęqualitatē ſatisfacere, de rigore iuſtitiæ. Prę ſuppoſita tamē lege ordinata, per quā deus ſtatuit, & promiſit ſe placandū/& venia his qui pœnitentiā egerint, ſe conceſſurū, idꝫ interuenientibus pręcibus & meritis Chriſti, tunc certū eſt hominem ſatisfacere poſſe mediantibus meritis Chriſti ſecundū iuſtitiā hanc, quæ non ex ęqualitate rei ad rem ſumitur, ſed ex ſtatuto & promiſſione dei, quā quia iuſtus, verax, & fidelis eſt, tenetur adimplere ſtante lege.

¶ Nunc ad rationes prioris ſententię. Reſpon. Ad primū, eſto Chriſtus multa obſeqa deo patri impēderit, illa tamē nō erāt omnino indebita, imo ea tenebatur impēdere, cū ad id fuerit a patre miſſus, & ad id a patre mandatū acceperit, vt ex dictis patet. Verū dato, ꝙ illa omnia aut multa libere, & nō ex debito fecerit, falſum eſt, ꝙ deo tenebatur de rigore iuſtitiæ illa remunerare: quandoquidē illa omnia poterat pater ab illo iuſte exigere pro beneficio creationis, & aliorum donorum accumulatione. Et dato adhuc, ꝙ teneretur ea remunerare, non tamē in aliis a Chriſto, ſed poterat ea in eodē Chriſto remunerare/augendo gratiā & gloriā, & alia innumera dona illi cōferendo. Ac proinde nullo modo probāt, ꝙ deus ex rigore iuſtitię eſſet obligatꝰ peccatoribus ſua delicta remittere ob obſequia Chriſti, & multo minus ob eadem eiſdē peccatoribus gratiā & gloriā cōferre.

¶ Ad ſecundū, admiſſo ꝙ amor dei quem Chriſtꝰ habuit fuerit maior, ꝗ amor ſui quem homo habuit, nō ſequit inde Chriſtū ad ęqualitatē ſatisfeciſſe, tum ob ea quę dicta ſunt. Tum etiā, quia ſi hoc ſufficeret ad ſatisfaciendū ad æqualitatē, ſequeretur hominem purū ſine meritis Chriſti poſſe ad æqualitatē ſatisfacere, & vnū hominē purū iuſtū pro alio peccatore de rigore iuſtitiæ poſſe ſatisfacere. Patet, quia homo poſtꝗ peccauit per amorē ſui, aut mundi/poteſt cōuerti & amare deum multo feruētius, ꝗ ſe ipſum aut mundū amauerat. Et poteſt vnus iuſtus feruētius amare deū, ꝗ alius peccator odierit. Similiter etiam de amore ſecundum effectum obtici poſſet.

¶ Ad tertium ſolutū eſt ſupra, ꝙ merita Chriſti nō fuerūt infiniti valoris de ſe, nec ratione pſonę diuinę coniunctæ, ſed quia a deo gratioſe fuerūt acceptata. Et quāuis Chriſtus, qui deꝰ eſt, ſe ipſum obtulit cruci, nō tamē ſecundū ꝙ deus, ſed ſecundum ꝙ homo, & ideo nil contra dicta.

Ed adhuc manet dubium, nam qualitercunꝗ Chriſtus pro nobis ſatisfecerit, ſiue ad æqualitatē, ſiue ſecundum dei acceptationē, communis tamen ſententia eſt omniū, ꝙ ſatisfecit pro omnibus ſufficiēter. Cū igitur ſufficientia vnius excludat neceſſitatē alterius, ſequitur ꝙ nō eſſet peccatoria alia ſatisfactio neceſſaria, præter eam, quā Chriſtꝰ fecit: & tamē deus exigit a peccatore cōtritionē, cōfeſſionē, & ſatisfactionē, vt ex dictis ſatis patet, igitur. Reſpō. Illa ſufficientia, quæ dicitur eſſe in meritis Chriſti & ſatisfactiōe Chriſti intelligitur ex parte ſua taliter, ꝙ ſi hoīes ex ſua parte fecerint, quod in ipſis eſt, & quod eis a deo exigitur, per merita & paſſionē Chriſti fit, vt actu a peccato redimātur, qualiter nō redimerētur ſeclusis meritis & paſſiōe Chriſti, etiā ſi agerēt quicquid in ipſis ſit, nil illis profuiſſet, ſicut iam ꝓdeſt ob Chriſti merita & paſſionē. Itaqꝫ fuit paſſio chriſti ſufficiens, vt noſtra pœnitētia & opera in deum relata, deo grata ſint, & a deo acceptētur, qualiter ſine Chriſti meritis non acceptarentur. Aut aliter id exponatur, ſcilicet ꝙ Chriſtus pro nobis ſufficienter ſatisfecit ex parte ſua, quia ſcilicet ex parte Chriſti nihil amplius requirebatur ad ſatisfaciendum, & mūdum redimendū, ꝗ quæ egit, & paſſus eſt, immo nec requirebatur tantum, quantum egit, & paſſus eſt, cum minus ſuffeciſſet. Vnde ait Pſalmiſta. copioſa apud eum redemptio. & vna gutta ſanguinis Ieſu Chriſti ſuffeciſſet pro omnibus ad eorum redemptionem, vt dicitur in extrauagante Clementis. 6. vnigenitus. Pſal. 129.

¶ Vbi nota, quod ait, scilicet, q̄ vna gutta sanguinis sufficisset pro omnib⁹, propter vnionē ad verbū, quod videt militare contra responsionē supra ad quæstionē datā, Ad quod dicendū, q̄ nō inde sequitur passionē Christi infiniti valoris secūdum naturā rei fuisse, ita vt de pura iustitia satisfecerit propter vnionē ad verbū, vt ex dictis patet. Nec Clemēs in illa extrauagāte intēdit excludere liberalē dei acceptationem, sed intendit dicere, q̄ Christi opera & passio tantā excellentiā ꝓpter vnionē humanitatis ad verbū contrahebant: vt vnica gutta sanguinis pro nobis effusa sufficisset in clinare diuinā clementiam, ad nostram redemptionē, nisi statutum esset Christum cōplete per mortē satisfacturū. Nō enim ait, q̄ vna gutta sanguinis suffecit de facto, alioqui nil opus fuisset Christum mori ad redimēdū mundū, & animas sanctorū patrū de limbo liberādum, sed dixit, q̄ vna gutta suffecisset ad sensum dictum

¶ Est igitur resolutio, q̄ purus homo non potest nec per se, nec virtute passiōis Christi de pura iustitia, secluſa liberali dei acceptatione, pro peccatis satisfacere deo, quin liberū sit, de potētia dei absoluta, nec opus hominis, nec passionem Christi acceptare in remissionē peccati absq̄ hoc, q̄ alicui iniustitiam faciat, stante tamen lege, homo satisfacit de iustitia pro peccatis in virtute passionis Christi, quia iustū est deū sua seruet promissa, & decreta. Est autem differētia in proposito inter iustitiā rei, & iustitiā legis, quia prima requirit ęqualitatē inter debitū, & redditū. Secunda vero non hanc æqualitatē requirit, sed q̄ id reddatur, qđ in lege exigitur. Et sicut solutio, quæ scdm legē fit, obligat deū stante lege, vt illa contētus sit, & debitū remittat, ita solutio quæ secundū ęqualitatē rei fit, si qua esset, obligaret eūdem deum, vt simpliciter debitū remittat. Cū aūt nec homo pur⁹, nec Christus potuerit deū simpliciter obligare ad remittendū offensam cōtra ipsum cōmissam aliquid illi reddendo, vel pro eo patiēdo, cōsequens est, vt nec homo purus, nec Christus potuerit ad ęqualitatē satisfacere secundū iustitiā rei, secus secūdū iustitiā legis. ¶ Addo amplius, q̄ esto teneamus, vt quibusdam placet, merita Christi fuisse valoris infiniti in ratione meriti, & satisfactionis, idq̄ propter vnionē ad verbum, q̄q̄ Christus satisfecerit ad ęqualitatē rei reddēdo tantū, immo plus in valore, q̄ debuerit peccator deo propter offensam, adhuc tamen non satisfecit de pura iustitia, excludēdo liberalē acceptationem. Ratio est, quia deus non tenebat de iustitia cōtentus esse, cū solutione per Christum facta, etiā si in re esset ęqualis, & superabundans, quia in debitis ratione differētibus nō tenetur creditor acceptare vnum pro alio, vt si debes pecunias, & reddis triticū, liberū est creditori triticū acceptare, & nō, etiā si ęquale sit pecuniis debitis, secus in reb⁹ quæ admittunt functionē. Cum ergo id quod debebat peccator pro offensa ratione differat ab obsequiis & passione Christi, vt cōstat, quantūuis solutio per Christū facta æquinaleret debito peccatoris, & excederet, nō tenebatur deus de iustitia talem acceptare solutionē si nollet, & ita semper sequitur intentū, q̄ erat necessaria liberalis acceptatio dei, vt Christus dicatur satisfeciſſe per passionem suam.

PRæsupposito igitur, q̄ nō possit homo deo satisfacere pro peccatis nō dimissis, quo ad culpā ex pura iustitia, & secundū æqualitatem rei, esset dubiū, An saltē posſit pro dimissis, quo ad culpā ex pura iustitia satisfacere. Et videt q̄ sic, eo q̄ dimissa culpa p contritionē ęterna pœna est in tēporalē cōmutata, quā qdē ipalē tenet hō hic, vel in purgatorio soluere: igitur, si illā soluat, satisfaciet ad æqualitatē, & ex pura iustitia. Et certe ita videtur dicēdum, si pœna voluntaria huius vitę posset esse tanta, quæ ęquaretur pœnę purgatorii debitæ pro peccato dimisso. Verum ex sententia sanctorum illa pœna longe acerbior est, q̄ quęcunq̄ pœna vitæ præsentis, quod ita esse putandum est, comparando pœnā purgatorii ad pœnā presentis vitę secūdū intensionem, posset tamē intēsio per durationē suppleri, vt si homo esset in purgatorio, passurus pœnā vnius diei intēsam vt .20. si in hoc seculo patiatur pœnam intēsam vt vnum, per .20. dies, videt ęqualitas inter hanc, & illā, quia quod in vna deficit ex parte intēsionis, suppletur per durationē: & secundū hoc posset homo iustus pro peccato dimisso satisfacere, ad ęqualitatem in

tatē in caſu, prēſuppoſito vt dico, q̄ pecca tū fuerit dimiſſum & nō māſerit homo il le debitor pro illo niſi pœnę tēporalis de terminatę. ¶ Eodē modo poſſet dici de ve nialibus, q̄ poteſt homo iuſtus pro illis ſa tis facere ad æqualitatem, præſuppoſito q̄ tranſeunte actu peccati venialis, non relin quatur in homine niſi debitū pœnę tēpo ralis ſoluēde, ſi attamen talis ſatisfactio & ſi ad æqualitatē fieri poſſit, hoc tamē eſt præ ſuppoſita gratia, & liberalitate dei, qui cū longe maiorē pœnā potuit iuſte a peccato re exigere, tam pro veniali, q̄ pro mortali quo ad culpam dimiſſo, ex miſericordia ta mē ſua nō exigit maiorē, qua miſericordi volūtate præſuppoſita procedit, quod dico, ſcilicet poſſe hominē pro huiuſmodi peccatis ad ęqualitatē, & ex iuſtitia ſatisfa cere, excepto vt ſupra tetigi, niſi pœna pur gatorii, in quā fuit æterna cōmutata, ſit al terius ratiōis a pœna vitæ p̄ſentis, quia tūc præſuppoſita prefata dei miſericordia, cer tam & determinatā pœnā p̄ dimiſſo taxā tis, neceſſaria eſt gratioſa acceptatio dei pœ nę hic volūtarie aſſumptæ, quia vt dixi in libertate creditoris eſt, petere debitū idē, nec tenetur eſſe cōtētus, ſi loco vnius debi ti aliud ſpecie differēs ſoluatur, etiā ſi illud aliud ſit priori ęquiualēs, aut ſuperabūdās.

¶ Queſtio ſecūda.

QVeritur deinde, an poſſit ho mo deo ſatisfacere pro peccatis, p opera extra charitatem facta, & quia ad id cōuenit ſcire, ad q̄d opa huiuſmodi va leāt apd̄ deū, ideo de hoc prius aliqua bre uiter tāgamus. Primo, An opera bona ex tra charitatē facta valeāt ipſi operāti ad re miſſionē culpæ prius cōmiſſæ, etiā ſi vera pœnitētia nō præceſſerit, & dixerunt q u dam q̄ ſic. Tum ex eo quod habetur Da nielis. 4. quādo Daniel dedit conſilium re gi Nabuchodonoſor dicens, Peccata tua eleemoſynis redime, Et loquebatur ad ho minē infidelē & gentilē. ¶ Tum etiā ex eo qd̄ Chriſtꝰ dixit. Lucæ. 11, qd̄ ſupereſt da te eleemoſynā, & ecce omnia munda ſunt vobis. & loquebatur ad phariſęos de qui bus ipſe Chriſtus dixit, q̄ intus eſſent iniquitatibus plenti: igitur his qui in peccato mortali ſunt, poteſt eleemoſyna prodeſſe ad peccati remiſſionē, & ita intentum.

¶ Reſpon. Oppoſitū eſſe tenendū, ſcilicet opera extra charitatē facta, nec ad gratiam nec gloriā, nec ad iuſtificationē hōis ſine vera cordis pœnitentia de lege p̄deſſe poſ ſe. Hoc enim ait Paulus. 1. ad Corin. 13. Si omnē ſubſtantiā meā cōſumam in cibos panperū/charitatē aūt nō habeā, nihil mi hi prodeſt. Et Gregorius in homilia ſup Ioannē. 15. ait. Opera humana, niſi ex radi ce charitatis procedant, nihil habēt vitæ ſtatis, ac proinde ad gloriā & gratiā aut iuſ ſtificationē nil poſſunt fructificare. Facit etiā Auguſtinꝰ, & habet de pœnitentia di ſtin. 7. c. Nullꝰ, Quē pœnitet, oportet nō ſolū timere iudicem ſed diligere, quia ſine charitate nō poteſt eſſe ſalus. Facit etiam ra tio, quia quādiu manet homo deo inimi cus, opera ſua deo accepta eſſe de lege non poſſunt. Iuxta illud Gene. 4, Reſpexit dñs ad Abel, & ad munera eius. Itaq̄ ſi opera hōis deo grata eſſe debēt, & ad gratiā & iuſ ſtificationē accepta, opꝰ eſt perſonā ipſam eſſe acceptā, qualis nō eſt, qui adhuc in pec cato aliquo perſeuerat. ¶ Ad illud aūt, qd̄ ex Daniele citatū eſt dicēdū, q̄ vt ait Tho. conſiliū Danielis fuit, vt Nabuchodonoſor pœnitentiā ageret, & ſe deo ſubiiceret/ & deinde eleemoſynā faceret ad ſua p̄cā re dimendū, etiā ſi in textu nō omnia hæc ex plicētur, ſic tū eſt cōſiliū p̄fatū accipiēdū. ¶ Poteſt aliter dici, q̄ Daniel illic ad literā nō loquebat̄ de redēptione peccatorꝝ quo ad culpā & æternā pœnā, cū loqueretur ad hominē ethnicū & infidelē, ſed loquebat̄ de redēptione peccatorū quo ad pœnā tē poralē vitæ p̄ſentis, quā deus cōtra regem illū ob eius delicta infligere decreuerat, Erat enim decretum dei, vt Nabuchodo noſor fieret velut bos paſcens herbam, & vt regno ſuo ſaltem ad tēpus priuaretur, quemadmodum eidem explicuit ipſe Da niel. Cum igitur Nabuchodonoſor cu peret huiuſmodi pœnā euadere, cōſuluit illi Daniel, vt eleemoſynam faceret. Q̄ au tem non loqueretur de remiſſione pecca torum quo ad culpam hinc apparet, quia

statim adiecit/ forsan ignoscet tibi deꝰ, qđ verbum dubitandi locum nō haberet, siue de eleemosyna ex vera pœnitētia cordis procedēte loqueretur, siue de eleemosyna, sine pœnitentia cordis facta, nam certum erat, ꝙ si veram cordis pœnitentiā ageret, deus remitteret, si autē de eleemosyna, sine pœnitētia facta loquebatur, certum etiam est deū peccata quo ad culpā non remissurū, vt supra in tractatu de pœnitētia vtrūq; patuit. Poterat aūt dubitari, an deus pœnā, quā illi pro peccatis parauerat, esset per eleemosynā remissurus, & ideo habet locum quod adiecit per modū dubitantis, scilicet, forsan ignoscet tibi deus.

¶ Ad aliud dictum Christi ex Luca sumptū respōdet Augustinus & glo, ꝙ procedit de eleemosyna ordinate facta, hæc autē est, quæ a seipso incipit. Supponit enim ꝙ eleemosynę nomine venit intelligēdum omne beneficiū alicui impensum ad eius indigentiam seu miseriam releuandum, siue sit indigētia corporalis, cibi, vel potꝰ, vestitus, aut hospitii: siue sit spiritualis indigentia, scilicet correctionis, consilii, atq; doctrinæ. Supponitur etiā, ꝙ peccator in mortali existēs, est in miseria culpæ, qui indiget beneficio aliquo, vt ab hmōi miseria releuetur: ad quod nullū conueniētius est beneficiū, q̄ pœnitētia quæ dicitur, & est eleemosyna, quā sibi ipi peccator debet impēdere ad sui ipius indigētię subueniēdum. Si igitur peccator sibi ipsi nō subuenit ad propriā releuandā indigentiam/ curās alienā releuare, nō videt hmōi eleemosyna ordinata: & ideo illi ad salutē animæ nō valet. ¶ Quod igit dixit Christꝰ, Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis: intelligitur de eleemosyna ordinate facta, quæ a seipso incipere debet, iuxta illud sapientis, Miserere animæ tuę placēs deo. Breuius dici potest, ꝙ Christus loquebatur de eleemosyna ex fraterna charitate vera & nō simulata procedente, nā statim addit, Ve vobis pharisęis, q decimatis mētham & rutham, & omne olus, & iudiciū & charitatem prętereritis. In quo significat eleemosynā & alia opera deo & proximis facta, si salutaris esse debeat, ex charitate vera debere procedere, quā quidē si quis ad proximum habeat, hoc ipsum sufficit, vt omnia munda sint homini. An autē sit necessariū omnia quę supersunt in eleemosynas erogare, ad aliā spectat cōsiderationē. Ecclia. 30.

Vppositio ergo, ꝙ opera extra charitatem facta ad gratiam gloriam seu iustificationem non prosint, An saltem valeant ad aliquam remunerationē, seu bonū apud deum. Et pro parte negatiua facit Paulus, vbi supra, qui de prędicatione ac doctrina loquens, & de fide, quæ montes transferat, & de abundante eleemosyna ait, ꝙ si hæc fiant sine charitate, nihil omīno prosunt ipsi facienti, vbi videtur omnem vtilitatē prorsus ab operibꝰ sine charitate factis excludere. ¶ Facit etiā Ecclesiastici. 17. A mortuo, velut qui nō est, perit cōfessio, scilicet laudis. Laudare igitur deum extra charitatē, nihil prodest. Et iterū. c. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterū tangit mortuum, quid illi prodest lauatio? sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterū cadēs faciens, quid proficit humiliādo se, orationē illi? quis exaudiet? quasi dicat nemo. ¶ Pro quo etiam facit, quod ait Augustinus de peccatore dicens, Indignus est peccator etiam pane, quo vescit, & vita ipsa. ¶ Facit etiā Esaię. 58. Vbi deus in sententia inquit, ꝙ orationes & ieunia hominū in peccatis permanentiū non exaudit, nec acceptat, dās ꝓ causa, quia in peccatis sunt, igitur. Et iterū idē Esaię. 64. Vniuersę iustitię nostrę sunt velut pānus mēstruatę: igitur nihil apud deū valent nostra opera quā diu sine charitate fiunt, cuius est omnem immunditiam operum purgare.

¶ His nō obstātibus videtur, ꝙ opera bona extra charitatē facta valent apud deum, ad aliquā remunerationē, & bonū saltē temporale. Id cōiter colligūt doctores ex sententia Hieronymi, & habetur de pœnitentia. distin. 3. c. Si quādo, vbi ait. Si quādo videris inter multa mala opera facere peccatorē quēcunq; aliqua quæ iusta sunt, nō est tā iniustus deus, vt ꝓpter mala multa oblivisc̄atur illorū paucorū bonorū. Facit & Augustinus, & habetur ibidem. c. Piū est credere, & nr̄a fides hoc expostulat, vt cū gratia Christi destruxit mala priora in homine, etiā remuneret bona. Et sequit, Et cum destruxerit, qđ suū nō inuenit, amat, & diligit bonū, quod in peccāte plātauit,

vnde

vnde colligitur deū aliquādo in homine peccante plantare aliquod bonum opus, & illud amat, & diligit, & non nisi illud remunerādo. ¶ Facit etiā Chrysostom⁹ apertiꝰ ibidē cap̄. Quid ergo, tollere volēs/ admirationem simul & turbationem eorum/qui vident in hoc mundo malos prosperari, & bonos multa aduersa sustinere, cuius ipse causam vnam assignat dicens: quia nō potest vel malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona, nec bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua mala. Cum ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cū enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur. Facit & Ambrosius, vt glosa refert ad Roma. 2. dicens, Nullum malum impunitum, nec vllum bonum irremuneratum. Ex quibus patet his bonis operibus, quę extra charitatem fiunt, aliquod præmium respondere. ¶ Ibidem etiam patet exemplo obstetricum ægyptiarum, quæ pro beneficio, qđ erga paruulos hebręorum exercuerunt, nolētes eos ad iussum Pharaonis suffocare, remunerationem a deo acceperūt: nam deus illis ob id domos ædificauit. Exo. 1. cum tamen essent infideles & idololatræ. Similiter regi Nabuchodonosor deus regnum Aegypti saltem ad tēpus dedit, pro eo, quod aduersus quasdā pessimas nationes deo aduersantes, bellum cum magno labore gesserat, vt habetur Ezech. 29. Similiter & Augustinus quinto de ciuitate dei ait, Romanos imperium meruisse ob strenua & iusta opera, q̄ faciebāt, cum tamen infideles essent, & in peccato. Ex quib⁹ patet opera bona extra charitatem facta, non esse etiam apud deum prorsus inutilia.

¶ Sed non solum valent ad temporale præmium, cum ex sententia omnium ad multa alia bona spiritualia similiter valeant, s. ad facilius obtinendum a deo gratiam conuersionis, qua citius resipiscant, valent ad acquirendos bonos mentis habitus, quibus facilius homo virtutes exerceat, & vitiis resistat. Valent ad impetrandum intercessiones sanctorum. Valent etiam ad hoc, ne angelus nos custodiēs, nos omnino deserat, sicut desereret, si semper in vitiis viueremus, suis monitis & inspirationibus atq̄ consiliis acquiescere nolentes. Valent etiam ad vitandum nouam culpā, quam incurreremus, si talia opera cum in peccato sumus, omittamus, si erant opera alioquin nobis præcepta, & ex consequenti, ne si dānaremur, grauius torqueamur.

¶ Ad illa autem, quæ prius in oppositum allegata sunt, respon. q̄ Paulus secundum communem sententiam doctorum intelligitur sic, q̄ illa opera, quæ extra charitatem fiunt, nil omnino pro sunt ad vitam æternam, cum talia opera mortua sint, & principio vitæ careant, ideo nihil ad viuificandum hominem in peccato mortuum prodesse possunt.

¶ Ad aliud, ex Ecclesiastici. 17. citatum dicendum primo, q̄ illic sapiens non de cōfessione laudis, vt Scotus putat, loquitur, sed de confessione fraudis, & peccatorum, & loquitur ad hominem lapsum, exhortās eū, vt ad dominū conuertatur, dum viuus est, & sanus, & errorem suum confitea tur, nec mortem ad id expectet, quia post mortem nil proderit errorem suum recognoscere, & cōfiteri, & hoc est ad literam, & ideo illud nihil agit contra responsionē datam. Q̄ si de cōfessione laudis, qua quis in peccato existens, deum laudat, id velimus accipere, dicendum q̄ hmōi cōfessio a mortuo facta perire dicitur, quia ad cōsecutionem æternæ vitæ per inde est, ac si non fieret. Ad illud etiam ex eodem. cap. 34. citatum dicendum, q̄ loquitur contra homines, qui cum semel pœnitent, postmodum in peccatum relabuntur, quibus nil prodest ad, vitā lotos fuisse, nec oratio in peccato post lapsum facta, quā vitam & remissionem a deo petunt, exaudietur, eo q̄ talium pœnitentia vera non est, quæ per relapsum interrumpitur. Itaq̄ non excludit sapiens valorem omnem operum, quę in peccato fiunt, sed valorem ad gratiam & remissionem peccatorum. Sic enim in eodē cap̄. ait, q̄ dona & oblationes iniquorum deus non acceptabit, nec propitiabitur peccatis eorum. ade per.

¶ Ad aliud ex Augustino sumptū, q̄ peccator non est dignus pane, quo vescitur, valet ad dicendum, q̄ peccator nil boni meretur apud deum de cōdigno, secus ex gratia & liberalitate ipsius dei.

¶ Ad aliud ex Esaia allegatum dicēdum, q̄ ieiunia & orationes in peccato mortali

facta, non valebunt illis iudeis ad iustificationem, vt dictum est, nec ad euadendum pœnas temporales, & mala quæ in hoc seculo patiebantur, de quo postea. Quod vltimo allegatum est, scilicet, ꝙ iustitiæ nostre sunt velut pannus menstruatæ, confessio est hominis pœnitentis, & misericordiam a domino postulantis, ita enim est, ꝙ nil purum potest in peccatore reperiri, cum mixtum sit vitiis & sordibus peccati, sed cum hoc stat, ꝙ si quod bonum est in peccatore, quamuis sordibus peccati sit admixtum, illud valet ad aliquod præmium, vt dictum est. Vnde patet errare eos, qui ex hoc loco colligi putant omne opus hominis sine charitate factum esse vitium & peccatum, aliud enim est opus vitiosum esse, aliud vero opus vitiis esse cõmixtum. Sed de hoc alias.

DAto igitur, ꝙ opera bona extra charitatem facta valeant ad remunerationem apud deum, esset dubium, An valeant ad idem de iustitia, an de pura gratia & liberalitate dei. Quemadmodum nonnulli doctores dicunt, moti ex rationibus nuper in dubio præcedenti solutis, si enim talia opera valerent ad præmium aliquod de iustitia, non ergo dixisset Augustinus peccatorem, non esse dignum pane quo vescitur, si de condigno aut de iustitia esset sibi pro suis operibus aliquid a deo reddendum, itaqꝫ si deus pro talibus operib⁹ aliquid retribuit, erit hoc, quia decet dei bonitatem, non quia ex iustitia peccatori aliquid ob illa opera debeatur.

¶ Sed contra hanc opinionem videntur aliqua militare. Primo decretum Hieronymi supra citatum. Si quãdo, vbi de peccatore/qui inter multa mala quæ egit, aliqua pauca bona operatur, ait, ꝙ non est deus tam iniustus, vt ꝓpter illa multa mala obliuiscatur illorum paucorum bonorum, quæ interim in peccato fecit. Vbi significat deum iniustum fore, si illa opera bona inter peccandum facta nõ remuneraret, igitur ea ex iustitia remunerat, non ex pura liberalitate, & gratia.

¶ Facit etiam decretum Augustini supra citatum, vbi ait, Pium est credere, & nostra fides expostulat, vt de⁹ remuneret bona, quę in peccante plantauit. Vbi non dixit solũ/pium est, sed addit/fides nostra expostulat id credere. Si igitur fides nostra expostulat credere, ꝙ deus remuneret bona quæ in peccante plantauit, sequitur ꝙ nõ ex mera gr̃a & liberalitate ea remunerat, sed ex iustitia saltem legis, alioquí salua veritate legis posset ea nõ remunerare, & per consequens non expostularet nostra fides credere, ꝙ ea remuneret, &c.

¶ Facit etiam, ꝙ de Nabuchodonosor citamus. Ezech. 29. Vbi dicitur, ꝙ cũ multa onera sustinuisset aduersus Tirum, merces non est reddita ei, nec exercitui suo de seruitute, qua seruiuit mihi aduersꝰ Tirũ, propter ꝙ ait dominus, Ego dabo eũ regẽ in terra Aegypti. Et sequit̃, Et erit merces exercitui eius, & operi quo seruiuit. Vnde arguitur, si merces fuit, nõ ergo pura gratia, nam ei qui operatur, non imputatur merces secundum gratiam, sed secundum debitum, vt ait Paulus ad Roma. 4.

¶ Vnde & Hieronymus super Ezechielẽ ibidem ait. Cęterũ ex eo ꝙ Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos, si quid boni fecerint, non absqꝫ mercede, dei iudicio prętiri. Vbi cum mercedem nominat, debitum significat, & ita puram gratiã, & puram liberalitatem excludit.

¶ Facit etiam dictum Ambrosii, etiã supra citatum. Nullum malum impunitũ, nec vllum bonum irremuneratum, vbi ęqualiter de malo & bono loquitur, sicut ergo malũ omne ex iustitia punitur, ita bonum omne ex iustitia remuneratur.

¶ Facit deniqꝫ ratio, quia ad hoc, ꝙ operi alicui impẽso debeatur ex iustitia merces, non est necessaria charitas, aut amicitia cũ illo, cui opus impensum est. Vt si quis faciat alteri obsequiũ aliquod, rem eius vtiliter agens, ex iustitia meretur retributionem quãtuncũqꝫ illud ex charitate & amicitia illius nõ fecerit. Si igitur aliquis deo seruiat vtiliter rem eius agens, etiam si ex charitate id non faciat, meretur apud deũ aliquam remunerationẽ, talis est homo, qui cũ in peccato sit, in ecclesia dei vtiliter laborat docẽdo, prędicando, corrigendo, & alia opera in filiorũ dei vtilitatẽ agẽdo.

¶ Per hæc posset aliquis moueri ad dicendum, ꝙ homini ex iustitia debetur aliqua remuneratio, pro operibus extra charitatem

ritatem factis, & ita non ex pura gratia veniunt talia opera remuneranda, Attamen quia durum est dicere deum obligatū esse peccatoribus in inimicitia dei permanētibus aliquid de iustitia debere, nisi de iustitia distinguamus, ideo notandum est, ꝙ humana opera possunt de iustitia ad aliquod præmium valere tripliciter, scilicet, ex natura operis, ex debito promissionis, seu legis, qua deus promisit talia opera remunerare, & ex decentia ipius dei remunerantis. Primo modo, opera nostra siue ex gratia, siue extra gratiā fiant, non sunt meritoria alicuius præmii apud deū, nec æterni, nec temporalis, ita vt deus sit de rigore iustitię astrictus ea remunerare. Secundo modo, opera nostra ex gratia & amore dei facta valent ad præmiū æternum ex iustitia, nam pro huiusmodi operibus ex charitate factis deus in lege sua ꝓmisit, & sequodammodo obligauit, æternum præmium largiturum, aliaqꝫ dona & bona temporalia se daturū, quatenus ad salutem æternam consequendā necessarium foret. Tertio modo, opa nostra bona in peccato facta valēt ad aliquam remunerationem ex iustitia, prout scilicet diuinam bonitatem decet, non tamen ita vt deus iniustus sit, si talia opera nō remuneret, sicut videreť esse agendo contra iustitiam primo & secūdo modo sumptam, iuxta dictū Augustini sępe allegatum, Si deus confugientes ad se non admitteret, esset iniustus. &c. qui scilicet per eum promissa nō compleat. Cum igitur in lege nō occurrat vbi deus se obligauerit ad remunerādum opera in mortali peccato facta, quāuis legať, ꝙ ea aliquando de facto & pro voluntate remunerauerit, ideo non videtur ab opinione proposita omnino recedēdum, quę quidem tenet, ꝙ talia opera in peccato facta non sunt meritoria de condigno, seu ex iustitia primo & secundo modo sumpta.

¶ Cōformiter ad quā posset ad rationes cōtra eā factas respōderi. Ad primū ex Hieronymo allegatū, respōdet Gratianus, illū procedere de operibus bonis ex gratia factis ab homine, qui nunc cadit, nunc autē resurgit, significans ꝙ illa talia opera mortificata, postea per pœnitentiā reuiuiscunt. attamen Hieronymus aliter sensisse videť, scilicet de operibus ipsis bonis, quæ in peccato mortali fiunt, vt patet ex eo, ꝙ super Ezechielem dixit de ethnicis, quorū opera bona suam habitura esse mercedē asseruit. Ideo dicatur, ꝙ cū ait, Nō est tam iniustus deus &c. loquitur de iustitia tertio modo sumpta, & significat iustum esse (iustitia sumpta ex decentia diuinæ bonitatis,) vt bona illa etiam ab iniquis facta remunerentur, ¶ Ad secundum ex Augustino citatum dicendum, ꝙ non intendit Augustinus dicere esse necessarium & de fide credere semp huiusmodi opera bona, quæ a peccatoribus fiunt, a deo remunerari, sed intendit dicere, ꝙ fides quā de diuina bonitate & liberalitate habem⁹, facit nos pie credere, ꝙ deus præfata bona remuneret, ideo præmisit dicens, Pium est credere. &c. Cū quo tamen stat, ꝙ deus ad id nullatenus sit astrictus. ¶ Ad tertium de Nabuchodonosor allegatum dicēdū, ꝙ illa remuneratio illi facta, fuit ex liberalitate & gratia pura dei, nō ex iustitia, quandoquidē bona mundana & caduca libere dat, quibus vult, & quibus vult, negat, & non ea ex iustitia dat, cuicunqꝫ bene operanti, vt experiētia docet. Et quamuis illic nomine mercedis scriptura vtatur, non in de fit, vt debito, & ex iustitia proprie sumpta regnum ęgypti illi regi fuerit traditū, sed merces illic large accipitur, & ad omnē remunerationem etiam gratiosam se extēdit. Q nod vero ait Paulus. Ei qui operatur, non imputatur merces secūdum gratiam, sed secundum debitū accipitur de mercede proprie stricte sumpta, qualis est ea, quam aliquis ex operis condignitate meretur, nam loquebatur contra iudęos, qui adeo legis operibus fidebant, vt putarent sibi ex illis potius q̄ ex gratia iustificationem, & regnum dei deberi. ¶ Ad aliud ex Ambrosio citatum potest dici, ꝙ ita est, nullum scilicet bonum esse irremuneratum, eo ꝙ omne opus bonum secum habet suum præmium, scilicet bonitatē, sicut & omne malum secum suam pœnā habet, iuxta illā Augustini, Iussisti domine, & ita est, vt pœna sit sibi vnusquisqꝫ inordinatus animus. Aut secundo dicatur, ꝙ loquitur Ambrosius de bono meritorio, & de malo demeritorio, ꝙ nec illud præmio, nec hoc carebit supplicio, attamē in peccatore nō pœnitente nullum tale opus

Ad Ro. 4.

bonum meritorium proprie reperit, scilicet de condigno. ¶ Ad postremum dicendum, ꝙ nō est simile, quod pro simili adducunt: quia homo ad hominem comparat, potest alter apud alterum mercedem aliquam de cōdigno etiam ex natura operis merer, nō sic apud deum, apud quem opera nostra nullam de se habēt condignitatem respectu alicui⁹ mercedis, nisi quatenus ab ipso deo ad aliquā remunerationem acceptantur, tum quia nil nos de nostro illi tribuere possumus, tum etiā, quia quidquid boni agere possum⁹, iuste si vellet, posset ratione creationis a nobis exigere, vt supra dicebam.

¶ Tunc̄ igitur valeant operanti opera bona, quæ extra charitatē facit, esset aliud dubium, An sicut pro præsenti vita valent operanti, ita etiā valeant eidem pro futura, puta, si ad infernum descenderit, & in præsenti pro illis remuneratus non fuerit, Et dixerunt quidam, vt glosator decreti, ꝙ valebunt etiam in inferno, vt mitius illic torqueantur, prout videtur dicere Augustinus, ꝙ scilicet tales mitius in inferno punientur: quod sic intelligūt, quia, scilicet ratione bonorum operum, quæ peccatores in peccato fecerunt, minorem pœnam in inferno passuri sunt, q̄ si ea non fecissent, idq̄ pro peccatis de quibus nulla præcessit pœnitentia. ¶ Quod tamē erroneum esse videtur. Probatur primo, quia opera meritoria non valent his qui reincidunt, & in peccato decedunt/ ad hoc, ꝙ pro peccatis non dimissis mitius torqueātur: igitur a fortiori alia opera bona non meritoria in peccato mortali facta non valebunt ad idem. Antecedens patet ex his, quæ ex Ezechiele citata sunt, cap. 18. & 33. vbi traditꝰ priora opera bona seu antiquas iustitias nil penit⁹ profuturas recidiuāti, & in recidiua perseveranti. Omnia enim talia in casu oblitioni tradentur, vt inquit text⁹. ¶ Secūdo, quia si aliquod opus bonum in peccato factū valeret ad remissionem vnius gradus pœnę inferni, sequeretur, ꝙ tot & tāta opera bona potuit peccator in peccato facere, ꝙ sufficerent ad tollendum omnem pœnam inferni, saltem sensus, & ita staret aliquem sine charitate, & in multis peccatis mortalibus decedere: & in inferno nullam sentire pœnā, quod suppono esse contra fidem, qua credimus in inferno nunquā ignem cruciantem extinguendum, nec vermem morituum, nec pœnam vnquā finiendam. Et tamen sequela patet, quia cum pœna illa finita sit secūdum intensionē gradualem, si vnum bonum opus sufficit vnum gradū remittere, secundum opus tale, valebit secūdum gradum tollere, & tertium/tertium, & ita de aliis. ¶ Nec valet dicere, ꝙ illa opera bona in peccato facta valent ad diminuendū pœnam illam, non secundum æqualitatē sed secundum proportionem. Non inquā valet, quia omnino videtur irrationabile dicere, ꝙ opera fuerint in bonitate penit⁹ æqualia, & ꝙ non valeant ad æqualem remissionem. ¶ Nec valet secundo dicere, ꝙ opera talia nil de pœna inferni diminuāt, attamen ita animam illic existentem confortant, vt facilius tolleret pœnam sibi illatam, ad modū, quo aliquis onus aliquod portans, si cibum & potum sumat onere non diminuto facilius illud sustinebit, & portabit, q̄ si cibum nō percepisset, eo scilicet, ꝙ per cibum sit cōfortatus. Id in quam non valet, quia si hic cibus corporalis ab homine sumptus hominem confortat, vt facilius onus sustentet, ideo est, quia per cibū virtus prius debilitata reuiuiscit, & augef: in damnatis autem / nec augetur virtus corporis nec animæ per opera bona, quæ in peccato fecerunt.

¶ Idē probatur, quia si in damnatis aliqua fieret confortatio ratione operum bonorū, quę antea fecerant, maxime esset ob aliquod gaudium, quod de bonis per eos factis haberent: sed gaudium in inferno habere non possunt, vbi nullus ordo nulla requies, sed sempiternus horror cū fletu & stridore dentium inhabitat, ¶ Deinde si de illis operibus gauderēt, quero, aut gauderent de illis quatenus bona fuerūt, & hoc non: quia cum sint in peccatis obstinati, bonam voluntatē habere non possunt. Aut cōplacent in illis bonis ob aliū finem malum, & tunc non est rationabile dicere, ꝙ huiusmodi complacentia eos ab aliqua pœna releuet, vel eos, vt facilius pœnam sustineant, confortet, cum ob id potius esset augenda pœna q̄ diminuenda. ¶ Si igitur valent præfata opera vt peccatores mi-

Matth. 15. Esa. 66.

Iob. 10. Luce. 3.

tores mitius in inferno torqueantur, intelligaꝫ cum Auguſtino in hoc ſenſu, quia ſcilicet ſi peccator illa bona opera quæ fecit, non feciſſet, ſi ſcilicet de præcepto fuiſſent, ex conſequenti acerbius fuiſſent puniti, q̄ ea faciendo, & hoc prætendit Auguſtinus vbi ſupra. Aut aliter, ſcilicet, q̄ opera bona in peccato facta valent ad remiſſionē peccatorū quo ad pœnam temporalem, in quam fuerat æterna per cōtritionem cōmutata, Sed de hoc ſenſu ſequēti dubitatione tangetur.

VNc de eo, quod p̄ncipaliter quærebatur, An ſcilicet opera bona facta extra charitatē ſint apud deum pro peccatis ſatiſfactoria de ordinata lege. In quo video p doctores tripliciter reſpōderi. Quidā enim ſimpliciter tenent partem negatiuam. Ratio eorum eſt, quia nulla opera ſunt apud deum ſatiſfactoria, niſi quia ab ipſo acceptata, opera enim noſtra quamuis in charitate fiant, non ſunt ex natura ſua meritoria aut ſatiſfactoria, vt ſuppono, ſed opera extra gratiam facta a deo non acceptantur, nec illi grata ſunt, ſiue ſit ieiunium, ſiue oratio, ſiue eleemoſyna. De ieiunio patet ex eo, quod ſupra ex Eſaia ci tauimus. Vbi dicitur, q̄ cum iudæi ieiunarent, & de deo quererentur, q̄ eorū ieiuniū non acceptatet, deus illis cauſam quare ſuum ipſorum ieiuniū non acceptaret, ait, Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis, ad lites & cōtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. De oratione etiā Eſaiæ primo dicitur, Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Et daꝫ pro cauſa, manꝰ enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. i. peccato. De eleemoſyna ſimiliter patet ex Paulo ad Corinthios, ſi diſtribuero omnem ſubſtantiam meam &c.

Eſai. 58.

ad Corint. 13.

¶ Econtra vero alii tenent ſimpliciter partem affirmatiuam, ſcilicet, q̄ opera bona extra charitatem facta ſunt apud deum de lege ordinata ſatiſfactoria. Quorum ratio eſt, quam ſupra tetigimus, quia ſcilicet tranſeunte actu peccati, nō relinquitur in peccatore niſi reatus ad pœnam eternam, quæ per contritionem in temporalem cōmutatur: & ita non remanet aliquod debitum ſoluendum niſi debitum pœnæ temporalis, idq̄ ex lege ordinata, ergo quomodocunq̄ homo huiuſmodi debitum ſoluat, ſiue in gratia, ſiue extra gratiam, cedit ſibi in ſolutum, & ita ſatiſfacit. ¶ Confirmatur hoc a ſimili de aliis debitis, quę tam deo, q̄ hominibus debentᵉ. Si debeo proximo decem ducatos, ſoluēdo illi totidem, ſatiſfacio, etiam ſi in gratia & amicitia illius non ſim. Si debeo aliquod opus vel obſequium deo ex voto, aut iuramento, aut lege ſeu præcepto, ſatiſfacio, ſi illud agam, ad quod teneor, etiam ſi extra gratiam illud faciam, quod q̄uis mihi ad gratiam & gloriam non valeat, valet tamen ad hoc, vt a debito, quo tenebar, maneam abſolutus & liber. ¶ Secūdo idem probant, quia non ſunt deterioris conditionis homines in via exiſtentes, q̄ qui in inferno ſunt æternaliter cōdemnati, cum hic ſit locus miſericordiæ, illic vero iuſtitiæ: ſed ſic eſt q̄ damnati in inferno ſoluentes pœnam temporalem prioribus peccatis quo ad culpam dimiſſis debitam, liberantur a reatu, & debito pœnæ temporalis, cui ob illa erāt obnoxii, vt patet ex his, quæ ſupra in tractatu de confeſſione addu xim⁹, quemadmodū & Thomas fatetur. in. 4. d, 22. q. 1. Igitur & viatores ſi in peccato exiſtentes pœnam temporalē pro dimiſſis ſoluāt, ſatiſfaciūt. ¶ Tertio ad idē. Opera bona extra gratiā facta de lege valent ad aliquam remunerationē apud deū, vt ex dictis patet: igitur etiā valere poſſunt ad remiſſionem pœnæ temporalis. Conſequentia videtur, quia non minus immo magis quid eſſe videᵗ, deum opera noſtra acceptare ad conferēdum præmium alioqui indebitum, q̄ ad remittendū aliquod temporale illi debitum, quale eſt debitū pœnæ tēporalis p peccatis prius dimiſſis. Aſſumptum autē patet, tum de obſtetricibus ęgyptiis, & de Nabuchodonoſor, tū etiam de Raab meretrice, quæ cū gentilis eſſet, ſuā a dño remunerationem accepit, eo q̄ exploratores hebræorum ſuo modo ab hoſtibus liberauit.

Ioſue. 2. & .6.

¶ Sunt alii qui ſub diſtinctione reſpondent medio modo procedētes, qui tenent, q̄ ſi loquamur de ſatiſfactione p̄prie, opera extra charitatem facta, quantumuis bona ſint, ſatiſfactoria tamē apud deum non ſunt. Ratio, quia ſatiſfactio proprie actus

iustitiæ est, ratione cuius ipse, qui læsus aut offensus fuit, sic cũ ea debet de iustitia esse contentus, vt pro eodem debito nõ possit iuste amplius exigere, deus autem non ita astrictus est, vt opera hominis in peccato facta debeat ex iustitia acceptare. Cũ quo tamẽ stat, q̃ huiusmodi opera valeãt apud deum per vtã liberalitatis & gratiæ ipsius dei, cui liberum est, ea acceptare & non acceptare si velit, quemadmodum supradiximus eadem valere ad aliquam aliam remunerationem, seu bonum aliquod a deo impetrandum, nõ quidem secũdum iustitiam rei, nec secundum iustitiam legis ex quo deus in lege non promisit peccatori præmium, nec culpæ aut pœnæ remissionem propter opera in peccato mortali facta, secus secundum iustitiam, quæ sumitur ex decẽtia bonitatis & liberalitatis dei, quem decet benignũ & liberalem esse erga eos, qui bona opera faciunt, etiam si extra gratiam ea faciant. ¶ Stando igitur in hac tertia sententia, dicendũ q̃ prima opinio vera est in se in eo quod ait, præfata bona opera non esse satisfactoria secundũ iustitiam proprie sumptã, vt distinguitur a liberalitate & gratia dei. Verum quia per fundamentum pro illa allegatum videnẽ illi prætendere, q̃ talia opera nõ solum satisfactoria non sunt, sed q̃ nec apud deum quicq̃ valeant, dicendũ q̃ id falsum est, vt ex dictis patet. Et quod ex Paulo & Esaia citatũ est, potest accipi vt supra, scilicet q̃ talia nil prosunt ad gratiã & gloriam, seu ad vitam ẽternam, ad quam nulla talia opera acceptantur a deo. Valent tamen & valere possunt ad alia multa bona vt notũ est. Quanq̃ quod ex Esaia citatum est, aliter exponi posset, vt supra etiam expoſuimus, scilicet, q̃ deus illorum orationes & ieiunia nõ acceptabat, ad finem quem illi prætendebant, scilicet vt a plagis & malis vitæ præsentis, quæ tunc frequenter patiebantur, liberarẽtur, quod colligitur ex eo q̃ iudæi conquærebanẽ dicentes, Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti? Vnde apparet causam querelæ huiusmodi fuisse, quia videbant, & cognoscebant seueritatẽ dei, qui illos a malis nõ eriperet. Cum autem illi scire non possent, an deus interiora mala, i. culpam aut pœnã pro peccato debitam amoueret, vel non, consequens est pro amotione malorum quæ sentiebant eos orasse & ieiunasse, in quo minime fuerunt exauditi.

¶ Correlare sequitẽ, posse opera hominis deo esse accepta ad bonum aliquod temporale, seu ad remissionem pœnæ temporalis, absq̃ hoc, q̃ persona ipsius hominis sit ad gratiã & gloriam accepta, ac proinde potest homo satisfacere deo large ad sensum dictum, etiam si ad pristinam amicitiam non redierit. Et q̃ de ratione satisfactionis non sit, amicitiæ restitutio patet hoc de satisfactione quę homini fit pro iniuria illi pri⁹ illata, quã potest luere in corpore vel in bursa, vel in alio contra passo, idq̃ secũdum iustitiæ æqualitatem, etiam si in offẽsi amicitiã nõ redeat, nec forte antea vnq̃ animꝰ fuerat in eã redire. Ac proinde qđ doctores dicũt, q̃ in satisfactiõe restituta amicitia debet iustitię ęqualitas seruari, procedit de satisfactione, quæ deo fit secundum iustitiam legis, secundum quã nemo potest deo satisfacere taliter, vt deus de iustitia manere debeat cõtentus, nisi satisfactio huiusmodi in gratia & charitate fiat, quia vt sæpe tactũ est, solis his, qui in charitate sunt, & operantẽ, legit deus promisisse præmia, & peccatorũ veniam nõ aliis, ad quos dicere absq̃ iniustitia potest, Amen dico vobis nescio vos. ¶ Ad rationes autem secundę opinionis supra posi tæ dicendũ, q̃ vt quibusdam placet, in cõtritione non fuit æterna pœna in temporalem qualitercunq̃ soluendam commutata, sed hac lege, vt in gratia soluatur, sed hoc nec verum est, nec sic dicere ad defensionem huius tertię sẽtẽtiæ / necessarium est. Q̃ enim falsum sit dictũ illud patet, quia per cõtritionem absolute fuit peccatum quo ad culpam remissum, & nõ cum conditione ex futuro pendente, tum quia absolute & sine præfata cõditione fuit per contritionem gratia gratum faciens collata, Tum quia si temporalis illa pœna in gratia nõ soluat̃, veniret homo ille prius contritus æternaliter puniendus pro peccatis iam dimissis, & non minus, q̃ si dimissa non fuissent, quod suppono falsum ex dictis in tractatu de pœnitẽtia, Tũ etiã quia, videtur contra dei promissum, qui per Ezechielem promisit dicens, Quacunq̃ ho-

Matth. 25.

cunq; hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor peccatorum suorū, supplebo ad puniēdū ea eternaliter, de quo alias. ¶Q2 etiam non sit necessarium sic dicere ad deffendendum hanc tertiam sentētiam patet, quia bene stat, q; pœna eterna sit per contritionē in tēporalē absolute & sine cō ditione cōmutata, & q; si illam pœnam tēporalē quis in peccato volūtarie assumat, non satisfaciat secundum iustitiā, sed secundum liberalitatē & gratiam ipius dei acceptantis, vt patet ex dictis, quam si nolit ad remissionem præfatæ pœnæ temporalis acceptare, non inde fit vt æternaliter in inferno pro dimissis puniat, immo patiēdo illic pœnam illam a deo taxatam, tandem ab illa liberabitur/idq; de iustitia, eo q; in inferno non satisfactio, sed vindicta locum habet, & pœna illic illata potius opus est dei, q; ipsius damnati, satisfactio autem opus est satisfacientis, quod qñ in peccato fit, nō cedit de iustitia in solutū, sicut cedit passio q̄ in inferno debita pœna soluit. ¶Ideo ad rationē aliter dicendū, concesso q; post contritionem non maneat nisi debitum temporalis pœnæ, non sequitur q; quomodocunq; homo eam soluat, cedat sibi de iustitia in solutum, quia pœna temporalis in quam fuerat æterna commutata, non est quæcunq; pœna quā homo velit assumere aut pati, sed est pœna purgatorii, vbi locū habet vindicta, & si deꝰ illam pro peccato homini infligeret in vita præsenti, etiā si in peccato sit, fateor q; cederet illi de iustitia in solutum, quia non erat alterius pœnæ debitor. Si tamen homo sua voluntate opus aliquod pœnale in peccato factum assumat, quantumcunq; pœnale, sit nō cedit sibi de iustitia in solutū, quia non est illa pœna quam pro peccato dimisso debebat, ideo liberū erit deo ex gratia sua illam pœnam sic assumptam loco debiti acceptare. ¶Ad confirmationē dicendum, q; nō sunt similia quæ illic pro similibus afferuntur, quia inter homines locū habet satisfactio sicut & restitutio ad æqualitatem rei, non sic inter homines & deū. Alia etiam debita ex voto & lege seu pręcepto solui possunt in peccato, quia intentio præcipientis sub præcepto non cadit, nec ponitur sub pręcepto modus aut qualitas operis, sed opus ipsum. Vt tamē quis deo secūdum iustitiam pro peccatis satisfaciat, non sufficit opus, sed modus & qualitas requirit̄, puta q; sit hominis deo grati. ¶Ad secundum q; non sunt deterioris conditionis viatores q̄ damnati, Solutum est ex dictis, q; damnati non satisfaciunt, sicut nec viatores in mortali existētes, quamuis damnati soluēdo pœnam temporalem a deo taxatam, eam scilicet patiendo, liberantur ab illa vt tādem finem habeat, quod vindicta est nō satisfactio, ideo nihil probat ratio illa. ¶Ad tertiū patet etiā ex dictis solutio, q; talia opera possunt valere non per viam meriti aut satisfactionis proprie, sed per viam gratiæ & liberalis impetrationis/siue ad remunerationē/siue ad pœnę remissionem.

¶Questio tertia.

DE eisdē operibus extra charitatem factis quę ri similit̄ solet cū meritoria nō sint quādo fiūt, nec satisfactoria, An superuenīte charitate incipiant esse meritoria. Et dimisso vocabulo meriti insistendo in re, dixerūt aliqui q; præfata opera incipiunt valere ad gratiam & gloriam per nouam complacentiam ex charitate habitam, vt videtur tenere Gratianus de pœnitētia. dist. 3. cap. quęrat hic. &c. & alii post ipsum. Pro qua sentētia facit Augustinus, & habetur de consecratione. distin. 4. cap. Tūc valere ad salutem incipit baptismus, quando fictio veraci cōtritione a corde recesserit, ergo similiter opa bona in peccato facta incipiunt prodesse ad salutē venīte charitate. ¶Secūdo, quia quod illis operibus deerat quando fiebant, ne ad salutē prodessent, scilicet, relatio in deum, hoc ipsum apponitur superueniente charitate per nouam complacentiam. ¶Tertio, Iustus si aliquid a deo petat, obtinebit, iuxta dictū Christi, Si quid petieritis patrē in nomine meo, fiet vobis. Cū ergo superueniēte charitate petat a deo vt opera bona, quę antea fecerat, digneť acceptare, sequit̄ intētum, non enim minus misericors est, Ioan. 15.

& liberalis q̄ homo magnificus & nobilis, hic autem obsequia eidem tempore, quo reus exulabat, impēsa, ex liberalitate solet post cōdonatam culpam in eum cōmissam remunerare, maxime ad petitionem ipsius, qui iam reconciliatus est: & hoc est in homine laudabile, igitur non est deo negandum. ¶ Quarto facit decretum Augustini supra citatum scilicet. Pium est, de pœnitē. distin. 5. vbi ait. Pium est credere, & sic fides nostra expostulat, vt cum destruxerit mala peccatoris, remuneret bona, q̄ in peccante plantauit. Ex quo intelligim? q̄ deus remunerat bona in peccato facta, postq̄ peccatum fuerit per superuentum charitatis remissum. ¶ Postremo idipm videtur ex eo, quod habetur de pœnitentia, distin. 4. cap. Intermittētes, vbi dicit, Hęc sic peccādo fiunt irrita, ita per pœnitentiā reuiuiscunt, & ad meritū æternæ vitæ singula prodesse incipiunt, etiā illa quæ peccatis inuenīūtur admixta, sed opera bona peccatis mortalibus admixta fiunt extra gratiam, igitur illa superueniente charitate incipiunt ad vitam prodesse.

¶ His non obstantibus dicendum est, q̄ illa noua complacētia, qua homo complacet in præfactis bonis operibus quatenus honesta erant, & proximis conuenientia, si in deum ordinetur, bona est & meritoria valens ad gratiam & gloriam. Q̄ tamen illa prīora opera in peccato mortali facta incipiāt superueniente charitate valere ad gratiam & gloriā propriam vltra gloriā quæ præfatæ cōplacentiæ respondet, non est verum de lege ordinatā, sed falsum. Verum cum nōnulli doctores contenderent posse præfatam opinionem tanq̄ piā teneri, probo nō piam sed impiam esse: quā doquidem quod legi euangelicę, & dei ordinationi aduersatur, pium dici non potest, sed impium. ¶ Et primo arguitur cōtra eam, quia Christus non legitur promisisse vitā æternam, quæ merces boni operis est, nisi ꝓpter opera facta ex amore ipsi? Christi, & dei. Patet hoc Matthæi, 5. de tolerantia malorum quæ in vita presenti ab iniqs inferunt, ait enim. Beati estis vos cū maledixerint vobis hoies, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduersus vos, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cęlis. & Matthæi, 10. & 16. Qui ꝓdiderit aui mā suā propter me, inueniet eam. & c. 19. Omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros ꝓpter nomē meū, centuplum accipiet, & vitam ęternam habebit. Idē docet cap. 10. de eleemosyna facta alicui prophetę iusto vel discipulo, aut cuicunq̄ alii, q̄ scilicet debet ꝓpter Christum fieri, si debet habere mercedem. Vnde huiusmodi amorē Christi cōmendans ait, Qui amauerit patrē, aut matrē, aut filium supra me, nō est me dignus. Et sequitur, Qui perdiderit animā suam propter me, inueniet illam, Et qui vos recipit, recipit me, & qui me recipit, recipit eum qui misit me, Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, Qui recipit iustum in nomie iusti, mercedem iusti accipiet, Et qui dederit ad bibēdum vni ex pusillis his poculū aquæ frigidæ tantum nomine discipuli, amē dico vobis, nō perdet mercedem suam. Et cap. 18. Qui recipit vnū puerum in nomine meo, me recipit. Et cap, 25. hoc idē docet, scilicet q̄ illi reportaturi sunt mercedē vitę, qui propter christum pauperibus cibum, potum, ac vestitum tribuunt, & alia illis opera misericordiæ impēderint. Sic igitur secundum statutū & legē Christi nō est promissa merces æterna nisi pro operib? bonis ex amore seu charitate Christi factis, temerarium ergo est & erroneū dicere, q̄ propter alia opera in peccato mortali extra dei charitatem facta sit aliquis prę mio æternæ vitæ secundum legem remunerandus. ¶ Secundo contra eandem positionem & pro veritate facit, q̄ opus hominis nisi ex fundamēto & radice charitatis procedat, nō valet ad vitā ęternā, imo perinde est, ac si nō fuisset, saltem respectu vitę ęternę cōsequēdę. Hoc docet Christ? Matthęi. 7. ꝑ parabolā aut similitudinē loquēs de eo, qui ędificat super petram. i. de eo qui opera facit fundata supra Christum, q̄ tale ędificium stabit, & non corruet. Ratio quam ibidem Christus dat est, quia fundata est supra petram, ecōtra vero ędificium operum quod supra petram fundatū non est, sed super arenam corruet & deficietur. Ex quo apparet q̄ opa hominis si remuneranda æternaliter sunt, & non peritura, opus est. Matth. 10. & 16.

opus eſt Chriſtū eſſe in ipſo operāte velut fundamentum illa ſuſtentans, ac proinde vbi nō eſt Chriſtus, nō poteſt opus ſubſiſtere, Idem docet cap.13. in parabola de ſemināte, cuius ſemen cecidit in petroſa terra, quod quidem ortum eſt, ſed quia non habebat radicē, exaruit. vbi gloſa ait eſſe id accipiendum de radice charitatis. Et in eadem parabola docet Chriſtus quis fuit ille qui facit fructus, i. opera permanentia quæ ad vitā valeant, ſcilicet ille, qui verbū dei audit, & intelligit, & in corde retinet p fidē, cui eſt adiuncta dilectio, talis enim fructificat, vnō quidē centeſimū, alius ſexageſimum, alius trigeſimum, hi enim ſunt qui figurantur per terram bonam, qualis nō eſt ille, qui eſt in peccato mortali, ſed ille qui eſt filius regni, vt idem Chriſtus exponit in parabola de zizaniis dicens, ꝙ ſemen bonum eſt filiꝰ regni, hic autem eſt, qui habet charitatem, quæ ſola diuidit inter filios regni & perditionis, vt habet gloſa in canonica Ioānis, Igitᵉ is in quo non eſt Chriſtus & charitas & fides quæ per dilectionem operantur, non poteſt operari fructꝰ, qui poſſint ad vitam æternam valere. Idem etiā docuit Chriſtus Ioannis. 15. dicēs. Sicut palmes nō poteſt ferre fructū, niſi manſerit in vite, ita & vos niſi in me māſeritis, Et ſubiūgit. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ex quo patet, ꝙ cū nullus dicatur eſſe in Chriſto, & Chriſtus in ipſo niſi qui charitatem habet, conſequens eſt nullū opus factum ab eo qui manet in peccato mortali poſſe de lege ad vitam eternam prodeſſe. Super quo ait Auguſtinus in quadam homilia, Niſi quis mūdus ſit, non poteſt ferre fructum. Et idem Auguſtinꝰ ſuper Geneſim ait, gratiam dei eſſe ſeminariū gloriæ. Et beatus Gregorius in quadam homilia ſuper Ioannem ait, nullam eſſe verā virtutem, quæ ad gloriam cōferat, niſi ex radice charitatis ꝓcedat. dicēs. Multi enī arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multę virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramꝰ boni opis, ſi nō māſerit in radice dilectionis. ¶ Tertio idem ex doctrina Pauli in multis locis colligitur, in epiſtola ad epheſios tertio. prēcatur illis, vt Chriſtꝰ in illis habitet, per fidem in corde, vt ſint radicati in fide & charitate, & in eadem fundati, vt poſſint cum ſanctis cognoſcere quæ ſit latitudo, lōgitudo, ſublimitas, & profunditas. Vbi gloſa ſublimitatem charitatis interpretatur relationem operum bonorū in æternam mercedem, quæ deus eſt, in quā inquit ſi opera noſtra bona nō referunt, pereunt, hoc eſt niſi propter deum fiant. Rurſus ibidem cap. 4. quamuis per verba obſcura docet modum quo homines creſcunt ſecundum ędificium ſpirituale, quo eccleſia Chriſti ędificat, & quo vnuſquiſq; etiam ędificat, & creſcit in virum perfectum, cuius ędificii ſpiritualis fundamentum eſt charitas & fides Chriſti, vt ille docet. dicēs ſcilicet. Veritatē ſectātes in charitate adoleſcamus in illum per omīa, qui eſt caput, nempe Chriſtꝰ, in quo totū corpus compactum & cōnexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis iuxta actum in menſura vniuſcuiuſq; membri incremētum corporis facit, in ædificationem ſui ipſius per charitatem. Idē ſignificat ad Colloſſen. 2. Idem etiā prima ad Corin. 3. Fundamētū aliud nemo poteſt ponere, prēter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. i. fides Chriſti, quæ per dilectionem operatur, vt exponit Auguſtinꝰ. Et ſtatim docet quæ ædificatio ſit p menſuram, & quę opera approbanda, puta bona opera & vera doctrina ſuper dictum fundamētū fundata, reliquæ vero in igne probatiōis ardebūt & peribūt, in Chriſto autem nō dicuntur opera aliqua fundari, niſi ea quę ex fide & amore Chriſti procedunt. ¶ Similiter ſæpe idem Paulus docet opera noſtra ſi debeant ad vitā ꝓdeſſe, in deū eſſe referēda, vnde ad Colloſſen. 3. Si cōſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt quærite, nam vita noſtra abſcondita eſt cū Chriſto in deo. Nō autem aliud eſt quærere quæ ſurſum ſunt, niſi ob amorē ſupernorum operari, nam per alia opera quæ ob alium finē facimus, non dicimur ſuperna quærere, quod prius etiam Chriſtus docuerat dicēs, Nolite theſaurizare ſuper terrā, ſed in cœlis. & addit, Vbi enim eſt theſaurꝰ tuus, ibi & cor tuū erit, Vbi ſignificat, ꝙ qui nō ex amore ſupernorū, ſcilicet dei, facit eleemoſynam, non theſaurizat in cœlis, ex quo non habet cor in cœleſtibus, igitᵉ nec præmia cœlorum repor

Matth.13.

Matth.6.

tabit, ppter opera absq; prædicto amore facta, qualia sunt quę extra charitatē fiūt. Vnde & ibidē similiter, 1. ad Corinth. 10. hortatur, vt omnia quę agimus in gloriā dei referamus, dicens, Siue comedatis, siue bibatis, siue qd aliud agatis, omnia in gloriā dei facite. Nec videt ad quid sit nobis id necessarium, nisi vt opera nostra nobis ad vitam prodesse valeant, nā reliqua opera ad id nō prodesse satis significat ad Galathas. 6. dicēs. In Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec prępu tium sed noua creatura, & quicūq; iuxta regulā hanc incedunt, pax super eos & misericordia. Vbi aperte docet solam nouam creaturā esse aliquid in Christo. Est autē noua creatura, quæ deposito vetere homine Christum induit, & iuxta Christi regulam ambulat, ac proinde cū opera facta extra charitatem nō sunt opera nouæ creaturæ, nec nouam creaturam faciunt, sed potius ad veterem hominē pertinent, sequitur ꝙ illa nil sunt in Christo ad optinendum pacē, & dei æternam misericordiā. Quod apertius idem Paulus docet dicens, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nō habeam, factus sum, velut es sonans. Et post. Si distribuero totā substantiam meam in cibos pauperum, & si dem habeam, ita vt montes transferam, charitatem autem nō habeam, nil sum, sicut licet ad obtinēdum gratiam & gloriā. Ex qbus & innumeris aliis q̄ afferri possent, patet, ꝙ opera in peccato mortali facta, nunq̄ ætemo præmio remunerabūtur, nec ad gloriam vnq̄ prodesse valēt, etiam si postmodum ex charitate superueniente complaceāt. ¶ Quarto arguitur ratione, quia ex sententia omnium nullum opus potest esse æternæ vitæ meritorīū, nisi sit in deum relatum, sed opera quæ in peccato mortali facta fuerint, de quibus postea complacentia habetur, nunq̄ sunt in deū relata. Patet, quia non quando fiebant, vt suppono, nec etiam quādo superuenit cōplacētia cum charitate. Patet hoc, quia tūc talia opera non sunt, sed præterierunt, igitur tunc non referuntur in deū, hoc enim est opus in deum referri, quod est ipsum ex amore dei actualiter, vel virtualiter procedere & fieri. Cum ergo per nouam cōplacentiam non fiat, vt opera quæ præterierunt fiant ex amore dei, vt constat, sequit̄ intentum. ¶ Quinto, si opera in mortali facta postea per nouam complacentiā valent ad gloriam, quæro iuxta quam charitatē veniunt remuneranda. Nō iuxta charitatem ex qua fuerūt facta, vt cōstat, igit̄ secundū charitatem ex qua homo in illis factis cōplacet, sed hoc est inconueniens, quia tunc sequit̄ ꝙ homo maiorem gloriam obtineret ob opera facta in peccato mortali, quam ob opera ex charitate facta. Patet, si quis ex charitate, vt vnum, fecit opera meritoria, & alio tępore in peccato mortali fecit aliqua bona opa de quibus resurgens complacet ex charitate vt quatuor, & patet tam illatum. ¶ Si dicas vt inconueniens euites, ꝙ si ex charitate eadem complaceat in bonis quę ex gratia fecerat, sicut in bonis quæ extra gratiam fecerat, tūc per hanc nouam complacentiā amplius remunerabit̄ ob opera meritoria facta, q̄ ob alia extra gratiam facta. Contra, quia tunc sequitur ꝙ idem opus non semel, sed pluries ad nouam gloriam acceptatur, toties scilicet, quoties quis in gratia de illo complacet, & ex consequenti dabis ꝙ ob vnum opus paruum & paruæ vtilitatis si de illo frequenter quis complaceat, remunerabitur tātum, quantum pro multis & magnis meritis ex charitate factis, quod est inconueniens.

¶ Sequit̄ amplius ꝙ ob peccata prius dimissa quoad culpam puniet̄ homo æternaliter. Patet, si postea in illis cōplaceat, nō enim minus operat̄ complacentia in peccato vt pro illo æternaliter puniatur homo, q̄ complacentia in bono vt pro illo æternaliter præmietur, consequens suppono falsum.

¶ Sequit̄ amplio, ꝙ homo propter vnū & idem opus ordinat̄ ad vitam æternam & ad pœnā æternā successiue. Patet si homo fecit cum in peccato esset vnū opus, quod de se est referibile in bonum & malū finem, deinde eo elapso superueniat complacentia de eodem propter deum, iam ordinabit̄ ad vitam. Postea superueniat alia cōplacentia de eodem ob peruersum finem, tunc ordinabitur ad æternā mortē, nec enim est maior ratio ꝙ per bonā complacentiam ordinetur ad vitam, quā per malam ad mortem. Ad hūc modum

possent

poſſent alia inconueniẽtia inferri. Tenendum igitur eſt, q̃ opera extra charitatẽ facta, ſicut meritoria gratiæ & gloriæ non ſunt, quando fiunt, ita nec poſtmodum ſuperueniente charitate, & noua cõplacentia meritoria erũt, ſed ipſa noua cõplacentia ex charitate procedens erit meritoria.

¶ Iam ad rationes p̃ priore ſentẽtia factas reſpondendũ. Ad primũ, q̃ ſi baptiſmus ficte ſuſceptus, incipit recedẽte fictione p̃eſſe, ideo eſt, quia baptiſmus valorẽ non habet ex diſpoſitione baptizãtis, neq; baptizati, ſed ex ſolis meritis chriſti, & fide eccleſię, quæ merita cum ſemper in dei acceptatione viua ſint, ita & baptiſmus in ſe ſemper eſt viuus. Q̃ ſi nõ illico eum, qui ficte baptizatur, viuificat, ideo eſt, quia ponit obicem, quo ſemoto, ſuum operatur effectũm. Et quãuis hoc non ſit omnibus ſacramẽtis commune, his ſcilicet, quę iterari poſſunt, attamen his, quæ iterari non poſſunt, ſecũdum communem ſententiã conuenit gratiam pręſtare, quando ſuſcipiuntur, ſi obicem non reperiant, vel ſi reperiant, quando per ſuperuentum charitatis fictio receſſerit, non quidẽ virtute nouæ complacentiæ, ſed virtute ſacramenti ſuſcepti, ad quod impertinens eſt accedat, vel non accedat huiuſmodi cõplacentia.

¶ Ad ſecundum, fateor, q̃ quãdo illa opera fiebant, deficiebat circunſtantia vltimi finis neceſſaria vt meritoria eſſẽt, Sed quãtus poſtea, charitate ſuperueniẽte, homo in illis propter deum complaceat, non in de fit, vt eiſdem operibus circunſtantia, q̃ deerat, apponatur. Id patet ex dictis, quia circunſtantia, vt actum circunſtet, tũc debet apponi quando opus fit, ex quo neceſſe eſt opus in certũ finem relatũ examore talis finis p̃cedere/ & cauſari, quod nullo modo poteſt fieri, ſi poſt opus factum quis in illo propter finem illum complaceat. Adde, q̃ ſi ratio aliquid probaret, ſimiliter probaret, q̃ ſi quis quando baptizatur ficte non vere intus conſentiens ratione cuius verum ſacramentum non eſt, q̃ ſi poſtea cõſenſum, qui defuit, apponat, incipiet eſſe verum ſacramentum baptiſmi, quod eſt erroneum. ¶ Ad tertium. Iuſtus iuſte a domino petens quod bonum eſt, & ad æternam ſalutem ſimul, & ad gloriam dei conferens, exauditur. Petere autem a domino, q̃ opera in peccato mortali facta remunerentur a domino præmio æternę vitę/ ac ſi in charitate facta fuiſſent, nõ eſt iuſta petitio, cum ſit de eo, cuius oppoſitum dominus ordinauit, qui ſtatuit, non niſi iuſtos, & pro operibus iuſtis propter deum & in charitate factis prẽmio vitæ æternæ remunerare, vt ex dictis patet. Nec contra facit ſimile de homine magnifico obſequia eidem tempore inimicitiæ facta remunerante, nam etiam deus ſimilia obſequia remunerat longe ampliꝰ, q̃ homo, tam temporaliter, q̃ ſpiritualiter, vt ſibi placet, citra tamen præmium finale æternum.

¶ Ad quartum ex Auguſtino ſumptum ſolet reſponderi, q̃ inde non colligitur, niſi q̃ deus remunerat bona opera in peccato mortali facta, ſed citra æternum præmium. Videtur tamen decretum Auguſtini procedere de remuneratione gloriæ eternę & finalis præmii. Nam ſi de temporali præmio loqueretur, non dixiſſet. vt cum deſtruxerit mala ipſius peccatoris/ remuneret bona, quæ in peccante plãtauit. Quia ad remunerãdum temporaliter bene operantem, non opus eſt, peccata prius deſtrui, quandoquidem multos peccatores temporaliter remunerat, anteq̃ eiſdẽ peccatum dimittat. Et ita videtur q̃ loquitur de remuneratione æterna, qua remunerat/ non quidem opera bona ex charitate facta, ſed opera meritoria, quæ per peccatum ſequens fuerant mortificata. Et ita hoc decretum valet ad probãdũ quod ſupra diximus, ſcilicet opera meritoria mortificata reuiuiſcere ad æternum præmiũ, quãdo homo a peccato ad gratiã reſurgit.

¶ Ad poſtremum ex decreto de pœnitentia diſtin. 4. citatum, dicendum, q̃ eſt dictum Gratiani, qui fuit illius ſententiæ, quam impugnauimus, non alterius ſancti. Q̃ ſi quid autoritatis habet, ſeu veritatis, intelligatur de operibus mortificatis, quæ reuiuiſcunt ad æternum præmium, quemadmodum nuper dicebam.

Ræſuppoſito ergo, q̃ opera bona extra charitatem facta non incipiunt eſſe meritoria gloriæ per nouam complacentiam ex charitate ſuperueniẽte habitam, Quæ

rebatur secundo, an saltem incipiant tunc esse satisfactoria. Quam quæstionem ex dictis arbitror notam esse, dixit tamen Tho. in. 4. distinguendo huiusmodi opera, Nam sunt quædam quæ post se in pœnitente effectū pœnalē relinquunt. vt elee mosyna post quā erogatam manet homo cōmodo tēporali in parte priuatus, & ieiunīū post quod manet homo in parte secundū corpus debilitatus. Et talia bona licet satisfactoria nō essent quādo fiebant ob defectū charitatis, ea tamē superuenīē te, incipiunt satisfactoria esse, nec opus est ea iterare, idq; ratione effect⁹ pœnalis, quē reliquerūt. Alia vero sunt opera in peccato facta, bona quidē, sed nullū talē post se effectum pœnalem reliquerunt, qui post modum a deo acceptetur, ideo talia nō incipiunt satisfactoria esse per superuēnum charitatis, & veniūt reiteranda, saltē si vult homo pro dimissis peccatis in p̄senti satisfacere. ¶ Hanc opinionem supra quādo de pœnitētia iniuncta agebamus, probauimus nō omnio verā esse, tum quia ex dictis opinantis nullū opus potest de lege satisfactoriū apud deū esse, nisi meritorium sit, & ex charitate factū, vt ipemet Tho. ait, cū omne tale debeat esse deo gratū & acceptum. Si igitur opera bona in peccato facta per superuentum charitatis meritoria esse non incipiunt, nec in se, nec in effectu suo, apertū est ea nō incipere satisfactoria esse, nec in se, nec in effectu suo. ¶ Tū etiā, quia non semper ex ieiunio aut eleemosyna relinquitur effectus p̄dictus pœnalis, q̄ duret vsq; ad supuētum charitatis, vt supra exēplificauimus, econtra vero ex oratione aliquādo relinquit̄ talis effect⁹ vsq; ad superuentū charitatis, non igitur valet differētia inter orationē & alia p̄fata opera posita. ¶ Deinde, demus q̄ ex illis operibus p̄fatus relinquatur effectus vsq; quo charitas superueniat, quæro, quid est, quod incipit satisfactoriū esse? opus iam elapsum, an effectus illius remanēs? Non primū, vt satis ex dictis cōstat. Nec secundum, quia satisfactio esse nō potest, nisi voluntaria sit, vt a vindicta distinguatur, ille aūt effectus remanēs nō sic est volūtarius, in se, cū actu priore trāseunte nō subiaceat potestati volūtatis. Q̄ si voluntarius dicatur antecedenter, quia scilicet ex actu voluntario elapso relictus est, id non sufficit, vt satisfactorius dicatur, quia nil est satisfactorium virtute voluntatis prioris tempore peccati habitæ, vt suppono. ¶ Si dicat̄ effectū illū esse voluntarium noua voluntate cōplacentiæ, & hoc sufficit vt satisfactorius sit. Cōtra, quia tunc ipsa cōplacentia, q̄ ex charitate fit, erit satisfactoria, non præfatus effectus, qui ex charitate non fit, & iterū, quia cōplacere in actu bono præterito etiā si effectū nō reliquerit, erit satisfactorium, & iterū complacere in effectu pœnali vndecunq; fuerit relictus, siue ex actu bono, siue ex malo, erit similiter satisfactorium. Ad hunc modum possent alia inferri. Adde, q̄ Thomas nullam de huiusmodi complacentia mētionem facit, sed de solo charitatis superuentu.

¶ Ideo aliter videtur iuxta ea q̄ dicta sunt respondendū, q̄ loquēdo proprie de satisfactione, prout iustitiam dicit, qua. s. offensus/de iustitia debet esse cōtentus cum tali solutione, q̄ opera p̄fata sicut satisfactoria nō fuerūt tēpore quo fiebāt, ita nec satisfactoria esse incipiūt, tēpore quo charitas superuenit, cū deus nec ex natura solutionis hmōi, nec ratione legis per eū statę debet esse cōtentus, nec tenetur talē solutionē ad remissionem pœnę per se peccato debitę acceptare. Secus si loquamur de satisfactione largius sumpta/ secūdum iustitiam ex decentia diuinę bonitatis & liberalitatis consideratam, quia tūc teneri potest, q̄ p̄fata opera sunt hoc modo satisfactoria per superuentum charitatis: maxime si effectum pœnalem, vt dictum est, reliquerint. Sed hoc modo large de satisfactione loquēdo, æque potest dici, q̄ opera præfata bona erant satisfactoria quando fiebant extra charitatem, quemadmodū supra in tractatu de confessione ex parte defensabatur. ¶ An autem de facto deb⁹ acceptet præfata opera ad remissionē pœnæ temporalis dimissis peccatis debitę/ tēpore quo fiunt, an tempore quo superuenit charitas, an nunq̄, cum hoc sibi liberum sit salua lege, incertum est. ¶ Vnū tamen est, quod difficultatē doctoribus facit, qui dicunt, præfata opera nec quando fiunt, nec quando superuenit charitas satisfactoria esse, & est glosa interlinealis, quæ habet Leuiti. xxv. super illud. Si frater tuus,

frater tuus attenuat9.&c. Vbi ait gloſa, ꝙ fructus bonę cõuerſationis cõputat̃ a tẽpore quo vẽdidit.i.peccauit,&reliquũ ſatisfactionis opponet emptori.i. diabolo, igitur opera bona in peccato facta valent ſuperuenientę charitate ad hoc, ꝙ homo animã ſuã a poteſtate diaboli,qui eam detinebat, redimat. Sicut & fructus medii tẽporis cõputat̃ in ſorte,& valẽt vt homo qui poſſeſſionẽ vendiderat,eã a poteſtate emptoris redimat.Et cũ textus ad literam ſumptus clarus ſit,gloſa tamẽ ſpiritualiter textũ exponẽs,videtur obſcura, & diuerſi mode per doctores intellecta.Tho.ait,ꝙ illi fructus bonę cõuerſationis, q ad animę redẽptionẽ ſeruitutis factionẽ valẽt, nõ ſunt opera facta extra charitatẽ:ſed ea,q̃ poſt cõtritionẽ habitã de peccato,quo homo animã diabolo vẽdiderat,facta ſunt. ¶ Verũ hæc expoſitio nõ placet beato Bonauẽturę,quia fructus bonę cõuerſationis, de quibus gloſa loquitur,ſunt fructus qui fiunt, antecz̃ anima ſit a poteſtate diaboli empto ris redẽpta, qui fructus ſignificantur per fructus poſſeſſiõis medii tẽporis inter vẽditionẽ & redemptionẽ poſſeſſionis. Si autẽ fructus bonę cõuerſationis eſſent opera bona poſt cõtritionẽ facta, vt vult Tho,nõ eſſent fructus medii tẽporis inter venditionẽ & redẽptionẽ,cũ iam fuerit aĩa a poteſtate diaboli per prędictã cõtritionẽ redempta,& in dei gratiã & amicitiam reſtituta. ¶ Ideo Bonauẽtura & alii dicũt illos fructus bonę cõuerſationis eſſe opera in pctõ mortali facta, quãdiu ſcilicet anima eſt ſub poteſtate emptoris diaboli.Et ad argumẽtũ quãdo arguitur,ꝙ tunc opera bona in peccato facta eſſent ſatisfactoria, ſaltẽ ſuperueniẽte charitate.Reſpõdent negando ſequelã,quia huiuſmodi fructus bonę conuerſationis nõ deducuntur nec cedunt in ſolutum pœnę debitæ pro peccato, quia illa pœna deõ debetur,nõ diabolo emptori,ſed deducunt̃ de eo,qđ diabolo emptori pueniret,qui nos ſuę ſeruituti aſtrictos tenet,poſtq̃ nos ęre peccatorum noſipſos illi vendiderimus, ita ſcilicet, ꝙ ratione ſeruitutis huiuſmodi omnia noſtra opera deberent diaboli vtilitati cedere, cuius noſmet ſeruos fecimus.Si quę igitur opera bona durãte ſeruitute hac facimus, illa deducuntur ab eo,quod diabolo ratione ſeruitutis erat euenturum,non tamen inde fit,vt valeant ad remiſſionem pœnæ. ¶ Videtur tamen,ꝙ ſit aliquãtulum violenta expoſitio,quã gloſa ponit,nec conſonat ipſi textui,nam ait textus,ꝙ fructus poſſeſſionis venditæ,ex quo ceſſerunt in vtilitatem emptoris, computentur in precio redemptionis, & quod reſiduũ fuerit, reddatur emptori: modo autem fructus bonę conuerſationis animæ venditę,ſiue facti ante animæ redemptionẽ,ſiue poſt, nõ ceſſer ũt in vtilitatem emptoris diaboli,nec etiã reſidua ſatisfactio & correctio redditur diabolo,ſed deo, ſicut & omnis bona conuerſatio. Verum admiſſa prędicta gloſa,hęc ſecunda expoſitio adhuc nõ ſatisfacit,quia ſecundũ textũ fructus poſſeſſionis cõputati in prędicio,& reſiduũ prędicii,valent,vt poſſeſſio redimatur de manu emptoris,vt conſtat: igitur ſi gloſa debet textui correſpõdere,fructus bonę cõuerſatiõis medii tẽporis cõputati cũ reſiduo ſatisfactionis debẽt ſimiliter valere ad redimendũ animã a poteſtate diaboli emptoris,hoc aũt eſſe nõ poteſt,ſi fructus bonæ conuerſatiõis eſſent opera in peccato facta, vt ait ſecunda expoſitio,igitur. ¶ Ideo videtur dicẽdũ cũ Thoma,ꝙ illi fructus bonę cõuerſationis ſunt cõtritio cũ reliquis virtutũ operibus,qui fructꝰ, ſi cũ reſiduo ſatisfactionis adiungantur,valent ad redimendũ animã,quę per peccatum erat diabolo vẽdita, Redimit̃ autẽ a poteſtate diaboli,nõ illi dãdo quod vult,ſed contrariũ illi opponendo:vndevenditor fuit homo, emptor diabolus,res vendita anima/pciũ p quo fuit vẽdita,delectatio aliqua & propriæ volũtatis expletio. Loco huiꝰ pcii,ſi vult homo animã a poteſtate diaboli redimere,debet illi reddere nõ idẽ precii per peccatũ acceptũ,ſed aliud loco eiꝰ, & eidẽ cõtrariũ,ſcilicet cõtritionẽ, cõfeſſionẽ, & ſatiſfactionẽ per vitę & moꝝ correctionẽ, & hęc deo proprie reddũtur,& eadẽ diabolo opponũtur,& locũ precii redemptionis tenent,quo ad hoc,quod eſt, animã de manu diaboli redimere. Ideo ſi hæc omnia bona opera cõiũgãtur, animã per peccatũ prius venditã omnino redimũt. ¶ Si obiicias primo,qđ cõtra Thomã obiectũ eſt,ſcilicet ꝙ anima per cõtritionẽ eſt a poteſtate diaboli redẽpta,igit̃ p fructꝰ bonę

conuersatiõis, quæ ad redẽptionem agũt, non intelliguntur opera post contritionẽ facta. Respon. Quamuis sit anima per cõtritionem redempta, non tamẽ omnino, quousq; sit omĩno a peccato & pœna pẽ catí immunis & libera. Quãuis igit̃ per cõtritionẽ culpa peccati & æterna pœna tollatur, manet tamen adhuc tẽporalis solũeda. Ideo vt plene anima a diabolo redimatur, cuius est animã, quæ peccauit, habere subiectam, saltem quantũ ad pœnã, ideo ad perfectã animæ redemptionẽ conferunt, non solum cõtritio, & bonę vitæ cõuersatio, sed residuũ precii addendũ est, scilicet confessio, & exterior satisfactio, & hoc modo fructus bonę cõuersationis cũ residuo satisfactionis tenẽt locum precii perfectę redemptionis, & valent ad remissionem cũlpæ & pœnæ ęternę, & tẽporalis, simul & ad glorię consecutionẽ. Attamen oia hæc ex charitate fiũt. vel in charitate, vt cõstat, in qua animę a diabolo redemptiõe, nõ opus est diabolo aliquid reddere, quod in eius commodum cedat, sed potius opponere, quod ipsum diabolũ vincat, iuxta glosam prætactam.

Barba. 1619. notauit [illegible] iniuste.

¶ Questio quarta.

Reter ea de operib⁹ meritoriis seu in charitate factis, solet quæri, An omnia talia sint deo satisfactoria, quod specialiter potest quęri de prima contritione, per quã homo a peccatis resurgit, q̃ de lege meritoria est. Similiter de operibus bonis aliunde debitis. De primo dixit Durãdus, q̃ nõ oĩs talis cõtritio prima est satisfactoria, etiã si gratiæ sit de lege meritoria, nisi sit superabundãs. Vnde putat aliud requiri ex parte peccatoris ad remissionẽ culpæ mortalis, aliud vero ad remissionem pœnæ tẽporalis, in quã ęterna fuit cõmutata. Et ita si cõtritio tam tenuis sit, q̃ non sit maior q̃ sit necessaria ad remissionẽ culpę, talis est meritoria gratiæ, per quã culpa deletur, non tamẽ est satisfactoria, quia non tollit aliquid de pœna tẽporali p̃dicta. Si tamen sit maior, quę dicitur superabũdans, tollit vltra culpam/pœnam temporalem in toto vel in parte, & ita est satisfactoria.

¶ De qua tamen opinione cũ supra in tractatu de pœnitẽtia nõnihil dixerim⁹, breuiter nunc cõuenit eã expedire. Et videtur q̃ sit falsa. Primo, quia videtur supponere, q̃ est certa & determinata pœna tẽporalis/in quã venit ęterna per cõtritionẽ commutanda. Supponit secundo, q̃ est dabilis cõtritio determinata, q̃ valet ad remissionẽ culpæ mortalis & pœnę eternę, quę tamẽ ad prędictæ pœnę tẽporalis remissionẽ nõ valet. Quod potest dupliciter intelligi, scilicet, vel q̃ detur minima cõtritio per naturã quo ad intensionẽ, vel q̃ requiratur ex dei ordinatione certa intẽsio in cõtritione, vt ad remissionẽ valeat mortalis culpę, vt vidẽtur Thomas & Scotus sentire, ita vt citra illã intensionẽ cõtritio nõ sit, & tunc talis minima cõtritio valeret ad remissionẽ culpę & ęternę pœnæ, nõ tamẽ ad remissionẽ pœnæ tẽporalis. Si tamen inde excederet, valeret ad prędictę pœnę tẽporalis remissionem.

¶ Primũ tamen, quod de minimo naturali dictũ est, non videtur esse certũ, nec a doctorib⁹ approbatũ, etiã ab his, q̃ in certis rebus minimũ naturale ponunt, cũ illud in intẽsione qualitatis non ponat̃, quia, vt ait Gregorius de Arimino, quacũq; qualitate remissa data, potest dari remissior. Secundũ etiã, q̃ de intẽsione requisita ad cõtritionẽ dictũ est, nõ est certũ, qa vt alias probauim⁹, ois cõtritio quãtũlibet minima, seu ois pœnitẽtia cordis quantũlibet remissa (modo efficax sit) est de lege sufficiens ad gratiã & remissionẽ mortalis cl̃pæ.

¶ Ideo hoc suppõsito, apparet falsitas opinionis ex duob⁹. Primo, quia cõtritio, q̃ valet ad remissionẽ pœnę ęternę, etiã potest valere ad remissionẽ pœnæ tẽporalis, talis est omnis contritio. Nec refert in hac re ęternam pœnam fuisse cõmutatam in temporalem specie ab æterna differẽtem siue nõ differentẽ/de quo supra, nam siue differant specie, siue nõ, prima cõtritio est eiusdem virtutis cum secunda & tertia, et tamen constat secundam & tertiam cõtritionem valere ad remissionẽ pœnæ tẽporalis,

ralis præfatę, & tanto magis, quanto frequentius illa contritio reiteratur: igitur & prima valet saltem in parte ad remittẽdũ huiusmodi pœnã. ¶ Hic tamen obiicies, ꝙ tunc omnis cõtritio etiam prima sufficeret omnem pœnã illam temporalẽ tollere, ex quo sufficit aliã in infinitum maiorẽ amouere, puta ęternã, quia quod potest in maius, potest in minus, maxime si specie nõ differant, & ita nõ esset locus purgatorius ponẽdus. Respõdendũ. Si cõtritioni ex natura sua cõpeteret pœnã æternã delere, ratio videretur probare, ꝙ etiam deleret & tẽporalem. Verũ non ita est, nã diuina iustitia vult, ꝙ peccator post remissã culpã & ęternã pœnã satisfaciat, quod ex dictis alibi probatum suppono. Attamen nõ est aliqua cõtritio quantulacũq; sit, quę nõ tollat aliquid de tẽporali pœna, prout deus dignatur cõtritionem acceptare.

¶ Secundo facit contra dictã opinionẽ ratio, quia nõ est aliqua cõtritio, quæ non sit superabundans, i. maior/ q̃ sit necessaria ad remissionẽ culpæ mortalis & æternæ pœnæ: igitur omnis talis est pro parte satisfactoria. Añs probatur, quia quacunq; cõtritione data, est dabilis minor, cũ sit in infinitum remissibilis, & ita intentum.

¶ Itaq; videtur tenendũ, ꝙ nec est certa & determinata cõtritio, quę requiratur ad remissionẽ culpę, nec est certa & determinata pœna tẽporalis, in quã venit æterna cõmutanda, sed hmõi cõmutatio fit secũdũ exigentiã contritionis. Nam si magna est cõtritio ceteris paribus, in minorẽ pœnã æternã cõmutatur: si parua, in maiorem. Vbi tamen æqualis est contritio, si multa peccata cõmissa sunt, ęterna pœna in magnã tẽporalem cõmutatur: si pauca, in minorẽ. Ad hunc modũ puto fieri cõmutationem. Vnde nulla est cõtritio, q̃ non habeat vim, vt æterna in minorẽ pœnã commutetur, q̃ per aliã cõtritionẽ esset cõmutanda, & ita omnis talis est satisfactoria, saltem pro parte.

SEd dubitaꝛ de opere meritorio, An sit tantę gratię & gloriæ meritoriũ, cũ satisfactoriũ est pro peccatis, ac si satisfactoriũ nõ esset. Et pro parte negatiua videꝛ, quia alias per vnũ & idẽ opus cõsequeretur homo duplex præmiũ, scilicet gloriã & remissionẽ pœnæ, quod ideo videretur incõueniens, quia vnico operi, vnicũ debet præmiũ correspõdere, ac proinde si per collationẽ glorię tantę sufficiẽter remuneratur opus ex charitate factũ, sequitur ꝙ de iustitia nõ valebit ad remissionem pœnæ. ¶ Secundo arguitur, quia alias sequiꝛ, ꝙ æqualiter merẽtes, inæqualiter præmiabuntur. Patet, si Sortes & Plato faciãt eleemosynã omnino æqualẽ ex æquali gratia & conatu voluntatis, alter tamen sit obnoxius pœnę tẽporali pro peccato, alter vero nõ: iam æqualiter merẽtur, & tamẽ nõ æqualiter præmiabũtur, quia cum vtriq; æqualis gratia & gloria ob præfatũ opus cõferatur, alteri tamẽ amplius debitũ pœnę, cui erat obnoxius, cõdonaꝛ: consequẽs tamẽ est cõtra Paulũ dicẽtẽ, ꝙ vnusquisq; reportabit secundũ ea quę gessit.

¶ Tertio, quia nemo meretur præmiũ de iustitia per hoc, ꝙ soluit id, quod creditori debebat. Sic enim significat Paulus dicẽs, Si euãgelizauero, q̃ gloria est mihi? necessitas enim mihi incũbit. Cũ ergo qđ qs alteri debet, necessitate teneaꝛ hoc ipsum soluere, sequitur ꝙ si homo per opus aliquod satisfaciat deo, soluendo quod illi debet, non meretur gloriã aliam aut gr̃am. 1. ad Cor. 9

¶ Respon. His non obstantibus tenenda est contraria sententia, scilicet, ꝙ opus bonũ ex charitate factũ, & si satisfactoriũ sit, nõ minus gratiæ & gloriæ mereꝛ, q̃ si de facto satisfactoriũ nõ esset. Huius ratio videtur nota, quia de lege cõmuni vnicuiq; operi ex charitate facto correspondet sua gratia & gloria perpetua, quę quãtũlibet parua sit, sine cõparatione tamẽ longe superat remissionẽ pœnę pro qua satisfactoriũ est, scilicet pœnę tẽporalis. Vnde si loco pœnę tẽporalis, quæ ratiõe operis meritorii tolliꝛ, priuatur homo aliquo gradu gloriæ perpetuæ alioqui sibi p opus ipsum debitę, iniuste ageret cũ tali hoie, qa sine ꝓportione plus esset id, quo priuatur, q̃ bonũ, qđ cõsequitur, vt cõstat. Tũ, quia quod perdit, est bonũ ęternũ, qđ aũt ob satisfactionẽ cõsequitur, est tẽporale, scilicet remissio pœnę tẽporalis. Tũ etiã, quia & si vtrũq; esset tẽporale, quod perdit, & qđ cõsequiꝛ, adhuc esset lõge ꝑstãtius qđ perdit. ſ. gradus aliquis gr̃iæ essentialis, q̃ qđ cõsequiꝛ, qđ est remissio pœnę tẽporalis.

Secundo eadem sententia hinc patet, quia tunc imprudenter & male agerent sacerdotes pœnitentias confitentibus imponendo, quas debeant hic pro peccatis adimplere, imprudenter etiam ipsi pœnitentes eas acceptarent, quod tamen est contra ecclesiæ & sanctorum præcepta seu statuta & doctrinam communem, qua passim sancti exhortãtur peccatores, vt hic opera pœnitentiæ faciant, neq; vnq; ab illis cessent. Ecclesia etiam instituit longas pœnitentias pro peccatis esse iniungendas: quãuis hodie sint arbitrariæ. Et sequela patet, si ita esset, q; opera ex charitate facta per hoc q; satisfactoria sint non merentur tantam gloriam essentialem, quantam si satisfactoria non essent, mererẽtur. Et ita satius esset homini sua omnia opera ita propter deum facere, q; nullo modo ea ordinet ad remissionem pœnæ temporalis.

¶ Nec obstant, quę supra adducta sunt in oppositum. Ad primum enim dicẽdum, nullum esse inconueniens, quod illic illatum est: nam homo per vnam & eandem contritionem/primam/consequitur gratiam, & ius ad gloriam, & remissionẽ culpæ commissæ simul & æternæ pœnę. Igitur non mirum, si homo per vnum opus consequatur ius ad gloriam simul & remissionem pœnæ temporalis: nec minorem gratiam & gloriam consequitur homo per contritionem si illi centũ peccata per illam remittuntur, q̃ si vnum tantum remittatur/si non nisi vnum commisit: alioqui dabitur, q; tot essent peccata, quæ per contritionem primam remittuntur, q; per eam nullam prorsus gratiam contrit⁹ assequeret, sequela patet caculanti.

¶ Ad secundum dicendum, q; argumentum æque militat contra arguẽtem. Nam demus duos, quorum alter sit in solo originali, alter vero sit in originali simul & alio mortali, & ambo æqualiter omnino in deum per amorem conuertantur: tales ęqualiter merentur, & tamen vni solum originale debetur, alteri vero originale simul & mortale. Aut pone duos baptizatos, quorum alter vnum mortale commisit, alter vero centum, & ęqualiter omnino in deum ambo conuertantur, ęqualiter operantur, & tamen vni centum, alteri vero non nisi vnum peccatum dimittitur. Itaq; quod communiter dicitur, scilicet æqualiter operãtes æqualiter premiabuntur, procedit de premio essentiali per collationem gratiæ & gloriæ essentialis, non de aliis premiis seu donis accidentalibus, aut aliis bonis gratiam ipsam & gloriam concomitãtibus. Adde, q; remissio pœnæ debitę pro peccatis non est proprie præmium bonis operibus præcise correspondens, cum talis pœna bonis & malis remittatur, postquam vel ipsi satisfecerint, vel de ipsis debita vindicta sumpta fuerit.

¶ Ad tertium, quamuis apud homines, vt in plurimum, remunerationẽ non meretur quis per hoc solum, q; debita soluit, apud deum tamen secus est, nam homo debet deo præceptorum obseruantiam, ob eam tamen deus vitam promittit æternam, pro vt scriptum est, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et iterum cum de mandatis mentionem feciſſet, dixit Christ⁹ homini illi, Hæc fac, & viues. Ita igitur, si homo velit satisfacere p peccatis per opera extra charitatem facta, ad vtrũq; deus ea acceptat, scilicet ad gloriã, & ad pœnæ remissionem. Vtrunq; enim ex charitate operãtibus in lege promisit. Nec obstat, quod ex Paulo citatũ est, quia in loco illo id docet, scilicet huiusmodi homini nullam mercedẽ a deo deberi p opere, quod inuitus fecit, & velut coact⁹, vt si ex solo timore pœnæ id faciat, secus si ex amore & spontanea voluntate propter deum faciat. Quemadmodum operatur, qui ex charitate agit, qui non solam pœnę remissionem quærit, sed principalius dei gloriam.

Matth. 19.

Luce. 10.

Hic oritur alia quęstio, scilicet, An possit homo deo satisfacere p opera alioqui debita, Et dixit Palude, & quidam alii, q; non. ¶ Tum, quia diffinitio satisfactionis sic sonat, q; est redditio ęquiualẽtis alias indebiti. ¶ Tum etiã, quia nemo potest pluribus debitis sicut nec pluribus creditoribus per vnum & idem opus seu per vnicã solutionem satisfacere, quando illud ob alteram tantum causam debitum est sufficienter. Exẽplum videtur clarum. Si sacerdos mihi imponat vt ieiunem, 40. dies, nõ satisfacio ieiunando

lege. debet?

ſeiunando quadrageſimam ordinariam, cum eam alioquí eſſem obligatus ſeiunare, etiã ſecluſa sacerdotis inuctione. Similiter ſi iniũgat mihi, vt dem pauperi certã eleemoſynã, non ſatisfacio, ſi eã dem pauperi extremam neceſſitatem patiẽti, quia ad id alioquí eram obligatus. Similiter ſi debeo Petro. 10. ducatos, quos furtim ſubripui, & ex altera parte idem Petrus mihi decem ducatos mutuauerat, non ſatisfacio vtrí debito, ſi. 10. ſoluam.

¶ Hoc inſuper videtur cõfirmari, per id, quod Chriſtus dixit Lucę. 17. Cum feceritis quęcunq; precepta ſunt vobis, dicite, ſeruí inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Igitur opera, quæ alioquí, ſcilicet ob præceptũ debita ſunt, nõ ſunt ſatisfactoria, etiam ſi in charitate fiant.

¶ Facit deniq;, quod ait Anſelmus libro. Cur deus homo, dicens, Per illa fit ſatisfactio, quæ non poſſent ab homine exigi, niſi peccaſſet: ſed præcepta poſſent ab homine exigi, etiã ſi nõ peccaſſet, & ita per opera quæ de præcepto ſunt, non poteſt ſatisfactio fieri.

¶ Cõtra tamen prefatam ſententiã ſic indiſtincte poſitam arguitur, quia ieiunũ quadrageſimale ab eccleſia preceptũ, eſt ſatisfactoriũ pro peccatis, etiã ſi alioquí ratione præcepti ſit debitum. Id patet, quia tale ieiunium ſi ab eccleſia præceptũ non fuiſſet, eſſet pro peccatis ſatisfactoriũ: igitur æque ſatisfactorium eſt, ſi ab eccleſia ſit præceptum, cũ præceptũ eccleſiæ valorẽ ieiunii non tollat, alioquí imprudenter eccleſia tale ieiunium & alia opera ſatisfactoria præcepiſſet, ſi huiuſmodí opera valorem ſpirituale ob præceptũ amitterent.

¶ Deinde, martyriũ ex neceſſitate ac præcepto dei toleratũ, ne ſcilicet fides puſillorum periclitetur, eſt ſatisfactorium p peccatis, cum martyr ſtatim ad gloriã volet, nec aliorũ orationibus ad id indigeat. Dicente Auguſtino. Iniuriam facit martyrí, quí orat pro illo, & tamen tale martyrium in caſu eſt alioquí debitum, etiam ſi martyr ille non peccaſſet.

¶ Præterea opera bona ex voto facta, non minus ſatisfactoria ſunt, q; ſi ex voto non fierent, ſicut nec ſunt minus meritoria, q; ſi ſine voto fiant, & tamen ſecluſa obligatione ſatisfaciendi pro peccatis commiſſis eſſent hmõi opa ratiõe voti emiſſi debita.

¶ Similiter, eleemoſyna facta pauperi extremam neceſſitatem patienti ſatisfactoria eſt, non minus, q; ſi extra extremam neceſſitatem pauperis fieret, quod hinc apparet, quia talis eleemoſyna videt deo magis grata: nam deo magis placet, q; neceſſitatibus eorum, qui omni ſunt deſtituti ſubſidio, ſubueniamus, q; aliorum, quí ſuam aliter poſſunt neceſſitatem releuare, Vnde magis ad primam eleemoſynam, q; ad ſecundam nos Chriſtus ſua lege cõpellit, & ſecunda propter primam eſt poſt ponenda, & tamen in caſu eſt talis eleemoſyna ratione præcepti debita. Ad hũc modum de aliis poſſemus exemplificare.

¶ Præterea q; opus ſit ſatisfactorium deo, non ex natura, ſed ex dei acceptatione eſt opus autem a deo acceptatur ratione charitatis ex qua fit, & tanto magis, quãto ex maiore charitate fit. Igitur non obſtãte, q; opus ſit de præcepto ita q; ſi nõ fiat, peccabiẽ, ea tamen ratione, qua ex charitate fit, aut ex magna charitate fit, non eſt de præcepto, igitur ob illam cauſam nil obſtat, quo minus ſit ſatisfactorium.

¶ Et confirmatur, quia ob illam cauſam eſt meritorium gloriæ eternæ, non obſtãte, q; ſit opus de præcepto: igitur ob eandem cauſam erit ſatisfactorium, quod longe minus eſt, q; primum, vt cõſtat. Et ita ſicut vim meritoriam & ſatiſfactoriam ſortitur opus ex charitate a qua fit, ita & ſimilem vim ſortitur, ſi a pœnitentia ſeu cordis contritione procedat, idq; ex opere operantis. Similiter etiam ſi virtute cuiuſcunq; iniunctum ſit opus alioquí ex præcepto debitum, & per ipſum pœnitẽtem acceptatum & adimpletũ, ſortietur vim ſatisfactoriam, quia opus eo modo factũ, & ex tali vel tali radice procedens, non eſt alioquí debitum, vt ſuppono.

¶ Itaq; videtur tenendum opera ex charitate facta ſatisfactoria eſſe, etiam ſi alioquí ſint de præcepto debita, non ſolum ſi precepta ſint ad finem ſatisfaciendi pro peccatis commiſſis, ſed etiam ſi ob aliam cauſam precepta ſint, qualia ſunt, quæ tenentur peccantes & non peccantes adimplere, vt ſunt precepta decalogi, & alia quæ ad legem naturę & charitatis officium ſpectant.

¶ Ad rationes autem prioris sententiæ dicendū. Ad primum, quo arguitur ex diffinitione satisfactionis dicendum, ꝙ procedit illa diffinitio per Scotum posita & cōmuniter approbata, de satisfactione, quæ fit ex pura iustitia, quæ rei ęqualitatem requirit, qualis est, q̄ inter homines fit, non tamen de satisfactione facta secundū iustitiam mixtam, qualis fit deo pro peccatis, in qua sicut rei ad rem ęqualitas nō requiritur, ita nec requiritur ꝙ id, quod in satisfactionē redditur, sit alioqui indebitum, cum liberū sit deo opera debita & indebita, si ex charitate fiant, acceptare, sicut & de facto secūdū legē acceptat, & se acceptaturum promisit. ¶ Eodem modo respondeatur ad secundum quando arguebatur, ꝙ nemo potest per vnicū opus pluribus debitis satisfacere, quod procedit de satisfactione ex pura iustitia facta pro offensa aliqua vel p debito reali. Nam si accipiatur de satisfactione qua quis tenetur præcepto satisfacere, cōpertum est esse falsum, quia vt supra in tractatu de confessione ostendimus, stat vnicū & idem opus multis obligationibus esse debitū, scilicet ratione legis, ratione præcepti, ratione voti, aut iuramēti, & per illud vnū opus si fiat, satisfit pluribus debitis & obligationibus, vt constat.

¶ Quantum vero ad exēpla illic adducta attinet, alia tāgitur quęstio, scilicet, Si sacerdos iniunxerit peccatori in pœnitētiā aliquod opus, ad qđ alioqui homo erat obligatus, An satisfaciat iniuncto sacerdotis illud agendo, vt si iniunxerit ieiunium. 40. dierum, & ieiunet pœnitēs quadragesimā ordinariam, aut eleemosynam, & eam det pœnitens pauperi in extrema necessitate existenti. Ad quā quęstiunculam breuiter dicendum, vt supra diximus, ꝙ id pēdet ex intentione sacerdotis huiusmodi pœnitentiam iniungentis. Nā si eius intentio fuit iniungere pœnitenti ꝙ ieiunet. 40. diebus, quicunq; illi sint, & id constet pœnitēti, tunc satisfacit ieiunādo quadragesimā, & facta tali iniunctiōe, duplici vinculo tenebitur ad quadragesimale ieiunū, scilicet ex præcepto ecclesiæ, & pręcepto sacerdotis, & valebit etiā dupliciter tale ieiunū, scilicet, quia ex charitate fit, & virtute clauium. Si autem certum sit, ꝙ intentio sacerdotis fuit, ꝙ pœnitens ieiunaret. 40. diebus extra dies, quibus alioqui erat obligatus ieiunare: tunc certum est illum non satisfacere iniuncto sacerdotis, si quadragesimam ordinariam ieiunet. Si autem dubium sit, quid sacerdos iniungens intenderit, tunc præsupponendum est, ꝙ intēderat imponere ieiunium, ad quod alioqui pœnitens non esset astrictus. Sic enim cōmuniter verba iniungētis veniūt interpretanda, puta secundū cōmunē hominū intelligentiā, iuxta cap. Ex literis. de ſponsalibus. Excepto nisi contrariā intentionē ipse sacerdos explicet. Ad hunc modū videtur dicendum de quacunq; alia pœnitētia a sacerdote iniuncta, quæ potest p opus alioqui debitum adimpleri, ꝙ scilicet ad intentionem iniungentis est recurrendū.

¶ Correlarie sequitur, quæ est ratio, quare homo potest per vnicū opus pluribus debitis legalibus satisfacere, & non pluribus debitis realibus. Quia scilicet in legalibus debitis, seu obligationibus, quales sunt, quæ ex lege, pręcepto, voto, aut iuramento oriuntur, ad intentionem eorū est recurrendum. Et cum intentio legis, voti, & iuramenti possint in vnū & idem opus tendere, vt cōstat, ideo qui lege/pręcepto, voto, & iuramento astrictus est ad certam eleemosynam erogādam, eam erogādo, satisfacit omnibus illis debitis. In aliis autem debitis realibus, qualia sunt, quæ in iustitia cōmutatiua consistunt, vt obligatio ex mutuo, emptione, aut vēditione, ex furto, aut alio dāno dato, ad ęqualitatē rei est attēdendū. Ideo si aliqd loco satisfactionis per vnā viam sufficienter debetur, & tantūdem per aliā, tunc non satisfacit, qui id reddit, omnibus illis debitis, vt cōstat. Excepto, nisi concurrat liberalis remissio seu gratia ipsi⁹ offensi, vel creditoris, qualis concurrit in satisfactione, quæ deo pro peccatis fit, vt sæpe dictum est.

¶ Inde iterū fit, vt clericus beneficiatus, q̄ tenetur ad horas canonicas ratiōe ordinis, & ad horas in choro canēdum ratione beneficii, satisfacit vtriq; præcepto per vnū opus, scilicet si horas in choro cantet: maxime si id admittat communis consuetudo, quod ꝓbabilius est, q̄ suū oppositū.

¶ Ad aliud, quod ex Luca citatum est, scilicet. Cum feceritis quęcunq; præcepta sunt vobis:

sunt vobis, dicendum, ꝙ si per id probaretur opera quæ sunt de præcepto nō esse satisfactoria, per idem probaretur, eadem nō esse de lege meritoria, nec ad gloriam acceptata, quod suppono falsum. Ideo dicendum, ꝙ illic intēdit Christus docere, q̄̄ parum valeāt opera nostra de se ad gloriam, & q̄̄ parum debeat nobis deus ob illa, si ea secundum se consideremꝰ: quia vt sic, nec meritoria sūt, nec satisfactoria. Secus si diuinam bonitatem & liberalitatē consideremus, cui soli fidere debemus, & non operibus nostris. ¶ Ad postremum, quod ex Anselmo est allegatum, dicendū non esse ad propositum, si mentem ipsius attendamus, quæ est, esse nobis deo satisfaciēdum pro peccatis per opera pœnalia, hæc enim sunt, quæ si peccatum non præcessissent, non exigerentur, modo autem aliud est q̄rere an possit homo satisfacere deo per opera alioqui debita, aliud vero an debeat satisfacere per opera pœnalia. De quo postea,

¶ Quæstio quinta.

Reter-ea q̄ri solet, An possit vnus homo pro alio homine satisfacere deo. Et pro parte negatiua arguitur, quia non potest vnus homo alteri mereri, igitur nec potest pro alio satisfacere. Et vtrunq; probatur ex Paulo dicēte, Omnes nos stabimus ante tribunal Christi, & reportabit vnusquisq; secūdum ea, quæ in proprio corpore gessit. Et psalmista. Dabit vnicuiq; dominꝰ secundū opera sua. Et Paulus, Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Igitur nō venit homo a deo ob aliena opera remunerandus, nec puniendus, sed ob sua propria.

2. ad Corin. v. 5.

ad Gala. 6.

¶ Secūdo idem videtur ex Ezechiele. 14. Si misero in terram famem, pestē, gladiū, aut bestias terræ, & fuerint in medio eius tres viri, Noe, Daniel, & Iob. viuo ego, dicit dominus, quia nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabūtur, terra autem desolabitur. Si igitur iustitia & sanctas/ac preces sanctorū aliis prodesse non possunt vt iram dei euadant, sequitur, ꝙ vnus homo/quantumuis iustus/pro alio satisfacere non potest. ¶ Tertio. Si ita esset, ꝙ posset vnꝰ pro alio satisfacere, sequitur ꝙ si aliquis susciperet in se obligationem satisfaciēdi pro alio, & ille alter ante adimpletā satisfactionē ab hoc seculo decedat, ꝙ volabit ad gloriam, nā ipse iam nullius pœnę debitor est, ex quo alius ꝓ illo suscepit obligationem debitum soluendi/seu satisfaciendi, & ex consequenti si alter qui obligationem suscepit, satisfactionē suscepta omittat, erit in gloria is, qui decessit absq; debiti solutione. Si autem decedens iret ad purgatorium, & viuus compleat satisfactionem pro illo susceptā, bis punietꝰ peccator decedēs pro eodē debito, aut saltem duplex pœna pro eodem debito exigetur, vna a defuncto, alia a viuēte pro defuncto satisfaciēte. ¶ Postremo, satisfactio est medicina spiritualis morbi curatiua, ad id enim deus satisfactionē exigit a peccatore, vt curetur, nō vt puniatur: quando quidem deus in pœnis nō delectatur, iuxta illud Esaiæ. 10, Heu cōsolabor super hostibus meis. Nec vult deus mortem peccatoris, sed vt conuertat, & viuat. Cum ergo medicina vni applicata non valeat curare morbum alterius, sed eius, qui eā suscipit, sequitur vnum hominem pro alio satisfacere non posse.

¶ Quibus non obstantibus, tenendum est oppositum cum cōmuni sententia, ꝙ scilicet potest vnus pro alio saltem de congruo satisfacere. Tum, quia potest vnus alteri gratiam primam impetrare, & culpæ remissionem, saltem mediate, iuxta dictū Christi ad paralyticum, Videns Iesus fidē illorum dixit paralytico, Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Per quod Ambrosius probat aliena opera alteri ad gratiam prodesse: igitur a fortiori poterūt ꝓdesse alteri ad impetrandum ei remissionē pœnæ temporalis. ¶ Tum etiā, potest viuus pro defuncto satisfacere, faciendo pro illo suffragia, vt ecclesia tenet, & cōmunis sanctoꝝ doctrina, igitur poterit similiter pro viuo satisfacere, cū vtrobiq; eadem sit ratio, scilicet charitatis communio, quę omnia facit cōmunia, & quæ nostra sunt, aliena, & ecōtra. ¶ Tum etiam, quia inter ho

Matth. 9.

mines vbi magis iustitia, q̄ misericordia locū tenet, potest alter pro altero satisfacere, quia nihil refert, q̄ debitor soluat per se vel per aliū quod creditori debet, modo soluatur. Igit sic erit apud deum, cui gratum est, q̄ proximorū onera supportemus, iuxta consilium Pauli. Alter alteri onera portate. ¶ Quod etiā posset q̄ plurimis exemplis comprobari, quibus docemur, deum ad iustorum preces sæpissime fuisse placatum, & irā, quā cōtra alios peccatores conceperat, deposuisse, & sententiā punitiuā reuocasse. Abrahe namq; dominum interroganti, an parceret sodomitis, si inter eos essent. 50. iusti. aut. 40. aut. 20, Respondit dominus, q̄ sic, etiam si tantum. 10. iusti inter eos reperirentur. Similiter dominus propter peccatum Salomonis præcidit regnum filio suo Hieroboam, parcēs eidem Salomoni propter. Dauid patrem suū. Similiter legitur deū liberasse Loth, propter Abrahā, cuius est domin⁹ recordat⁹. Dimitto alia, quæ notissima sunt. Et ita non dubium, posse hominem iustum pro alio satisfacere per viā saltē gratiæ & liberalis impetrationis, quā uis nō de iustitia pura.

ad Gala. 6

Gen. 18.

3. Regū. 11

Gen. 19.

¶ Ad rationes igitur supra factas respondēdum. Ad primum ex Paulo & psalmista citatum, dicendum, q̄ procedit de finali remuneratione seu iudicio, in quo vnusquisq; præmium essentiale aut supplicii reportabit secundum exigētiam suorum meritorum aut demeritorum, nō autem de remuneratione seu retributione, quę interim fit per collationem boni temporalis, aut mali temporalis remotionem, alioquī si vniuersaliter illa testimonia essent accipienda, in nullo possent defuncti suffragiis viuorum adiuuari, quod erroneū esse suppono. ¶ Ad secundum ex Ezechiele allegatū, dicendum, q̄ procedit de pœnis seu malis, quæ deus decreuit absolute aliquibus in vita præsenti inferre, ad quorum amotionem nō prosunt sanctorum preces, cum stet firma sententia dei iuxta illud Hieremiæ. 7. & 11, Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non assumas p eis laudes, & orationes, quia non exaudiam. Vbi glosa. Prophetæ præcipitur, ne pro eis oret, in quos est iam consummata sententia, ne videatur oratio eius infirma, & merito nō exaudita, quod maxime verū est, quando pro obstinatis & pertinacib⁹ oratur. Cum quo tamē stat valere sanctorum orationes & merita aliis peccatoribus pœnitentibus ad multa bona simul & ad peccatorum remissionem. ¶ Ad tertium dicendum posset Thomā, q̄ ille decedens (de quo in casu argumenti) erit in purgatorio vsq; quo soluat per se vel per alium, quod deo ratione peccatorū debebat, q̄ si ipse in purgatorio per se patiēdo soluerit, tenebitur viu⁹ qui se obligauit etiam hic soluere, quod soluendum suscepit, & tunc non exigit deus duplicem punitionē pro eodem debito, sed a defuncto exigit pœnam pro cōmisso debitā, & a viuente exigit, quia se ad eam obligauit, & tunc quicquid viuus persoluerit, cedet ei in solutū pro ipsomet, iuxta id quod scriptum est, Oratio mea in sinu meo conuertet. Q̄ si ipse non indiguerit, conuertetur in sinum ecclesiæ, a qua poterit dispensari per viam indulgentiæ. ¶ Ad postremum dicendū cum Bonauētura, Q̄ satisfactio habet duplicem vtilitatem, adhibetur enim tanq̄ medicamentum ad sanandum morbum, valet etiam ad soluendū debitū ex peccato contractum. Tunc dico, q̄ quatenus satisfactio est medicamentum, nō valet alteri, sed ipsi operanti. Si enim alius pro me teneret, etiam si millies id agat, non ob id extinguitur in me concupiscētia, atiamē quatenus tenet rationem precii & solutiua debiti est, valet alteri ad pœnę remissionē. ¶ Vnde sequitur, plus valere satisfactionē propriam, q̄ alienā, idq; quo ad tria, scilicet quo ad gratiæ & gloriæ augmentū, ad quod valet propria & non aliena. Secūdo quo ad sanandum morbū, & sequelas morbi præscindendū, ad quod valet propria & non aliena. Tertio ad remissionem pœnæ commissis debitę ad qđ. Valet etiā propria, q̄ aliena. Vnde si quis vult per se satisfacere, non est ei necessaria tanta satisfactio, quanta esset si per alium satisfaciat, vt si vnus facit pro alio pœnitētiam septēnem, non tantum prodesi ei pro quo fit, quantum prodesset, si ab ipsomet fieret. Cuius nonnullum argumētum est, quia parua pœnitentia voluntarie assumpta in hoc seculo, valet ad remittendū magnā pœnam purgatorii, cum hæc volūtate sit assumpta,

Psal. 34.

assumpta, illa vero a deo illata. ¶ Inde etiã fit, vt magis satisfactoria sit parua pœna volũtate propria assumpta, ꝙ̃ magna pœna in hoc seculo a deo illata, quantumuis patienter toleretur. Cuius indiciũ est, quia multo maiora sunt mala, q̃ solet deus ꝓ peccatis infligere, ꝙ̃ quę pœnitens assumere potest, & ꝙ̃ pœnitentiæ, quas ecclesia iniũgere instituit. Solet enim deus immittere pestem, bellum, & bestias, quib9 multi homines intereunt, idq; pro peccato vnius hominis, vt constat de peste immissa populo israel ꝓpter peccatũ Dauid, Et tamen credendum est, ꝙ per aliam longe minorem voluntarie assumptam, vel secundum canones pœnitentiales iniunctam homo omnino a peccato liberaret.

Inc tamẽ oriunt̃ duo dubia, alterũ est, An ita sit, ꝙ deo9 hominib9 pœnã ꝓ alienis peccatis infligat, & si sic, an huiusmodi pœna sit illis peccatoribus satisfactoria. Alterũ est, an pro vnoquoq; peccato sua correspõdeat satisfactio. Ad primam breuiter dicendum, ꝙ deus sæpe legitur hominibus non solũ impiis, sed innocentibus mala immittere ꝓpter aliena peccata. Id patet, quia inter sodomitas fuerunt aliqui iusti adulti, similiter & paruuli per circunciſionem, aut aliud sacramentum legis naturæ iustificati, omnes tamẽ perierunt ob peccata maiorum. Similiter in diluuio idem accidisse credendum est, multos, scilicet insontes, saltem paruulos, ob peccata maiorũ periisse. Legitur etiã numerorum. 14. dictum esse ad hebræos. Filii vestri erũt vagi in deserto quadraginta annis, & portabunt fornicationem vestram, donec cõsumantur cadauera patrũ in deserto. Legitur etiam tertii regum. 21. Achaz impetrasse a domino, vt sui peccati pœna in posteros differretur. Ionæ primo. Similiter legit̃ tempestatem grandẽ super nauigãtes euenisse propter peccatũ ipsius Ionæ, vt ipsemet testat̃. Refert pręterea beatus Ambrosius in quadam villa Tusciæ, vbi ipse tunc aderat cum fratrib9 suis, propter peccata vni9 hominis, qui in hoc mundo nil aduersum sustinuerat, illũ cum reliquis præfatæ villæ habitatoribus terram absorbuisse. Iustos etiam, qui illic erãt, terra similiter absorbuisset, nisi cum ipso beato Ambrosio ad eiusdem monita inde fugissent. Beatus etiam Gregorius, libro. 15. moralium, capitu. 81. Paruulos aliquãdo a dæmonibus arripi. ꝓpter peccatum parentum, quia caro parentũ sunt. Itaq; nõ dubitatur deum sæpissime, tam in lege gratiæ, ꝙ̃ ante illam multis insontibus ob scelera impiorum multa intulisse mala.

¶ Iam igitur aperta est ratio propositi dubii. Nam cum ita id sit, quomodo saluat̃ deum in omnibus suis operibus iustum esse, qui innocentes pro nocentib9 punit, etiam pœna mortis, qđ si iudex human9 faceret, iniustissimus esset, Deus etiam reprehendisse legitur iudæos, eo ꝙ dicebãt. Patres nostri manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorũ obstupescunt, Vnde addit dominus, Anima quæ peccauerit ipsa morietur, nec filio9 portabit iniquitatem patris, nec pater portabit iniquitatẽ filii, sed vnusquisq; in suo peccato morietur, quod ipsa naturalis iustitia dictat, secũ dũ quã, pœna debet tenere suos actores, nec vltra debet ꝓgredi pœna ꝙ̃ culpa sit cõperta, iuxta qđ ait Augustinus, ꝙ deus nõ prius est vltor, ꝙ̃ aliquis sit peccator. Ezech. 18.

¶ Respõ. In præsenti vita non manifestatur, nec complete exercet̃ diuina iustitia, quæ in finali iudicio exercebit̃, & omnib9 manifestabit̃, quãdo reportabit vnusquisq; secũdum ea, quæ in proprio corpore gessit. In pñti enim vita indifferenter videmus bona & mala, prospera & aduersa, sanitatem & morbum, vitam & morte tam bonis, ꝙ̃ malis euenire, quod in scriptura sancta sæpe significatur, Vnde si dominus in hoc seculo multa bona temporalia, aut etiam corporalia tribuit, cum ea bonis & malis pro voluntate tribuat, nõ ea ex iustitiæ debito tribuit, sed ex gratia sua ob causas & fines ipsi cognitos. Ac proinde, si huiusmodi bona aliquib9 negar, aut eisdem aliquos priuat, quantũuis boni & iusti sint, nullam eis iniustitiam facit, quia gratiam seu gratuitum beneficium negare alioqui indebitũ, iniustitia non est, vt constat. Qz si deus, quia dominus omniũ est, absq; iniustitia aliqua potest præfata bona pro solo nutu suæ voluntatis a quibus vult amouere, sequitur aperte, ꝙ similiter absq; aliqua iniustitia

Gen. 16.

poteſt eadem bona ab hominibus amouere ob culpam ſeu offenſam alicuius irritatus. Credendum tamē eſt, deum huiuſmodi mala hominibus non ſine cauſa aliqua inferre, ſcilicet vel ad tentandum, vel ad corrigendum, vel ad perſuadēdum, vel ad gloriam dei manifeſtādum, vel deniq; ad peccata commiſſa puniēdum, hęc autem punit, non ſolum in ipſis, qui peccata cōmiſerūt, ſed aliquādo & ſæpe in aliis perſonis ipſis peccatoribꝰ conjunctis, quorū punitio ſolet in pœnā & cruciatum eorū, qui peccauerunt, redundare, vt quādo peccatum patris punit per mortē filii, vt con
2.Regū.12 tigit ipi Dauid, pro cuiꝰ peccato filiꝰ ſuus mortuus eſt, Aut quando peccatum principis punitur in populo ſuo, quod & eidē
2.Regū.24 Dauid accidit, propter cuiꝰ peccatum populus ſuus fuit peſte percuſſus, Aut quando ob peccatum maioris, vxor & domus
Gen. 20. punitur, vt contigit Abimelech regi, ob cuius peccatum, quo ſcilicet Sarram vxorem alienam detinebat, tota ſua domꝰ plaga percuſſa eſt. In quo deus nec iniuſtitiā facit ipſis peccantibus, qui maiora merebantur ſupplicia, nec iniuſtitiam facit ceteris perſonis, etiā inſontibus, a quibus pro ſola volūtate omnia bona corporis & fortunæ poſſet citra iniuriā amouere. Et ita patet deum nō eſſe iniuſtum, etiam ſi ob quorundam peccata & ſcelera, alii etiam innocentes pœnam ſentiāt. ¶ Et per hæc reſpondet ad rationem dubii propoſitā, q; ſi humanus iudex innocētem pro alieno peccato occideret, eſſet iniuſtus, nō ſic dominus deus. Diſcrimē eſt, quia deus eſt dominus vitæ & mortis, omniūq; bonorum, quæ pro voluntate dat, & pro volū tate poterit data reuocare, non ſic humanꝰ iudex. Quod etiam ex Ezechiele citatum eſt, q; filius non portabit iniquitatem patris, procedit, vt ait Auguſtinus, de pœnis ſeu retributionibus finalis iudicii, ſeu alterius ſeculi. Et ita ad alia ſimilia dici poteſt. De quibus latius videbitur, quando de iuſtitia & miſericordia dei agetur.

VNc reſpon, ad aliud ibidem quęſitum, An ſcilicet pœna a deo hominibꝰ ob aliena peccata immiſſa, ſit illis peccantibus apud deum ſatiſſactoria. Dicendū ſine diſputatione, diſtinguendo. Nam pœna huiuſmodi aliquando infertꝰ pro peccatis per contritionem deletis, aliquando vero pro peccatis, in quibus ipſi peccatores ſunt obſtinati, aut impœnitentes. Exempla clara ſunt, De ſecundo, patet ex ſupra allegatis. De primo autē ſimiliter patebit q̄ſtione ſequenti. ¶ Tum dicēdum, q; pœna immiſſa peccatoribus, aut aliis pro aliorum peccatis, quādiu de illis pœnitentia non præceſſit, nullo modo eſt ſatiſfactoria. Tū, qa ſatiſfactio dicit actionem, ſeu actum ipſius ſatiſfacientis, in perſſione autem præfatorum malorū illi non actiue ſed paſſiue ſe habent, vt patet, igitur nō dicunt ſatiſſacere in caſu. Tum etiam, quia ſatiſſactio locum habere non poteſt manente eodem peccato & culpa, pro qua quis pœnam ſuſtinet, etiā ſi voluntarie eſſet aſſumpta, vt ex dictis patet. ¶ Secundo dicēdum, q; pœna illata a deo pro peccatis de quibꝰ pœnitētia vera præceſſit, ſi patiēter & volūtarie toleretur, quodammodo eſt ſatiſfactoria, & quodāmodo non eſt ſatiſfactoria. Inquantum eſt voluntarie & patienter per ipſos pœnitentes acceptata, ſatiſfactoria eſt, ſicut & meritoria, quia ipſa volūtaria acceptatio propter deum, eſt actus ipſius patientis ex charitate procedens, ideo a deo ad præmiū & pœnæ remiſſionē acceptatur. Ipſa tamen pœna illata, non eſt in ſe ſatiſfactoria, cū actus non ſit ipſius pœnitentis, cedit tamen ſibi in ſolutum, aliter tamen, q̄ per actum ſatiſſactionis, quia actus ſatiſſactorius ipſius pœnitentis & ſi parum pœnalis ſit, multā pœnam purgatorii redimit, pœna autem a deo illata nō redimit maiorem pœnam purgatorii, q̄ ipſa ſit, ſed illa cedit illi pœnitenti in ſolutum pro alia tanta, quam erat in purgatorio paſſurꝰ, ideo ſatiſſactoria proprie non eſt, ſed tantum ſolutiua debiti ſecundum quantitatem ipſius. Et cōformiter ad hoc eſt mihi ꝓbabile, q; pœnitenti patienter & ſponte pœnam illatā ſuſtinenti cedit in ſolutum, nō ſolum pœna ipſimet illata, ſed etiam pœna, quæ ob ipſius peccatum aliis perſonis ſibi conſunctis infertur. Et hoc de primo dubio.

AD aliud ſecundum dubium quādo quærebatur, An vnicuiq; peccato ſua correſpondeat ſatiſſactio, ſeu an diuerſa peccatorū genera exigāt diuerſa genera

ſa genera ſatiſſactionū, an potius vno genere ſatiſſactionis, ſcilicet præciſe ieiunando, aut præciſe eleemoſynā erogādo poſſit quis pro multis peccatis genere differētibus ſatiſſacere. Et facit difficultatem dictum Hieronymi dicentis, Non ſanat oculum, quod ſanat calcaneū, nam peſtes animæ, ſanātur per orationem, peſtes corporis, per ieiunium. Reſpondendū breuiter, aliud eſt ſatiſſacere pro peccato, aliud ſanare peccatū. Satiſſacere eſt recompēſam debitam offenſo reddere, Sanare autem peccatum, eſt illud eradicare, remouendo vel remittendo, aut extenuādo illud quod ad actū peccati inclinat, & excitat: maxime quando illud tale ex actib⁹ vitioſis fuit in anima derelictum: & tunc ſtat bene, ꝙ pœnitens ſatiſſaciat pro peccato, abſq; hoc ꝙ ſanet peccatum. Nam poteſt homo tam vehementer conteri, vt peccatum prorſus remittatur, & ꝙ ſanatum non ſit, ſed maneat vitioſa radix, quæ ad illud inclinet. ¶Dico igit̄, ꝙ poteſt quis ſatiſſacere pro peccatis genere differentibus per vnū genus ſatiſfactionis. Nam ſi de culpa loquamur, vnica pœnitentia cordis pro omnibus culpis amouendis ſufficit. Si autē loquamur de pœna tēporali, cui poſt dimiſſam culpam homo manet obnoxi⁹, cum finita ſit, poteſt homo pro ea ſatiſſacere ieiunādo ſemel, bis, ter, quouiſq; prorſus ſit pœna remiſſa. Sanari autem peccata non ita bene poſſunt, per vnicam medicinam, quandoquidem, vt ait Gregorius, contraria contrariis curanda ſunt. Et ideo ſuperbia per orationem, carnis petulantia per ieiunīū, auaritia per eleemoſynā, tanq; per contrarias medicinas veniunt curanda atq; ſananda. Et de hoc genere aut modo ſanationis loquebatur Hieronymus. Et hoc eſt, quod ſupra ex Bonauentura diximus, ꝙ ſatiſfactio eſt curatiua cōmiſſi ſimul & p̄ſeruatiua, eſt etiā debiti ſolutiua, & q̄ten⁹ ſolutiua debiti eſt, vna ſpecie reiterata, ſufficit ad remittēdū pœnā dimiſſis peccatis debitā, quatenus vero curatiua eſt, diuerſa ſatiſfactione opus eſt.

EX dictis alia iterum cōſequitur dubitatio, An ſcilicet poſſit homo ſatiſſacere deo pro vno peccato non ſatiſſaciēdo pro omni⁹. Ad quod ſimiliter ſine diſputatione reſpōdendū, duplicē eſſe ſatiſſactionem, ſcilicet reconciliantem/ & ſoluētem/ ſeu liberantem. Recōcilians eſt, qua in dei gratiam & amicitiam redim⁹, hæc fit per veram cordis contritionem, per quā culpa remittit̄, & gratia dei reſtituitur. Satiſfactio ſoluens ſeu liberās eſt, qua homo reddit deo aliquid, per quod a pœna temporali, in quam æterna fuerat commutata, in toto vel in parte liberetur.

¶Quo præmiſſo, quæſtio propoſita poteſt intelligi, facta comparatione peccatorum mortalium inter ſe, & venialium inter ſe, & mortaliū ad venialia. Si de mortalibus fiat quæſtio, iterū videtur diſtinguendum inter mortalia nondum quo ad culpā dimiſſa, & inter ea, quæ quo ad culpam dimiſſa ſunt, ſi loquamur de his, quę quo ad culpam per pœnitentiam non ſunt dimiſſa, certum eſt, ꝙ non poteſt homo ſatiſſacere pro vno mortali, quin pro omnibus ſatiſſaciat, eo ꝙ quamuis peccata mortalia nō ſint quo ad commiſſionem cōnexa, ſunt tamē connexa quo ad remiſſionem. Cuius ratio aperta eſt, quia principium remiſſionis vnius mortalis, eſt vnū & idem reſpectu omnium mortalium cōmiſſorum, puta gratia gratum facies, ſeu charitas, quę ſecum nullum admittit peccatum mortale. Et ſatis id probat Innocētius cap. Maiores. de baptiſmo. Similiter & Auguſtinus. lib. de vera & falſa pœnitētia, dices. Deus quem ſanat, perfecte ſanat. Et iterum, Impium eſt a deo dimidiā ſperare veniam. Et quamuis Innocētius procedat de originali peccato comparato ad mortale, ratio tamen eius æque de mortalibus inter ſe collatis procedit, quādoquidem nō minus debetur pœna dāni æterna pro mortali, q̄ pro originali, & per conſequens ſi remiſſio originalis requirit acceptationem ad gloriam, ita & remiſſio mortalis culpæ: ad gloriam autem nemo in culpa mortali permanens pōt acceptus eſſe de lege, igit̄ neceſſe eſt vna mortali culpa dimiſſa, omnes ſimul dimitti. ¶Si autē loquamur de mortalibus dimiſſis quo ad culpam, certum etiam eſt, poſſe peccatorē p vno ſatiſſacere, nō ſatiſfaciēdo pro alio. Ratio, quia poſt dimiſſam culpam, non manet niſi temporalis pœna ſoluēda, pœna autem temporalis pro vno peccato

debita, non est necessario connexa pœnæ alteri peccato debitæ quo ad remissionē. Nam illæ pœnæ tporales paulatim soluū tur, & non simul, & ex consequenti potest vna sine alia dimitti. ¶Si vero loquamur de peccatis venialibus, idem dicēdum est, ꝙ scilicet pōt quis pro vno satisfacere, non satisfaciendo pro alio. Et ratio est eadem, quia transeunte actu peccati venialis, non relinquitur nisi reat9 ad temporalem pœnam: hęc autē paulatim remitti potest, & ita venialia quo ad sui remissionem cōnexa non sunt, vnde poterit homo pro vno eorum satisfacere sine alio.

¶Si deniq; loquamur de mortali peccato comparato ad veniale, similiter dicendū, ꝙ potest homo pro vno sine alio satisfacere, cū possit mortale sine veniali dimitti, & ecōtra, secundum probabilem opinionem, quam alioquī probauim9. Et patet prima pars, quia inter mortale & veniale nulla est quo ad remissionem cōnexio, stat enim mortale etiam quo ad culpā dimitti (ne dum quo ad pœnam temporalem) absq; hoc, ꝙ veniale dimittat, quia cum remissione mortalis peccati stat reatus ad pœnam temporalem, quæ pro veniali debetur, vt constat, Secunda etiam pars patet, quia potest homo soluere pœnam temporalem veniali peccato debitam, manēte peccato mortali, & ita satisfacere pro veniali, & nō p mortali, satisfactione sūpta secūdū iustitiā decentiæ diuinæ largitatis, vt supra fuit expositū, qua muis non secūdū iustitiā legis. Sed qa de hoc alibi lati9 egimus, hoc nunc dixisse sufficiat.

¶Quæstio sexta.

Postremo de necessitate satisfaciēdi videndū est, an sit homini necessarium in præsenti vita deo p peccatis satisfacere, & an debeat satisfactio fieri per opera pœnalia. Ad primū dicendū, non esse dubitandum, quin sit necessariū pro cōmissis satisfacere deo, loquendo de satisfactiōe recōciliāte, seu de satisfactione pro peccatis quo ad culpam, idq; de potētia ordinata, secus de potētia absoluta. Potest enim deus pro sua bonitate omnē iniuriam liberaliter condonare, nullā pro illata iniuria satisfactionem exigendo: nā id potest facere & laudabiliter homo, q sicut pecuniarium debitum, ita & iniuriam receptam potest gratissime cōdonare, quod quidem opus charitatis est & liberalitatis. Cum igitur deus optimus sit, ac magnificentissimus, nō dubium, quin possit liberaliter omnē offensam in eum cōmissam remittere. Nec obstat esse de iure naturæ satisfaciendum offenso, quia in hac re id solum est de iure naturæ loco satisfactionis deo reddendum, quod ipse exegerit: id aūt, quod in lege ordinata exigit, potest non exigere, vt supra, cum de pœnitētia cordis ageremus, ostendim9. ¶Quod autem de lege ordinata sit necessaria satisfactio pro offensa, nō solum ea, qua Christus pro nobis satisfecit, sine qua nemo de lege ordinata potuit vnq; iustificari, sed alia particularis, ex diffinitione satisfactionis satis constat. Est enim satisfactio, iniuriæ illatæ recompensatio, secundū equalitatem iustitiæ. Aut vt diffinit Scotus, Est voluntaria redditio equiualentis alias indebiti. Ex vtraq; constat satisfactionem esse actum iustitiæ, quo redditur offenso debita pro peccato recompensatio. Id etiam sonat verbum, redditio, quod præsuppo nit aliquid esse debitū. Quis enim dare voluntatis sit, reddere tamē necessitatis est. ¶Pro eodem facit cap. Si culpa tua damnum illatum est, iure super his satisfacere oportet. Quod verbum etiam necessitatis est. Et sicut restitutio necessaria est, sine qua peccatum minime dimittitur, ita & satisfactio pro offensa commissa, necessaria est, cū de vtroq; similis sit ratio. Nō enim iniustius est iniuriam inferre, seu offensam committere, q̄ alienum surripere: immo illud longe iniustius, ac proinde non minus pro primo, q̄ pro secūdo opus est satisfacere. ¶Idem etiam aperte colligit ex his, quę supra in tractatu de pœnitētia cordis diximus, vbi probauim9 pœnitentiā cordis de mortalib9 esse peccatori necessariam, vt deo recōcilietur: ergo non dubiū esse necessariam satisfactionē pro peccatis quo ad culpam, quę per contritionem fit,

sine qua

ſine qua peccator dei gratiã obtinere non
Eſa.56. poteſt, iuxta illud Eſaiæ. Ad quẽ reſpiciã,
niſi ad pauperculum, & contritũ corde?

Ed eſto neceſſarium ſit deo ſatiſfacere, An id debeat fieri p opera pœnalia. De hoc poſſet aliqua cõtrouerſia eſſe, Vnde pro parte negatiua arguit̃ primo, quia de lege ordinata põt quis veniã perfectam conſequi per veram Chriſti di
Ioan.14. lectionem, iuxta illud Ioã. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus.
1.Pet.4. Pro quo etiam facit quod ait Petrus in canonica, dicens, Charitas operit multitudinem peccatorum, Vnde & de Magdale
Lucæ.7. na dictũ eſt, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Igit̃ ad obtinendum veniam peccatorum, non eſt neceſſaria ſatiſfactio per opera pœnalia. ¶ Secundo ad idem arguitur, quia ſufficit homini ad ſalutem, ſi mãdata dei ſeruet, iux
Matth.19. ta illud Chriſti, Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata: ſed in mandatis de calogi, de quibus Chriſtus loquebat̃, nulla de ſatiſfactione agenda per opera pœnalia mentio fit, ſed de ſola dei & pximi dilectione: quã doquidem præcepta primæ tabulæ ad dilectionem dei, præcepta vero ſecũdæ tabulæ ad proximorũ dilectionẽ ptinere noſcũtur, Huc enim oĩa mãdata tendũt, iuxta
1.ad Timoth.1. illud Pauli, Finis præcepti/charitas. Et iterum, Qui proximũ diligit, legem impleuit. ¶ Tertio, quia homo põt per eleemoſynam & per orationem ſatiſfacere, iuxta
Dani.4. id, quod Daniel ad Nabuchodonoſor dixit, Peccata tua eleemoſynis redime. Et alibi ſcriptura ait, Sicut aq̃ extinguit ignẽ,
Eccleſiaſti.3. ſic eleemoſyna extinguit peccata, Vnde
Lucæ.11. & Chriſtus dixit, Date eleemoſynã, & ecce oĩa mũda ſunt vobis. Sed huiuſmodi eleemoſynã, vt ſatiſfactoria ſit, nõ oportet eſſe pœnalem: immo ſi cũ lætitia fiat,
2.ad Cor.9 q̃lis fit ab homine liberali, erit apud deũ gratior, prout inquit Paulus, Hilarem datorem diligit deus. ¶ Quarto, quia ſi ſola opera pœnalia eſſent ſatiſfactoria, quanto op? aliquod magis pœnale eſſet, tãto eſſet magis ſatiſfactorium, & per conſequens magis ſatiſfactorium eſſet ieiunium vni? guloſi & intemperati, q̃ vnius religioſi ad ieiunandum aſſueti: & eleemoſyna vni? auari eſſet magis ſatiſfactoria, q̃ vnius liberalis: ex quo ieiunũ intemperati, & eleemoſyna hominis auari magis pœnalia & difficilia eis ſunt, q̃ religioſi / & liberalis. ¶ Quinto idem apparet ex eo, quod habetur Tobiæ. 3. qui ad deum loquens/ait, Non enim delectaris in perditionib? noſtris, quia poſt tempeſtatem/ tranquillũ facis, & poſt lachrymationem & fletũ/gaudium & exultationẽ infundis. Non ergo eſt neceſſaria ſatiſfactio per opa pœnalia, in quibus deus minime delectatur. ¶ Cõfirmatur ex dicto Anſelmi dicẽtis, Satiſfacere deo, eſt honorem eidem indebite ſubtractum, impendere. Hoc autem fieri poteſt abſq̃ opere pœnali, ſi homo poſt peccatum, quo deo honorem / & obedientiã ſubtraxit, ſe illi rurſus ſubiiciat, eum colat, reuereatur, & timeat. &c.

¶ In oppoſitũ, & pro parte affirmatiua arguitur, Quia illa ſatiſfactio eſt homini neceſſaria, quã de? ab homine poſt offenſam exigit: deus autem in vtroq̃ teſtamẽto ſæpe a peccatore pœnitẽtiam exigit de cõmiſſis, vt ex dictis eſt manifeſtum, pœnitentia autem op? pœnale eſt. Idem etiã arguitur ex eo, quod habetur Matthæi, 3. & Lucæ. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Sup quo ait Auguſtin?, alios eſſe fructus dignos pœnitentiæ, alios vero virtutis: qui per fruct? dignos pœnitẽtiæ opera pœnalia dicit eſſe intelligenda, Pœnitẽtia enim cordis, fletũ, lachrymas, ieiunia, vigiliã, aliaq̃ pœnalia opera & aſpera fructificat, per quæ homo voluptatib?/operibuſq̃, vnde homines delectationẽ atq̃ vtilitatem ſolent accipere, priuetur. Idem etiam apparet exemplis vtriuſq̃ teſtamẽti: nõ enim peccatores aliter legimus deo ſatiſfeciſſe, q̃ per opa pœnalia. Cũ enim intelligerent deum illis iratum eſſe, illico ad pœnitẽtiam, luctum, aliaq̃ pœnalia & triſtia opera accurrebant, animas ſuas per ieiunia, vigilias, aliaq̃ huiuſmodi affligẽtes. Exemplũ eſt & non infrequens de populo Iſrael, & regib? eius. Exemplũ ſunt Niniuitæ, quibus cum dixiſſet Ionas, ad Ionæ.3.
quadraginta dies Niniue ſubuertetur, ad remedium illico cõfugerunt, omnibuſq̃ ſeipſos affligentibus, ira domini placata eſt. Exemplum etiam eſt Petrus, qui poſt Matth.26.
Chriſti negationem, ſtatim ad lachrymas

se cõuertit,& veniam impetrauit. Idem de Magdalena/& de innumeris aliis apertissimum est.Postremo idem patet ratione, quia culpa per pœnam compẽsatur, & tanto maior exigitur pœna,quãto maior fuit culpa. Vnde Grego. ait, Iustum est, vt peccator tanto maiora sibi inferat lamenta per pœnitentiam, quanto maiora intulit damna per culpam.

¶Respon.Loquendo de satisfactione pro peccato quo ad culpã, quæ reconciliatiua dicitur,nõ dubium est esse necessariam satisfactionẽ per opera pœnalia, quia adminus est necessaria contritio/ & pœnitentia cordis:similiter & cõfessio,quæ opera valde pœnalia sunt. Quod cum sufficienter probatũ sit supertius, non opus est denuo probare.Sed ad rationes ante oppositum respõ.ad primum,fateor peccatorẽ posse per dilectionem dei veniam peccatorum cõsequi, non solũ quo ad culpam, sed etiã quo ad omnem pœnam. Verum ipsa dei dilectio/si vera est, virtualiter continet satisfactionem pœnalem prefatam,scilicet, contritionem/& confessionẽ, sine quibus peccata minime remittuntur. Et ita venit communis sententia intelligẽda, quæ ait, esse necessariam satisfactionem per opera pœnalia,scilicet,formaliter/velvirtualiter in actu/aut mẽtis pposito.¶Ad scdm dicendum, q̃ si ratio valeret, æque probaret non esse necessariam contritionem/nec confessionem,nec vllam satisfactionẽ,immo nec baptismum,nec eucharistiam,cũ de his in decalogo mẽtio expressa nõ fiat. Ideo dicẽdum, q̃ cum ait Christus.Si vis ad vitam ingredi,serua mandata.non intelligitur ita vt aliorum omnium necessitatem excludat:sed ideo id dixit,vt intelligamus mandatorum obseruantiã ita esse ad salutem & vitam necessariam, q̃ sine ea nõ possum? saluari.Dixit itaq̃,q̃ necessarium est ad vitam mandata illa seruare,nõ q̃ sufficiens. Aut secũdo dicat̃,q̃ qui mãdata dei omnia obseruat,conteritur, cõfitetur q̃,ac satisfacit tempore,quo tenetur: alioquí nec deum, nec seipsum vti debet, diliget,quæ dilectio in ipsis mandatis nobis commendatur.¶Ad tertiũ. Esto elemosyna non sit positiue omnibus pœnalis,bene tamen priuatiue. Vnde opera dupliciter dicuntur pœnalia, scilicet, positiue,quæ tristitiam seu dolorem causant.Et priuatiue,qa scilicet ab aliquo bono operãtẽ priuant,vt ieiunũ, qđ priuat hoiem bono delectabili, & elemosyna, q̃ priuat hoiem bono cõmodo/& vtili.¶Ad quartum,fateor q̃ cæteris paribus quanto magis pœnale est opus ex parte operis,aut ex parte naturalis complexionis ipsius operantis,tanto est magis satisfactorium/sicut & meritorium, si ex gratia fiat, non tamẽ si sit magis pœnale ex vitiosa operãtis cõsuetudine. Vnde ex tribus potest difficultas,quam quis in operando sentit, prouenire,scilicet,ex opere ipso in se quia est in se arduũ & difficile,vt i emp.regere, iudicare,& omnium lites & contentiones dirimere:similiter bellare,& mortem tolerare. Secundo,ex naturali complexione operãtis,vt sunt multi,quibus difficile est ieiunare, quia a natura sunt ad frequenter comedẽdum inclinati. Quibusdam etiam difficile est continenter viuere, quia a natura sunt ad cõcupiscẽtiã procliues. Tertio,ex vitiosa operantis consuetudine, vt gulosis difficile est ieiunare, & auaris elemosynã dare. Econtra etiam potest ex tribus facilitas operandi puenire, vt satis de se cõstat.Illa igitur difficultas,quę ex opere in se/vel ex naturali operãtis complexione venit,augetrationem meriti & satisfactionis:econtra vero facilitas opposita,minuit meritum & satisfactionẽ. Difficultas vero quæ ex vitio maxime non emendato prouenit, meritum & satisfactionẽ non auget, sicut econtra facilitas ex studiosa cõsuetudine procedens, nõ minuit meritũ. Non enim cõuenit dicere,q̃ vitiũ suffragetur vitioso ad magis merendum,& virtus seu studiosa consuetudo obsit studioso ad merendum. ¶Ad quintũ dicendũ, q̃ deus non delectatur in pœna hominũ, vt pœna est,bene tamen vt iusta est. Sicut etiam sancti de pœna impiorum lætãtur, iuxta illud Esaiæ. 57. Lætabit̃ iustus, cũ viderit vindictam,manus suas lauabit in sanguine peccatoris.Ideo etiã deus in pœnis lætari non dicitur,quia non eas per se intẽdit,qui omnium salutem cupiat: q̃ si pœnam infert/aut exigit,ideo est,quia vel sic ad hominum salutẽ conducit, vel quia sic iustitia exigit.¶Ad postremum ex Anselmo citatũ, Fateor q̃ deo satisfacit, qui illi debitum

illi debitum reddit honorem, quem iniu ſtie ſubtraxerat. Verum id opus eſt fiat non ſolum de cętero mandata ſeruando, ſed de ſuo aliquid ſubtrahendo, quod in gloriam & honorem dei cedat, ſiue huiuſ modi ſubtractio fiat de bono vtili, ſiue de bono delectabili.

¶ Verum cū hæc, quæ dicta in hac quę ſtione & concluſa ſunt, procedant de ſatis factione pro peccatis quo ad culpam, quę dicitur reconcilians, quam non dubium neceſſariam eſſe peccatori, etiam ſub pœ na noui peccati, ad quam neceſſaria qui dem eſt contritio & confeſſio. Eſſet tamen dubium, an poſt dimiſſam culpā per cō tritionē & confeſſionē, ſit homini neceſſa rio vlterior ſatisfactio, ita vt ſi vlteriorē ſa tisfactionem in pręſenti vita nō addat, pec cet de nouo. Et pro parte affirmatiua ar guitur primo, quia ex ſententia omnium pœnitentia, quæ ad remiſſionem pecca torum neceſſaria eſt, tres habet partes, ſci licet contritionē, cōfeſſionē, & ſatisfactio nē: igitur ſicut cōtritio & confeſſio neceſſa ria ſunt homini ſub pœna noui peccati, ita & ſatisfactio. ¶ Secundo, neceſſariū eſt homini id procurare, & agere, ſine quo ad finalem gloriam peruenire nō poteſt: ſed ad hāc no peruenitur/ niſi poſt remiſſam culpam/pœna etiam temporalis remittat: hæc autem per ſatisfactionem venit remit tenda, igit. Sed quia hæretici negant poſt remiſſam culpam relinqui tēporalem pœ nam ſoluendam, ideo id probatur teſtimo niis ſcripturæ. Patet enim ex. 2. reg. 24. vbi cum Dauid de peccato, quo populum nu merari fecerat, vel ex quadam animi elatio ne/aut ex dei diffidentia veniam per pœ nitentiam eſſet adeptus, ſatisfactionē vlte riorem deus exegit, hoc eſt, pœnam ali quam, cuius electionem dñs ipſi Dauid reliquit, & ita peſte grauiſſima fuit in po pulo punitus. Et iterum cum dominus ei dem prophetę peccatum adulterii & ho micidii tranſtuliſſet, quemadmodum Na than propheta illi denūciauit, adhuc vo luit dominus illum in filio ſuo dilecto pu nire, quem dominus breui de medio illi abſtulit. Similiter Maria ſoror Moyſi poſt obtentā veniam de peccato, quo in Moy ſen murmurauerat, ſeptem diebus man ſit ex ſententia domini extra caſtra, lepra in ſuperfacie eius ſuperfuſa. Similiter Ozias rex, qui ſacerdotis officium contra diuinū pręceptum vſurpauerat, poſt actā pœnitentiam, manſit per vitam ſuā lepro ſus. Et alia multa exempla poſſent afferri, quę prętermitto. ¶ Tertio idem probat, quia in lege veteri dominus inſtituit ho ſtias pro peccatis offerendas, per quas, ita domini placabatur: placari autem contra peccatores/ & hoſtias p illis acceptare, ni ſi prehabita pœnitentia cordis de lege or dinata non poterat. Igitur illæ hoſtię pro derant ad remiſſionē pœnę, etiā poſt cul pam dimiſſam. Vnde & Dauid poſtveniā peccatorū obtentā, iuſſus eſt p Gaad pro phetam, vt ſuper altare per eu extruendū, holocauſtū ad dei irā placandū, offerret. 2. Reg. 24.

Idem etiā patet ex pœnitentiis, quas eccle ſia iniungedas inſtituit pro peccatis cōtri tis & cōfeſſis: quibus minime opus eſſet, ſi poſt dimiſſam culpā, nulla ira dei cōtra peccatores permaneret, nec vlla pœna per eos ſoluenda relinqueret. ¶ Quarto idē videt teſtimonio ſanctorū cōprobari, ait enim Auguſtinus in ſermone de monte, Satisfactio a Ioanne præcipitur, vbi ait, Facite fructus dignos pœnitentię, ſcilicet, vt ſecundū qualitatē & quantitatē culpæ, ſit qualitas & quantitas pœnę. Non enim par debet eſſe fructus boni operis ei?, qui minus peccauit, & eius, qui grauiꝰ cecidit. Et iterū Auguſtinus, & habet in glo. 2. ad Cor. 13, ait. Nō ſufficit pctōri mores i me lius cōmutare, & a malis recedere, niſi & de his, que facta ſunt, domino ſatisfaciat, per pœnitentię dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis. Hierony. etiam in Ezechielem lib. 8, vbi dicitur, & accingetur cilicio, ait. Vetus lumborum libido damnatur: vt qui vixerant in de litiis, poſtea pœnitentes viuant in auſte ritate & duritia. Idem ſuper Malachiam, ait, Peccator dormiat in ſacco, & prætē ritas delitias vitæ auſteritate compenſet. Ex quibus & multis aliis apparet, non ſa tis eſſe peccatori veniam peccatorum quo ad culpam per contritionem & confeſſio nem obtinuiſſe, ſed neceſſarium eſſe, vt ſa tisfactionem opere ſuperadd at.

¶ His tamen non obſtantibus videtur te nēdū nō eſſe peccatori neceſſariū ſub pœ

3. reg. 12.

Num. 12.

na noui peccati mortalis aliam in hoc se-
culo satisfactionem vltra cõtritionem &
confessionẽ superaddere. Id apparet, quia
si esset necessaria vlterior satisfactio, maxi-
me ad placandũ iram dei/ & veniã integrã
consequendũ: sed ira dei nõ est nisi volun-
tas sumẽdi vltionem seu puniendi pecca-
torẽ. Quæ si sit voluntas puniendi homi
nem ęternaliter, hęc ira cessault iã per con
tritionẽ & confessionẽ, vt suppono. Si au-
tem sit, sicut est in præsenti casu, voluntas
puniendi hominem tẽporaliter pro com
missis, hęc ira aliter placari potest, q̃ per
superadditam satisfactionem in præsenti
vita. Patet hoc, quia pœna illa tẽporalis po
test in hoc seculo solui/ & in futuro, & ele-
ctio conuenit ipsi homini. Sicut si aliquis
debet vnum de duobus sub disiunctione,
electio ad debitorem spectat. Ac proinde
liberum est homini post contritionem &
cõfessionẽ velle hic, vel in purgatorio pœ
nam temporalẽ soluere, & per cõsequens
non est necessariũ sub pœna noui peccati
illã vlteriorẽ satisfactionem in presenti vi-
ta addere. Et inde supra cõclusum est: non
esse peccatorẽ obligatũ admittere pœnitẽ
tiam a sacerdote iniunctã, sequẽdo positio
nẽ Scoti. ¶ Confirmatur hoc, Quia sicut
post culpã dimissam mortalẽ remanet ho
mo pœnę tẽporali obnoxius, ita post cõ-
missa venialia remanet ob eadẽ/ pœnæ tẽ
porali similiter obnoxius, quam si in prę
senti nõ soluat, soluet in seculo venturo: sed
ad finẽ redimendi pœnã temporalẽ venia
libus debitã nõ tenetur homo sub pœna
peccati mortalis p̃ ipsis venialibus in prę
senti satisfacere: igitur nec pro redimenda
pœna tẽporali dimissis mortalibus debi-
ta. Antecedens notum est: alioqui venialia
nõ in alio seculo remitterẽtur, si eorum re-
missio fuisset in presenti seculo necessaria.
De quo alias. Si igitur vltra contritionẽ &
cõfessionem sit necessaria vlterior pro di-
missis peccatis satisfactio, intelligat̃ de ne
cessitate ex suppositione seu conditionata,
scilicet, si homo vult plenam in presenti vi
ta peccatorũ remissionẽ cõsequi, & euade-
re alterius seculi vindictã, tũc necessarium
est vlteriorẽ satisfactionẽ superaddere, & sic
puto intelligendos sanctos, quando de ne-
cessitate particulariter satisfaciẽdi loquũt̃.
¶ Ad rationes ante oppositum factas, re-
spon. ad primũ dicendũ, q̃ illa tria dicun-
tur partes pœnitẽtiæ, nõ q̃ pœnitentia ex
illis tribus intrinsece cõponatur, nã pœni
tẽtia cordis, quę virtus est, nõ ex aliis com
ponitur aut integrat̃: pœnitẽtia etiã quæ
sacramentũ est, ex aliis minime cõponit̃.
Itaq̃ nec sunt partes essentiales/ nec inte-
grales ipsius pœnitentię, sed dicũtur potẽ
tiales partes pœnitẽtię/ tã virtutis q̃ sacra
mẽti, eo q̃ illa q̃ requũtur ad esse rei/ seu ad
eius perfectã operationẽ, solent dici quo-
dãmodo partes potẽtiales ipsius rei, etiam
si eius essentiã nõ intrent. Et quia operatio
perfecta pœnitẽtię tam virtutis q̃ sacramẽ
ti est integra peccatorũ remissio, quæ sine
cõtritione, cõfessione & satisfactione fieri
nõ potest/ idq̃ in actu aut in voto formali
ter, aut interpretatiue, ideo dicũtur partes
potẽtiales pœnitentię. Sed non inde fit, vt
omnes illę/ ita inuicẽ distinguantur, sint
ęque & eodem modo necessarię. Nam pri
mę due, scilicet, cõtritio & cõfessio/ neces-
sarię sunt de p̃cepto, & sub pœna noui pec
cati. Vlterior aũt satisfactio, q̃ ad remissio
nẽ pœnę tẽporalis fit, nõ ita est necessaria/
nisi ex suppositione, vt nuper dicebam.
¶ Ad secũm ratio nil probat, quia fundat
se in hoc, q̃ non potest homo finaliter ad
gloriã peruenire, nisi in hoc seculo plene
pro peccatis satisfaciat, Quod est erroneũ,
quia & si in presenti seculo nõ plene quis
satisfaciat, in purgatorio poterit pœnã de
bitã soluere, & inde ad gloriã pertransire.
Ad alia vero testimonia, quib9 p̃batur, q̃
post dimissam culpam relinquitur vt plu
rimũ pœna tẽporalis soluenda, Fateor ita
esse. Fateor etiam ex multis exemplis scri-
pturę constare, homines post pœnitentiã
pœnas temporales diuinitus ordinatas in
hoc seculo soluisse. Sicut & multi sancti
in hoc seculo similiter post obtentam ve-
niam asperrimas egerunt pœnitentias vo
luntarie assumptas, non tamen inde fit, vt
post contritionem & cõfessionem peccent
homines de nouo, si huiusmodi pœniten
tias exteriores nõ superaddãt. Nec de9 vin
dictã de peccatis in presenti vita sumẽs in
tẽdit nos ad huiusmodi pœnitẽtias astrin-
gere, sed potius suam indignationem con
tra eos, qui ipsum offendunt, ostendere.
Quæ quidẽ indignatio, adhuc post pœ-
nitentiam cordis durat, eo modo, quo di-

ctum est,

ctum eſt, & eam opere oſtendit, vt diuinā iram ſentientes, eum amplius offendere timeamus. ¶ Ad tertiū dicendum, q̄ ſicut olim, ita & nunc præceptum eſt ſacerdotibus ſacrificia offerre, quæ valent ad duo, vt ſcilicet religioſe deus ab hominibus colatur, & vt deus cōtra peccatores placetur. Q̄ ſi tunc temporis deus a peccatoribus aliquas oblationes ſeu opera aliqua particulariter pro peccatis exigebat, tenebātur ob̄ præceptum ea reddere loco confeſſionis vocalis, qua modo tenentur peccatores ſua ſcelera ſacerdotibus confiteri, qualis confeſſio tunc in præcepto non erat, ſed aliud opus, quod confeſſionis vicem teneret, illis iniungebatur. Vltra igitur ea quæ tunc & nunc ex præcepto tenentur peccatores, currit quod dictum eſt, ſcilicet, non eſſe vlteriorem particularem ſatisfactionē neceſſariam ſub pœna noui peccati. De pœnitentiis autem per eccleſiam ordinatis certa eſt reſponſio, q̄ iam arbitrariæ ſunt. ¶ Ad quartū ex teſtimoniis ſanctorum patet ex dictis ſolutio, q̄ ex illis ſequitur præfatam ſatisfactionem eſſe neceſſariam ex ſuppoſitione, ſi volumus in præſenti vita completam conſequi veniam peccatorum.

¶ Coder de ieiunio.

¶ De ieiunio & his quæ de ratione eius ſunt.

Am de partib⁹ ſatisfactionis cōuenit, vt promiſimus, aliquid dicere. Quas quidem partes tres eſſe conſtat, ieiuniū, eleemoſynā, & orationem. Quare autem magis his tribus modis ſatiſfactio ſoleat fieri, triplex eſt ratio. Prima, quia ſecundū Ioannē. Omne, 1.Ioan.2.
q̄d in mūdo eſt, concupiſcentia eſt carnis, aut oculorū, aut ſupbia vitę. Ideo p̄ cōcupiſcētia carnis, ſatisfacim⁹ p̄ ieiuniū. Pro cōcupiſcentia oculorū, q̄ auaritia eſt, ſatisfacimus per eleemoſynam. Pro ſuperbia vero vitæ, omniq̄ vanitate/ ſatisfacimus per orationem. Secunda ratio, quia tribus modis peccatur, ſcilicet, contra deum, cōtra ſeipſum, & contra proximum. Peccatis contra deum commiſſis, reſpōdet oratio. His vero, quæ contra ſeipſum quis cōmittit, reſpondet ieiunium. Aliis autem cōtra proximum perpetratis, reſpondet eleemoſyna. Tertia ratio, quia his tribus modis legimus ſanctos patres deo pro peccatis ſatisfeciſſe, & ipſum placaſſe, vt paſſim per ſcripturam ſanctam docemur. Vnde & catholici doctores hanc ſumpſerunt doctrinam, Ait enim Leo ſermone, 4. de ieiunio. Curandis igitur leſionibus, in quas ſępe incidunt, qui cum inuincibili hoſte confligunt, trium maxime remediorum eſt adhibenda medicina, in orationis inſtantia, in caſtigatione ieiunii, in eleemoſynæ largitate, quę cum pariter exercentur, deus propitiatur, culpa deletur, & tētator eliditur. De quib⁹ partibus rurſus in alio ſermone ait, Tria ſunt, q̄ maxime ad actiones religioſas pertinent, oratio, ieiunium, & eleemoſyna. Oratione, dei propitiatio quęritur. Ieiunio, cōcupiſcentia carnis extinguit̄. Eleemoſyna vero, p̄cā redimit̄. ¶ Dehis igitur partibus breuiter agēdū eſt. Et primo de ieiunio ſolet quęri, quid, & quotuplex ſit. Ad quod, dimiſſa multiplici ieiunii acceptatiōe, dicitur, q̄ ieiuniū eſt abſtinētia a cibo & potu, ſecundum regulā ſuper hoc traditā/ vel ſtatutā. Quod ex diuiſione facile percipietur. Eſt em̄ (ad propoſitū loquēdo) triplex ieiuniū, ſcilicet naturę, virtutis, & eccleſię. Primū, q̄d naturę eſt, dicitur abſtinentia ab omni cibo & potu, omniq̄ guſtabili/ ſeu comeſtibili: quale ieiuniū dicit̄ eſſe neceſſariū ad dignā euchariſtię ſumptionē. De quo in ſuo loco. ¶ Ieiuniū virtutis eſt abſtinentia a cibo & potu ſecundum regulam temperantiæ, quæ in mediocritate conſiſtit, nō quo ad rem, ſed quo ad nos, vt ſapiens & recta ratio dictauerit, ita ſcilicet, vt hos

mo in comedēdo & bibendo, nec ab eo, quod naturæ neceſſarium eſt, deficiat, nec notabiliter excedat, ſed id ſumat, quod ad vitam/& debitam corporis valetudinem conuenerit. Habet autem hoc mediū rationis ſuam latitudinem, non enim in indiuiſibili conſiſtit. Reſpectu etiam diuerſorum hominum, varia eſt huiuſmodi latitudo, ſecundum variam hominum complexionem/ſtatum/atq; conditionē. Quod ſatis notum eſſe ſuppono.

¶ Ieiunium eccleſiæ dicitur abſtinentia a cibo ſecundum regulam ab eccleſia tradi tam/ſeu approbatam. Hæc autem eſt, vt in ieiunio eccleſiaſtico tria ſeruentur, ſcilicet, abſtinentia a numero refectionum, abſtinentia a certo ciborum genere, & hora debita refectionis. Primum, ſcilicet, abſtinentia a numero refectionum, ita, vt non niſi ſemel in die comedatur, licet non appareat in iure aperte præceptum, æquiualenter tamen ſignificatur in cap̄. Quadrageſima. de conſecra. diſtin. 5. vbi dicitur, q̄ in quadrageſima ſumma obſeruantia ieiunandum eſt, exceptis diebus dominicis. Idem habetur ex cōcilio Agatheñ. de p̄ſecra. diſtin. 3. cap̄. Placuit. Quæ exceptio, cum locū non habeat, quantū ad qualitatem ciborum, ex quo ab eiſdem cibis abſtinendū eſt in diebus dominicis quadrageſimæ, a quibus in cæteris diebus abſtinendum eſt, ex eo ſaltem tempore, quo huiuſmodi abſtinentia in diebus dominicis a fidelibus fuit admiſſa: ſupereſt, vt præfata exceptio ponat differentiam inter dominicos dies quadrageſimæ, quātum ad numerum refectionum, ita, vt licitum ſit dominicis diebus quadrageſimę pluries comedere, quod in cæteris diebus illicitum eſſe dignoſcitur. Adde, q̄ vniuerſalis conſuetudo & communis literatorū doctrina ſic ieiunii cōditionem interpretant̄, vt non niſi ſemel in die ſit comedēdū.

¶ Secundum, ſcilicet, abſtinentia a certis cibis, ſatis traditur cap. Denicq̄, diſtinc. 4. Et procedit de quadrageſima, in qua a carnibus eſt abſtinendū, ſimul & ab his, quę ex carne originem trahūt, vt ſunt adipes, larda, caſeum, lac, & oua. Nam in aliis eccleſiæ ieiuniis/non ita vniuerſaliter videntur hæc eſſe prohibita, ſed ſolus vſus carnium: ideo in aliis diebus ieiunii liceret cibaria carnes, alia cibaria ſumere, ſi tamen nō ſit in oppoſitum conſuetudo, quæ vicem legis non haberet.

¶ Tertium, ſcilicet, ſeruādam eſſe horam refectionis, ita, vt cibus ante horam veſperorum nō ſumatur. De quo cap̄. Solet. de conſecra. diſtin. 4. Hoc ex communi conſuetudine ad horam ſextam, hoc eſt, iuxta meridiem, eſt limitatum: ſiue veſperorum officium ſit celebratum/ſiue non. In his tamen magnam vim habet patrię cō ſuetudo, quæ quidem ſeruanda eſt, vt habetur de obſeruantia ieiuniorū. cap̄. Conſilium. Et. 12. diſtin. Illa. & alibi pluries,

¶ De inſtitutione ieiunii.

QVibus breuiter præmiſſis occurrit dubium de ieiunii inſtitutione, a quo ſcilicet eccleſiaſticū ieiunium ſit inſtitutū. Et cum de ieiunio quatuor temporum, & vigiliis apoſtolorum, & ſolemnitatum eccleſiæ/certum ſit id ab eccleſia inſtitutū eſſe, ſicut & alia particularia ieiunia a prælatis eccleſię inſtituta aut approbata eſſe conſtat: de ieiunio tamen quadrageſimali, nō ita certum eſt. Et putant aliqui, q̄ ieiuniū quadrageſimale ſit de iure diuino, & a deo inſtitutum. Primo, quia ſi de humano iure eſſet, inter humana iura ipſius inſtitutio reperiretur, quando ſcilicet, & a quo fuerit inſtitutū: hoc autem non videtur, quia iura, in quibus de huiuſmodi ieiunio mentio fit, non ſunt noui iuris inductiua, ſed præſupponunt huiuſmodi ieiunium prius fuiſſe inſtitutum, & iubēt/ac declarant, qualiter ſit a fidelibus obſeruandum, vt facile eſt videre diſtin. 4. in decreto. Et de cōſecra. diſtin. 5. cap̄. Quadrageſima. Nec obſtat, q̄ Thelesphorus inſtituerit clericos per ſeptem hebdomadas ieiunare debere, a carnibus ante feſtum paſchæ abſtinendo: nam non loquitur de ieiunio quadrageſimali, ſed de abſtinentia a carnibus, quam volut in clericis eſſe maiorē/q̄ in laicis. Q̄ aut Thelesphorus non fuerit quadrageſimæ inſtitutor, patet ex cap̄. Quadrageſima. diſtin. 4. Vbi dicitur, q̄

dicitur, ꝙ quadrageſima ſex hebdomadas habet: & Theleſphorus addidit ſeptimā. Tum etiā, quia quadrageſima omnib⁹/tā laicis/ q̄ clericis inuncta eſt: Theleſphori autem inſtitutio non niſi ad clericos ſe extendit. Adde, ꝙ Ignatius apoſtolis contemporaneus Theleſphorum tēpore prę ceſſit, qui tamen ieiunii quadrageſimalis meminit: & ad eius obſeruantiam Chriſti fideles in ſuis epiſtolis exhortat. Nō igit̄ humano iure fuit quadrageſima inſtituta.

¶ Secundo idem probant ex facto Chriſti, qui ante omnem eccleſiæ ſuper hoc inſtitutionem, quadraginta diebus ieiunauit: vt igitur mēbra corpori reſpondeant & capiti conformentur, debemus & nos ſicut ille ieiunare, etiam omiſſi iuris humani diſpoſitione ſeclusa: quādoquidem omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio.

¶ Tertio idem probant autoritate ſanctorum. Nam Auguſtinus in ſermone quadrageſimali, & recitatur in dominica prima quadrageſimæ, id videtur ſentire, ſcilicet hoc quadrageſimale ieiunium a Chriſto fuiſſe ordinatum & inſtitutum. Apertius autem beatus Ambroſius in ſermone quodam ait, ꝙ qui huiuſmodi ieiuniū quadrageſimale ſoluunt, legem diuinam ſcindunt, & diuinę legis ſunt præuaricatores. In alio etiā ſermone apertius ait, huiuſmodi ieiunium quadrageſimale / non cogitatione humana adinuentum, ſed diuina maieſtate præceptū eſſe. Idē videtur ſentire Beda in homilia quadam, quæ recitatur tempore aſcenſionis. Similiter ſanctus Maximinus ait, hoc ieiuniū quadragenarium nō tam ab hominibus inſtitutum eſſe, q̄ a deo conſecratū, & cœleſti maieſtate præceptum: ideo qui hoc ſpernit, non tam ſacerdotes/ q̄ deum ſpernit.

¶ Verū hæc motiua non ſufficienter probant intentum, ſcilicet ieiunium quadrageſimale eſſe de iure diuino, loquendo de ieiunio noſtro quatenus ab eccleſia ſeruatur, ita vt de ratione ipſius ſint illa tria, quę ſupra cōmemorauimus. Prima enim ratio ſi probaret huiuſmodi ieiunium non eſſe de iure humano, eadem probaret, ꝙ non ſit de iure diuino. Nam ſicut inter humana iura eius prima inſtitutio non inuenitur, ita nec reperit̄ inter iura diuina euāgelica vel apoſtolica.

¶ Secunda ratio ex facto Chriſti ſumpta, minus monet. Tum, quia multa fecit Ieſus, quæ nobis non tradidit ſub præcepto facienda, vt conſtat. Tum etiam in propoſito, quia ſi ex hoc facto, quo Chriſt⁹ quadraginta diebus ieiunauit, colligitur nos ſimiliter ad ieiunandum teneri: ſequitur, ꝙ ſicut Chriſt⁹ ieiunauit, quadraginta diebus & totidem noctibus nil comedendo, ita & nos deberemus ad Chriſti imitationem nil per totam quadrageſimam comedere. Et ſicut Chriſtus illis diebus cōtinue ieiunauit, nullum feſtum excipiendo: ita & nos deberemus per totam quadrageſimam ieiunare, nullum diem/ etiā dominicum excipiendo. Quod tamen eſſe falſum conſtat, ex cap̄. Quadrageſima. de conſecra. diſtin. 5. Vbi a ieiunio quadrageſimali dies dominici excipiuntur.

¶ Tertium etiam fundamentum ex dictis ſanctorum ſumptum, & ſi apparens ſit, non tamen concludit intentum, ꝙ ſcilicet ſit huiuſmodi ieiunium de iure diuino, cum iuſſione ſaltem inſtitutum. Nam Auguſtinus nō ait huiuſmodi ieiunium eſſe a Chriſto iuſſum, ſed ꝙ ab ipſo ſit conſecratum, quia opere ieiunando/ ſacrum fecit quadragenariū ieiunium, & apud deū commēdabile & acceptum. Ex quo illud videtur deo dedicaſſe, tā q̄ aliquid eidem gratum & acceptum: quæ omnia citra iuſſionem fieri potuerūt. Quemadmodum virginitatem & paupertatem eximiam ꝙ patientiam in ſeipſo tenuit & exercuit, in quibus voluit & nos ipſum imitari, ſicut & in ieiunio, citra tamen iuſſionē. Quod autem ait Ambroſius, & Beda, & Maximinus & alii, huc tendūt, vt ſcilicet intelligamus quadragenarium ieiuniū non eſſe ab hominibus adinuentū, ſed in lege gratiæ a Chriſto primitus inſtitutum & obſeruatum, & dedicatum, & a chriſto nobis in exemplum relictum, ac proinde a nobis in magna reuerentia habēdum & ſimiliter obſeruādum, ac ſi a Chriſto fuiſſet vere præceptū/ & iuſſum, magis, in q̄, q̄ alia ieiunia a poſteris inſtituta. Et quod aſunt eſſe huiuſmodi ieiuniū diuina maieſtate præceptum, intelligerē/ præceptū hoc eſt, inſtitutum & traditum, & in exemplum imitationis relictum. Traditiones enim maiorum, præcepta ſolent nuncu-

pari, quia ita a nobis seruandę sunt, ac si præcepta essent, Non tamen inde fit, iure diuino iussum sub pœna peccati nobis esse præfatū ieiunium. Quemadmodum Christus consilia euangelica interdum appellat mandata: sed non ideo sub pœna peccati seruāda. Ordinem etiam & sacramentū matrimonii ipse instituit, nulli tamen de iure diuino iniunctum est, vt vel ordinem sacrum, vel vxorē accipiat.

Matth. 5.

Ioan. 12.

¶ Videtur igitur tenendum ieiunū quadragesimale, eo modo, quo ab ecclesia obseruatur, nec a Christo institutum, nec ab eodem iussum esse, sed ab hominibus, & ita non de iure diuino/ sed humano dicendum est esse. Hoc patet, quia Christus in lege euangelica non induxit discretionem ciborum, qualis in quadragesima seruari solet, sed omnibus liberum omnium ciborum vsum indistincte concessit, vt patet Luce. 10. quando ad discipulos, quos ad prædicandum mittebat, dixit, In quācunq; ciuitatem introieritis, quæcūq; apposita fuerint vobis, comedite. Idem etiā aperte docet Paulus, dicēs in sententia nō esse distinguendum inter cibos, quos omnes deus creauit ad percipiendum cū gratiarum actione. Et ita non videtur, q; Christus iussit aut instituit huiusmodi ieiunū, quale nunc ab ecclesia obseruatur.

ad Timotheum. 4.

¶ Secūdo idem apparet, quia Papa in bullis suis concedit passim facultatem comedēdi oua, caseum, & lac in quadragesima, & carnem ex solo medici consilio, & parū deest, quin generaliter cū omnibus dispēset, vt ieiunent, carnes comedēdo, sicut dicitur cum multis nobilibus dispensasse: hoc autem Papa non posset, sed id agendo, christi fideles per bullas suas decipēret, nec valerent, quod sonant, si huiusmodi ieiunium, quale ab ecclesia obseruatur, esset de iure diuino cum iustiōe institutū. Ieiunium igitur quadragenarium, quod Christus consecrauit/ & instituit, abstinētia potius quadragenaria dicenda est, q; ecclesiasticum ieiunium quadragenariū, de quo loquimur

¶ Quādo autem/ & a quo fuerit huiusmodi ecclesiasticum ieiunium primitus institutum & iussum, quale nūc ab ecclesia obseruatur, non ita apparet. Videtur Hieronymus ad Marcellā dicere, q; ab Apostolis fuit primo institutum. Ait enim. Nos vnam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno tempore congruo ieiunamus. Similiter Theophilus Alexandrinus ait, Habemus quadragesimam ab apostolis institutam/ & ordinatam. Et ita putādum est, Christum primo abstinentiam quadragenariam instituisse, sine iussione aliqua, Apostoli vero ad Christi imitationem ieiunium ecclesiasticum instituerunt, & sub præcepto tradiderunt, decernentes quando/ & quomodo esset quadragesima ieiunanda. Nam Christus nec tempus talis ieiunii instituit, nec modum, nec cibos. Ipse enim post baptismum illico in desertum secessit, & illic ieiunauit. Ecclesiastica autē quadragesima non statim post baptismum fidelibus iniungitur, sed ante paicha. Christus etiam nullum diem a ieiunio excepit in illo quadragenario numero: Ecclesia vero dies dominicas excipit, Christus insuper in illa abstinentia quadragenaria/ nec pluries, nec semel comedit/ nec bibit: in ecclesiastica autem quadragesima vnica refectio tantum est concessa, & in potatione nulla est apposita limitatio. Christus etiā in illo suo ieiunio nullam inter cibos discretionem fecit: in ieiunio autem nostro quadragenario discretio ciborum fit, vt patet. Multum igitur distat hoc nostrum ieiunū a ieiunio Christi. Itaq; hoc nr̄m ieiunū Christus nec verbo/ nec facto instituit, vt constat. Supereſt vt a primitiua ecclesia, tempore scilicet apostolorum, sit institutum, vt etiam tradit Ignatius contemporaneus apostolis.

Matth. 4.

¶ De dispensatione in quadragesima, & in statutis apostolicis.

INcoritur dubium, supposito q; quadragesimale ieiunū fuerit primitus ab apostolis institutum, an possit papa in illo dispensare: si enim a Christo immediate cum iussione institutum fuisset, Papę dispēsatio locū non haberet. Respon. Id pēdet ex alio, An scilicet Papa possit in aplicis statutis dispensare. Et pro parte negatiua facit. cap. Sunt qdā. 25. q. 1. vbi dicit

vbi dicit Vrbanus Papa, q̄ Romanus pō tifex in his, quæ tradiderunt prophetæ, & apoſtoli, & ſancti patres diſtinſerunt, non nouam legem dare, ſed potius quod prædicatum eſt, vſq̄ ad animam & ſanguinē confirmare debet.

¶ Secundo facit extra. de bigamis. cap̄. ſuper eo. cap̄. Nup. & cap̄. A nobis. Vbi Lucius Papa, & Innocentius dicūt, q̄ contra apoſtolum non licet diſpenſare. Et loquūtur ad propoſitum de bigamis, qui ex ſtatuto Pauli non ſunt ad ordines ſacros promouendi.

¶ Tertio facit, q̄ apoſtoli in his ſpecialiter, quę prędicabant, & literis mādabant, ſpiritu dei ducebantur, prout ſcriptū eſt, Math. 10. Non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri loquitur in vobis, iuxta proioan. 16. miſſionem Chriſti apoſtolis factam de ſpiritu ſancto paracleto illis euēturo, qui eos omnem veritatem doceret. Quemadmodum & Paulus de ſeipſo teſtabatur, cū ad Corinthios ſcriberet, dicens ſe ſpiritū dei habere. Cum igitur ita ſit, apparet ſtatuta apoſtolorum non tam hominum, q̄ dei eſſe. In dei autem ſtatutis & p̄ceptis Papa diſpenſare non poteſt, cui non data eſt poteſtas ad deſtruendum, ſed ad ædificandū.

¶ His tamen non obſtantibus, videt̄ oppoſitum tenendū. Et patet ex facto, quia Martinus Papa legitur diſpēſaſſe cum bigamo. 34. diſtin. Lector. Similiter cū epiſcopo Panormitano fuit diſpenſatum, cū bigamus eſſet, vt refert glo. cap̄. Super eo. de bigamis. Similiter in cōcilio Gāgrenſi diſpenſatum eſt in ſtatuto apoſtolorū, qui ſtatuerunt preſbyterum ob crimen fornicatiōis debere deponi. 82. diſtin. cap̄. Preſbyter. Cuius oppoſitum fuit in dicto cōcilio decretū eadem diſtin. cap̄. preſbyter.

¶ Præterea, poteſt Papa diſpenſare in ſtatutis cōciliī generalis, igitur & in apoſtolicis. Cōſequentia patet, quia generale cōcilium non minoris autoritatis eſt, q̄ fuerit apoſtolus, nec minus regitur ab ſpiritu ſancto/ q̄ regeretur apoſtolus: nec minorem poteſtatem habet cōcilium ſupra papam, q̄ habuerit aliquis apoſtolus ſupra Petrū. Antecedēs autē notū eſt ex cap. Significaſti. de electionibus. Patet etiam, quia Innocētius in concilio Lateranen̄. reuocauit quędā ſtatuta conciliorū, prohibentia coniugium in certis gradibus cōſanguinitatis & affinitatis, vt habetur de conſanguinitate. cap̄. Non debet.

¶ Præterea, Apoſtolus potuit in ſtatutis per eū factis diſpēſare, ex quo ſtatuta per apoſtolos facta, humana erāt/ nō diuina. Cum igit̄ nō minorē poteſtatem habeat nūc Papa/ q̄ tūc habuerit Petrus, cui Papa in poteſtate eccleſiaſtica pleniſſime ſuccedit, ſequitur Papam in ſtatutis Petri, & per conſequens in ſtatutis apoſtolicis poſſe diſpenſare.

¶ Itaq̄ de his, quę apoſtoli ſcripſerūt, eſt diſtinguendum. Quædam enim dixerūt & ſcripſerūt, tanq̄ præcones & promulgatores veritatis/ & diuinæ voluntatis: qualia ſunt, quæ ad fidem & ſacramenta pertinent. In his certum eſt, Papam diſpenſare/ aut mutationem aliquam facere non poſſe. Quæ enim a deo inſtituta ſunt, per homines diſſolui non poſſunt. Alia vero ſunt, quæ ſcripſerunt & ordinauerunt, veluti homines regimen eccleſiæ habentes: & in his, ſicut illi diſpēſare aut variare potuerunt, ita & Papa, prout neceſſitas, aut vtilitas publica poſtulauerit, poterit diſpēſare. Sed quia de his alibi dicet̄, ſupſedeo.

¶ Ad oppoſitum de quadrageſima dicēdum, q̄ ſuppoſito q̄ ſit non a Chriſto/ ſed ab apoſtolis inſtituta & ſuſſa, poterit Papa in ea diſpenſare. Attamen puto, q̄ Papa male ageret, ſi pro voluntate cum aliquo in quadrageſimali ieiunio diſpenſaret, & nō potius pro neceſſitate/ aut notabili vtilitate, idq̄ ob reuerētiam, quæ apoſtolis, per quos fuit eccleſia fundata, debetur. Si tamen pro voluntate diſpenſaret, puto teneret diſpēſatio. Q̄ autem in ſtatutis apoſtolicis, hoc eſt per apoſtolos factis, poſſit Papa diſpenſare, tenet Tho. in. 4. de bigamia. Et Durandus, & Petrus de palude, & Florētinus parte. 3. de bigamia &c. & alii. Barba 1619.

¶ Iam ad rationes ante oppoſitum, dicendum ad primum ex Vrbano citatum, q̄ procedit de fide & doctrina euangelica, quam apoſtoli promulgarunt, non de humanis legibus aut ordinationibus, quas ipſi ſtatuerunt. Et ſi decretum ad ſtatuta etiam apoſtolica velimus extendere, dicendum, non poſſe papam ea mutare pro voluntate, bene tamen pro neceſſitate aut vtilitate notabili ſpirituali.

¶ Ad ſecundum dicendū cum Durādo, q̄ quādo dicitur, q̄ nō licet cū bigamo aut cōtra apoſtolū diſpēſare nō poſſe/aut non licere accipitur, non vt dicat impoſſibilitatem / ſed difficultatē: aut q̄ non licet cōtra apoſtolum diſpēſare, ſine cauſa notabili/ & vrgente. Aut dicatur, q̄ cum textus dicant non licere contra apoſtolum diſpenſare, intelligitur non licere epiſcopis inferioribus, qui Papam conſulebant/an poſſent ipſi bigamos promouere, cum quo ſtat, q̄ liceat Papæ. &c.

¶ Ad tertium. Si ratio illa aliquid probaret, ſimiliter probaret, q̄ Papa non poſſet diſpenſare in ſtatutis pontificum/aut conciliorum/ſeu eccleſie, quam ſupponimus etiam ab ſpiritu ſancto in ſuis ſtatutis motam fuiſſe, Quod eſt falſum. Nō igitur obſtante, q̄ apoſtoli tam in his, quæ prædicabant, q̄ in his, quæ ſtatuebant, ſpiritu dei ducerentur, non ſequitur omnia per eos ſtatuta, dici eſſe de iure diuino. Quandoquidem ſæpe Papa in ſuis ordinationibus ſpiritu dei ducitur, nec ideo ſuæ ordinationes ſunt de iure diuino, aut indiſpenſabiles, vt conſtat. Sed de his alibi.

¶ De diſcretione ciborum in ieiunio.

Præſuppoſito ergo, q̄ ieiunia eccleſiaſtica ſint ab eccleſia inſtituta, poſſet quæri, an recte ſint inſtituta in ea parte, qua ciborū diſcretionem includunt. Eſt enim compertiſſimum nonnullos fuiſſe/& eſſe, qui huiuſmodi ciborum delectum, tanq̄ ſacris literis repugnantē, damnant, dicentes q̄ huiuſmodi ieiuniū, quo humanum corpus per abſtinentiā a certis cibis affligit, non eſſe deo gratum & acceptum. Pro quibus facit, quod ait Eſa. vbi dominus per prophetā ait, Nūquid tale eſt ieiunium, quod elegi? per diem affligere hominem animā ſuam? Et ſubdit. Nōne hoc eſt ieiunium, quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimētes. Vbi docet, illud ieiunium deo eſſe gratū, quo homo a peccatis continens, opera charitatis in fratres exercet. Eſa. c. 58.

¶ Secūdo facit qđ ait Chriſtus, vt ſupra citatum eſt, In quācunq̄ ciuitatem introieritis, quęcunq̄ apponentur vobis, comedite. Et Matth. 15. ait dominus. Non quod intrat in os coinquinat hominem. Ex quibus docemur ad libertatem euangelicam pertinere, poſſe hominem omnib⁹ cibis indifferenter vti, conceſſumq̄ eſſe a Chriſto hominib⁹, vt omnibus cibis indiſtincte veſci poſſint. Ac proinde eccleſia ieiunium inſtituens cum præfata ciborum diſcretione, videtur euangelicæ veritati cō trauenire. Luce. 10;

¶ Tertio pro eiſdem videtur facere doctrina Pauli, qui aliquādo videtur tradere non modo inutilem eſſe huiuſmodi ciborum delectum, ſed reprobatū. Ait enim, Non eſt regnum dei eſca, & potus, ad Ro. 14. Et 1. ad Cor. 8. Eſca nos non commendat deo. Nec enim ſi manducauerimus, abundabimus, nec ſi non māducauerimus, deficiemus. Et ad Coloſſēſ. 2. ait. Nemo vos iudicet in cibo aut potu. Significans fidelem in cibis diſcretionē facere nō debere.

¶ Poſtremo ait. 1. ad Timoth. 4. In nouiſſimis temporibus decedēt quidam a fide, loquentes mendacium, prohibentes nubere, & abſtinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione, fidelibus, & his, qui cognouerunt veritatem. Igitur contra fidē eſt prohibere, ne cibis nobis a deo conceſſis fruamur.

¶ His tamen non obſtantibus, tenēdum eſt oppoſitum, ſcilicet, recte fuiſſe ieiunia/ etiam cum delectu ciborū/inſtituta. Conſtat in primis ieiunia tam in veteri/ q̄ in nouo teſtamento eſſe approbata. Legitur enim deū inſtituiſſe ieiuniū quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis, cui in lege gratię correſpondet ieiunium quatuor tēporum. Qđ q̄ nec ob eādem cauſam, nec in eiſdem menſibus eccleſia huiuſmodi ieiunium quatuor temporū obſeruet, quibus iudei prędicta quatuor ieiunia obſeruabant. Illi enim in Iulii, Auguſti, Octobris, & Ianuarii menſibus ſua celebrabāt ieiunia. Iulius ſiquidem erat ſcđm eorum computationem quartus menſis. Eccleſia vero ieiunia quatuor temporum in Martii, Iunii, Septembris, & Decembris mēſibus celebrat. De quibus vide. 76. diſtin. cap. De ieiunio. & cap. Ieiunium. Zacha. 8.

¶ Facit etiam quod habetur Ioelis, 2. Cōuertimini ad me in ieiunio/fletu, & planctu. Alia

ctu. Alia etiam ieiunia ante Ioelis tempus, quando deus per se populum suum regebat, legitur iudæis iniunxisse, vt ex Leuitico patet. Thobias etiã cap. 12. ait. Bona est oratio cũ ieiunio. Vnde patet ieiunia in veteri testamento esse approbata.

¶ Q̃ etiam in nouo testamento sint commendata seu approbata, patet primo exẽplo Christi, quem quadraginta diebus ieiunasse constat, qui insuper de ieiunio loMatth.6. quens ait, Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum. Et Matth. 9. Venient, inquit, dies, quando auferet ab eis sponsus, & tũc ieiunabũt. Quod ab apostolis legit̃ adimpletum. Actuum. 13. & 14. Errant igitur, qui ieiunia perperam esse instituta dicũt. Quorum error sæpe per ecclesiam legit̃ reprobatus. Et fuit error Vegardorum, & Ioannis Hus, & aliorum multorum ante illos in concilio Gangren̄. & aliis aperte damnatus. ¶ Sed quia forte dicent ieiunia per eos non dãnari, nisi ea, quæ cum delectu ciborũ fiunt. Hãc enim ciborũ discretionem ipi damnare videnť, non ieiuniũ, quod aiunt sine delectu ciborum seruari. Nec ciborum delectum, sed ieiunium dicunt in sacris literis cõmendari. ¶ Cõtra tamẽ stat veritas, quandoquidẽ deus olim ex cibis naturę humanę conuenientibus, quosdam hominibus cõcessit, quosdã vero vetuit. Apertum est hoc in hominũ prima conditione, quando concessa homini facultate, vt de cæteris paradisi fructiGẽn.2 bus comederet, lignum tamen scientiæGẽn.9. tãgere aut gustare eidem vetitũ fuit. Deinde post diluuiũ constat dominũ cõcessisse hominibus, vt carnib9 animalium vescerentur, a sanguine tamen eos abstinere voLeuit.14. luit. Postmodum etiam notum est, deum in lege Iudæis vetuisse, ne carnes immundas manducarent, quas non natura / sed lege / aut prohibitione immundas fuisse non dubitatur. ¶ Commendatur pręterea Daniel & socii sui, cum sub regis Dani.1. ethnici potestate essent, ꝙ a cibis regis abHiere.35. stinerent. Et filii Ionadab a vino. Et IoannesMatth.3. baptista a carnibus, cui cibum prebebant Locustæ. Apostoli etiam post indu-Actũ.15. ctam legem euãgelicam, homines a suffocato & sanguine abstinere sanxerunt. Ex quibus apertum est, non modo sacris literis nõ obuiare ciborũ discretionem, sed per easdem in multis comprobatam esse. Vnde non mirum, si ecclesia ieiunia cũ ciborum delectu instituerit. Et contrarium asserere, est error sæpe dãnatus. Vnde Augustinus in libro de diffinitionib9 orthodoxæ fidei, ait. Temperare esum carniũ, proprie christianorum est. Et post, æquare nuptias virginitati, & nil meriti putare esse in abstinentia a carnibus & vino, non christiani, sed Iouiniani est. Verum in re tam certa, & toties per ecclesiã declarata, superuacaneum est diutius immorari.

¶ Iam ad rationes supra factas, dicendum ad primum ex Esaia citatum, ꝙ deus illic non reprobat ieiunium cum delectu ciborum factum, sed ei9 inutilitatem declarat, quando aliter / ꝙ debet, fit: hoc est, quando exterius ieiunando a cibis abstinet, cum tamen a peccatis minime desistat, fiduciam præcipuam in ipsa exteriore ceremonia collocat. Tale enim ieiunium, cui peccata dei offensiua commiscẽtur, nec in gloriam dei fit, nec dignum est, quod a deo acceptetur. Q̃ enim ieiuniũ, si quẽ admodum debet / fiat, deo gratũ sit, declarat sacra pagina, per quam docemur, deũ ob ieiunia a peccatorib9 assumpta sæpissime placatum esse. ¶ Ad secũdũ ex Luca & Matth. allegatum, dicendum illud dixisse Christum ad extirpandum ceremonias legis, e quibus vna erat, vt cibos aliquos veluti immundos reputarent, & ab eisdem velut talibus abstinerent, specialiter ab his, quæ essent idolis immolata / seu oblata. Quos cibos comedendos esse cũ gratiarũ actione his, qui illesam habẽt cõAd ro.14. sciẽtiã, docet Paulus ad Ro. & ad Cor. scri1.ad Cor. bẽs. Q̃ę aũt secũdm legẽ immũda erãt, iã 8. nõ immũda, sed purificata esse ex actibus Actuñ.10. apl'orũ docemur, ex visione illa, q̃ Petro in somnis apparuit, qui cum de animalibus immundis edere dubitaret, tanꝙ adhuc immunda essent, vocem diuinitus audiuit, dicẽtem, Quod deus purificauit, tu ne cõmune esse dixeris, id est, impurũ. Cũ quibus stat, posse hominem christianum a certis cibis ob causam aliquam abstinere, ecclesiamꝙ id ipsum instituere, in nullo veritati aut euangelicæ libertati cõtraueniędo, qua libertate a iudaicis ceremonijs nos liberauit. ¶ Si obijcias, ecclesiam huiusmodi ieiunia instituentẽ, tollere a chri-

ſtianis libertatē ac licentiam cibis indiffe-
renter vtendi, quam tamen Chriſtus illis
conceſſiſſe videtur: igitur contra libertatē
euangelicā eſt, hominem ad abſtinentiā a
certis cibis aſtringere. Reſpon. Libertas
hęc euangelica in ciborum vſu ea eſt, qua
Chriſtus legē veterem cibos aliquos ve-
tantem, cui iudæi obnoxii erant, reuoca-
uit, liberū vnicuiq; relinquens / atq; per-
mittens, vt cibis omnibus, ſi velit, vtatur,
ita vt nō amplius cibos aliquos / quos lex
immundos eſſe dicebat, veluti immūdos
abiiciat: qua libertate exiſtente, liberū eſt
homini ſeipſum per votum / aut iuramen
tum aſtringere ad quorundam ciborum
non vſum, cuius nō ob legalem cauſam.
Liberum eſt etiam eccleſiæ ob cauſam
Chriſti fidelibus præfatam licentiā in ali
quo coarctare, prout viderit Chriſti fideli
bus expedire. Exemplo id patet, nam in
mūdi primordio vnicuiq; licitum erat ex
dei ordinatione rebus omnibus tempora
libus ad ſui vtilitatem vti, quādo omnia
omnibus communia erant: & tamē poſt-
modum huiuſmodi licentia per leges hu
manas eſt coarctata, facta rerum diuiſione
atq; appropriatione. Similiter ſtādo intra
metas iuris diuini & naturalis, vnicuiq; li
citum erat in tertio & quarto gradu cōſan
guinitatis vxorem ducere: & tamen eccle
ſia huic licentiæ ob cauſam limitem po-
ſuit. Vnicuiq; etiam ſacerdoti ſtādo intra
metas iuris diuini euangelici licitum eſt
confeſſiones omnium audire, baptizare,
& alia ſacramēta miniſtrare: & tamen per
prælatos multis eorum huiuſmodi licen
tia ob cauſam denegat. Sic enim ad debi-
tū eccleſiæ regimē expedit hæc / & alia hu
iuſmodi inſtituere. Poteſt igit eccleſia, nō
obſtante licentia ac libertate euangelica ci
bis indifferenter vtendi huiuſmodi licen
tiam limitare. Quemadmodum ſtādo ſo-
lum intra metas legis euangelicæ, liberū
eſt vnicuiq; pluries i die comedere: ſed hāc
licentiam conſtat per eccleſiam poſſe coar
ctari. Adde, q & ſi Chriſtus omnibus cō-
ceſſerit libertatem cibis indiſtincte vtēdi,
idq; in generali, quando autem & quomo
do, ipſe particulariter nō inſtituit, inſtituē
dum tamē ſuo vicario reliquit, ſicut & de
multis aliis hoc poteſt verificari. ¶ Ad ter
tium ex Paulo ſumptum, dicēdū, q Pau-
lus frequenter in epiſtolis ſuis eos, qui ad
fidem conuertebantur, nitebatur a iudai-
cis ceremoniis reuocare. Putabāt enim in
hoc, ipſorum ſalutem cōſiſtere, q iuxta le
gē a cibis vetitis abſtinerēt, quaſi in hoc,
& non potius in operibus charitatis & fi
de ſalus humana conſiſteret. His igit, qui
adeo legis ceremoniis fidebāt, docet apo-
ſtolus inutilem eſſe delectū ciborū, non
ita aliis, q ita a certis cibis abſtinēt, vt offi
ciis charitatis intendentes, nil per ieiunia
prætendunt, niſi deo ſatiſfacere, & carnem
ſpiritui ſubiicere. ¶ Ad quartū ſimiliter
dicendum, q loquitur contra hæreticos,
qui nuptias damnāt, & cibos multos ad-
huc poſt euangelicam libertatem immū
dos eſſe reputant, quaſi diuino iure illicitū
ſit illis vti. Tales fuerunt Manichęi, & alii,
quorum error in Concilio Gangrēn. dā-
natus eſt, vt habetur in decreto. 30. diſtin.
in principio.

¶ De numero refe-
ctionum in ieiunio.

Reſuppoſito inſuper ad
integritatē ieiunii perti
nere non vltra ſemel re
fectionem ſumere, ſolet
communiter quęri, an
qui pluries in die ieiu-
nii comedūt, toties pec
cent, quoties vltra ſemel comedunt. Et lo
quor de refectionib⁹ aliis a prima, quarū
quælibet per ſe ſufficeret ieiunium frāge
re. Non enim loquor de collatione, & cle-
ctuariis, & medicinis, & potu, quę in die ie
iunii ſolent vltra cœnam ſumi, de quib⁹
poſtea. Ad quæſtionem hanc dixerunt nō
nulli, q toties homo peccat, quoties vltra
ſemel comedit. Primo, quia præceptū de
ieiunando eſt negatiuum, in eo, quod cō-
tinet, ſcilicet, non eſſe vltra ſemel comedē
dum. Sed cōtra huiuſmodi præceptū ne-
gatiuum eſt omnis comeſtio alia a prima,
ex quo omnis alia refectio præter primā
prohibetur. ¶ Secundo idem apparet a ſi
mili. Si quis vouit caſtitatem perpetuam,
toties peccat, quoties ad fœminam volūta
te accedit, vt eſt communis doctorum cō
ſenſus. Quod dico, propter eū, qui poſt
emiſſum præfatum votū, de facto duxit
vxorem,

vxorem, si vxori debitum postulanti reddat, non peccat contra votu, quia non voluntate, sed necessitate ad eam accedit: quā doquidē debitum reddere postulanti, necessitatis est. Peccabit autem quoties petierit, quia id voluntatis est, non necessitatis. Igitur etiā peccabit homo in die ieiunii toties, quoties vltra semel comederit, cum id voluntatis esse suppono. Et consequentia patet, quia non minus obligat ecclesię statutum atq; præceptum, q̄ votum. &c.

¶ Tertio ex alio magis simili apparet. Præceptum est sacerdotibus, ne vltra semel in die (extra casus exceptos) celebrēt, & ideo toties sacerdos peccat, quoties vltra semel celebrat: igit̄ pari forma quoties homo vltra semel comedit in die ieiunii, peccat/ a simili.

¶ Econtra vero alii dixerunt, q̄ in casu nō peccatur contra præceptū de ieiunando, nisi per secundam comestionem, & non p alias subsequentes, dico contra præceptū de ieiunando, quia p alias refectiones subsequentes, immo & per primā potest homo per intemperātiam peccare, vt patet. Probant hi assertionem suam. Primo, qa sola secūda refectio est, quæ ieiunium frāgit, non tertia, nec aliæ subsequētes. Nam quādo tertia aut quarta refectio sumitur, iam ieiunium erat per secundam refectionem fractum: igitur non peccat contra ieiunium, quādo tertio aut quarto comedit.

¶ Secundo, si tertio aut quarto comedēdo peccaret homo cōtra ieiunium, maxime quia committit aliquid, ad cuius oppositum obligatur: sed in casu non tenetur homo a tertia & quarta abstinere, quia si ad id teneretur, maxime ob præceptum de ieiunando: sed post secundam refectionē non manet præceptum de illa die ieiunando, eo q̄ iam est illi impossibile factū illa die ieiunare, cum impossibile sit ei secundam refectionem nō sumpsisse, post q̄ eā sumpsit, per quam constat fractum esse ieiunium, nec posse postmodū reintegrari.

¶ Tertio arguitur a simili. Si detur homini præceptum de non transgrediēdo limitem signatum, & transgrediatur, non solū vno/ sed multis passib⁹ vltra limitem progrediendo, talis non peccat toties quoties passum passui addit vltra limitem præfatum, sed in primo passu, quo limite transit, peccat: igitur ita erit in proposito, cum ecclesia limitem in reficiendo posuerit, ita vt nō liceat vltra vnicam refectionem progredi, peccabit q̄ primū ab vna refectione progreditur/ & nō toties/ quoties vltra comederit. Aut si detur præceptum de nō frangēdo vas aliquod, & homo semel percutit & frangit, peccat tunc cum primum frangit, non tamē postea, si rursus pluries vas ipsum percutiat.

¶ Respon. Punctus huius quæstionis aut contētionis ex intentione ecclesię ieiuniū institutētis pendere videtur. Potuit enim ecclesia, quando ieiunium instituit, habere intentionem prohibitiuam aliarum refectionum a prima, ita vt huiusmodi intētio in omnes alias a prima tēderet: & si ita sit, omnis comestio, dempta prima, erit peccatum, & contra prohibitionem ecclesię. Econtra etiam potuit ecclesiæ intētio prohibitiua talis esse, quę non nisi in illam refectionem tenderet, quæ ieiunii frāgit, in cæteris nil phibere intendens: & si sic, sola secunda refectio erit peccatum cōtra ieiunii, quia sola illa est ieiunii solutiua, nō subsequentes. Quid autem horum ecclesia intenderit, non satis constat. Et inde dat occasio, vel a multis occasio sumitur, vt rem in mitiorem partem interpretentur, hoc est, q̄ intentio prohibitiua ecclesię nō tendat nisi in refectionē, qua ieiunium frāgitur. Nō enim sunt iura amare interpretanda, nec pœnalia sunt amplianda, sed restringēda. Et secundū hoc facile est respondere ad rationes prioris opinionis, vt de se constat.

¶ Ego tamen priorem sententiam tutiorem esse puto, iuxta quam videt̄, q̄ ecclesiæ intentio refectionum prohibitiua non solum secundam, sed omnes alias refectiones a prima respicit. Id autem rationabiliter pręsumitur, si finē, quem ecclesia ieiunia instituens intendit, attendam⁹. Hic autem est, vt homines in diebus ieiunii per certam & præfinitam abstinentiam affligantur, & corpus spiritui subiciatur, & mens ad diuinarum rerum contemplationem aptior reddat̄, & deo pro peccatis debita satisfactio fiat. Ad hos fines ieiunia ecclesiastica vidētur vt in pluribus instituta. Quod dixerim, ob nonnulla ieiunia, quæ dicunt̄ ieiunia exultationis, quæ in

gratiarum actionem sunt instituta. Nunc autem loquimur de ieiuniis mœroris aut pœnitentiæ. Ex hac igitur finali intentione potest, vt videtur, intentio obligatoria quodammodo colligi, quando de obligatoria intentione sufficiens certitudo nō habetur. Ad præfatos autem fines non minꝰ cōfert, immo magis, ꝙ homo in die ieiunii abstineat a tertia & quarta / & aliis sequentibus refectionibus, q̄ a secūda. Nā magis finis ab ecclesia intētus impeditur per plures refectiones, q̄ per solam secundam refectionē, vt satis constat. Nec est verisimile, ꝙ ecclesia p̄fatos fines intēdens, velit secundam comestionem prohibere, per quā minus p̄fati fines impediunt. ¶ Sed obicies, Quia secūdum hoc ecclesiæ intentio obligatoria non esset p̄cise prohibere numerum refectionū, sed etiā primam refectionem temperantiæ regulam excedētem, ex quo talis excessus etiā fini per ecclesiam intēto aduersetur. Esset etiam cōtra ecclesiæ intentionem obligatoriā in illa vnica refectione pisces quosdā calidos, & electuaria calida comedere: similiter & vinum parum limphatum bibere, quæ non minus appetitum excitant ad spiritui rebellādum, q̄ refectionis pluralitas, nec minus per ea mens hebetatur, deuotio tepescit & friget, q̄ per refectionum pluralitatē. Similiter esset contra ecclesię intentionē obligatoriam in illa vnica refectione immorari, quemadmodum quibusdam in vsu est, cœnam in diebꝰ ieiunii per vnam horam & per duas protēdere, cum similiter huiusmodi cœnę protensio, sit contra fines p̄fatos ab ecclesia intentos. Hæc autem illata non solent concedi: igitur non est ecclesiæ intentio prohibitiua refectionū plurium in duriorē partem interpretāda ob id, ꝙ refectionū pluralitas fini per ecclesiam intēto aduersēt. ¶ Respon. Hæc illata minime concedēda esse. Nec est simile, quod pro simili illatum est. Quod enim de quantitate refectionis dictum est, non sequitur, eo ꝙ ecclesia circa vnicam refectionem in die ieiunii sumēdam, quantitatem certam minime determinauit, nec rationabiliter determinare potuit, eo ꝙ diuersa est hominum ieiunātium cōplexio atq; conditio, & quod vni ad sustentationem naturę sufficit, alteri aut superfluum est, aut diminutum. Quantitatem etiam incertam, prout vnicuiq; secundum rectam rationem conueniret, nō etiam sub præcepto præfixit, propter periculū in quo ieiunantes essent, si excedāt / vel deficiant ab eo, quod cōuenit. Ideo circa vnicam refectionem quātitatem minime præfixit, nec præfigere intēdit. In electuariis autē & piscibus calidis aliisq; huiusmodi, nil sub præcepto tradidit, sed liberū vnicuiq; id reliquit, non enim prohibuit, quicquid prohibere potuit: sed ea, quæ, vt plurimum, magis appetūt homines, & per quæ vt plurimū, caro spiritui rebellat, q̄lia sunt carnes, & ea, quæ ex carnibus originem trahūt. De refectionum autem numero non ita: quia sicut abstinētia a certis cibis præcepit, ita & in refectionibus limitem ex intento per se posuit, vt non vltra semel comedatur. Et quia in illis prioribus, quæ illata sunt, non est ratio de ecclesiæ intentione dubitādi, qualis est in multis refectionibus post primam, an scilicet intenderit solum secundā refectionem prohibere, an etiā reliquas subsequētes, ideo, hic habet locum p̄sumptio dicta ex fine per ecclesiam intento sumpta, non sic in aliis, quæ illata sunt. ¶ In cōfirmationem huius facit debilitas fundamēti pro secunda opinione allegati, quæ quidem in hoc fundatur, ꝙ ex quo per secundam comestionem fractum est ieiunium, impossibile est postea eadem die ieiunare, & ita expirauit obligatio præcepti ecclesiæ, & ex consequēti tertia & quarta & alię refectiones iam non erunt contra præceptum de ieiunando. Hoc, inquam, non valet, quia tunc sequitur, ꝙ si quis in die ieiunii q̄dragesimalis semel comedit lac / ouа / aut etiam carnem, posset ille postea eadē die, quoties velit, sine culpa comedere, & iterum eadem die / oua / lac / & caseū, immo & carnes sine culpa comedere. Similiter, si quis semel notabiliter horā refectionis præuenīs, comedit, posset eadem die sine peccato secūdo comedere, quod nemo, vt puto, diceret. Et sequelę patent, quia in illa vnica refectione, q̄ homo cibis vetitis vtitur, aut horam notabiliter præuenit, iam frangit ieiunium, & per cōsequens ex tūc manet liber ad comedendum eadem die, quod velit, & quoties velit, cū ex tunc sit

a præcepto de ieiunando deobligatus.

¶ In eiusdem sententię confirmationem facit regula communiter approbata, scilicet, ꝙ quando alicui fideli ob causam aliquam permittit̄ in die ieunii ab ecclesiastica regula in aliquo recedere, intantū illi id permittitur, inquantū se extendit ipsius causæ indigentia. Vnde si quis habet iustā causam pluries comedendi absq; hoc, ꝙ carnes comedat, abstineat a carnibus. Si etiam habet causam sufficiẽtem ad carnes comedendum, & non ad pluries comedẽdum, abstineat a pluralitate refectionum. Ac proinde, si quis habet iustam causam ad bis comedẽdum & nō vltra, videtur ꝙ cum bis comederit, tenetur a reliquis comestionibus abstinere, & per consequens qui sine causa bis in die ieunii comedit, tenetur a reliquis refectionib9 abstinere: alioqui in hac re melioris conditiōis esset qui ieiunium sine causa frangit, q̄s qui cum causa.

POsset aliquis q̄rere, an sicut qui pluries in die ieunii comedit, qualibet vice de nouo peccat, dēpta prima, Ita etiā qui nullla die quadragesimę ieiunat, q̄libet die de nouo peccet. Et dixit Martinus id posse contingere dupliciter. Vno modo, ꝙ homo nulla præmissa volitione generali violandi quadragesimam singulis dieb9 singulas eliciat volitiones particulares, q̄bus velit in illis diebus non ieiunare. Potest secūdo modo fieri, vt homo in initio quadragesimę proponat in generali toti9 quadragesimæ & singulorum dierum ieiunii frangere, & postmodū singulis diebus singulas eliciat nolitiones ieiunandi. In primo casu ait, hominem illum qualibet die de nouo peccare, eo ꝙ illæ nolitiones singulares tales sunt, vt vna ex altera non consequatur, nec vna cum altera colligantiam habet, vt patet, ideo quęlibet per se sumpta, peccatum est a priore distinctū. In secūdo vero casu ait, hominem illū peccare præcise per propositum illud generale totam quadragesimam violandi, quod in initio habet. Per alias autem volitiones particulares singulis dieb9 elicitas nō peccat de nouo, nec per eas nouam pœnā meretur. Huius rationem assignat, quia illæ volitiones particulares sunt velut act9 imperati ex primo ꝓposito generali in principio habito procedẽtes. Et sicut actus exteriores malitiam propriam nō habent, nec nouam pœnam merentur, vltra eam, quę actui elicito voluntatis imperatiuo debetur, ita putat illas volitiones singulares singulis dieb9 elicitas, nec malitiam propriam habere, nec ad nouam aut propriā pœnam imputari. Idem similiter esset dicturus, si homo in principio diei ieunii proponeret in genere in die illa pluries comedere vltra semel: & deinde, oblato cibo, pluries comedat, plures volitiōes particulares comedendi eliciẽdo, ꝙ scilicet solum peccabit in volitione prima generali in principio habita, non autem in aliis inde sequẽtib9 volitionib9 singularib9. Simile etiā dicit in casu, quo Petrus proponat vna volitione occidere decẽ homines, & postea id volens exequutioni mandare, singulas volitiones illos decem homines occidendi eliciat/ & sigillatim occidat, ꝙ peccat Petrus præcise in prima volitione, qua in communi proposuit illos occidere, non tamen peccat per alias volitiones particulares, per quas vult hunc occidere, & illum, & illum.

¶ Verum quidquid sit de ꝑmo dicto, in secundo tamen dicto fallitur doctor hic, salua eius pace, tam in conclusione, q̄s in fundamẽto. Patet primo, quia in casu prę fato homo ille de nouo peccat per singulas illas volitiones non ieiunādi singulis dieb9 elicitas, Patet. O mnis actus humanus libere & scienter contra præceptū elicitus, est peccatum, & ad propriam pœnā imputabile: quādoquidem deus pœnam comminatur his, qui mandata, vel dei/ vel prælatorū contemnūt, talis est volitio illa particularis sequens priorem generalem. Nam non obstante priore volitione generali de violādo totius quadragesimæ ieiunium, adhuc manet homo obligat9 quadragesimam ieiunare, & ab illo nephario proposito recedere. Si igit̄ post illud propositum generale eliciat volitionē singularem, quia nolit hac die quadragesimæ ieiunare, non dubium, quin præcepto cōtraueniat, & ita intentū. ¶ Secūdo, Actus hominis, qui ob sui malitiam sufficit gratiam prę habitam meritorie corrumpere, est peccatum ad propriam pœnam æter-

nam imputabile, talis est volitio illa particularis de non ieiunãdo hac/vel illa die occurrente. Assumptum suppono notum. Et minorem probo. Si homo ille post generale prefatum propositum elicitum desistat, & pœnitentia ductus, quod agere debet, firmiter proponat, & si opꝰ sit, de cõmissis doleat, & confiteatur, & in dei gratiã redeat: deinde vero, aduenĩte die ieiunii, eliciat volitionẽ non ieiunandi die illa: apertum est per huiusmodi volitionẽ hominem illum peccare, & gratiam, in qua erat, amittere: igitꝫ per illam de nouo peccat mortaliter, & noua pœna se dignũ constituit. Igitur etiã si a priori proposito generali homo ille non recederet, & aduenĩte die ieiunii volitionem particularem eliciat, qua nolit illa die ieiunare, absq; dubio vltra culpã prioris generalis propositi nouã in illa volitione particulari incidit, cum huiusmodi particularis volitio eiusdem rationis sit, nec essentiã variet per hoc, qꝺ hominem pœnituerit prioris propositi, vel nõ pœnituerit. ¶ Tertio, & est ratio cõtra fundamentũ. Quia si per hoc, qꝺ illę volitiones particulares fiunt in virtute prioris propositi generalis propriã malitiam aut imputabilitatem non haberẽt, sequitur, qꝺ si quis proposuit vnq; se velle diuina mãdata per omnia seruare, aut ecõtra proposuit se in nullo velle legi euangelicę obtemperare, qꝺ quidquid postmodũ homo agat, siue secũdum legem dei / siue contra eandem, nec mereri/nec demereri, etiã si homicida sit, & adulter, & mẽdax, & latro, & infidelis/christianos psequens: sed solum meritum / vel demeritũ erit in illo generali proposito in initio habito. Et ita si quis adultus baptizetur, cum in baptismo fidem & legem euangelicam profiteatur, promittens aut proponens in lege Christi viuere, qꝺ quidquid boni postfecerit, aut pro christo passus fuerit, etiam mortem, in nullo tali aliquod nouũ præmium merebitur. Põtifices etiam iudæorum & iudæi, qui proposuerant Christũ occidere, nõ peccassẽt de nouo hoc suum iniquum propositum ad effectum deducendo, nouas volitiones exequutionis imperatiuas eliciendo. Aperta itaq; sunt inconuenientia & errores, quæ ex præfato modo sequuntur, ideo in his supersedeo.

¶ Quarto fallit̃ in hoc, qꝺ equiparat pfatas volitiones particulares actib9 exterioribus imperatis quo ad rationem bonitatis aut malitiæ. Nã exterior actus in se nullam habet libertatẽ, ideo nõ mirũ, si nullam habet propriam bonitatem aut malitiam, cum naturali quadam necessitate sequatur ad actum elicitum imperantẽ. Volitiones autem particulares prefatę & in se liberę sunt, & nulla necessitate naturali cõsequũtur ad propositum antiquum generale prędictum, etiam si quodammodo in eius virtute præfatæ volitiones fiãt. Itaq; propositum illud generale præcedẽs, nõ tollit ab actibus volũtatis bonitatem aut malitiam, quam illo non præcedẽte haberent. ¶ Sed forte aliquis volens prefatam opinionem defendere, diceret, illam non esse intelligendam, quando inter propositum generale ab initio habitum & volitionem particularem illius exequutiuam/ mediat tempus, qualiter procedũt impugnationes positæ, sed intelligitur in casu, quo permanente generali proposito efficaci, & oblata materia, elicit̃ volitio particularis illius propositi exequutiua. Nam his stantibus, illa volitio particularis necessitate quadam sequitur ad propositum generale: & ita huiusmodi particularis volitio in se nec bona est/nec mala, sed eiꝰ bonitas, aut malitia, quã alioqui haberet, imbibitur in illo ꝓposito generali, vnde necessario consequitur. Verum hoc, & si apparenter dicat̃, puto similiter falsum esse. Quod, cum alterius sit considerationis, pro nunc missum faciamus.

¶ De hora refectionis.

DE hora refectionis in die ieiunii sumendæ, vt supra tetigi, loquitur cap. Solent. de cõsecra. distin. 1. vbi dicitur, nõ ante soluendũ esse ieiunũ, q; horæ vespertinæ sint celebratæ. Et tũc vesptinæ horæ post horam tertiam post meridiem celebrabãtur, quam horam cum multis esset difficile expectare, vt cœnam sumerent, postea vsu inductũ est, vt ante / vel iuxta meridiẽ celebrẽtur, vt illis finitis, competens ad comedẽdum tempus fidelib9 relinquatur.

Hic tamen

Hic tamen non est immorandū, nec opus est scrupulos inferre, seruetur in hoc, sicut in aliis multis, patriæ cōsuetudo. ¶ Posset tamen moueri vna dubitatio, an scilicet sit refectio differenda in die ieiunii, quousq; homo per esuriem/aut naturæ defectum affligatur, aut ita parcam refectionem sumere opportet, vt p esuriem homo afflictionem sentiat. Et pro parte affirmatiua arguit̄. Primo, quia strictior est abstinētia tempore ieiunii ecclesiastici seruāda, q̄ sit ea, quæ in ieiunio virtutis seruanda est: in ieiunio ant̄ virtutis sumenda est refectio, qua corpus indiget: igitur in ieiunio ecclesiç aliquid subtrahendum est a refectione, qua corpus indiget, hoc autem sine corporis afflictione aut esurie fieri nō potest, igitur. ¶ Secundo idem apparet ex Leui. 16, & aliis scripturæ locis, vbi iubebat dominus populo suo, vt in diebus quibus erat eis ieiunandū, affligerent animas suas: nec videtur per quid, nisi per notabilem esuriem, quam diebus illis refectionē minuēdo/ vel differendo, sustinere debebant.

¶ Tertio pro eadem parte videtur facere Grego. qui super illud Iob. clamorē exactoris nō exaudiuit, ait in sentētia, Exactor qui a nobis nō est exaudiēdus venter esuriens est, quē sancti ieiunantes non audiūt, sed eum amplius esurire & affligi permittūt. Facit & Bernardus in epistola ad Carthusien. dicens, Quid magnum est si esuriat venter vsq; ad rugitum, qui sæpe repletus est vsq; ad vomitū. ¶ Quarto, Curandum est ieiunantibus hostem contra spiritum insurgentem perimere, hic autē non perimitur, si nō esurire & affligi permittatur, vt constat. Assumptum autem figuratum est in eo, q̄ redarguti sunt filii Israel, q̄ Gabaonitis pepercerūt, ad quos dictū est, q̄ ob id Gabaonitæ futuri essent eis sicut lanceæ in lateribꝰ, & sudes in oculis. ¶ Quinto facit ratio, quia præcepta & leges sunt secūdum intētionem potius, q̄ secundum verborum formam seruanda, iuxta regulam iuris, Non dubium est in legē impingere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem: sed intentio ecclesiæ ieiunia instituentis est, vt fideles corpora doment & affligant, quatenus ieiunium sit deo satisfactoriū: hoc autem sine esurie fieri posse non videtur: igit̄ opportet in die ieiunii ita parce comedere/aut adeo refectionem differre, vt esurie ventris homo affligatur.

Iob. 39.

Iosue. 23.

De regulis iuris, lib. 6.

¶ His non obstātibus tenēdum est oppositum. Et probatur ex Cassiani cōsilio, ait enim, q̄ cum venit hora refectionis, refectio sumatur, etiam si homo non esuriat. Per quem modum ait, melius & commodius parsimoniā victus seruari, q̄ refectionem vsq; ad esurīē differendo, quia in magna esurie auidius/ac minus temperate refectio sumitur. ¶ Secūdo idem probatur, quia ad nullam circunstantiam nō expressam in præcepto ecclesiæ obligatur fidelis, nisi illa sit omni precepto ecclesiç communis: sed differre refectionē vsq; ad esuriem/aut eam tam parce sumere, vt esuries sentiatur, non est circunstantia in præcepto de ieiunando expressa, nec est circunstantia oīm̄bus ecclesiæ p̄ceptis cōis, vt cōstat, igit̄. ¶ Tertio si sic esset, sequit̄, q̄ vnus teneret̄ differre refectionē vsq; ad nonā, alius vsq; ad vesperā alius vsq; ad occasū, aliꝰ vero teneret̄ nil in tota die comedere. Hęc patent, attenta diuersa hoīm dispositione, quorū aliqui citius, alii tardius esuriunt, alii vero totam diem sine esurie transigūt, sed cōsequens est falsum. ¶ Postremo patet conclusio, si attendamus ea, quæ de præcepto ieiunii seruanda sunt, q̄ sunt tria, vt in principio diximus, scilicet, nō vltra semel in die comedere, a cibis vetitis abstinere, & horā refectionis non notabiliter præuenire, quæ omnia cōstat seruari posse absq; esurie & naturæ defectu.

¶ Ad rationes autem priores dicendū. Ad primum, ad missō q̄ arctior sit abstinētia ieiunii ecclesiastici q̄ ieiunii virtutis, non inde sequit̄, quod ratio prętēdit: quia hæc arctior abstinentia non consistit in paruitate/aut dilatione refectiōis, sed in his tribꝰ, quę dicta sunt, in numero refectionum, in qualitate ciborum, & hora: quorū tamen nullum est necessariū in ieiunio virtutis.

¶ Ad secundum dicendum, afflictionem aliquando accipi pro passione formaliter hominem affligente, qualis est tristitia seu dolor, Aliquādo accipit̄ causaliter, pro eo scilicet, q̄ formalem infert afflictionē, vel eam inferre aptum est. Prima afflictio, cū actus voluntatis elicitus aut imperatus nō sit, sed passio quædā actum naturaliter cō

sequens, ideo per se, nec sub precepto, nec sub prohibitione cadit, bene tamen afflictio secundo modo sumpta. Itaq; quādo deus precepit dicēs, Affligetis animas vestras, id precepit, vnde vt plurimum solet hominibus afflictio formalis fieri, Tale est abstinētia a cibis maxime assuetis & delicatis, quorum vsus sicut solet sensum recreare, ita & eorūdem priuatio sensum solet affligere. Accidit tamen ad præfatam priuationem seu abstinentiā subsequi aut non subsequi esurtem. ¶ Ad tertium intētum Grego. similiter & Bernardi, hoc est scilicet nō semper esse vētri exhibendum, qđ postulat, sed sepe esurire est p̄mittēdus, maxime quādo non solum quod necessarium est, petit, sed aliud ad carnis voluptatem seu sui saturitatē exigit. Quādo enim quod necessariū est vitæ & corporis incolumitati exigit, audiendus est, secus alias. Quod si extra tēpora ieiunii id obseruandum est, a fortiore in dieb⁹ ieiunii, in quibus si venter esuriat, aliquid indebitū, aut ante horam debitam exigendo, non exaudiat improbus exactor. Ex his tamē nullo modo sequitur esse necessariū in die ieunii esurire, vt constat. ¶ Ad quartum, mysticum sensum, vt ibidē tactum est, sequēdo, dicendū, hostes spirituales animarum duplices esse. Quidā sunt intranei & coæui, sine q̄bus humana natura nō subsistit, vt fomes seu carnis cōcupiscētia, aliq̄ q̄litates connaturales, quæ ad ea quæ sunt carnis inclinare solent, Et tales hostes nō tenemur perimere, cum perimi sine natura non possint: sed tenemur eos cohibere, & prout possum⁹ extenuare, atq; subiicere. Alii sunt animarū hostes extranei seu aduentitii, quales sunt peruersæ consuetudines, atq; vitiosi habitus, ex prauis moribus acquisiti: & hos debemus eradicare, & prout possumus perimere. Hi sunt, qui per Gabaonitas intelligi possunt, qui nō erant filiis Israel cōnaturales, sed illis extranei. ¶ Ad quintum dicendum, vt alibi dixi, intentionem præcipientis duplicem esse, est enim quędam obiectiua, quędam vero finalis. Prima, respicit id, ad quod obligare intendit. Secunda, respicit finem seu effectū, quē vellet ex obedientia prouenire. Ratio autem cum regula iuris allegata procedit de intentione obiectiua, secundum quam præcepta sunt obseruāda, nō de finali, vt sæpe tactum est. Q̄z si ecclesia per ieiunia ab ipa instituta intendit corporis afflictionem, & pro peccatis satisfactionem deiq; placationem, hæc tamē omnia ad finalem intentionem pertinent, quæ sub præcepto non cadit.

¶ De necessitate seruandi ieiunia ecclesiastica.

Deinde solet quæri, an sit necessarium sub pœna peccati mortalis ieiunia ecclesiastica obseruare. Et pendet quęstio ex hac, an scilicet ecclesia possit ad sua statuta fideles sub pœna peccati mortalis obligare. In qua quęstione apertus est error quorundam tenentium partem negatiuā, qui de mādatis ecclesiasticis nō esse curādū dicunt, sed solū de diuinis. Ad quod dicēdū mouentur ex eo, quod habet Deutero. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor. Et cap. 12. Quod p̄cipio tibi, hoc tātum facito, nec quicquam addas. Vnde colligūt, sola diuina mādata seruanda, nec his alia humana superaddēda esse. ¶ Deinde legem euāgelicam dicunt hominibus ad salutem sufficere: ac proinde nō esse necessarium hominum mandata seruare. Vnde quod dicitur Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Lucæ. 10. cum de mandatis diuinis sermo esset, dixit, Hęc fac, & vives. Videtur significare hominibus sufficere, si dei mādata seruent. ¶ Preterea videtur dominus per Esaiam. 29. cō q̄ri, q̄ homines humanas traditiones seruent, ait enim. Sine causa colunt me, docētes doctrinas & mādata hominū. Quod etiam citat Christ⁹. Matth. 15. Hæc & alia solent pro se hæretici citare, prætendētes hominibus nō esse necessarium humana seruare mandata.

¶ Quidquid sit de his & aliis p̄ eos allegari solitis, dicendum ad quæstionem, eā esse æquiuocā. Potest enim dupliciter intelligi. Primo, An prelati possint propria autoritate ad aliqd sub pœna peccati mortalis obligare. Et dicerem q̄ non, sed dei autoritate illis in hac parte commissa. Solius enim dei est, aliquid sub tali pœna instituere, sicut & ipsius est pœnam æternam trās-

nam tranſgreſſoribus infligere. Sicut & eiuſdem ſolius eſt ſacramenta inſtituere, cuius eſt gratiam ſacramentalem efficaciter præſtare. Poteſt ſecundo quæſtio intelligi, An prelati eccleſię poſſint dei auctoritate aliqua inſtituere, quorum tranſgreſſores, pœnam æternam incidere mereantur. Et ſic nō dubium eos poſſe ad aliquid ſub pœna æterna obligare, Nec dubium oppoſitam aſſertionem erroneam/& hæreticam eſſe. ¶Id autem breuiter oſtendo ex illo Lucæ.10. Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me. Et Matth.10. ait Chriſtus. Amen dico vobis quicunq; non ſuſceperit vos, nec audierit ſermones veſtros, tolerabilius erit terrę Sodomorum & Gomorreorum in die iudicii. Et Matth. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Et iterum Matth.23. Super cathedrā Moyſi ſederūt, & q̄cunq; dixerint vobis, facite/& ſeruate. Ex quibus patet prelatos eccleſię habere a Chriſto autoritatem, qua poſſint aliqua inſtituere & præcipere, quę a fidelib9 ſub pœna peccati mortalis ſunt obſeruanda. ¶Hoc etiam idem confirmatur ex illo Deutero.17. Qui autem noluerit obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo ex decreto iudicis morietꝰ homo ille. Mortem autem tunc nemo merebatur, niſi pro peccato mortali. Q2 ſi hāc poteſtatem habuerunt ſacerdotes legis veteris, cur non eādem habebūt ſacerdotes ſummi legis nouæ? ¶Hoc rurſus aperte patet ex Paulo ad Ro.13. Oīs anima poteſtatib9 ſublimioribus ſubdita ſit. Nam omnis poteſtas a domino deo eſt. Et qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit, Qui autem reſtiterit, iudicium ſibi acquirit. Et ſequitur, Qua propter oportet ſubditos eſſe nō ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. Vnde aperte docemur, nos teneri ad obediendum ſuperioribus etiam laicis nedum prælatis ſub pœna iudicii & damnationis. Ac proinde, qui in hac re contrarium aſſerunt, non ſunt permittendi. Nec opus eſt ad rationes ſupra pro hæreticis factas reſpōdere, cum facilis ſit earum ſolutio.

VNt autem alii doctores, catholici quidem, ſed in hac re non longe a præfato errore recedentes, qui dicunt eccleſiā poſſe obligare ſub pœna peccati mortalis, ſed cum moderamine quodam, tunc ſcilicet, quando aliqua ſtatuunt/aut iubent ſecundum legem diuinam, ſcilicet vel eam declarando/vel eam ad tempus aliquod/vel modum aliquem limitando: & talis lex humana non erit in caſu pure humana, ſed mixta cum diuina. Q2 ſi aliqua talis pure humana ſit, illam dicunt non poſſe quenq̄ ſub pœna æterna obligare. Huius rationem aſſignant, quia ſolus ille poteſt legem facere ſub aliqua pœna obligātem, qui poteſt pœnam illam tranſgreſſoribus infligere. Cum ergo pœnam æternā nō homo ſed ſolus deus poſſit peccatorib9 infligere, ſequitur ſolum deum ſuis legib9 poſſe homines ſub pœna ęterna obligare. Ac proinde lex pure humana/aut pure naturalis ſub pœna huiuſmodi quenq̄ obligare non poteſt. ¶Quidquid ſit de huiuſmodi poſitione, quam video doctores graues tueri, videtur ad præſens vel eam in re nil a communi poſitione differre, vel falſam eſſe. De qua cum alibi latius quod videbatur dixerimus, breuiter nunc eius falſitas poteſt oſtendi. Tum, quia tributa & vectigalia ſub pœna peccati mortalis ſunt dominis, quibus debentur, ſoluenda, vt docet Paulus ad roma. 13, ſubinferens, Reddite igitur omnibus quæ ſua ſunt: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal. Eſto q̄ alias talia tributa non eſſent ſecundum legem diuinam ſoluenda. Tum etiam, præcepit angelus vxori Loth, cum incendium illarum quinq; ciuitatum fugiebat, ne retrorſum aſpiceret. Reſpiciens autem, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Quod tamen fuit illi non ſecundum legem, ſed præter legem mandatum. Tum etiam. 1. regum, 14. præcepit Saul, ne quis comederet quicq̄ vſq; ad veſperam, guſtauit Ionathas filius ſuus parum mellis, & deus iratus eſt: tamen mandatum Saulis non ſecundum legem dei, ſed præter eam datum fuit. Tum etiam Paulus ad roma. 1. inter eos qui digni ſunt morte, annume

rat filios parentibus inobedientes. In quo satis consonat ei, quod habetur Deutero. 21. Si genuerit homo filium contumacem aut superbum, & non audierit patris aut matris imperium, lapidibus eum obruet populus. Non igitur dubitandum est, errorem esse dicere non teneri subditos suis maioribus sub pœna peccati mortalis obedire, cum legis aut præcepti materia postulauerit. Sed nunc satis sit hæc obiter tetigisse.

¶ Ratio autem pro Gersonis sententia supra adducta, qui fautor est illius sententiæ, facile soluitur. Quod enim dictum est, Nemo potest legem facere sub aliqua pœna obligantem, nisi qui pœnam illam potest transgressoribus infligere, veritatem habet de his, qui propria seu humana/& non potius diuina autoritate leges faciũt. Prælati autem, immo & principes seculares, ex quo legitime sunt ad dignitatem promoti, a deo habent autoritatem, qua leges huiusmodi pœnales possint instituere, vt ex supra allegatis patet. Pro quo & exempla faciunt. Nam papa habet potestatem instituendi, ꝙ qui tale, vel tale opus fecerit, veniam omnium suorum peccatorum consequatur. Cum tamen non Papæ, sed dei sit venia m huiusmodi præstare. Similiter prælati potestatem habent a Christo aliquid statuendi sub pœna excommunicationis, & tamen effectum excommunicationis qui inter alios est, multis spiritualibus bonis hominem priuari non ad Papam, sed ad deum efficere spectat. Ita igitur dei autoritate fit, vt possit ecclesia statuta facere obligantia sub pœna ęterna, etiam si ecclesia per se talem pœnam infligere non possit, & ita tenẽdum est. ¶ Pro quo vltra ea quæ allegata sunt, facit Augustinus ad Bonifacium comitem, dicens. Qui legibus imperatorum, quæ pro dei voluntate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Et idem ad Casulanum presbyterum. Et habetur distin. 11. cap. In his, ait. In his rebus, de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei & institutia maiorum pro lege tenenda sunt. Et sequitur. Sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Facit etiã Leo papa, vbi supra, cap. Hoc vestræ, dicens, Inultum post hoc esse nõ poterit, si quis ꝙ apostolicas regulas in aliquo crediderit esse negligendas,

Verum est tamen agnoscere quę statuta ecclesiastica obligant sub pœna peccati mortalis. Qz enim omnia sub hac pœna obligent, non est verisimile, nec asserendum: quandoquidem non sunt humana statuta magis priuilegiata, ꝙ statuta seu mandata diuina. Cõstat autẽ non omnia mandata diuina obligare sub pœna peccati mortalis, sicut nec omnia iuris maturalis mandata: quale est mandatum / seu lex de non mentiendo, quæ naturalis est, & in literis sacris expressa. Leuit. 19. vbi precipitur, Non mentiemini, Nec ꝙ decipiet quis proximum, &c. Et tamen multa sunt mendacia, quæ venialia sunt. Talis etiam est lex de nõ dicendo verbum ociosum, de qua Matth. 12. dicitur. Omne verbum ociosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Omne etiam peccatum diuinæ legis, præuaricatio est, iuxta illud psal. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Vnde & peccati diffinitio, talis comprobata est. Peccatum, est dictum / vel factum / vel concupitum contra legem dei. Et tamen certum est, non omne peccatum esse mortale. Ac proin de si non omne peccatum contra legem naturalem & diuinam commissum, est mortale: nec omnis legis diuinæ præuaricatio mortalis est. A fortiori igitur non omnis præuaricatio humanæ legis erit mortalis: & ita non omnia mandata/ seu statuta ecclesiastica obligant sub pœna peccati mortalis.

¶ Vt igitur quodammodo agnoscamus, quando humana statuta seu leges obligãt sub pœna peccati mortalis, hoc documẽtum potest deseruire, scilicet recurrẽdum est ad intentionem legislatoris, & ad materiã legis, & ad verba ipsius, si sint præcepti ua/nec ne. Quod documẽtum sumptum est ex Clementina, Exiui de paradiso, de verborum significatione. vbi Clemens papa exponendo regulam minorũ, quando scilicet, & ad quæ sub pœna mortalis peccati obligat, hoc præmisso, vtitur documento.

cumento. ¶Si enim de intẽtione legislatoris cõstat ad quid, & quomodo obligare intenderit: tunc facile est scire, quod quęritur. Cuius ratio nota est, quia leges humanæ ex legislatoris intentione vim obtinere videtur. Si enim Legislator legem ferens, intentionẽ obligandi non habeat, lex ipsa obligatoria nõ erit. Vt si superior aliquid iubeat sub pœna excõmunicationis, animum tamen ligãdi non habens, non erit subditus ligatus, si id, quod sibi iussum est, prætermittat. Ad hunc modũ de aliis. ¶Si autem de legislatoris animo non cõstat, ad verba legis recurratur, hæc autem possunt esse pręceptiua. Vt si sonet lex/ pręcipimus/iubemus/ sub pœna inobediẽtię iniungimus, aut aliis huiusmodi verbis vtatur: & tunc ex cõmuni sententia lex illa obligat sub pœna peccati mortalis. Possunt etiã verba legis esse non formaliter præceptiua, sed pręceptiuis ęquipollentia, vt si sonet lex, debet / opportet/ non licet, aut aliis verbis vtatur, quæ necessitatem denotent: & tũc lex obligat, ac si pręceptiua formaliter esset. Possunt etiã esse verba legis communia, vt si lex sonet statuimus/volumus/ordinamus. &c, tunc videatur quæ pœna transgressoribus apponit, scilicet leuis/aut notabilis, vt illud statuatur sub pœna mortis, aut perpetui carceris, aut excommunicationis irregularitatis, suspẽsionis, degradationis, priuationis ecclesiasticę sepulturę. &c. Et tũc cũ huiusmodi pœnæ non nisi pro mortalibus infligantur, satis notum erit, tales leges obligare sub pœna peccati mortalis. ¶Si nec de intẽtione legislatoris sufficiẽter constet, nec ex verbis legis, nec ex pœna apposita, quia forte nulla apponit, sed lex tantum verbis communibus vtit, ita vt dubitet an obliget sub pœna peccati mortalis: tunc ad materiam legis videtur recurrẽdum: nam potest esse tantæ importantiæ id facere, quod lege huiusmodi statutum est, vt omissio ipsius sit valde periculosa. Et tunc putandum est tale decretũ seu statutum obligare sub pœna peccati mortalis. Potest econtra esse adeo leuis materia, vt nullum quasi periculum sit, id quod statutum est prętermittere/ & tũc non erit huiusmodi statutum taliter obligatorium. Hæc in genere dixisse sufficiat, prout ex præfata Clementina & communi doctorum sententia colligi potest. Fateor tamen difficile esse de singulis iudicare. ¶Q; si quis post hæc omnia perspecta maneat adhuc de vigore ipsius legis dubius, an scilicet obliget sub pœna peccati mortalis/an non, tunc ipsa conscientia dubia, quæ temere deponi non debet, faciet ipsi dubitanti legem: tũc enim id agat & teneat, quod tutius esse cognouerit, ne conscientiæ propriæ contrauenięndo, ędificet ad gehennam,

IAm ad id, quod principaliter quęrebatur de necessitate seruãdi ieiunia ecclesiastica sub pœna peccati mortalis, video nonnullos doctores ad id declinare, vt dicant, non esse peccatum mortale ea non seruare, nisi ex cõtemptu omittant. E quibus videtur esse Caietanus, qui ad id discendum inde mouetur, quia vt ait, in iure nullum ponitur verbum præceptiuũ respectu ieiunii ecclesiastici. Quam sententiam nõnulli post ipsum defendere sæpe conati sunt. Contra quos videtur oppositum esse tenendum. Primo ex dictis sanctorum, vt supra citauimus. Dixit Ambrosius de ieiunio q̃dragesimali loquens, q; qui illud soluit, legẽ dei soluit/ & scindit. Dixit idem simul & Theophilus Alexandrinus, & sanctus Maxim9, q; ieiuniũ quadragesimale nõ est ab hominibus adinuentum, sed diuina maiestate præceptũ. Et iterum. Qui quadragesimam soluũt, non tam sacerdotes, q; deum contemnũt: deum autem contemnere, peccatum mortale est. Dixit Augustinus. In aliis temporibus anni ieiunare, meritum est: in quadragesima tamẽ non ieiunare, graue peccatum est. ¶Secundo idem ratione patet, ex eo, quod habetur Leui. 23. Omnis anima, quæ se non afflixerit die hac, peribit de populo suo. Et loquitur de ieiunio seu afflictione, quæ per ieiunium fit. Si igitur ieiunium legale obligabat ad sui obseruãtiam sub pœna peccati mortalis: igitur etiam ieiunium nouæ legis, cum nec minoris vtilitatis/ aut necessitatis / aut autoritatis sit, q; illud, ¶Tertio, Ad propositum documẽti propositi loquendo, idẽ apparet, quia decreta ecclesiæ de ieiuniis seruandis, & si formaliter verbis præce-

Barba. 1619. C notauit

pluis non vtantur, vtuntur tamen verbis eisdem æquipollentibus. Patet hoc de consecra. distin. 3. capi. Non licet. Et cap. Non oportet. vbi dicitur, q̄ non licet soluere ieiunium quintæ feriæ hebdomadæ sanctę, sed totam quadragesimam ieiunare oportet. Et infra ait, Oportet totos dies ieiunare, & aridioribus cibis vti. Verba autem hæc scilicet / non licet / & oportet / necessitatem important, vt videtur. & cap. Quadragesimam. de consecra. distinctio. 5. idem innuitur. Imo illic vtitur decretū verbo præceptiuo / seu imperatiuo. Nam ait, q̄ quadragesima summa obseruatione seruanda est, & addit, q̄ nullatenus soluatur, nisi necessitas infirmitatis compellat. Ecce verbum præceptiuum. Et infra dicitur. Ieiunia a sacerdotibus instituta non soluantur, nisi propter necessitatem rationabilem. In quibus omnibus sufficienter significatur præceptum esse necessario seruandum de ieiunando. Hoc idem ait Clemens in Clementina Exiui. Quęritenim, An religiosi deobligētur a cæteris ieiuniis, si ieiunia regulæ seruent. Respondet q̄ non inde liberantur à ieiuniis ecclesiasticis, quæ cæteri Christiani seruare obligantur. Vbi declarat fideles obligari ad obseruantiam ieiunii, & hoc ait, loquens de his, quæ obligant sub pœna peccati mortalis.

¶ Quarto hoc idem ex conciliis colligi posse videtur, Vnde in concilio Brachareñ. anathematizantur, qui in feria quinta hebdomadæ sanctæ veniunt ad ecclesiam, soluto ieiunio, cum tamen maior occasio esset illa feria ieiunium soluendi, q̄ aliis diebus, eo q̄ Christus illa die cœnam fecit cum discipulis suis. Similiter in concilio Gangreñ. anathematizātur, qui dicunt ieiunia ecclesiæ non esse de necessitate seruanda. Similiter in Clementina de hæreticis. Ad nostrum. Inter alios errores Beguinarū & Begardorum hic est vnus, vt ieiunia ecclesiæ non sint de necessitate a viris perfectis seruanda. Si igitur merētur anathematizari, qui ieiunia ecclesiastica non seruant, eaq̄ non esse seruanda asserunt: consequens est mortale peccatum esse ea non seruare, vbi causa legitima violantem non excuset.

¶ De cōsuetudine legem ieiunii dissoluente.

Sed quæret aliqs, An huiusmodi ieiunādi necessitas tollatur per contrariam consuetudinē. Et pro parte negatiua arguitur, quia talis consuetudo contra regulam ecclesiasticam inducta / est irrationabilis & vitiosa, & a vitiosis atq̄ gulosis hominibus introducta: talis autē corruptela est / non consuetudo, & ita non debet habere vim contra ius: sicut nec lex aliqua vim haberet, nisi iusta esset / & rationabilis. In hoc enim non debet consuetudo esse magis priuilegiata, q̄ lex. ¶ Hoc patet ex cap. Ex parte. Et cap. Cum'quanto. extra. de consuetudine. Vbi dicitur, q̄ nulla consuetudo nisi iusta / & rationabilis sit, potest iuri positiuo præiudicare. Idem etiam videt ex distin. 11. cap. Consequens, vbi in summa habetur, Non potest in statutis pontificum cōsuetudo cuiusq̄ refragari. Et cap. Consuetudinis. ibidem in summa dicitur, Non pōt vsus & cōsuetudo legem & rationem vincere. Et ita videtur, q̄ soluentes ieiunia, quę ab ecclesia tā sancte & religiose statuta sunt, nō possunt per contrariam consuetudinem excusari. ¶ Secundo pro eadem sententia facit. 11. distin. In his rebus, vbi dicitur. Sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinū coercendi sunt. Et. 19. distinct. Sic omnes, dicitur. Omnes sanctiones apostolicæ accipiendæ sunt, tanq̄ ipsius Petri diuina voce firmatæ. Ex quibus apparet, ecclesiasticas sanctiones ita debere ab hominibus obseruari, sicut diuinæ leges. Ergo sicut qui diuinas leges violant per oppositam cōsuetudinem & vitiosam nō excusantur, ita nec qui ecclesiasticas institutiones præuaricantur. Vnde. 25. q. 1. decernitur, vt execrandum anathema sit, & velut præuaricator fidei catholicæ apud deum reus existat, quicunq̄ regum / vel episcoporum seu potentum deinceps Romani pontificis decretorum censuram in quocunq̄ crediderit / vel promiserit violādam. ¶ Tertio facit ratio. Nam demus consuetudinem illam cōtra legem de ieiu-

nando pau

nãdo paulatim introductam esse, ꝙꝛ ab initio fuerit vitiosa, vti fuit, eo ꝙ contra legem iustam: iam sequit, ꝙ si primi actus, per quos lex violatur sunt vitiosi, similiter ergo & secundi actus erunt vitiosi, similiter & tertii, & sic consequenter. Id patet, quia posteriores actꝰ sunt similes prioribus, vt suppono. Sunt æque contra legem de ieiunando, vt suppono: ergo sunt æque vitiosi sicut priores, cum eadem sit in vtrisq; malitiæ ratio. Confirmari hoc potest, quia non est rationabile dicere, ꝙ homo cum primum cõtra legem peccat. nõ excusetur, & ꝙ in eodem peccato perseuerando excusetur: quandoquidẽ perseuerantia in peccato & in præuaricatione contemptum auget, & culpam non minuit, vt suppono. Si igitur homines in initio ieiuniũ ecclesiasticum violantes peccant: igitur a fortiore peccabunt, si in eadem violatione diu perseuerent, & ita consuetudo illa nõ excusat a debito ieiunãdi.

¶ His non obstantibus aliter videtur dicendum: sed quoniam sermo de consuetudine diffusior est, q̃ꝑ præsens exigat dubitatio, ideo breuiter ad propositum loquẽdo dicendum, consuetudinem sæpissime legem inualidare, seu homines ab obseruantia legis excusare. Inde enim doctores cõmuniter excusant fideles, qui iuxta morem & cõsuetudinẽ patrię in die ieiunii lõgiores collationes facit, siue olera sumãt, siue electuaria, siue etiam fructus aliquos, aut etiam panem vel solum, vel simul cũ fructu alicuius arboris. Inde etiã Mediolani excusantur a peccato, non ieiunantes primis quatuor diebus quadragesimæ, idq;, qa nõ est illis in cõsuetudine. Quod quidem argumẽtum est, pro eo, quod supra dixi, quadragesimale hoc nostrum ieiunium non esse de iure diuino. Inde etiã in diebus rogationum præualuit consuetudo, cum olim statutũ fuerit, vt illis diebꝰ homines ieiunarẽt, de cõsecra, distin. 3. capꝫ. Rogationes. Inde etiam excusantur multi a solutione decimarum quarundã rerum, prout in diuersis regionibꝰ aut locis sua viget consuetudo. Quemadmodum ob eandem consuetudinẽ alicubi homines ab obseruantia multorum festorũ excusantur, qualiter alibi nõ excusantur. Inde etiam excusant homines refectionẽ ante horam vesperorũ sumentes: trecenti enim anni adhuc nõ sunt, ex quo hora prãdii in ieiunio erat hora tertia post meridiem. Nunc autẽ religiosi aliqui etiã multum ante meridiem æstiuo tempore & in quadragesima videnꝫ comedere, vt refert Caietanus. Inde etiam excusantur Britones, qui in quadragesima butyro vtunꝫ, vbi talis viget cõsuetudo, aut ouis, aliisq; ex carne originẽ trahẽtibus: cũ tamen oppositũ sit iure statutũ, distin. 4, ca. Denicq;. Inde clerici excusanꝫ a ieiunio septẽ hebdomadarum (addidit enim Theleſporus quadragesimæ hebdomadam septimam, vt habetur distin. 4.) Inde in nonnullis locis homines in die sabbati carnes comedẽtes excusantur, cũ tamen olim Grego. ab illis abstinendum instituerit, de consecra. distin. 5. capꝫ. Quia dies. Sicut & Leo quartus, instituerat a carnibꝰ abstinere i feria. 4. & .6. Et tamẽ in oppositũ valet cõsuetudo de cõsecra. distin. 3. capꝫ. de esu carnium. In quibus omnibus & multis aliis prçientẽ materiam concernentibus, non tam rigorem legis aut constitutionum, q̃ꝑ patriæ morẽ & consuetudinẽ seruare oportet.

¶ Facit pro hac sentẽtia, ꝙ vt ait Augustinus, & habetur in decreto, distin. 4. Leges non obligant, nisi sint vtentium moribꝰ approbatæ, ait enim, Leges instituuntur cum promulgantur, firmãtur, cum moribus vtentium approbãtur. Et sequitur ad propositum. Sicut enim moribus vtẽtium in contrarium nõnullæ leges hodie arrogatę sunt, ita moribus vtentium ipsę leges firmantur. Inde ieiunium septẽ hebdomadarum obligatorium nõ fuit, quia vt ibidem dicitur, non fuit vtentium moribꝰ approbatũ. Inde etiam statutum de abstinẽdo a carnibus in dominicis diebꝰ quadragesimæ olim obligatorũ nõ fuit, quia non fuit vtentiũ moribus approbatum, vt ait Grego. in epistola ad episcopũ Angforũ, Et habetur ibidẽ capꝫ. Denicq;. Cum ergo consuetudo populi nõ minorem vim habeat ad legem positã abrogãdum, q̃ ad eius vigorẽ impediendũ, sequitur legẽ de ieiunando vim per contrariam cõsuetudinẽ amittere posse, et ita intentũ.

¶ Facit denicq; ratio, qa humanæ leges ex institutione robur accipiũt, vt supra tetigimus: ac proinde si legislator cũ legẽ facit,

animum obligandi non habet, non obligat lex: ita posit legem instituta si animum obligãdi deponat, similiter nõ amplius obligabit lex. Cũ igitur inducta cõsuetudine legi contraria, sciẽte legislatore, & non contradicente, nec inobedientes puniente, iuste præsumatur legislatorẽ legis rigorẽ relaxare, perinde igit̃ est, ac si dispẽsaret, aut legem reponeret, & ita fit, vt per huiusmodi consuetudinem homines ab humanis legibus excusentur.

¶ Quib⁹ prẽmissis facile est ad rationes priores respondere. Ad primum, in quo quærit̃ de vitiosa cõsuetudine, quã habeat vim. &c. dicendũ, ꝙ cõsuetudo duplicem solet habere vim, scilicet, nouã obligationem inducẽdi, & priorẽ obligationẽ legis remouẽdi. Ad hoc ꝙ obligationẽ inducat, oportet ꝙ sit rationabilis & præscripta, & talis consuetudo æquiparatur legi, quæ nisi iusta sit, lex esse nõ potest. Et hæc consuetudo est, quę dici solet, Ius quoddã esse in vsu, nõ in literis cõtentum. De qua consuetudine loquunt̃ sępe iura & sancti, vt est illud Augustini, & habet̃. 11. distin. vbi ait. Ecclesiasticarũ institutionũ quasdã in scriptis, quasdã vero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam vero consuetudine roboratas approbauit vsus. Et sequit̃ ad propositum, quib⁹ paritus, & idem vtriusꝙ pietatis debetur affectus. Ad hoc autem, ꝙ consuetudo priorem legis obligationem tollat, nõ opus est, ꝙ sit rationabilis & præscripta, satis est, ꝙ per tãtum tempus sit huiusmodi consuetudo inducta & obseruata, vt ad notitiã maiorũ peruenerit, qui cum eam sciant, minime contradicunt, cũ commode, si vellent, cõtradicere possent, & prẽuaricatores punire: quod quia nõ faciũt, iuste pũsumitur eos legis rigorẽ velle amouere. ¶ Vnde fit, ꝙ ad tollẽdum vim legis humanæ, impertinens est consuetudinẽ contrariã vitiosam esse, aut rationabilẽ: quia quod per se facit ad legis amotionem, non tam consuetudo contraria est, ꝙ animus legislatoris cõsuetudini consentientis. Quod autẽ iura dicũt, scilicet ꝙ cõsuetudo nisi rationabilis & prẽscripta sit, legem vincere non potest, nec statutis pontificum præiudicare. &c. procedit de cõsuetudine inducta & seruata, nescie-

te superiore, cuius est legem facere/& reuocare, Nam eo id nesciente, necessarium est consuetudinem contrariam iustam esse & rationabilem, & per maius tẽpus præscriptam, vt legem vincat. Secus de consuetudine maioribus scientibus introducta & obseruata, Sic etiam accipiendum videt̃, quod ait Tho. ad propositũ dicens, Q⁹ si eadem legis ratio permanet quę prius, nõ vincitur per contrariã consuetudinem superuenientem: sed nõ obstante huiusmodi consuetudine, manet lex in suo vigore. Intelligitur, si legislatore ignorante sit talis consuetudo introducta: nam si eo sciente & consentiente, etiam si eadem legis ratio permaneat, lex ipsa vim suam amittit. ¶ Ad secundum dicendũ, illa omnia procedere, humanis legibus aut constitutionibus in suo robore pmanentibus, quod fit, quandiu legislatoris intentio eadem obligandi manet simul & ratio legis: tunc enim tenemur obedire, ac si diuina esset lex, vt supra deduximus. In casu autem nostro secus, quia per consuetudinem a prælato scitam, tollitur vis & robur ipsius legis. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio procedit, si durante vitiosa consuetudine permaneret eadem ratio legis simul & legislatoris intentio: tunc enim quo diutior esset consuetudo, eo peior esset, & per consequens non excusaret culpam, sed aggrauaret. Attamen in casu, cum non maneat eadem superioris intentio obligatoria, vt ex dictis apparet, ideo non mirum, si in consuetudinis initio homines non excusentur a culpa inobedientiæ: excusentur autem, postꝙ fuerit consuetudo sufficienter continuata.

¶ De his, qui ad

ecclesiastica ieiunia tenẽtur.

Lege tamen de ieiunando in suo robore permanẽte, esset quæstio qui sunt, qui ad ecclesiastica ieiunia tenent̃, & qui non. Ad quod breuiter dicendũ, ꝙ de iure omnibus christianis sunt ecclesiastica ieiunia iniũcta. Et ita omnes cuiuscunꝙ status & conditionis sint, ad illorum obseruantiam tenentur, exceptis his, qui iustam habent excusationem. Causæ autem huiusmodi

excusantes

excuſantes, reducuntur ad duas puta ad ne ceſſitatem & pietatem. Ob neceſſitatem quidem excuſant infirmi, pueri, & ſenes, & pauperes/qui in hora prandii nō habēt id, quod illis ad vnicam & integram refe ctionem ſufficit. Similiter & prægnantes, & lactātes. Similiter & corporaliter labo rantes, quib⁹ ſcilicet eſt neceſſariū labora re, vt ſibi & familiæ ſuæ debite ſubuenīāt, aut vt ſtatum ſuum ſeruent, aut vt notabi lia damna in perſona/fama/aut bonis tem poralibus euitent, & alii huiuſmodi, de quib⁹ vnica videt eſſe ratio, quia his om nibus neceſſarium eſt frequēter in die co medere, vt debitū corpori alimentū pre beant. Pueri enim, & ſenes, & infirmi/ob roboris aut caloris debilitatem, indigent pluries comedere: quib⁹ vnica refectio in die/aut nō ſufficeret/aut noceret, vt cōſtat. Idem patet de pauperib⁹ in caſu dicto, & de prægnantibus, atq; lactantib⁹ quæ ci bo proſe & fœtu ſeu paruulo, quē lactāt, indigent. ¶ De pueris tamē ante cōpletū trinū ſeptēnīū, nō placet omnib⁹ eos omni no a ieiunio excuſare, tum, quia in illa æta te poſſunt & ſolent multa carnalia vitia cō mittere, ratione quorum opus eſt eis flere, & deo pro peccatis ſatisfacere, & carnē ſpi ritui ſubiicere: ſicut & aliis adultę ętatis id opus eſt, ac proinde debēt ſicut illi ieiuna re. ¶ Tum etiam, quia & ſi ieiuniū quadra geſimale integrū ſeruare nō poſſint, poſ ſunt tamen certis diebus ieiunare, ſine cor poris aut ſanitatis detrimento: alioqui do ctores non conſulerēt aut docerēt, pueros eſſe aſſuefaciendos, vt aliquib⁹, q̄uis pau cis diebus ieiunent. Quę quidem doctri na ſi ſana & vera eſt, poſſunt igit̄ conuenīē ter aliquando ieiunare. Et ita quibuſdā vi ſum eſt, q̄ tenent̄ ſaltē ad ieiunia quatuor temporū, aut alia intra annū, & ad aliqua, q̄uis pauca, in quadrageſima, etiam ſi to tam quadrageſimā ieiunare nō teneātur. ¶ Deinde ſenibus non eſt determinatum temp⁹, quo incipiāt a ieiunio eccleſiaſtico deobligari, ſed attendenda eſt cōplexio, & corporis robur: & q̄diu hęc permiſerint ſenem illeſe ieiunare, tenet̄ ex ſententia do ctorū. Igit̄ nec etiā pueris eſt determinan dum tēpus, poſt quod incipiāt ad ieiunia obligari. ¶ Verū ex quo doctores pro ma iori parte ius de ieiunando ſta interpre tant̄, vt eccleſia per illud non intendat ani mæ aut corpori detrimētum inferre, nec intendat obligare ad ea, quæ cōmunem hominum facultatem excedunt, cōmu nem autē puerorum facultatē excederet, ieiunia eccl'iaſtica obſeruare, ſaltē ante tri nū ſeptēnīū: ſimiliter eorū debitū augmē tum ex relatu medicorū peritorū vt pluri mū trino indiget ſeptennio, quod quidē augmētū per eccl'iaſtica ieiunia veriſimili ter impediret̄: ideo putandū eſt hmōi pue ros ad ieiunia obligare minime intediſſe, non ſolū ad quadrageſimā, ſed nec ad alia ieiunia intra annū, etiā ſi accidat aliquos abſq; dāno poſſe q̄buſdā dieb⁹ ieiunare. De ſenib⁹ aūt ſecus eſt, qa natura nō deter minauit illis tp̄s defectus, quēadmodū de terminauit pueris tp̄s pfect⁹ atq; augmēti. Et p hęc facile eſt ad ratiōes in oppoſitū fa ctas reſpondere. Et q̄ q̄ nō ita in rigore ſit aſſerēdū, naturā terminū augmēti pueris ad certū tēpus prefigere, ſenib⁹ aūt tēpus defect⁹ certū minime p̄ſtituiſſe: aliquid tñ dandū eſt cōi in hac re peritorū iudicio. ¶ De his, qui corporaliť laborāt, vt ſunt artifices, & hi, q̄ agros colunt, &c. ſiue ex neceſſitate/ſiue ex voluntate laborent, ſiue ad damnū vitādū, ſiue ad lucrū quærēdū. ſiue pauperes ſint, ſiue diuites, iam nō du bitū eſt eos ob hmōi laborem ab eccleſia ſticis ieiuniis deobligari, ex quo Eugeni⁹ quart⁹, omnes illos ſimiliter laborātes, a de bito ieiunādi abſoluit. vt refert Baptiſta, verbo ieiuniū. §. 19. Et roſella, & alii ſum miſtę. modo cōſuetudinē patrię laudabilē obſeruent. Sic enim arbitror p̄fatas p̄ſo nas a iure ieiunādi deobligatas eſſe, vt cō ſuetudini poſtea obſeruatæ, ſe cōformēt. ¶ De infirmis autē, & ſenibus, & pauperi bus, & prægnātib⁹, & ſeruitoribus, cæte riſq; cauſam aliquā ad non ieiunādum ha bentib⁹, regula hæc videt̄ ponenda atq; ſeruanda. Q̄ tales nō excedāt regulā eccle ſiaſticā de abſtinētia in die ieiunii obſeruā da, vltra q̄ exigit cauſa, ob quam a ieiu nio recedunt. Alioqui ſi vltra excedunt, vi dentur peccare. Ratio huius regulæ eſt no ta, quia ſi quis neceſſitate a regula eccle ſiaſtica recedit, excuſationem habet, ſi au tem voluntate / non ita: igitur qui ob cau ſam recedit a regula pluſq; cauſa ipſa po ſtulat, in illo pluri nō neceſſitate/ſed volū

tate recedit: ac proinde illud plus ipsi videtur imputandū. Nam in illo pluri, in quo vltra exigentiam causæ a regula recedit, perinde est, ac si causam recedendi non haberet. Ita dici solet in dispensatione voti ob causam aliquam facta, si dispensatio causæ exigentiam excedat, non tenet in illo pluri huiusmodi dispensatio. Inde fit, vt præfatæ personæ non sint omnino a ieiunio excusandæ, sed causæ exigentia est attendenda, vt si infirmitas sit talis, quæ exigat infirmum bis/aut ter in die comedere, nō tamē causa illa exigat, vt carnes comedat, poterit quidem pluries comedere, non tamen carnibus vti. Aut econtra, si infirmitas talis sit, quæ vsum carnium exigat/ & non pluribus refectionib⁹, poterit carnibus semel vti, non tamen pluries comedere. Si enim in primo casu carnes comedat, aut in secundo pluries, iam id non ob causam agit, sed ob voluntatem: & ideo huiusmodi excessus venit eidem imputandus. Vnde fit sæpe in re hac medicos non carere culpa, cum id solum debeant infirmis in diebus ieiunii concedere, quod infirmitas postulauerit, & non indistincte eisdem indulgere: maxime cum multæ sint infirmitates, quibus abstinentia non solum non nocet, sed notabiliter auxiliatur, vt de se satis constat, & habetur ad hoc propositum de consecra. distin. 5. cap. Legim⁹. Idem de cæteris supra dictis posset & melius exemplificari. ¶ De mercatoribus, qui sępe iter agunt ad nūdinas & loca varia, si hmōi laborem suscipiāt ob necessitatē, quia non possunt aliter se & familiā sibi cōmissam sustentare, excusantur a ieiunio, modo seruent regulā positā, quia si cū suo itinere cōmode se compatit ieiunium, tenēt ieiunare: alioqui in tantū a regula ieiunii recedant, in quantū labor assumptus exegerit. Si tū laborent/aut iter agāt absq; necessitate, cū alioq sint diuites, sed lucrum quęrunt: aut iter possent differre/ quousq; ieiunii dies trāseat, &c. dicēdū, q; illi etiā laborātes, peccāt ieiunii soluēdo, quia tales non necessitate/ sed voluntate ieiunium soluūt. ¶ Si autem ex itinere notabile lucrum sperant, quod verisimiliter amitterent/si in ipsa die ieiunii non iter faciant, aut nō laborēt, videret alicui, q; peccant soluētes ieiunii, supposito, q; alioqui sint diuites, tum quia tales non nēcessitate/ sed voluntate ieiunium soluunt: quandoquidem lucro illo, quod prætendunt, nō indigēt. Tum etiam, quia tales videnē temporalia spiritualibus præferre. Tum etiā, quia quæ præcepta sunt, præferenda sunt his, quæ sunt voluntaria. Sicut & consilia intelliguntur, saluis præceptis.

¶ Hoc tamē non obstante, si in die ieiunii talis se illis offert opportunitas ad lucrum acquirēdum, qualem non alias pro certo sperant, excusandi sunt: nec deberent cōfessores ob id illis absolutionē denegare, si ab huiusmodi laboribꝰ & itineribꝰ abstinere nolint. Id apparet, quia ecclesia ieiunia instituens, nō intēdit homines ad ea obligare in tāto rigore, vt causa ieiunii/vel dāna notabilia sentiāt, vel lucra alioqui licita & iusta amittant. Id patet a simili, quia nō minus tenent homines ad obseruantiā festorum/ q; ieiuniorū: sed occurrente casu, quo ob festi obseruantiā/vel damnum paterentur/vel lucrum amitterent, excusant a festi obseruantia, vt patet cap. Licet. de feriis, vbi conceditē hominibus, q; in diebꝰ festiuis, oblata opportunitate alecia capiē di, qualis nō semp habet, ea capiāt. Similiter nō obstāte phibitione iudicibꝰ facta in die feriato iudicandi, concedit eisdē, vt tunc in simili casu iudicēt. Vt si res, de qua iudicatur, talis sit, quæ alioqui esset peritura. Ob id etiā concedit his qui in area triticū habent, vt in diebus feriatis oblata opportunitate ea faciāt, quæ alio tpore nō feriato facere potuissent: si timeāt alioqui rē perituram. Ita igit in proposito. Et reducit casus hic ad necessitatem. Tunc igit dicit necessitate ieiunii solui, quādo id necessariū est ad sui & suorū sustentationē, aut ad famæ, honoris, status, rerūq; habitarū cōseruationē, aut etiā ad bonū aliquod notabile acquirēdū/iustū/& honestū, ad quod non alias opportunitas speratur.

¶ Ad hanc causam necessitatis reducit casus, quo quis non potest cōmode debitū sine fractione ieiunii persoluere, siue sit debitū reale/siue personale/siue coniugale. Cuius ratio æque nota est, quia ecclesia ieiunia instituens, non ita obligare intendit, cū damno notabili proximi, quale fieret in casu creditori, vt patet. Et valet hoc pro filiis, & parētibus, viris & vxoribus, dominis

dominis & seruis, cęteris q̄ officialibus/ aut hominibus reip. obligatis. Valet & p cathedraticis & lectoribus conductis/ seu obligatis.

¶ Ad eundem casum reducitur, si maritus præcipiat vxori, vt non ieiunet, debet quidem parere, si ieiunium est voluntarium, vt marito complaceat. Si autem sit ieiunium ecclesiasticum, parere non tenetur, nisi ob causam, si forte inde scandalum mariti timetur, aut odium contra vxorem, aut aliud huiusmodi, erit tunc necessitas ieiunium differendi.

¶ Secunda causa soluēdi ieiunium est pietas, vt si quis aliquid faciat ob publicam vtilitatem, vti est/ prędicare etiam voluntate, aut peregrinari pro publica pace procuranda, aut inimicis reconciliandis, aut pro alio bono notabili procurando. &c. Tunc licitum est ieiuniū soluere, præsupposito, q̄ bona illa non poterunt per aliū æque commode procurari: q̄ q̄ opus ad id appositum tale sit, q̄ secum ieiuniū nō compatiatur. Ad id reducitur peregrinatio etiam voluntarie in cultum & honorem alicuius sancti assumpta, quæ secum ieiunium non compatitur, causa quidem est soluendi ieiunium, modo illa peregrinatio sine ieiunii solutione fieri nō possit, aut si differri nō possit commode. Huius causæ ratio etiam nota est, quia ecclesia nō intendit, cum ieiunia præcipit, impedire homines ab aliis piis operibus melioribꝰ & vtilioribus: ideo causa pietatis possunt ieiunia solui. ¶ Ambæ igitur causæ, scilicet, necessitas & pietas, sufficiunt ad humana præcepta fraugendum, vt etiam aperte habetur cap̄. Conquestus. de feriis. vbi istæ duæ causæ exprimuntur.

¶ Quęret hic aliquis, An aliqua ex prefatis causis existentibus, possit homo sine superioris licentia aut dispensatione ieiunium soluere. Respon. In hoc tenenda est communis regula a doctoribus communiter approbata, scilicet, si causa præfata est homini euidens/ aut certa/ certumq̄ sit eam esse vnam de his, quæ a debito ieiunandi excusant, non opus est alterius licentia aut dispensatione ad recedendum a ieiunio. Si autem causam sufficientem subsistere certum non sit, satis est homini sic dubitanti viros peritos adire, atq̄ fide dignos, & re illis exposita, si declarauerint causam sufficere, poterit sine superiorum dispensatione, illorum se iudicio cōformare. Si autem huiusmodi diligentia facta, res maneat sicut prius dubia, tunc ad superiorem adire oportet, & ab eodem dispensationē impetrare, & illi poterit in casu homo tute se cōformare. Citra prelatum aūt viri fidedigni, quorum iudicio poterit homo se in casu cōformare, sunt proprius sacerdos, si doctus sit, aut medicus/ si causa morbi sit, aut vir doctus ac literatus in huiusmodi casibus instructus, Nec in his est multum insistendum.

¶ De aliis autē, qui in diebus ieiunii illud obseruantes se ad luxuriā procliuiores sentiūt, siue ex naturali eorū cōditione, siue ex vitio, An ob hāc causam excusentur a debito ieiunandi. Similiter de aliis, qui vel ex natura/ vel vitiosa cōsuetudine adeo ad comedendū inclinati sunt, vt notabilē & magnā difficultatē in ieiunādo patiant̄, ita vt facile ad assueta tūc redeāt, An ob hāc causam sint a ieiunio de obligati, ab aliquibꝰ quęsitū est. Pro priorū excusatione facit, quia qđ p charitate institutū est, quale est ieiuniū, cōtra charitatē nō debet militare, sicut militaret, si ieiuniū eorū in casu cederet eis cōtra intentionē ecclesiæ ieiunia statuentis. Pro aliorum vero excusatione facit, quia ecclesię intentio ieiunia statuētis non est homines ad ea, quæ communem hominum facultatem excedunt, obligare: si autem omnes homines tam vehemētem difficultatem in ieiunando sentirēt, vt in casu positum est, nunq̄ ecclesia ieiunium de præcepto hominibus iniunxisset, cum id potius in laqueum/ q̄ in salutem cederet animarū. Igitur in casu præfati homines excusantur. ¶ Ad hoc breuiter dicēdū, p̄fatas causas nō sufficere illos a ieiunio excusare: sufficere tū, vt cū illis in ieiuniis dispēsetur. Id patet, quia ieiuniū de se nec primos ad malū inducit, sed potius cohibet, cū p se ad carnē subiiciēdā ordinet̄, nec p se difficultatē tantā ingerit, quā homo, si velit, euadere nō possit: quā doquidē deus nō patit̄ quēq̄ vltra q̄ pōtentari. Accidit igit̄ ieiunanti has inclinationes ad malū/ & difficultates ad bonū pati: ob ea autē, quę accidunt, nō opus est ab his, q̄ per se sunt, recedere, saltē in casib9 du

bil. Alioquí nec clerici, nec religioſi, nec alii caſtitatem vouentes, tenerentur cõtinere, cum accidat eos vehementes carnis inclinationes atq; difficultates in continendo ſentire. Cum illis tamen expediret diſpenſare, & eos paulatim ad ieunii abſtinẽtiam aſſuefacere, vt domitis carnis paſſionibus, facilius poſſint regulam eccleſiaſticam cuſtodire.

¶ De his autem qui iuſti & perfecti ſunt, an ob id a ieiunio excuſentur, vt nonnulli dixerunt, moti ex eo, quod ait Paulus, Iuſto non eſt impoſita lex. Et iterũ. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. &c. Verum hi audiendi nõ ſunt, cum in eo, quod aſſerunt, errent: & textus, quos afferunt, perperam interpretentur, vt alias oſtendim⁹. Quanto enim aliquis iuſtior eſt & perfectior, tanto magis ſolicitus eſt in obediendo deo, qui inter alia, hoc diſtricte p̃cepit, vt maioribꝰ & prælatis obediatur. Error eſt damnatus cap. Ad noſtrum. de hæreticis. Et alibi.

¶ Quando neceſſe eſt ieiunare.

QVo autem tempore ſit de neceſſitate ieiunandũ. Cum non minorem locum cõſuetudo teneat, q̃ ius, hanc autem in diuerſis regionibus & locis cõſtat eſſe diuerſam, ideo in hoc regula generalis dari non poteſt, ſed ad patriæ conſuetudinem recurratur. Et incolæ loci patrię cõſuetudini ſe debent in hoc conformare. Aduenæ autem ſeu forenſes aut peregrini tranſeũtes/ & reliqui, qui in locum illum conueniunt, nõ animo illic habitãdi, ſicut loci legibus nõ aſtringuntur, ita nec conſuetudinibus loci, excepto niſi cauſa vitandi ſcandalũ, aut alia vrgente ratione.

¶ Vnde correlarie ſequitur, vniuerſitatẽ non teneri ſtare cõſuetudini loci, ſicut nec legibus eiuſdem, nec econtra, cum diuerſæ ſint communitates, diuerſiſq; legibus gubernentur. Quemadmodum nec religioſi tenentur loci conſuetudinem obſeruare nec econtra. &c.

¶ His omiſſis occurrit dubium, An ſit licitum in diebus dominicis ieiunare, ſiue in quadrageſima, ſiue extra. Et dixerunt aliqui q̃ non. Ad quod mouentur ex decreto Melchiades Papæ. de conſecratio. diſtin. 3. Ieiunũ dominicę diei. vbi prohibetur in diebus dominicis ieiunare. Et cap̃. Ne quis ieiunet die dominica. & eſt Concilii Cęſarauguſtani, vbi idem videtur prohiberi, etiam ſub anathemate, ſcilicet ne quis in dominica die ieiunet propter timorem. Idem etiam in Concilio Gangren̄. prohibitum eſt, vbi dicitur. Si quis tanq̃ continentiæ conuenire iudicans, in die dominica ieiunauerit, anathema. Non igitur licitum in dominica ieiunare, nec in contemptum diei, vt ait Melchiades, nec propter timorem, vt ait Concilium Cęſarauguſtanum, nec propter cõtinentiam, vt ait Cõcilium Gãgren̄. igit̃.

¶ Secundo beatus Gregorius, in ſecundo libro dialogorum refert ſacerdotem quendam ad beatum Benedictum frequenter ieiunãtem fuiſſe diuinitus miſſum, & die quadam dominica eidem dixiſſe, hodie dies reſurrectionis dominicę eſt, non licet tibi abſtinere aut ieiunare. Vnde & Iſidorus ait, q̃ ſancti patres in deſerto tempore paſchali ieiunabant, excepta die dominicæ reſurrectionis. Beaꝰ etiam Tho. in. 4. ait, id minime conuenire Chriſtianis, quia vt ait Auguſtinus in lib. confeſſio. Turpe eſt parti, quæ ſuo toti non cõuenit. Modo autem tota eccleſia in huiuſmodi diebus ieiunium deſerit: igitur.

¶ Tertio facit ad idẽ, quod habetur apud Eſdram, Sanctus dies domini eſt, nolite contriſtari, ſed comedite pinguia. Si igitur tunc cum tempus eſſet vmbræ, in diebus, qui dies domini vocabantur, non erat licitum ieiunare, non igitur erit hoc licitum in lege veritatis in diebus dominicis.

¶ Reſpon, His non obſtantibus videtur, q̃ ieiunare in diebus dominicis de ſe non eſt illicitum, nec ſecundum ſe prohibitum, etiam ſi olim ob cauſam aliquam id prohibitum fuerit, & modo etiam ob eandem cauſam redderetur huiuſmodi ieiunium illicitum. Vnde notandũ, q̃ olim fuerunt hæretici quidam non credentes dominicam reſurrectionem. Hi autem videntes, q̃ catholici venerabant dię dñicã

ob dominicam

ob dominicam resurrectionem, ipsi ecō=tra ex odio resurrectionis, & in contem=ptum dñicę diei, die dominica ieiunabāt. Cui errori volēs ecclesia occurrere, statuit, ne catholici in huiusmodi diebus ieiuna=rent, vt esset differētia inter catholicorum & hæreticorum ieiunia. Et hęc causa aper=te datur in prefato decreto Melchiades pa=pæ. Idem etiam insinuat Concilium Cę=saraugustanum, vbi supra. Et cum addit/ ob causam timoris/ insinuat, q̄ satius erat illa die non ieiunādo pati, q̄ ob timorem hæreticorum eisdem contra ecclesiasticā regulam consentire. Itaq̄ vigente illa hæ=resi, habuit vim ecclesiæ decretum. Ho=die etiam ob eādem causam ieiunare esset illicitum, quia superstitiosum & hæreticū. Attamen si ex deuotione quis velit in do=minica ieiunare, sentiens in se carnem ad=huc contra spiritum rebellare, non est illi=citum, sed bonum, modo absit scādalum. Hoc patet ex decreto Hierony. Et habe=tur distin. 76. cap. Vtinā, vbi dicitur, Vti=nam omni tempore ieiunare possemus, sicut apostolos ieiunasse etiam in diebus dominicis in actibus apostolorū legimus. Hæc ille. Igitur certa est conclusio.

¶ Et per hæc facile est ad obiecta respon=dere. Quod enim ex Melchiade citatum est, procedit, quando quis in cōtemptum diei dominicę ieiunat ad modum hæreti=corum, quos diximus illis peccatum esse tunc ieiunare. Eodem modo dicatur ad Concilium Gangren. quod etiam ob hāc causam tantum videtur damnare ieiuniū huiusmodi, si scilicet fiat in contemptum diei dominicæ, etiam si prętextu continē=tiæ quis illa die ieiunet, modo in contem=ptū faciat, peccat. Nec valet replica Marti=ni, qua arguit, q̄ tunc non solum in domi=nica ieiunare peccatum esset, sed in qua=cunq̄ die quis ieiunet in cōtemptum diei peccabit. Non, inquam, valet, quia esto id verum sit: ecclesia tamen specialiter de do=minica die loquitur, quia tunc hęretici nō ita alios dies cōtemnebant, sicut diem do=minicā ob causam dictam. Adde, q̄ si de=cretū Melchiadis faueret Martino in hoc, q̄ non sit licitum in dominica ieiunare, eodem modo inde concluderetur, q̄ non sit vllo modo licitum feria quinta ieiuna=re, cum Melchiades ęque de feria quinta, & de dominica loquatur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ illud nō dic=tum fuit ad beatum Benedictū per mo=dum pręcepti sed consolationis, qua vo=luit dominus, vt sanctus ille recreationem aliquam acciperet, ieiunium interrumpē=do, saltem dominicis diebus. Nec Tho. ait ad id esse necessarium, sed conuenięs, pro=pter reuerentiam diei. Nec Augustini dic=tum contrarium probat. Turpe enim est parti, quæ suo toti nō conuenit, quādo ex=ptinacia, vel inobediētia, vel supbia a suo toto vult discrepare. Secus si causa subsit.

¶ Ad tertium dicendū, illud dictum Es=dręnon pręcepti sed indulgentię esse vide=tur, sicut aliud, quod ad beatum Benedi=ctum diximus esse dictum.

¶ De his: per quę ecclesiastici ieiunium soluitur.

DEinde quęri potest, quibus mo=dis, & per quæ soluuntur ieiu=nia ecclesiastica. Ad quod breui=ter dicendum, q̄ multis, scilicet volūtate, & opere. Et rursus ope=re tripliciter, vel quo ad meritum, vel quo ad intentionem pręcipientis, vel quo ad substantiam pręcepti. Et id iterum tripli=citer, vel comedendo pluries in die, vel ci=bis vetitis vtendo, vel horam notabiliter præueniendo.

¶ Voluntate dicitur quis ieiuniū soluere, qui & si cętera in re ipsa seruet, quæ de ra=tione ieiunii sunt, comederet tamē pluries si haberet, aut carnibus vteretur/ si posset. Et potest id fieri scienter vel ignoranter. Opere quo ad meritum frangit quis ieiu=nium, quando & si omnia seruet, quæ ius=sa sunt in ieiunio seruari, ieiunat tamē, vt videatur ab hominibus, aut in ipsa vnica refectione regulam temperantiæ excedit. Quo ad intentionem vero præcipientis dicitur quis ieiuniū frangere, quando & si cętera, q̄ de ratiōe ieiunii sunt, seruet, come=dit tamē pisces exquisitos, q̄ magis ad car=nis incendiū cōducūt, aut in collatione ele=ctuaria calida q̄rit ad idē cōducentia. Quo ad substātiā vero p̄cepti is dicitur ieiuniū frangere, qui aliquid ex tribus supra di=ctis, quę de ratiōe ecclesiastici ieiunii sunt, non seruat. Exempla sunt clara. Tunc au=

tem dicitur quis præcepto de ieiunando contrauenire, seu contra ieiunium peccare, quando aliquod illorum trium, quæ sunt de ratione ieiunii non seruat: econtra vero si illa tria seruentur, dicitur ieiunium ecclesiasticum obseruari. Vnde sicut intentio dei aliqua præcipientis non cadit sub præcepto, vt alias tetigimus, ita in præsenti intentio finalis ecclesiæ sub obligatione non cadit. Ac proinde si quis contra ecclesiæ intentionem aliqua in die ieiunii sumat alioqui licita, non peccat cõtra præceptum ecclesiæ, q̃uis possit alia via peccare cõtra legem diuinam aut naturalem, qua omnes turpes circunstantiæ in opere prohibentur.

¶ Correlarie sequit̃, si quis in die ieiunii, & tamen præter intentum, hoc est, non intendens ieiunare, illa tria opere seruet, talis quidem ieiunat, opere, non voluntate: & si sciẽter id faciat, peccat volũtate, nõ opere.

¶ Sequitur etiam, si quis in die ieiunii illa tria ex intento seruet, & tamen in vnica refectione quam sumit, regulam temperãtiæ per gulam excedit, satisfacit præcepto de ieiunando: quandoquidem sub illo præcepto non cadit quantitas refectionis, sed non vltra semel comedere, quanq̃ talis ieiunando per gulam peccet.

¶ Sequitur amplius, q̃ sumere aquã aut vinum ante aut post refectionem, similiter electuaria ante aut post per viam medicinę, non est ieiunium soluere quo ad substantiam præcepti, siue in magna, siue in parua quantitate sumantur. Ratio nota est, quia sub præcepto ecclesiæ de ieiunando non cadunt, nisi illa tria, quæ dicta sunt. Igitur illa seruando, per reliqua præceptum de ieiunando non soluunt.

¶ Sequitur etiam, q̃ sumere parum panis per modum medicinæ, ne scilicet potus sumendus/ aut sumptus noceat, idq̃ ante vel post prãdium, ieiunium non soluit. Ratio, quia quod per viam medicinæ sumitur, non pertinet ad refectionem, nec refectionem multiplicat. Similiter si vigeat alicubi consuetudo sumendi panem solum in collatione, aut panem cum fructibus seu oleribus, aut etiam alia quæcunq̃ electuaria, siue in eis maneat cibus admixtus in propria manẽs specie/ siue non, per huiusmodi nõ soluitur ieiunium, quo ad præceptum vel obligationem. Ratio clara est ex dictis, quia licitum est in his sui loci consuetudini se cõformare. Sed nec putandum est, ecclesiæ intẽtionem tam rigurosam esse, vt post vnicam refectionem, cuiuscunq̃ comestibilis sumptionem intendat prohibere, hoc enim multis hominibus esset in se valde onerosum. Vnde putandum est ecclesiam in hoc ad hominum fragilitatem condescendere.

¶ Correlarie sequitur, q̃ per vsum butyri/ aut lacticinii/ seu ouorum, vbi viget cõsuetudo ea in quadragesima comedendi, non soluitur quadragesimale ieiunium, quo ad obligationem: ex quo ecclesia huiusmodi consuetudinem nõ reprobat/ sed admittit. Secus vbi non esset talis consuetudo, nam tunc frangeretur ieiunium.

¶ Et si contra hoc arguatur, ieiunia quatuor temporum & alia, quæ intra annum seruanda sunt, non soluuntur per vsum lacticiniorum, & ouorum: igitur nec ieiunium quadragesimale, cum huiusmodi ieiunia videantur esse eiusdem rationis. Respon, negando sequelam simul & fundamentum: nam alterius rationis est ieiunium quadragesimale, & alia ecclesiastica ieiunia, ex quo alia est horum & illius institutio/ & regula ecclesiastica, vt constat. Ac proinde sicut hoc nomen/ castitas/ genus est, aliquas sub se species cõtinens: ita hoc nomen/ ieiunium ecclesiasticum/ genus est, non species.

¶ In his tamen illud aduertendum, q̃ nõ solum contra præceptum de ieiunio peccat, q̃ illa tria supra posita in die ieiunii nõ seruat, sed qui alia, quæ vel ex lege/ vel ex consuetudine concessa sunt, in fraudem legis sumpserit. In fraudem autem ieiunii dicitur quis electuaria, aut medicinas, aut etiam vinum, aut fructus aliquos extra refectionem sumere, qui illa per modum refectionis seu comestionis sumit, vt inde corpus nutritionem sumat, & ventris fames expellatur: tunc enim nomine refectionis venit huiusmodi sumptio intelligenda. Qui enim in fraudem legis aliquid facit, non minus, q̃ si contra legem faceret, peccat. Est enim differentia inter facere contra legem, & facere in fraudem legis. Nam facere contra legem, est facere, quod lex prohibet. Facere autẽ

in fraudem

in fraudem legis eſt, cū quis ſaluis verbis legis, eius ſententiam circumuenit. ff. de legi. l. contra legem. Et lege ſequenti. Fraus enim legi fit, cum fit id, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Exemplum huius eſt clarum, Si monachus habitum ſuæ religionis non dimittat, ſed ſuperius habitu clericali tegit, & ita incedit, non minus apoſtata eſt, q̄ſi habitum ex toto dimitteret, vt doctores concludunt, iuxta regulā iuris ſupra citatam, Non dubium eſt in legem impingere. &c. Aut ſi tutor, cui prohibitum eſt rem pupilli emere, aliam perſonam ſummittit, vt emat, agit in fraudē legis. Ac proinde, qui vltra vnicam refectionem alia comeſtibilia alioquī licita ſumit per viam comeſtionis aut refectionis, vt dictum eſt, in fraudem legis de ieiunando id ſumere videtur. Sed de his hactenus.

¶ Correlarie ſequitur ex dictis reſponſio ad aliam quæſtionem, qua quęri ſolet, An patres familias, & hoſpites, & rerum comeſtibilium venditores peccent mortaliter cibos vetitos in die ieiunii indifferēter ſanis & robuſtis miniſtrādo, aut poſt vnicam refectionem cibos, per quos ieiunitū ſoluitur, illis indiſtincte exhibēdo. Et quę ſtio eſt facilis. Nam cibos exhibere indigentibus, aut infirmis, & his, qui ieiunare non tenentur, cum conſtet eos cauſam ſufficientem ad non ieiunādum habere, peccatum non eſt, modo ſcandalū euitetur.

¶ Si autem cibi, per quos ieiunium ſoluitur, exhibentur ſanis & his, quos certum eſt ad ieiunandum teneri, peccatum eſt: & maxime patrifami. iuxta illud Pauli. Qui ſuorum curam non habet, & maxime domeſticorum, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Aliis etiam prænominatis peccatum eſt, tum quia cooperari ad peccatum fratris, peccatum eſt, iuxta illud Pauli ad Ro. 1. Vbi ait, non ſolum, qui mala faciunt, ſed qui facientibus conſentiunt, digni ſunt morte. Tum etiam, quia perinde eſt, ac ſi quis arma miniſtret furioſo, qui ſe aut proximum vult interficere. Tum etiam non minus peccatum eſt cauſam prebere peccandi, q̄ peccantem poſt peccatum non corrigere. Hoc autem peccatum eſt, & contra præceptum charitatis, & euāgelicum. Tum etiam peccatum eſt proximum ſcandalizare, quod eſt occaſionem ruinæ illi prebere. Tales ſunt, qui cibos ad comedendum prebent perſonis, quos conſtat ad ieiunandum teneri. Et ex conſequenti, qui indifferenter ſanis & infirmis, nulla inter eos diſcretione facta, cibos, per quos ieiunia ſoluant, miniſtrant, non dubium, quin mortaliter peccent. ¶ Si autem incertum aut dubiū ſit, eos qui cibos poſtulant, cauſam excuſantem habere, eo q̄ cauſa nulla talis appareret ſufficienter, ſed ſi qua apparet, dubiū eſt, an ſufficiat nec ne: tunc nō damnarem prefatas perſonas, ſi ad petitionem eorum qui comedere volunt, cibi eiſdem exhibeantur: maxime cum de proximis non eſt preſumendum, quod deterius eſt, quando talis præſumptionis cauſa non habetur. Nec præſumendum facile eſt, hominem ſuæ ſalutis eſſe immemorem. Adde, q̄ ſi rerum illarum venditores publici rē venalem petentibus, aut emere volētibus denegarint, ob ſolam præſumptionē venditorum, qui perperam de emptoribus iudicant, eſſet dare occaſionem ſcandalo: & in caſu videretur eſſe temere de proximo iudicare. Ac proinde ſtante præfato dubio non peccant publici vēditores, cibos illis perſonis vendendo. Nec tenentur exacte diſcutere, ſi cauſam habent ſufficientem, qua a ieiunio excuſentur, nec ne. Quam quidem diſcuſſionem facere ſpecialiter cōuenit patrifamilias reſpectu ſuorum domeſticorum.

¶ Similis dubitatio moueri ſolet, de his, qui vendunt venenum, fucos, taxillos, & alia inſtrumēta luſoria, quibus homines ſolent ad malum vti, An ſcilicet peccēt, ea indifferenter vendendo. Sed ex dictis facile eſt reſpondere.

¶ De qualitate ieiunii, eiuſq̄ vtilitate.

Væri deinde ſolet de ecclesiaſtico ieiunio, An ſit virtus, quid etiam habeat vtilitatis. Et arguit̄ primo, q̄ non ſit virtus, ex Ariſto. Qui cū multa ſint bona ab homine expetibilia, quo& nōnulla, inquit, ꝓpter ſe, nōnulla vero ꝓpter alia ſunt expetēda:

Codex de ieiunio.

Virtutes ait esse de numero eorum, quæ per se & secundum se expetibilia sunt. Ieiunium autem ecclesiasticum non est tale, cum nec secundum se bonum sit, aut ratione sui, nec propter se, sed propter aliud venit expetendum, puta propter mentis puritatem, & corporis spiritui subiectionem. ¶ Secundo, quia virtus ex eodem Aristo. tenet medium inter duo extrema vitiosa, puta inter excessum, & defectum: Ieiunium autem non est huiusmodi, quia fiat, ꝙ homo a ieiunio recedat absq; hoc, ꝙ vitium aliquod incidat, id quod rectum est excedendo, aut ab eo deficiendo. Quod manifestum est de ieiunio voluntarie assumpto, quod eiusdem rationis esse suppono, cum eo, quod ab ecclesia institutum est. Si autem ieiunium esset virtus, recedere ab eo esset vitium.

¶ Tertio, virtus solum conuenit bonis, ieiunare autem commune est bonis & malis. Vtrumq; patet, quia virtus si vera est, vitium secum non admittit. Nam si vera est virtus quæ inest, sola esse non potest, sed aliis virtutibus debet esse coniuncta. Q̃ autem ieiunare commune sit bonis & malis, apertum est.

¶ Quarto, virtutibus nemo male vtitur, vt idem Aristote. tradit. Et Augusti. de virtute loquẽs, ait, eam esse, qua recte viuitur, qua nemo male vtitur. &c. Ieiunio autem contingit & sæpe hominem male vti, vt hypocrita, qui ieiunat, gloriam quærens humanam. & auarus, qui vt thesaurizet, a cibis abstinet.

¶ In oppositum tamen est communis doctorum sententia, tum quia Paulus ieiunium & abstinentiam inter alias virtutes connumerat, 2. ad Cor. 6. Vbi hortatur fideles, vt in ieiuniis multis viuant, in castitate, in scientia, in longanimitate &c. Tum etiam, quia ieiunium legitur sepe in scriptura sancta commendatum, & deo acceptum, vt ex dictis satis apparet. Deinde illa opera humana studiosa sunt/ & laudabilia, quę per rationem ad aliquod bonum honestum ordinantur, hoc autem conuenit ieiunio. Nam per ieiunium castitas cõseruatur, caro spiritui subiicitur, mens ad diuinam cõtemplationem disponitur/ & eleuatur, corpus affligitur, vnde & deo pro peccatis fit satisfactio. Igitur ieiuniũ, quod tot & tantas affert vtilitates, bonum est, & deo acceptum, & ita virtus seu actus virtutis dicendus est. Est autem actus virtutis abstinentiæ, iuxta illud Isidori, Ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaq; ciborum.

¶ Pro solutione autem rationum, quæ ante oppositum factæ sunt, notãdum virtutem multipliciter accipi. Aliquando p habitu, cuius actus secundum se/ & per se bonus est, vt iustitia, liberalitas. Aliquando pro habitu, cuius actus nõ ratione sui bonus & expetibilis est, sed quatenus ad aliud bonum honestum confert. Sic paupertas euangelica virtus est, non ratione sui, sed quia disponit ad perfectionẽ euangelicam, & ad perfecte Christum imitandum. Sic etiam de commissis dolere, non est secundum se bonum aut expetibile, sed quatenus valet ad reordinãdum voluntatem, & a peccatis postmodum abstinendum.

¶ Iam prima ratio probat ieiunium nõ esse virtutem primo modo, quandoquidẽ eius actus non ratione sui/ aut propter se est expetibilis, sed ob aliud, ideo est virtus secundo modo, sicut & paupertas.

¶ Pro secundo noto etiam virtutem quãdam esse, cuius actus non modo rationi rectæ consonus est, sed debitus, iuxta ipsam rectam rationem fieri, vti est iustitia, castitas, ac temperantia in tota sua latitudine, & ab huiusmodi virtutibus earumq; actibus recedere vitium & peccatum est. De huiusmodi virtutibus procedit quod dicitur, scilicet, virtutem tenere medium inter duo extrema vitiosa. Sunt aliæ virtutes, quarum actus & si rationi rectę cõsoni sint, non tñ debiti inesse aut fieri, quos quidem homini liberum est facere, & non facere absq; peccato, & ab huiusmodi virtutibus recedere, non est vitium culpabile. Patet de liberalitate, cuius actus gratis & libere, non ex debito fit. Patet de castitate virginali, ad quam homo minime tenetur, sed potest sine peccato homo ab ea recedere, & vxorem ducere. Patet etiam de paupertate voluntarie assumpta, a qua potest homo, si vult, sine peccato recedere. Tales virtutes tenent quidem mediũ rationis, quæ dictat de eo, qd melius est, nõ de eo, quod fieri debitũ est. Tale est ieiuniũ, siue

ab ecclesia

ab ecclesia injunctum, siue voluntarie assumptum, a quo si homo recedat, non ob id incidit in extremum de se vitiosum, licet, si ex præcepto sit, incidet in peccatum propter inobedientiam, vt constat.

¶ Pro tertio iterum de ieiunio distinguatur, quia vel accipitur pro illa exteriore abstinẽtia, & sic de se non est virtus, sed potest bonis & vitiosis conuenire. Vel accipitur pro interiore actu, quo homo vult, vt debet, a cibis abstinere, quia scilicet ratio id dictat, ceteras bonas circunstantias intendendo: & talis actus bonus est, nec potest vitiosis hominibus conuenire, cum tacite includat voluntatem efficacem, in nullo recte rationi cõtraueniendi, sed iuxta eam operãdi & viuẽdi: cui actui repugnat omnis actus vitiosus, secundum communem sententiam. Sed quia in ratione hac tangitur alia quæstio de virtutum connexione, quæ præsenti materiæ videtur peregrina, ideo de ea nil ad præsens.

¶ Ad quartum, si de ieiunio exteriore loquamur, fateor posse hominẽ ieiunio male vti, & ita huiusmodi ieiunium de se virtus non est, sed aliquid ad bonum & malũ indifferens. Si autem loquamur de interiore ieiunio, quod prædiximus, tali ieiunio non cõtingit male vti, sicut nec ceteris virtutibus, saltem inclinatiue, qualiter est accipiendũ id qđ fuit allegatũ, scilicet, virtutibus nemo male vtitur. Nã obiectiue contingit virtute male vti. Si enim bono summo, quod deus est, contingit hominẽ male vti obiectiue, nõ mirum, si virtutibus, quæ citra summum sunt, homines interdum male vtantur.

¶ Ex dictis patet ieiunii ecclesiastici vtilitas, cui si nil aliud conueniret, q̃ q̃ virtus sit, magnam secum afferret vtilitatem, cũ tamen q̃ plures effectus spirituales operetur, maxime si aliis partibus satisfactionis cõiunctum sit. Ait enim Leo. sermone. 4. de ieiunio. Curandis igitur lesionibus, in quas sæpe incidunt, qui cum inuisibili hoste confligunt, trium maxime remediorum est adhibẽda medicina, In orationis instantia, in castigatione ieiunii, in eleemosynę largitate: quæ cum pariter exercẽtur, deus propitiatur, culpa deletur, tẽtator elidit. Et post, In omni tempore, in omniumq̃ vita huius seculi, ieiunia nos contra vitia faciunt fortiores. Ieiunia concupiscentias vincunt, tentationes repellũt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt. Et sermone. 8. ad abstinentiam exhortans, ait. Vt a corporeis cupiditatibus sępi9 liberati in aula mentis possit diuinæ vacare sapientiæ, vbi omni strepitu silente curarum, in meditationibus sanctis, & in delitiis lætetur æternis. &c. Cuius obseruantiæ vtilitas, in ecclesiasticis est præcipue constituta ieiuniis. Hæc ille. Gregorius etiam in præfatione quadragesimę ait, Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia.

¶ Sed quemadmodum ieiunium aliis satisfactionis partibus coniunctum, præfatas & multas alias vtilitates affert, ita si ceteris sit destitutum virtutibus, vtilitatem, quam habere debuisset, amittet, vt patet ex eo, quod alias ex Esaia vltimo citatum est. Isidorus etiam in de summo bono ait, Ieiunia cum bonis operibus deo sunt acceptabilia. Qui autem a cibis abstinent, & praue agunt, dęmones imitantur, quibus nequitia semper adest. Chrysostom9 etiam ait, Qui peccat & ieiunat, nõ ad gloriam dei ieiunat, nec se humiliat, sed substantiæ parcit. Ait etiam Augustinus. Ieiunium verbositatem non amat, diuitias superfluitatem iudicat, superbiã spernit, humilitatem commendat. Verum cum animus non fuerit, nisi ea, in quibus inter doctores nõnulla reperitur controuersia, tractare, in his supersedendum est.

¶ De ieiunio notabiliter vitam abbreuiante.

Illud postremum inquirendum venit, quod nonnullis solet difficultatẽ facere, An scilicet bonum sit, aut saltem licitum ieiunium, inedia, aliaq̃ abstinentia, per quam vita ieiunantis notabiliter abbreuiatur. Et dico notabiliter seu sensibiliter. Nam si per ieiunia vita insensibiliter abbreuietur, non dubitatur ea bona & licita esse, non obstante illa insensibili vitę abbreuiatione. Id patet, Quia

licitum est/ & sæpe meritorium peregrinari, agros assidue colere, & alia exercitia corporalia facere, sine quibus est verisimile hominem diutius victurū, idq; licitum est, propter lucrum aliquod tēporale acquirendum, Igitur a fortiori licitum erit frequēter ieiunare, propter spirituale bonū: non obstante, q ieiunans alioquī diutius esset victurus. Idem etiam patet, quia licitum & honestum est litteris assidue incūbere, frequenter prædicare atq; docere: & tamen cōstat per huiusmodi literalia exercitia vitam multis hominibus/ saltem insensibiliter abbreuiari. ¶ Secundo idem patet exemplo sanctorum patrum, qui radicibus & herbis/ seu oleribꝰ in eremo vtebantur, & asperrimam vitam agentes, frequenter ieiunabant, vnde necesse erat vires extenuari, & radicale humidum paulatim corrumpi, & per consequens vitā eorum abbreuiari: quos secūdum naturam certum est diutius victuros, si abstinentiæ asperitatem temperassent. ¶ Tertio idem patet, quia q̄us ieiunia aliqualem corporis ęgritudinem inferant, nō ideo oportet a ieiuniis cessare, modo tāta nō sit, quæ mentis fortitudinem non impediat, vt patet ex Bernardo in canti. dicente. Carnis infirmitas, robur spirituale auget, & vires subministrat. Fortitudo vero carnis, debilitatem spiritus operatur. Simile quid ait Grego. lib. 8. suorum moralium, iuxta illud Pauli, Libenter gloriabor in infirmitatibꝰ meis. Et iterū Bernardus sup Cātica. Sermone. 66. ait. Optāda īfirmitas, quæ Christi virtute compensatur Nā virtus in infirmitate perficitur. Itaq; obinsensibilē vitę breuitatē ex ieiunio proueniētē, nō opus est ieiuniū tanq̄ illicitum deserere.

QUi tamen dubium, An quando vita p ieiunia notabiliter aut sensibiliter abbreuietur, sit licitum in ieiuniis perseuerare. Et pro parte affirmatiua arguitur primo, quia si esset ieiuniū deserendū ob breuitatem vitæ, quam inducit, ideo esset, quia tenemur vel naturali iure/ vel ratione charitatis, vitæ longitudinem nobis procurare: quod non videtur, quia tunc sequitur, q teneremur medicinæ incumbere, aut semper medicos peritos consulere, & medicamentis salutaribus vti, cibisq; delicatis, p quos vita possit prolongari, idq; non solū in necessitate, sed extra. Nam qui tenetur ad finē, ex consequenti tenetur ad media ad eundem finem ordinata. Sequitur etiam q teneremur pauperibus cibos delicatos prebere/ & medicamina, ne vita eorum notabiliter abbreuietur. Et sequela patet, qa ex lege charitatis tenemur proximos sicut & nos diligere, hoc autē esset totam fermę multitudinem damnare.

¶ Secundo licitū est bella ob iustam causam indicere, & eadem committere: & cōtrarium dicere, est error damnatus contra Vuiclef & alios: sed per bella constat non solum vitam abbreuiari, sed sæpissime taliter extingui, morbosq; seu vulnera incurabilia inde euenire, Igitur etiā erit licitū ieiunare, nō obstāte vitę abbreuiatiōe.

¶ Tertio, licitum est mercatoribus nauigare, similiter & cursoribus suum officiū exercere, non obstante vitæ periculo atq; breuitate, cum quibus hæc sint, idq; propter lucrum temporale quęrēdum. Ergo a fortiori ppter spirituale bonū, quod ieiuniū affert, licebit illa dāna corpis subire.

¶ Quarto, quia oppositō dato, sequeret peccare Cartusieñ. perpetuam a carnibus abstinentiam obseruantes, cum sępissime huiusmodi abstinentia cedat eis in damnum sanitatis & vitæ. Peccarent etiam sacerdotes/ aut prelati, qui graues pœnitentias confitentibus iniungunt, vt sunt ieiunia perpetua, carcer perpetuus/ & interdū fœtulētus, aut perpetua intra monasteriū clausura: quandoquidem hęc solent vitam notabiliter abbreuiare.

¶ Quinto, pro bono corporis aut animę proximi potest frater in se aliqua dura & aspera onera suscipere, vt pro fratre satisfaciat. Potest etiam quis cum merito membrum, imo & vitam pro fratris salute exponere. Sic Christus vitam pro nobis posuit. Sic martyres sancti sępe pro fratribꝰ passi sunt. Sic beatus Sanctulus pro diacono morituro, ne periret, se mortis exposuit periculo. Sic imperator quidam vnius oculi iacturam passus est, ne filius vtroq; oculo, vt per iudicem fuerat decretum, priuaretur. Quæ omnia in sentētia & multa alia affert Gerson in. 2. parte sui operis, ad probandum, q sit abstinētia deserenda, etiam si notabiliter inde vita hominis

minis abstinentis abbreuietur.

¶ Verum quidquid de huiusmodi rationibus sit, aliter videtur respondendum, scilicet, Q. si quis ob ieiunia/aut abstinẽtiam continuatam, aliquam notabilẽ ęgritudinem incidit, aut vitam notabiliter abbreuiat, si non aliter his incommodis mederi potest, q̃ ieiunia & abstinentiam huiusmodi deserendo, indiscreta sunt talia ieiunia/& deserenda: maxime si ęgritudo inducta talis sit, quæ sensus integritatem/aut mentis puritatem impediat. Hęc cõclusio videtur certa. Quia certum est ex sentẽtia omnium, quędam ieiunia indiscreta esse, nec videtur quę alia magis inepta, q̃ quæ dicta sunt. Vnde Cassianus ait, Nimia lassitudo ieiunii, frangit orationis vigorem. Et cauendum est nobis, ne cum domare credimus carnem, eam eneruemus, adeo, vt impotens sit ad actiones bonas & honestas. Hieronym. etiam de huiusmodi ieiuniis, quæ corpori notabiliter nocẽt, ait, Non refert, vtrum magno vel paruo tempore te interimas. Et de rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia ęgestate, vel manducandi, vel somni penuria immoderate corpus affligit. Et iterum. Rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiuniorum charitati, vel vigilias sensus integritati præfert. Et habet. de cõsecra. dist. 5.

¶ Præterea arguitur ad idem ratione. Religiosi propter solatium superuenientium fratrum iubentur abstinẽtiam remittere: ergo multo magis remittenda est propter ęgritudinem/aut vitę sensibilem breuitatem ex huiusmodi abstinentia prouenientem, quando aliter, q̃ per abstinentię remissionem hęc damna vitari nõ possunt. Et consequentia patet, quia salus propria, solatio fratrum est preferenda.

¶ Deinde, si ex ieiunio aut abstinentia verisimiliter timetur hominem moriturũ, tenetur homo huiusmodi abstinẽtiam deserere: nam alioqui esset homicida sui ipsius. Et perinde est, ac si seipsum occideret, iuxta decretum Symachi dicentis, Nil refert mortem inferas, vel admittas. Mortẽ enim languentibus videtur infligere, qui hanc, cum potest, nõ excludit. Si igitur verisimiliter timetur ægritudo, cum possit esse talis, quę semel inducta curari nõ possit, sed paulatim mortẽ est allatura, oportebit pro ea vitanda, abstinentiam deserere. Nec ad id est expectandus extremæ necessitatis articulus, sed preueniendum est.

¶ Si dicas hæc, quæ adducta sunt, procedere de ieiuniis voluntarie susceptis, quæ quidem in casu deserenda sunt, non autem de his quæ sunt de precepto ecclesiæ, quia tunc obediendum est, iuxta preceptũ euãgelicum. Contra videtur, q̃ in casu nulla sit inobedientia, ieiunia ecclesiæ ob causam prędictam deserere: quandoquidem ecclesia neminem intendit ad ieiunia obligare cum notabili damno vitę corporalis, aut spiritualis.

¶ Vnde amplius confirmatur proposita conclusio. Quia ecclesia a debito ieiunandi excipit infirmos, vt scilicet ab infirmitate curẽtur/& viuant. Igitur a fortiori/vel saltem a paritate rationis sunt excipiendi, qui ob ieiunium ęgritudinẽ, aut sensibilẽ vitę abbreuiationẽ incideret. Non enim minus necessarium est, corpus ab ęgritudine & morte præseruare, q̃ post inductã ęgritudinẽ ab ea curari. Itaq̃ tenendũ est, prędicta ieiunia indiscreta esse atq̃ deserenda in casu, siue voluntaria sint, siue ab ecclesia precepta. Si tamen aliter prędictis dãnis corporalibus obuiari potest, nõ opus est a ieiuniis ex precepto necessariis desistere. Habenda tamen est semper ratio scandali, ad quod vitandum, multa opus est dãna tolerare: maxime si sit scandalum pusillorum, quale est, quod ex ignorantia, aut fragilitate solet simplicib9 euenire. Secus si sit scãdalum phariseorum, de quo parũ esse curandũ dñs docuit, quando dixit, Sinite eos, quia cęci sunt, & duces cęcorum.

¶ Ad rationes pro priori sententia adductas, dicẽdum ad primũ, q̃ falsum est, nos ideo in casu teneri ieiuniũ deserere, quia tenemur vitę longitudinẽ procurare. Aliud enim est vitã prolõgare, ad quod per se non tenemur, aliud vero vitã aut sanitatẽ notabiliter nobis aut proximis non adimere, & ad id tenemur. Et consequenter concedendum est, nos teneri medicos consulere, & salutaribus vti medicinis, prout necessitas postulauerit, idq̃ non omni tempore, sed vel post inductã ęgritudinem, vt curemur: vel cum verisimile est eam euenturam, nisi preseruemur. Quod de pauperibus illatũ est, similiter est cõcedendum,

quãdo neceſſitas ſimiliter id exegerit,præ ſuppoſito,q̃ nobis ſuperſint, q̃ illis elargiamur,q̃q̃ non ſunt,qui de pauperibus curent,q̃q̃ noſtra opera illis ad vitam & ſanitatem proderit.His enim concurrentibus,culpandi eſſemus, ſi de pauperib⁹, vt dictum eſt,curam non habeamus.

¶ Ad ſecundum,quod de bello dicit̃, nõ eſt ſimile.Bella enim iuſta eſſe conſtat,ſi auctoritas,cauſa,& debitum moderamen concurrant:in quibus bellãres, & ſi vitam periculo exponant,damnãdi non ſunt,quãdoquidem iuſtitia,charitas,& publica vtilitas id expoſcunt.Pro bono enim publico,priuata vita poſtponenda eſt. Aduerſarios expugnare,vt iuſti poſtmodũ in pace viuant,iuſtum eſt. Vnde Ambroſius. lib.1.de officiis.Fortitudo quæ bello tuetur a barbaris patriam,vel domi defendit infirmos,vel a latronibus ſocios,plena iuſtitia eſt. Auguſtinus etiam ad propoſitũ contra manicheos loquens,ait.Quid culpatur in bello? an quia moriuntur quandoq̃ morituri,vt dominentur in pace victuri?Hoc reprehendiſſe, timidorum eſt, non religioſorũ. &c. Itaq̃ in bello iuſto vitam periculo exponere, iuſtũ eſt, & laude dignum. Vitam autem periculo exponere,aut notabilem ægritudinem incidere per inediam,vigilias,ieiunia,aliaq̃ huiuſmodi corporalia exercitia,non ita laudandum,ſed vituperandum,cum dicat Paulus. Corporalis exercitatio,ad modicum vtilis eſt. Maxime cum per huiuſmodi immoderata ieiunia finis ipſius ieiunii potiſſim⁹ ſępiſſime impediatur,hoc eſt mentis puritas.

¶ Ad tertium dicendum in parte eſſe ſimile,quod de nauigãtibus & mercatoribus allegatur.Nam ſi eſt veriſimile,q̃ ex nauigatiõe/aut alio corporali labore mors/aut notabilis ęgritudo ſubſequatur, cui non aliter obuiari poteſt, niſi a nauigatione & labore huiuſmodi deſiſtendo, ceſſandum eſt:alioquí talis nauigatio temeraria foret, & contra charitatem ad ſe habendam, ſicut & de ieiunio in ſimili caſu diximꝰ. Nõ tamen inde omnis nauigatio & curſus eſt damnandus,cum talia pericula non ſemper veriſimilia ſint.

¶ Ad quartum de Carthuſieñ. dicẽdum, abſtinentiam perpetuam a carnibus de ſe graues infirmitates non inducere,nec vitam notabiliter abbreuiare, cum conſtet quam plures ſanctos patres & monachos diu abſq̃ eſu carnium vixiſſe.Si tamen accideret,q̃ Carthuſieñ.nil aliud q̃ carnẽ ad manducandum haberet,aut talem incideret ęgritudinẽ,a qua ſine carnis vſu experitorum medicorum iudicio liberari non poſſet,non dubiũ,quin poſſet,imo deberet carnes comedere,ad cuius oppoſitum/ nec per ſtatutum/nec per votũ potuit obligari.Pro quo regula cõis deſeruit,ſcilicet, id quod impediret voti ſeu ſtatuti obligationem,ſi tẽpore emiſſiõis adeſſet, hoc ipſum poſt emiſſum votũ ſuperueniẽs,tollit obligationẽ eiuſdem. Vnde fit, ſi ſtatutũ vel votũ de abſtinendo a carnibus tale ſit, vt caſum prędictum extremæ neceſſitatis includat,incautum eſt & illicitũ. Et q̃uis tale votum aut ſtatutum abſq̃ aliqua expreſſa exceptione fiat,ſemper tamẽ habet locũ extremę neceſſitatis exceptio. De his emi ꝓceditvulgare dictũ.In male ꝓmiſſis, reſcide fidẽ,in turpi voto, muta decretũ.

¶ Ad id autem, quod de iniũctis pœnitentiis dicebatur,dicendum, Refert qualiter illa onera peccatori iniungãtur,quia vel a confeſſore in foro pœnitẽtię/vel a prelato in foro iudiciali.Si primũ,fateor poſſe tales & tantas eſſe huiuſmodi pœnitentias, quę ſint indiſcretę & exorbitantes, vt ſi in ſcandalum aliorum cedant,aut vitę periculum,ſeu ſalutis,aut famę diſpendium: & tales non ſunt obligatorię, ſed prętermittendę. Si vero ſint pœnitentię iudiciales,ſecus eſt, quia talia forte delicta homo commiſit,ob quę mortẽ meretur. Et pro talibus tam aſperas iniungere pœnitentias,etiam ſi vitam delinquentis notabiliter abbreuient,nullum eſt incõueniẽs. Nõ ſic de ieiuniis vitam ſenſibiliter abbreuiãtibus,quę quidem non in ſupplicium & pœnam pro delictis,nec ad carnem necãdum,ſed ad domandum ſunt inſtituta.

¶ Ad quintũ de ſatisfactione ꝓ altero,dicatur vt nuper dicebã,ſcilicet eã eſſe debere moderatã & diſcretã, ſicut ea, quã quis pro ſeipſo aſſumit.Quod aũt dicit̃ poſſe vnũ vitã pro altero exponere,fateor, illud enim ordo charitatis expoſtulat,vt vitam corporalẽ ꝓ fratris vita ſpũali exponam⁹, qđ eximię charitatis eſſe docet Chriſtus

dicens,

dicēs, Maiorem charitatem nemo habet, q̄ animam suam ponat quis pro amicis. &c. Sic Christus, sic martyres & apostoli, aliiq; sancti fecisse leguntur. Ita similiter vitam corporalem deberet homo pro suæ animæ salute exponere, si opporteret/ aut necessarium esset, In casu autem non ita necessarium videtur per ieiunia corp⁹ interimere, vt anima viuat, Ideo ratio nil probat.

¶ Sed insurgeret aliquis dicens, Si ad vitandum corporis notabilem infirmitatē aut vitæ breuitatem opportet abstinentiæ rigorem deserere, ob eandem igitur causam opporteret clericos & religiosos aliosq; homines continentiam deserere: quandoquidem per longam continentiā non minus contingit viros & fœminas ægritudines notabiles incidere, q̄ per assiduam abstinentiam: & ita liceret clericis & monachis saltē vxores ducere, vt per vsum legitimæ coniugis, possint præfatos morbos euadere. Et consequentia patet, quia sicut a cibis abstinere fidelibus, ita a coniugio temperare clericis & religiosis ab ecclesia iniunctum est. Et sicut alterum eorum non est de numero eorum, quæ per se bona sunt, sed propter aliud, ita nec alterum. Et sicut ab altero potest homo sine vitio recedere, ita & ab alio.

¶ Respondet quidam negando sequelam, quia non potest homo per media illicita vitam aut incolumitatem procurare: clericis autem in sacris & religiosis illicitum est vxores ducere, ex quo per ecclesiā sunt illegitimati. Professio enim & sacer ordo impediunt & dirimunt. Secus de comestione cibi aut carnis, quæ non est de se illicitum medium ad salutem quærendam & conseruandam. Verum responsio hæc valet de clericis & professis, non tamen de aliis, qui virginitatē simpliciter vouerunt, aut perpetuā continentiam seruare proposuerunt: his enim saltem necessarium foret continentiam deserere, vxores ducendo, vt per earum vsum vitam seruarent, si alioquī eam seruare non possunt, quod tamen negari solet. Ideo dicendum nō esse simile, tum quia continentia non ita ægritudinem inducit de se sicut abstinentia a cibis. Imo quanto diuturnior est continentia, tanto magis ad corporis/animiq; salutem confert. Tum etiam, quia & si accidat hominem ob continentiam ægrotare, cū id ex humore intus genito eueniat, quem natura nititur expellere, non desunt alia remedia seu medicamina, aut alia corporalia exercitia, per quæ humor ille vel consumatur, vel per alias vias a corpore expellatur. &c. Sed de his hactenus.

¶ Codex de eleemosyna.

NUnc nō nulla, in quib⁹ doctores difficultatē circa eleemosynā facere solent, breuiter expediam⁹, si prius qd, & quotuplex sit eleemosyna, præmiserimus. Est enim opus ad releuandum indigentiam hominis ex compassione, & propter deum factum. Ita diffinit Alexander. Tho. et alii. Datur autem diffinitio non de quacunq; eleemosyna, sed de perfecta, q̄ meritoria est apud deū. Ex ipsa sequitur non esse proprie eleemosynam, id quod clericis pro missæ celebratione, aut pro sepultura, aliisq; officiis ecclesiasticis exercendis exhibetur, eo q̄ omni ministrorum ecclesiæ indigētia secluſa, debetur eis ob huiusmodi officia seu ministeria stipendiū suū, vt patet ex eo, quod Christus dixit Luce. 10. Dignus est operarius cibo suo. Et Paulus. 1. ad Cor. 9. ex instēto probat, ministris ecclesiæ suā deberi mercedē, dicēs. Quis militat vnq̄ suis stipēdiis. Q̄d & ex lege veteri p̄bat, q̄ę ait. Nō alligabis os bouī triturāti. Et rursus ex Christi ordinatiōe cōfirmat, dicēs. Ita dñs ordinauit his, qui euāgelīū annūciāt, de euāgelio viuere. Vnde rurs⁹ fit, clericos etiā si alioq; sufficiēs habeāt patrimoniū,

non teneri gratis ecclesiæ ministrare, sed posse cum officium compleuerint, iudicis officiū implorando, imo & actione vtēdo, quam cōtra eos, ad quorum instantiā officium fecerunt, habent, iura eisdem debita exigere. Inde iterum fit, vt beneficiati ecclesiæ ministrantes, dominium acquirant fructuum & oblationum, aliarumq; rerum, quas ob præfatum ministerium accipiunt. Sed de his alias.

¶ Sequitur ex eadem descriptione tria esse requisita ad eleemosynam, scilicet, ex parte dantis, q̄ habeat aliquid superfluum, quod dare possit: alioqui si de his, quę sibi necessaria sunt, saltem ad indiuiduum, aliquid daret, deo minime placeret, cum ordini charitatis contraueniret, ideo propter deum vere fieri non potest. Ex parte eius, cui datur, requiritur indigentia. Nā quod scienter diuiti datur, non est eleemosyna, quæ quidē opus misericordiæ est. Ex parte etiam ipsius quod datur, requiritur q̄ sit vtile ad prędictam indigentiam releuandū. Quę omnia satis nota esse suppono.

¶ Opus autem huiusmodi cōsistit aliquādo in verbis, aliquādo in factis. Et sicut duplex est proximi indigentia, scilicet corporalis/ & spiritualis: ita duplex est eleemosyna, scilicet spiritualis/ & corporalis: illa ad animæ, hæc autem ad corporis indigētiā releuandum. Et quoniam corporales indigentię dicuntur communiter esse septem, ideo totidem sunt eleemosynę corporales. Solent enim homines indigere cū viuunt, cibo, potu, vestitu, habitaculo, etiam si sani sint. Solent & infirmi aut incarcerati indigere recreatione, atq; subsidio, vt ab afflictione liberentur. Si autē mortui sint, indigent sepultura, vt corpus, terræ vnde sumptum fuit, reddat, & ne hominis corpus in morte dehonestet, cui in vita suus honor erat exhibendus. His igitur indigentiis respondent septē eleemosynæ corporales, quæ in hoc versu notantur. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. De sex primis videtur Christus mentionem fecisse Matth. 25. De septimo aūt, hoc est de sepultura, & si non illic mentio fiat, alibi tamen commendantur, qui hoc beneficium mortuis impēdebant, eos scilicet sepeliendo, vt Tobias, Ioseph, & Nicodemus, vt patet per Augustinum in libro de cura p̄ mortuis. Et ex lib. Tobię.

¶ Solent præterea homines aliis septem eleemosynis spiritualibus indigere, quæ ad tria ordinantur, scilicet ne proximus in peccatum labatur, ne lapsus perseueret, & ne deterior euadat. Potest enim homo in peccatum labi ex defectu doctrinæ, aut consilii, si nesciat, quid illi credendum sit, quid ue agendum: ad quod indiget doctrina & consilio. Potest etiam labi ex nimia tristitia, in desperationem cadēdo: ad hoc indiget cōsolatione. Potest cum lapsus fuerit, ob defectum disciplinæ, aut correctionis in peccato perseuerare: ad hoc indiget correctione. Potest etiam deterior fieri, vel quia illi offensa in aliquem commissa non condonatur, vel quia illum non patienter ferūt, & ad hoc indiget aliorum remissione atq; patiētia. Præter hæc autem potest homo ex volūtate peccare: & ad hoc indiget oratione iuuante. Hæ autem septem eleemosynæ spirituales in hoc versu continentur, Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. Et si vltra præfata quatuordecim opera misericordiæ alia sint, quibus homines in particulari soleant indigere, ad hæc, quę prędicta sunt, reducantur.

¶ Inter has autē melior est spiritualis eleemosyna, q̄ corporalis, quod ex fine ipsarum satis apertum est. Nam spiritualis ordinatur ad salutem animæ, corporalis autem, ad salutē corporis. Et si obiiciat quis, q̄ sæpe est spiritualis propter corporalem prætermittenda, quod autem melius est, non venit propter minus bonum dimittendum, Igitur. Dicendum, q̄ nil inconuenit aliquando quod de se melius est, propter minus bonum dimittere. Nam non dubium, quin vita contemplatiua melior sit, q̄ actiua, iuxta sententiam Christi, qui de Maria vitam contemplatiuam tenente, dixit, Maria optimam partem elegit. &c. Et tamen si proximorum necessitas corporalis exposcat, contemplatione dimissa, opus est actiuam vitam exercere. Sicut nō dubium, quin continentia melior sit secundum se/ q̄ vxori commisceri, & tamen vxore petente, dimissa continentia, vxori opus est satis facere. Huiꝰ ratio aperta est, quia ea q̄ sunt de cōsilio, dimittenda sunt ꝓpter ea, q̄ sunt de præcepto, quando se simul compati non possunt. Siquidem

consilia

consilia intelliguntur, salvis preceptis, etiã si alioqui consilia sint de meliori bono. Et quãdo necessitas postulat minus bonum exercere, & aliud prętermittere, id quod prętermittitur pro tunc, non esset bonũ, sed illicitum, vt constat. Ita igitur in præsenti, cęteris paribus, hoc est, cum æque ad vtramq; astrictus sit, præferenda est spiritualis corporali, vt constat: & tamen si cętera paria non sint, sed necessitas compellat corporalem exercere, & non spiritualem, tunc spiritualis dimittẽda est. Nec tũc dimittitur maius bonum propter minꝰ, vt ex dictis patet.

¶ De vtilitate eleemosynæ.

QAlet autem ipsi agenti eleemosyna corporalis non solum ad cumulum gratiæ & glorię, si in charitate fiat, sed ad satisfaciendum pro peccatis, & ad irã dei placandam. Primum manifestum est ex Matth. 25. Vbi Christus promittit regnũ cloꝝ hiœs, qui Christo opera misericordiæ præfata impenderint. Dicũtur autem Christo impendi, quando suis pauperibus propter Christũ impẽduntur, prout ait dominus ibidem, Quod vni ex minimis his feciſtis, mihi feciſtis. Et Matth. 10. Quicunq; potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Ecclesiastici. 29. etiam dicitur, Eleemosyna viri gratiã hominis quasi pupillam conseruabit. Et e tum. Perde pecuniam propter fratres, & proderit tibi magis, q̃ aurum. Secundũ etiam est manifestum, & ex plurimis scripturæ testimoniis, ait enim Daniel ad Nabuchodonosor. Peccata tua eleemosynis redime. Et Tobie. 4. dicitur. Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Et Christus in euangelio. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et Iaco. in Canonica. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Quod & Ecclesiasticus dixerat, Ignẽ ardẽtem extinguit aqua, & eleemosyna resistit pctis.

¶ DVBITANT quidam, An eleemosyna, quam pauperi extremam necessitatem patienti aliquis elargitur, sit illi satisfactoria. Cuius dubitationis ratio aperta est, quia talis eleemosyna non tam voluntate, q̃ necessitate fit, cum sit alioqui debita, satisfactio autem dicitur voluntaria redditio ęquiualentis alias indebiti. &c. Dicendum, hoc non obstante, huiusmodi eleemosynam satisfactoriam esse: nec ob id, qꝺ ex præcepto fit, suam perdit vtilitatem. Quod patet ex his, quæ supra in simili quæstione diximꝰ. Et etiam, quia eleemosyna, quæ homini extremam patienti necessitatem impẽditur, melior esse videtur, q̃ alia, quæ extra necessitatem extremã fit. Tum, quia secunda est proprer primã prętermittenda. Tum, quia omittẽs primam grauius peccat, q̃ si secundam omittat: igitur a contrario primam faciens meretur magis, q̃ faciens secundam. Qꝫ q̃ proteruire volenti, nõ deesset quid ad hęc respõdere posset. Qꝫ enim vna propter alteram sit relinquenda, arguit illã, quę relinquenda est, pro tunc non esse bonam, alterã vero sic. Vbi tamẽ ambę simul fieri possũt, nõ probatur illam esse meliorem, quę ex necessitate fit, cũ opera de consilio videantur magis meritoria, q̃ quæ de precepto sunt, vt est communis sententia. Inde etiã patet aliud, quod secundo dicebatur, licet illud est melius, cuius oppositũ est peius, non esse vniuersaliter verum, quia fornicatio, quę castitati cõiugali opponitur, peior est, q̃ ea, quę virginitati opponitur, Pꝰ enim est adulterium, q̃ stuprũ. Nõ tamen inde fit, vt castitas coniugalis sit melior q̃ virginalis. Similiter odire amicum peius est, q̃ odire inimicum: sed non inde sequitur, qꝺ diligere amicum sit melius, q̃ diligere inimicum, cum hoc secundũ contingat exímię charitatis esse. Sed de hoc vide tractatum de charitate. Ad rem autem redeundo, dicendum aliud esse eleemosynã in extrema necessitate factam meliorẽ, aut magis satisfactoriã esse, q̃ ea, quæ citra extremã fit, quod ad prẽsens nõ discutitur, Aliud vero eleemosynã in extrema necessitate factam meritoriã esse, ac satisfactoriã. Et tenendum qꝺ sic, etiam si ratione precepti debeat: quandoquidẽ deus nõ solũ acceptare dignat opera, quę homo ex volũtate facit, sed etiam vitam ętternam, his qui

mandata eius seruauerint, frequenter in sacris literis promissit.

¶ An autem eleemosyna sit vtilior aut magis satisfactoria q̄ ieiunium & oratio: videtur q̄ sic. Tum, quia eleemosyna in scriptura sacra tam veteris, q̄ nouæ legis plus q̄ ieiunium & oratio commendatur. Tū etiam, quia eleemosyna videtur effectum ieiunii in se continere, qui est corporis afflictio. Hæc autem dupliciter fieri potest, positiue scilicet & priuatiue. Primum fit per flagella, peregrinationem, & similia. Secundum vero per vigiliam, nuditatem, atq; abstinentiam: in quibus & similibus corpus quodammodo suis voluptatibus priuatur. Cum ergo per eleemosynam factam priuetur homo rebus suis, per quas posset corpus, si vellet, recreari, & nō vult, apparet eleemosynam de se esse corporis saltem priuatiue afflictiuam/sicut & ieiunium. Adde, q̄ eleemosyna vltra ieiuniū addit beneficium, quod proximo fit, qđ ad charitatem pertinere dignoscitur. Et simili ratione continet in se virtutem orationis, cuius finis est, a deo aliquid optatum impetrare. Hoc autem nō minus per eleemosynam/q̄ per orationē impetrari potest. Nā satis orat, qui deo, hoc est dei pauperibus, aliquid donat. Vnde & inter homines ita videmus accidere, vt facilius per munera/q̄ per preces, quę volumus, obtinemus. Adde, q̄ vltra q̄ eleemosyna ipsa pro agente interpellat, ipsi adhuc pauperes suis precibus multam elargienti bene dictionem impetrant, iuxta illud domini, Luce. 16. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Sicut econtra pauperum maledictio solet eleemosynam negantibus euenire, Eccli. 4. iuxta illud Ecclesiastici, Ab inope ne auertas oculos tuos. Et addit. Maledicentis enī tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit illū. Itaq; doctorum sententia hæc est, vt inter partes satisfactionis potiorem locum obtineat eleemosyna.

¶ Nec valet ratio quorundam, qui in oppositum arguunt, eo q̄ ieiunium est magis pœnale, q̄ eleemosyna: igitur magis satisfactorium. Non inq̄ valet, quia opera nostra de se pro peccatis satisfactoria non sunt, nisi quatenus a deo acceptantur: deus autem magis eleemosynam/q̄ ieiunium acceptat, vt notum esse suppono cę teris paribus.

¶ De necessitate dandi eleemosynam.

DEinde solet dubitari, An sit necessarium & quando eleemosynam corporalē erogare sub pœna peccati mortalis. De necessitate quidem eam erogandi, nulla videtur esse dubitatio, quin ad eam teneamur iure naturali, diuino, & humano. De naturali apparet, lex enim naturalis est, Matth. 7. hæc aliis faciamus, quæ nobis in simili casu iuste fieri vellemus. In qua lege videtur Christus legem decalogi seu charitatis fundare. Cum autem necessitatem patimur, in qua fratris auxilio indigemus, non dubium, quin iuste velle possimus huiusmodi auxilium nobis impendi, igitur. Idem etiam probat Ricardus, Quia ad legem naturę pertinet, vt fratres diligamus & vere: vera autem dilectio non est, si in solo affectu sistat, nisi ad effectum deducatur iuxta illud Ioan. in Canonica. 1. cap. 3. Filioli, non diligamus verbo, nec lingua tā tum, sed opere & veritate.

¶ Q̄ etiam sit de iure diuino, patet ex Deuterono. 15. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Quod præceptum cōstat ad moralia pertinere. Patet etiam ex Ecclesiastici. 4. Vbi dicitur, Eleemosynam pauperis ne defraudes, sed redde ei debitum suum. Vnde & Ambrosius ait, Non minoris criminis est habenti tollere, q̄ cum possis, & abundans sis, pauperibus denegare, Idem patet Prouer. 28. ex Salomone dicēte, Qui despicit paupe rem deprecantem, sustinebit penuriam. Et iterum. Qui obturat aurem suam ad Prouer. 24. clamorē pauperis, ipse clamabit, & nō exaudietur. ¶ Idem etiam patet ex lege noua in parabola de Samaritano, qui alligauit vulnera, & misericordiam proximo Luce. 10. sauciato impendit. Quam parabolam Christus adduxit & exposuit, vt significaret, quis esset noster proximus, & a nobis qualiter diligendus, & concludit, Fac tu similiter, & viues. Idem apertius explicuit

cuit Christus Matth.25. Vbi docet, ꝙ qui erunt a sinistris, ibunt in ignem æternū, eo ꝙ ait Christus, Esuriui, & non dedistis mihi manducare. &c. Et cum illi obiicerent, Quando te vidimus esurientem, & non dedimus cibum? Respōdit Christus, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. In quo illud considerandum, ꝙ cū pauperes mēbra Christi sint, quod pauperibus impenditur, Christo impenditur: & quod pauperibus denegatur, Christo denegatur. Idem aperte docet Ioan. in sua
1.Ioā.3. Canonica, dicens, Qui habet substātiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere, quomodo charitas dei manet in illo? quasi dicat, nullo modo.

¶ Q̄ etiam sit de iure humano necessariū eleemosynam elargiri, apparet ex epistolis Pauli, qui nō solum diuitibus eleemosynas in subsidium pauperū fidelium iniungebat, & per seipsum eas exigebat, sed & discipulis suis mandabat, vt diuitibus prę ciperent, ꝙ eleemosynas facerent, vt patet. 1. ad Timoth. vltimo, dicens, Diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere & cōmunicare. Apparet etiā idem ex cap. Fratrem nostrum. distin. 86.

¶ Itaq; de necessitate dandi eleemosynā, non videtur dubitandum. Dubitari tamē apud doctos solet, quando sit necessarium eam erogare. Pro quo notandum ex parte dantis triplicia esse bona, Quędam necessaria ad sustētandum naturam sui/& familiæ suæ. Quędā necessaria ad sustentandum statum, Quędā vero quę nec ad hoc nec illud sunt necessaria, & dicuntur superflua. Ex parte etiam pauperis est triplex indigentia, puta extrema necessitas, & citra extremā, scilicet arcta, & denicq; cōmunis. Et vt certa ab incertis distinguamus, non dubium est hominem non teneri ad dandum eleemosynam de his, quę sibi, & familiç suę quo ad naturam sunt necessaria. Nam iuxta ordinem charitatis magis tenetur homo sibi & suis subuenire, q̄ alijs. Excepto, nisi illi alii adeo reip. sunt necessarii, vt nisi illis subueniatur, resp. peribit: tunc persona priuata se & sua debet periculo exponere, vt reip. subueniat. Nec etiam est dubium, hominem non teneri ad dandum eleemosynam de his, quę sunt illi necessaria ad statum, quando pauper non est in extrema necessitate, nec in arcta, etiam si sit in communi, vt communis est doctorum sentētia. Nec iterum dubium est hominem teneri ad eleemosynam erogādū de superfluis naturæ & statui, si pauper sit in extrema necessitate. Et extremam dico, non solum quando animam illico exhalaret, si illi non subueniatur, sed quando apparent in paupere euidētia, aut nota signa, ꝙ si illi non subueniatur, ad breue tempus deficiet.

¶ Esset tamen nōnullum dubium, An casu, quo homo habeat necessaria ad naturā & statum, & non vltra, & viderit paupere in extrema necessitate existentē, teneat de necessariis ad statum, illi pauperi subuenire, Cuius dubitationis rationem nōnulli acceperunt. Primo ex dictis Tho. 22.q.32. arti.6. Vbi cum concludat non esse de pręcepto/sed de consilio, eleemosynam dare de necessariis ad statum, & subiungens dicat esse inordinate factum, si quis inconuenienter viuat, & nō vt status suus exigit, vt aliis eleemosynas faciat, excipit tamē tres casus, in quib9 ait, laudabiliter faceret, qui de necessariis ad statum eleemosynas faceret. Primus, si statum mutet, puta per religionis ingressum. Secundo, quando ea q̄ sibi in aliorum eleemosynam subtrahit, de facili refarciri possunt. Tertio, quando occurreret extrema necessitas alicuius, aut aliqua magna necessitas reipu. In quibus casibus ait, laudabile esse facere eleemosynam de necessariis ad statum. Et ita videtur dicere esse de consilio in his casibus pauperi subuenire, cum constet primum & secundum casum de consilio esse, quibus & tertium ipse annumerat.

¶ Secundo facit ratio, quia si necessarium esset dare de necessariis statui, pauperi extremam necessitatem patienti, maxime ratione ordinis charitatis, qui exigit, vt salua propria vita, bona externa pro pauperibus, seu indigentibus exponantur: sed tūc sequitur esse necessariū his, qui sunt in statu aliquo constituti, totum statum suum exponere pro paupere in extremis existēte, quantumlibet magnus sit status, idq; quando non aliter posset mors pauperis impediri, nisi per p̄fati status amissionē.

¶ Verum, nō est, ꝙ in pręsenti dubitatione debeam? immorari, cū certa sit doctoꝝ

ſentẽtia bona temporalia pro vita fratris, cum neceſſitas poſtulauerit, exponenda eſſe. Nec in contrarium facit, quod ex Thoma citatum eſt, quandoquidem conſtat ipſum hoc idem ſenſiſſe & dixiſſe in eadem, q. articulo. 5. ſcilicet de præcepto eſſe, eleemoſynam pauperi in extrema neceſſitate exiſtenti, de neceſſariis ad ſtatum elargiri quæ dicuntur ſuperflua reſpectu naturæ ipſius hominis/& familiæ ſibi commiſſę. Quod idem ſentit & tenet in. 4. Quod autem ibidem ait, laudabile eſſe in illis caſibus tribus eleemoſynam de neceſſariis ad ſtatum facere, veriſſimum eſt vt facet. Non tamen inde fit, vt neceſſarium non ſit, in aliquo ex illis caſibus pauperi ſubuenire. Stat enim vnũ & idẽ opus laudabile eſſe, & de præcepto aut neceſſitate fieri debere.

¶ Ad id autem, quod in ratione tactũ eſt, dicẽdum, multa eſſe, ob quę hi, qui in dignitate conſtituti ſunt, excuſentur, ſi non totum ſtatum ſuũ pro alicui pauperi ſubueniendo exponãt. Tum, quia ad vni pauperi ſubueniendum, pauca ſufficiũt. Tũ, quia non ita conſtat diuitibus, pauperem in tanta eſſe neceſſitate, cum id minime inquirere teneantur. Tum etiam, quia & ſi cõſtaret, non tamen conſtat de negligentia aliorum, qui poſſunt eidẽ pauperi ſuccurrere. Deinde forte ex alia parte maiora incommoda ſequerẽtur, ſi diues ſtatum ſuũ/& filiorum/& familiæ ſuæ pro vno paupere exponeret, q̃ eſſet permittere illum in domino mori. Docet enim experientia multos a ſtatu in quo fuerãt lapſos, vel in deſperationem venire, vel furta/& rapinas committere, vel alia flagitia perpetrare, q̃ ſaluo eorum ſtatu minime perpetrarent.

QVod autem in cõtrouerſia eſt, de quo etiam doctores varia ſenſerunt, hoc eſt, An homo habens ſuperflua naturę & ſtatui, teneatur de præcepto & ſub pœna peccati mortalis eleemoſynam facere, etiam ſi pauperes in extrema neceſſitate non exiſtant. De qua queſtione non parua ſolet in his ſcholis eſſe contentio. Pro affirmatiua parte videtur facere beatus Tho. qui in quarto ſententiarum. diſt. 25. agens de eleemoſyna. articulo. 1. ait, Tẽpus, quo homo tenetur de præcepto eleemoſynam facere eſt, ex parte recipientis, ſi ſit in extrema neceſſitate. Ex parte vero dantis, ſi habeat ſuperflua naturę & ſtatui, etiam ſi pauper non ſit in extrema neceſſitate. Facit etiam Alexander de Hales. in. 3. parte. q. 65. Vbi aperte videtur dicere, q̃ in duobus caſibus peccat mortaliter diues, qui eleemoſynam non dat. Vnus eſt, ſi videt pauperem eſſe in extrema neceſſitate, Alter eſt, ſi non ſit in extrema, ſed in arcta, & notabili neceſſitate, diues autem in bonis abundet. Eiuſdem ſententiæ videtur Nicolaus de Lira, ſuper illud Ioan. in Canonica, Qui habet ſubſtantiam huius mundi, & viderit proximum ſuum neceſſe habere, &c. Vbi ait, in eiſdem duob9 caſibus eſſe neceſſarium eleemoſynam dare. Cum eiſdem tenet Cõradus, q. 19. Cũ eiſdem Ricardus. in. 4. Et poſt eum Angelus de Clauaſio, verbo eleemoſyna. Cum eiſdem tenet Dionyſius Carthuſianus ſuper Canonicam Ioan. ſupra citatam, qui dicit neceſſitatem pauperis, cui de præcepto eſt ſuccurrendum, extendendam eſſe non ſolum ad caſum extremæ neceſſitatis, ſed etiam ad neceſſitatem citra extremã notabilem. Nec dubito plures alios doctores tam veteres/q̃ recentiores, eiuſdem fuiſſe ſententiæ. 1. Ioan. 3.

¶ Secundo facit pro eadem ſententia decretum Hiero. & habetur. 42. diſtin. cap. 1. vbi ait, Aliena rapere conuincitur, quia vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. Vnde colligitur, non poſſe hominem ſuperflua naturæ & ſtatui retinere, nec minus eum retinendo peccare, q̃ ſi aliena tarripere ret. Facit ad idem decretum Ambroſii. Et habetur diſtin. 47. cap. Sicut, vbi inter multa alia egregie dicta: ait, Nemo dicat proprium, quod commune eſt, plus q̃ ſufficit ad ſumptus, violenter obtentum eſt. Et addit. Nec enim minus eſt crimínis habenti tollere, q̃ cum poſſis & abũdans ſis, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tu detines. Nudorum indumentum eſt, quod tu recludis. Tantorum ergo te inuadere ſcias bona, quantis poſſis præſtare quod velis. Conſonat his etiam Baſilius, dicens. Eſt panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam conſeruas, diſcalciati calceus, qui apud te marceſcit, indigentis argentum, quod poſſides inhumatum. Quocirca tot iniuriaris, quot dare

quot dare valeres. Facit & beatus Augustin⁹ ad Macedoniũ. Et habetur. 14. q. 4. Quid dicã, dicēs, nonne omnes, qui sibi videnẽ gaudere conquestis, eisq; vti nesciunt, alienũ possidere cõuincimus? Hoc enim certe alienũ non est, quod iure possidetur: hoc autẽ iure, quod iuste: & hoc iuste, quod bene, Oñe igit̃ quod male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui male vtit̃, &c. Hęc ille. ¶ Tertio pro eadem sententia faciunt scripturę testimonia, ait enim Christus, Nemo potest duobus dominis seruire. Et sequitur, Nõ potestis seruire deo, & mamone. Seruitũt autẽ mamone, qui diuitias custodiũt superfluas, nec eas his, quos indigere viderint, volunt erogare. Ait etiã, Difficile est diuites ingredi regnum cœlorum. Et iterum. Facilius est Camelũ ingredi per foramen acus, q̃ diuitẽ ingredi regnũ dei. In quo notat Theophilactus id, quod difficile esse dixerat, esse idem, quod impossibile: quãdoquidem impossibile est Camelum per foramen acus transire. De his autem diuitibus ait hoc esse intelligendum, qui diuitias superfluas retinẽt, cum alii nõ vel necessaria habeant. Dixit iterum Christus. Quod superest, date eleemosynã. vbi Beda ait, q; hic iubemur superflua pauperib⁹ erogare. Facit etiã quod dixit Matth. 25. Esurui, & non dedistis mihi manducare. Nudus fui, & nõ operuistis me. &c. Propter quod cõcludit illos in ignem æternũ ituros. Q; autem non loquatur solum in casu extremæ necessitatis, inde apparet, quia indumentũ non tale est, sine quo pauper viuere nõ possit. Visitatio etiam, qua quis visitat incarceratũ, nõ est illi ad vitam adeo necessaria, q; sine illa viuere non possit, si alimenta alioqui necessaria, illi nõ desint, & tamen inter eos, qui ad ignem damnandi sunt, connumerat homines, qui in carceratos. aut infirmos nõ visitant. Similiter & eos, q hospites / aut peregrinos nõ colligunt, cũ tamen sine hospitio possunt q̃ plures peregrini / aut hospites viuere. Facit etiã quod ait Paulus, Diuitib⁹ huius seculi præcipe facile tribuere, & cõmunicare. Similiter facit, quod ait Ioã. vt supra citatum est, Qui viderit fratrem suum necesse habere, habens substãtiam huiusmodi, vt clauserit viscera sua apud illum, quo modo charitas dei manet i illo? Quę omnia videntur procedere nõ de extrema necessitate tantum, sed arcta aut notabili.

Matth. 6.

Matth. 19.

Luce. 11.

1. ad Timoth. ultimo.

¶ Quarto pro eadem sententia facit ratio, quia multa sunt, quibus homo indigere potest, quib⁹ si de facto indigeat, tenemur ea, cum possumus, illis ministrare, etiam si nõ extreme indigeant, sed pateat eis alia via necessitatem illam euadendi: igitur tenentur diuites superflua extra extremam necessitatem erogare. Antecedẽs patet, de correctione fraterna, quam tenemur fratribus delinquentibus impendere, vt reducantur, cum tamen ipsi per se possint sine nostra correctione reduci. Idẽ patet, si frater habeat, quæ sibi sufficiũt, & asinus ei⁹ in via sub onere cadat, me transeũte, & iuuare potente, teneor ei succurrere, & auxilium meũ eidem impẽdere, etiam si absq; asino & onere eius habeat vnde ipse & familia eius possint sustentari. Assumptum patet, ex illo, quod habetur Exo. 22. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis. Idem patet de eo, qui furti cõscius est, & querente possessore non indicat. De quo ait Hiero. q; non minus reus est, q̃ ipse fur, vt habeẽ de furtis. cap. Qui cum fure. &c. Et procedit etiam, si huiusmodi furti indicatio nõ sit extreme necessaria ipsi possessori. Ad hunc modum possent alia exẽpla ad propositum allegari. ¶ Quinto facit alia ratio, quia si Petrus rem aliquam a Ioanne furatus est, & eam retinet ad sui indigentiã subleuandam, cum Ioannes eadem re nõ similiter indigeat, non tenetur rem illam in conscientia Ioanni restituere, interim q; ea notabiliter indiget. Cui⁹ ratio solet assignari, quia in casu Petrus nõ retinet alienum inuito domino, sed potius ipso consentiente/si non actu elicito, saltem debito. Ex quo arguitur, si dominus in casu actu debito consentit, sequitur q; stãte eadem Petri indigentia, debuisset Ioannes illam rem vel donare, vel mutuare/vel accomodare eidem Petro. non enim minus tenet̃ Ioãnes Petro indigenti succurrere/rẽ suã illi dando, q̃ in rei suæ retentione consentiendo. Et procedit ratio in casu, quo & si re illa Petrus notabiliter indigeat, non tamẽ extreme, ita vt sine illa viuere nõ possit. Idem dici solet in casu, quo debitor lõ-

gè distat a creditore, ad quem si rem debitam deportaret, notabile damnum pateretur debitor ipse: tunc dicunt posse debitorem hūc rem debitam apud se retinere, quia domino consentiente, actu debito eā retinet, ne scilicet in rei restitutione dānū illud notabile patiat: etiam si talis alioqui habeat, quæ illi ad vitam sunt necessaria.

¶ Alii vero aliter sentiunt, & mitius in fauorem diuitū loquuntur, dicētes eleemosynā non esse de necessitate sub pœna peccati mortalis erogandam, etiam si homo abundet, vbi aut quando nō occurrit pauper extremam necessitatem patiens, extra quam, consilium est eleemosynam facere, aut saltem nō est mortale eam non facere, Pro hac sententia videtur facere Tho. 22. q. 32. significans (vt multis eum interpretari libet) ꝙ duo requiruntur ad hoc, ꝙ eleemosyna sit de prꝯcepto. Vnum ex parte dātis, scilicet ꝙ habeat superflua. Alterū ex parte recipientis, scilicet ꝙ sit in extrema necessitate. Addit, alias eleemosynas de cōsilio esse. Facit & Alexander de Hales. parte. 4. q. 115. vbi dicit, ꝙ qui abundat, tenetur sub pœna peccati mortalis subuenire patienti extremam. Secundo dicit, ꝙ non tenetur de rigore iustitiæ alicui citra extremam subuenire, sed de bono & ęquo. Tertio dicit, ꝙ illis qui cōmunem patiūtur indegentiam, vt sunt mendicantes ex cōsuetudine, nisi in eis appareat notabilis necessitas, nō est demeritorium eleemosynam non facere. Adde, ꝙ cum ait, illū qui abūdat, peccare mortaliter, si extremam patiēti necessitatem non subuenit, nō omnino id affirmat, sed opinando id dicit. Ait enī Ille mortaliter peccat, vt opinor. Facit etiā Gerson, qui in regulis moralibus ait. Nemo tenetur de bonis suis/etiam superfluis naturæ & personę sub pœna peccati mortalis elemosynam facere, nisi grauis necessitas alteri ipso præsumere debente ꝙ aliꝰ nō succurret, immineret. Q̄ autē per illā grauem necessitatem intelligat extremā, apparet, quia statim addit rationem dicti, subiungens. Necessitas enim extrema proximi præferenda est soli decentię proprii statꝰ, quāto magis superfluitati. Hoc etiā dicit idem Gerson. parte. 2. alphabeto. 32. litera. O. cum de auaritia tractat, dicēs licitum esse superflua naturæ & statui retinere, vbi non occurrit pauper in periculo mortis. Et confirmat ibidem regulam scilicet Tūc est mortale peccatum, eleemosynam non dare, quādo homo abundat, & occurrit pauper in periculo mortis, nec videtur quomodo ei succurrat̄ per alium. Hæc ille. Facit etiam Durandus, qui hanc quæstionem tractans ait, Non est dubiū, quin teneatur is, qui abundat, de necessitate subuenire pauperi in extrema necessitate existenti. An autē teneatur de superfluis subuenire pauperi citra necessitatem existenti, ait, Nō audeo dicere, nec cōdemnē tātam multitudinem diuitum. Cui dicto durandi, Florentinus. in. 2. parte. cum de eleemosyna tractat, vbi & Durādum citat, minime cōtradicit. Facit & Panormi. cap̄. Si vero. de iure iurando, qui putans se doctori sancto conformare, ait illam eleemosynam esse necessariam sub pœna peccati mortalis, quæ fit de superfluo ei, qui est in extrema necessitate. Alias vero eleemosynas esse de consilio. Facit & Baptista, verbo eleemosyna. cap̄. 1. specialiꝰ vero & clarius verbo, mutuum. &c. dicēs, extra extremam necessitatē non esse mortale eleemosynam nō facere, alioquī cū̄ plures diuites essent damnandi, Similiter & confessores, qui illos absoluunt. Facit denicꝫ Gabriel & Maioris, aliicꝫ recentiores theologi satis docti ac timorati, Hos doctores in hac q̄stione citare ꝑ vtracꝫ parte libuit, quia hos quos videre potui/domi ad manꝰ habebā: sed & ab his citandis abstinuissem, nisi contētionem grauem inter quosdam super hac quęstione motā intellexissem. Non igitur temere, qui velit, huic postremæ sententiæ adhærebit, quæ tot virorū autoritati fulcitur.

¶ Pro qua sententia etiā facit ratio, Quia non tenetur homo magis fratri subuenire, q̄ frater ipse sibi ipsi: sed inops non tenet̄ sibi ipsi plus victus & vestitus procurare, q̄ sit sibi ad vitam necessarium: cum si sibi liberum sit, omnia bona huiusmodi abdicare, & in paupertate etiam arcta viuere, quod non modo licitum, sed valde laudabile est, iuxta dictum Christi. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et iuxta dictum Pauli. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. &c. Igitur. ¶ Deinde. non videt̄ Matth. 19. 1. ad Timoth. 6.

videtur rationabile dicere, ꝙ tenemur ſub pœna peccati mortalis ꝓcurare extraneo, vt bene illi ſit, ſed vt ſit, & viuat. Nō enim tenemur, & ſi poſſimus, proximis ſtatum aliquem, aut dignitatē, aut diuitias procurare, ſicut nec ipſi ſibi. Igitur ſi homo ſit extra neceſſitatem extremam, habens ſcilicet vnde ſeipſum poſſit ſuſtentare, & eos, qui ſibi cōmiſſi ſunt, reliqua quæ illi erogari poſſunt, non erunt illi neceſſaria vt ſit & viuat, ſed vt melius illi ſit, & abundantius aut lautius viuat. ¶ De inde non eſt de præcepto ſub pœna peccati mortalis danda eleemoſyna, niſi homini ea indigenti, homo autem habēs vnde poſſit ſe & ſuos ſuſtentare, non proprie dicitur aliorum bonis indigere, ex quo ſine alienis bonis viuere poteſt: & ita ſi indiget, non eis indiget abſolute/ſed cōditionaliter, vt ſcilicet melius illi ſit. ¶ Præterea ſi ita eſſet vt prima ſententia prætendit, ꝙ ſcilicet in duobus caſib⁹ eſt neceſſarium eleemoſynam facere, ſcilicet quando eſt homo in extrema neceſſitate, & etiam ea ſecluſa, quando habet homo ſupflua naturæ & ſtatui, qa talia ſuperflua non ſua ipſius diuitis poſſidētis ſunt/ſaltem quo ad vſum, ſed aliorū indigentium, etiam ſi in extrema neceſſitate non ſint: ſequit̄ ꝙ diuites ſuperflua huiuſmodi habentes, non poſſent monaſteria, eccleſias, aut alia honeſta ædificia facere, nec capellas dotare, ſi ita eſſet, ꝙ talia eſſent de neceſſitate pauperibus eroganda. Sequit̄ etiam, ꝙ tales diuites non poſſent de ſuperfluis aliquem ſtatum/aut dignitatem ſibi & ſuis procurare, ſi omnia quæ naturę & ſtatui preſenti ſuperflua ſūt, eſſent de neceſſitate pauperibus danda, nec ſua ipſorum poſſidentium eſſent, ſed pauperum. ¶ Sequitur etiam, ꝙ ꝯ primum homo peruenire ad talem fortunam, ꝙ habeat vnde naturam & perſonam poſſit cōpetenter ſuſtentare, ꝙ peccaret mortaliter, negocia vlterius exercēdo, vt lucret̄, quia, non minus peccatum eſt diuitias acquirere, ꝙ eas retinere. Et ſicut qui ſuperflua retinet, aliena retinere probat̄, ita qui ſuperflua acquirit, aliena rapere cōuincetur, & ita erit peccatum & mortale. Similiter ſequitur, ꝙ etiam erit mortale vltra ea, quæ decent ſtatum vniuscuiuſq; alia bona etiā donata accipere, quia erūt ſuperflua. Aut etiam ſi iure hereditario alicui debeantur, qui ſufficientia habet, peccaret ea accipiēdo, quia aliena acciperet in caſu. Niſi forte hos omnes velis excuſare, dicendo, ꝙ illa bona ſibi ſuperflua poſſunt acquirere & accipere hoc animo, ſcilicet, vt ea pauperibus erogent: quia ſancti non tā ſuperfluorum acquiſitionem, ꝙ eorum retentionē damnare videnť. Verum in hoc idem iudicīū eſt de acquiſitiōe & retētione, vtrūq; enim poteſt ob malū finem fieri, ſimiliter & ob bonū. Sed ſicut poteſt aliquis ſuperflua acquirere ad alīū finem bonum, qui non ſit pauperum ſubuentio: ita & ſuperflua poſſunt ad ſimilem finem bonum retineri. Ex fine igitur eſt de acquiſitione & retentione ſuperfluorum iudicandum: nā per ſe nec bonum / nec malum eſt, ſed ad vtrunq; indifferens.

¶ Quod autem mihi in hac contentione tenendum videtur, hoc eſt, ſcilicet ꝙ de ſuperfluis naturę & ſtatui neceſſariū eſt ſubuenire pauperi extremam vel quaſi neceſſitatem patienti: ſi nobis de neceſſitate huiuſmodi, ꝙ ꝯ non ſunt alii, qui tali pauperi velint aut poſſint ſubuenire, ſufficienter cōſtet. Et cum dico/ vel quaſi/ intelligo notabilem & arctam neceſſitatem. Et ſi extrema nō ſit, ſed tāta, ꝙ niſi illi ſubueniat̄, eſt veriſimile, ꝙ notabiliter vita illius abbreuiabit̄, aut aliquam ęgritudinem notabilem incidet. Hanc puto eſſe neceſſitatem, cui ſancti & ſcriptura ſacra iubēt ſubuenire, etiam ſub pœna peccati mortalis, cui non ſolum de ſuperfluis ſtatui ſuccurrendum eſt, ſed etiā de ſuperfluis naturæ. ¶ Videtur ſecundo, ꝙ extra hāc extremā neceſſitatem vel quaſi etiā ſi pauperes cōmunem patiantur neceſſitatem, nō eſt neceſſariū ſub pœna peccati mortalis de ſuperfluis naturæ & ſtatui illis ſubuenire, ſed poterūt diuites ſuperflua retinere, modo in bonū finem ea reſeruent: ſiue vt melior opportūitas pauperib⁹ ſuccurrēdi ſe offerat, ſiue alia pia cauſa, quæ in gloriam dei, & in viuorum/aut defunctorum ſalutem æternam cedat, ſiue reip. neceſſitas aut vtilitas ea reſeruare ſuadeat. Nec ob id damnandū eſſe arbitror, ſi quis talia ſuperflua retineat, ad acquirēdum ſibi/aut ſuis honorem dignitatem, aut ſtatū aliquem, quē ſolent homines licite & honeſte prætende

re, modo sciēter cura pauperum/extrema, vel quasi/necessitate laborantium, nō prę termittatur. Si tamen diuites huiusmodi, superflua vel acquirant vel retineant, nō alium finem prætendentes, q̄ abundare, & diuitias augere, & eas recondere, & custodire, nisi de pauperib⁹ curantes: nō tam in diuina largitate q̄ in suis diuitiis fidentes, hos nemo est, qui excuset, nemo, qui non damnet. Hi sunt auari, nō tam domini/q̄ serui suarum diuitiarum, quorū auaritiam Paulus ad Ephesios scribens, idolo latriam dicit, & dominus seruitutem mamonis esse dicit. ¶ Quę autem de huiusmodi auaris scripta sunt, referre nō oportet, cū multo plura sint/& peiora, q̄ quę pro priore sententia sunt allegata. Sequit iam solam superfluitatem naturæ & statui non sufficere ad hoc, q̄ abundans teneatur sub pœna peccati mortalis superflua pauperibus erogare. ¶ Secundū hæc potest ad rationes seu fundamenta prioris sententiæ responderi. Ad primum ex doctorum auctoritate sumptum, dicendum, illos fuisse illius sententiæ, quibus econtra alios totidem/& forte plures obiecimus, qui mitiorem sententiam defendūt.

ad Ephe. 5.

¶ Q̄ q̄ vnū esset, qd hic difficultatē faceret. An scilicet, Tho. fuerit prioris an posterioris sētētiæ, cū p̄ vtraq; soleat citari. Puto eū a nostra, quā postremo posuim⁹, sententia, parum differre. Et q̄uis Caietan⁹ docte & subtiliter sensum & mentem doctoris sancti ex multis suæ doctrinæ passibus collegerit, non tamē adeo clarum est, ex mente eius colligi solam superfluitatē naturæ & statui sufficere, vt sub pœna peccati mortalis teneatur diues ea quæ supersunt, pauperib⁹ erogare, vbi pauperes solam communem necessitatem patiantur. Q̄ si in. 4. videatur dicere q̄ sic, crederem id procedere casu, quo in alias pias/aut necessarias causas diues ille sua superflua non reseruarit. Maxime, q̄ in quotlibet, videatur significare diuitem non posse tute superflua reseruare, qui nec tenetur huic vel illi pauperi ea erogare, secluſa extrema necessitate: sed sibi liberum esse, quibus pauperib⁹ velit, ea distribuere. In quo innuit talia superflua nulli pauperi in casu esse debita: ac proinde absq; alicuius pauperis præiudicio, posset talia bona in alias pias causas expendi. ¶ Quod autem dixit. 2. 2. aliquid requiri ex parte dantis, scilicet superfluitatem: aliquid vero ex parte recipiētis, scilicet extremam necessitatem, non est tam euidens sic accipiendum esse, vt Caietanus illud accipit, scilicet diuisiue, immo videtur, q̄ collectiue sit accipiendū, & ambo simul debere concurrere, scilicet superfluitatem ex parte dantis, & necessitatem extremā ex parte recipientis ad hoc, q̄ eleemosyna facta alicui determinato pauperi/sit de præcepto, & sub pœna peccati mortalis agenda. Illic enim non loquitur aperte de superfluo statui, sed de superfluo naturæ ipsius dantis, & eorum, qui sibi commissi sunt: quod superfluū ait esse necessariū personę. Et de eleemosyna de huiusmodi superfluo alicui faciēda, videt illic procedere. Et verum est, quod ait ambo esse simul necessaria, vt talis eleemosyna sit de p̄cepto, idq; ait in corpore quæstionis. Nō enim cōcederet Caietan⁹, q̄ de residuo naturæ sui & suorum, quod est illis necessariū psonæ (de quo Tho. loquit̄) sit de prę cepto dare eleemosynam, nisi in recipiente sit extrema necessitas, vt ait Tho. Nec opus erat de superfluo personæ aperte loqui, quia cognito q̄ de superfluo naturæ sit necessarium eleemosynam facere, sufficienter sequitur esse idem necessarium de superfluo personæ. Q̄ si velis eum loqui de superfluo etiam statui, idem dicēdum, scilicet, q̄ ad hoc, q̄ eleemosyna sit de necessitate facienda alicui determinato pauperi, vltra superfluitatem ex parte dantis, requirit̄ simul extrema necessitas/vel quasi/ex parte recipientis. Vnde sicut sola necessitas extrema pauperis nō sufficit, vt homo teneat̄ illi de præcepto subuenire, nisi in dāte sit superfluitas, ita sola superfluitas non est sufficiens, vt homo teneat̄ sub pœna peccati mortalis alicui eleemosynam dare, nisi in recipiente sit extrema necessitas/vel quasi. De vtroq; enim in re hac pariter videt̄ loqui, scilicet, q̄ sit necessaria superfluitas in dāte, & necessitas extrema in recipiente. Et tunc nō habet locum cōmutatio eleemosynę in alias causas pias voluntarias, quemadmodum haberet, si pauperes extrema/vel quasi necessitate laborā tes non occurrerent. Si cui tamen cū Caietano placeat dicere, q̄ doctor sanctus in loco cita

co citato.articulo,ſcilicet.5.non copulatiue/ſed diuiſiue loquat, nō cōtēcto, Quod enim mihi videtur hoc eſt, vt dixi, ꝙ non obſtante, ꝙ vera eſſet Caietani ſentētia, ſcilicet ſolam ſuperfluitate ſine extrema neceſſitate ſufficere ad hoc, ꝙ eleemoſyna ſit ſub pœna peccati mortalis facienda, id tamen ex dicto articulo.5.non videtur aperte ſequi. ¶ Ad ſecundum ex autoritatibus Hiero. Ambroſii, Baſilii & Auguſtini citatum, dicendum, ꝙ loquuntur cōtra auaros, qui nil de pauperib⁹ curātes, diuitias ſuperfluas retinent, & his, qui indigēt extreme vel quaſi, non elargiuntur. Qꝫ autē citra hanc extremam vel quaſi neceſſitatē non loquant, ex dictis patet, quia tunc nō eſſet diuitib⁹ licitum, illa ſuperflua in cauſas alias valde pias expendere, vt ſupra arguebat, quod ſuppono falſum. Nec eſſet licitum de ſuperfluis ſtatum vel dignitatē alioqui emibilem emere, quod non eſt qui dicat. Igitur quando hi ſancti dicunt, ꝙ diuites ſuperflua retinentes aliena rapiūt, & non ſua/ſed quæ aliorum ſunt, detinēt, procedit quando pauperum tanta eſt neceſſitas, ꝙ illis talia bona debita ſūt: quod extra extremam/vel quaſi/locum non habet. vt ſi ſolum cōmunem patiantur neceſſitatem, quia tunc non proprie dicunt pauperes diuitum bonis indigere, cum poſſint ſine illis vitam tranſigere.

¶ Ad tertium ex dictis Chriſti ſumptum, dicendum, ꝙ Chriſtus non damnat eos, qui diuitias retinent ſimpliciter, ſed eos, qui diuitiis ſeruiunt, quales ſunt, qui eas recondunt & cuſtodiunt, quaſi propter ſe expetibiles eſſent, nec illis ad proximorū indigentias releuandas, vt deberent, vti volunt. Itaꝫ contra auaros loquitur, qui de diuitiis/non de pauperibus quauis neceſſitate preſſis, curant. De eiſdem etiam accipitur, quod dixit, non poſſe diuites ingredi regnum dei: quales ſunt, qui totum ſuum aut principalem affectum in diuitiis collocant, quæ tamen non propter ſe, ſed propter proprias & communes hominū indigentias eſſent quærendę. Quod autē dixit Lucæ. 11. Quod ſupereſt, date pauperibus. &c. facilius ſoluit, ꝙ id Chriſtus non abſolute aut præceptiue dixit, ſed potius remedium ſalutare docuit, per quod peccatores remiſſionem poſſent cōſequi peccatorum. Nā ait, Quod ſupereſt, date pauperibus, & omnia munda ſunt vobis. Nec hoc poſuit tanꝫ pręciſum & vnicū remedium ad remiſſionem peccatorū neceſſarium, quādo alia plura remedia ad id valeāt: ſed hoc vnice cōmēdauit, eo ꝙ multis modis ad ſatisfaciendum valet, vt ex dictis patet, Quod etiā dixit Matth. 25. procedit ſemper cōtra auaros, qui cum fratrū indigentiam notabilem agnoſcant, charitatis viſcera, quę illis aperire deberent, inhumane claudunt. Et ita de aliis dicatur.

¶ Ad quartum, quod petit hanc difficultatem, An ſemper teneamur ꝓximo operam noſtram impendere ad vitandum dānum ipſius/ſiue animę/ſiue corporis/ſiue honoris/aut rerum. &c. Dicendum proximum illū aliquando non habere poteſtatem/nec voluntatē ſuum proprīū damnū vitandi. Aliquando poteſtatē habere/ſed non voluntatem. Aliquando vero poteſtatem ſimul & volūtatem, Si proximus poteſtatem habet, ſi velit, ſuum dānum euitā di/ſimul & voluntatem, tunc non indiget opera noſtra, nec tenemur ei ad prędictum finem ſubuenire. Si autē poteſtatem non habet, qua poſſit ſine opera noſtra a damno illo liberari, & nos eum liberare poſſumus, tenemur ei ſubuenire: alioqui merito damnum illud nobis veniret imputandum, iuxta dictum Symachi, Mortem vi dē languentibus infligere, qui hāc, cum poteſt, non excludit, Pro quo etiā eſt Ambro. li. 1. de officiis. & habē. 23. q. 3. capi. Non inferenda. Qui nō repellit a ſocio iniuriam ſi poteſt, ita eſt in vitio, ꝙ ille qui facit. Si etiam poteſtatem habet ipſe ſuum damnum vitandi, & non voluntatem, nos autem poſſumus eum a damno illo eripere, tenemur ei operam noſtram, ſi commode poſſumus, impendere. Inde eſt, ꝙ tenemur fratrem delinquentem corrigere, ne labatur: aut ſi lapſus ſit, ne perſeueret, etiā ſi ipſe per ſe poteſtatem habeat non cadendi, voluntatem autem non habeat, idꝫ quādo per operam noſtram eius ſalus ſperatur euentura. Inde eſt, ꝙ ſi proxim⁹ deſperatus velit ſe in fluuium proiicere, & poſſumus nos noſtra opera illum / etiam inuitū, ne pereat, impedire, tenemur: quis ipſe p ſe poteſtatē haberet non ſe ꝓiciēdi.

¶ Si dicas, Non tenemur proximo ſubue

83. Diſtin.

nire, nisi quãdo ipse opera nostra indiget: si autẽ proxim⁹ in se potestatẽ habet illa dãna vitãdi, iam nõ opera nostra indiget. Dicẽdũ, duob⁹ modis pxim⁹ dicit opa nr̃a indigere. Vno modo, quãdo opera nostra est illi necessaria, sine qua scilicet damnum euitare non poterit: & tunc indiget opera nostra defectu potestatis. Alio modo, quãdo opera nostra, & si necessaria illi simpliciter non sit, posito tamen, q̃ ille potestate sua vti non velit, est necessaria ei opera nostra / ex suppositione: & est causa sine qua non vitabitur damnum, non sine qua vitari non potest: & tunc indiget opera nostra / defectu voluntatis. Et ita siue opera nostra sit necessaria simpliciter / vt damnum euadat, siue secundum quid ad sensum dictum, est necessariũ nostram operã illi impẽdere, ne nostra negligẽtia illius dãni causa sim⁹. Et per hoc patet vera esse exempla in argumento posita: sed non inde sequit̃, q̃ diues teneatur bona sua dare pauperi communem tantum necessitatem patienti, eo q̃ tunc pauper ille potestatem habet sibi de necessariis prouidendi simul & voluntatem: non enim pr̃sumendum est, q̃ volet a necessariis abstinendo perire.

¶ Ad quintum, in quo quæritur, An Ioãnes debeat consentire in hoc, q̃ Petrus rẽ Ioannis detineat, supposito q̃ Ioã. re illa nullatenus indigeat. Dicendum, q̃ vel Petrus indiget re illa ad aliquid necessarium naturæ: & fateor q̃ debet Ioannes in hoc consentire, si aliter huiusmodi necessariũ procurare non possit. Aut Petrus indiget re illa ad vitandum damnum aliquod notabile: quod non aliter euitare potest, & fateor etiam Ioannem debere consentire, & in vtroq; casu rem exigendo, & de manu Petri auferendo, peccaret mortaliter: sicut peccaret, si in tali necessitate illam rem nõ traderet Petro ad suam necessitatẽ releuandum. Si autem Petrus re illa indiget ad aliquid, quod est ei ad statum suum necessarium: tunc deberet Ioannes similiter consentire, sed non sub pœna peccati mortalis, vt puto, sed tantum venialis, idq; si nullum damnum Ioãni eueniat ex rei suæ detentione. Si autem Petrus indiget præfata re ad lucrum aliquod acquirendum præcise: tunc Ioannes non debet in tali retentione cõsentire, sed rationabiliter dicit̃ in casu inuitus. Similiter dicat̃ de alio exemplo ibidem posito. Iam ex his patet argumentum non probare intentum suũ, sed hoc solum, q̃ si Ioãnes in nullo indigeat re illa sibi omnino superflua, & Petrus ea indiget ad necessaria naturæ, aut ad vitandum aliquod notabile damnum suum, tenetur Ioannes rem illam tradere, vel donãdo, vel mutuando ipsi Petro, idq; sub pœna peccati mortalis. Si autẽ Petrus ad nullum tale re illa indigeat, sed ad cõseruationem sui status, tenet sub pœna peccati venialis ad summum rem illam eidẽ Petro tradere. Si autem ea ad solum lucrum indigeat, nullum est peccatũ, vt videtur, eã illi non dare. Ac proinde si pauper sit in necessitate communi tantum, non video, q̃ Ioan. teneatur rem suam sibi superfluã Petro tradere sub pœna peccati mortalis, ex quo nec illi est res illa necessaria naturę, nec ad damnum aliquod notabile vitandũ, vt pono. Et per hoc patet ad quæstionem. ¶ Verum cum hæc in genere dicta sint, & vere, si tamen ad casus particulares descendatur, non facile est / sed nimis difficile quis cui, & quantũ teneat̃ elargiri sub pœna peccati mortalis, eo q̃ incertum est, per quid necessaria a superfluis distingui possint. Incertum etiam est, quæ, & quanta necessitas in pauperе seu in recipiente requirat̃, quantum etiam sit vnicuiq; ad naturæ vel status sustentationem necessariũ. Incertum etiam sit, veram esse aut simulatam necessitatem, quæ solet in pauperib⁹ apparere, et si vera sit, non satis certum est, alios diuites adeo auaros esse, vt in nullo velint tali pauperi subuenire. Multaq; alia incerta sunt, ob quorum ignorantiã non sunt facile diuites condemnãdi, si eleemosynas de superfluis nõ faciant. Secus si certitudo superfluitatis simul & necessitatis aut indigentiæ haberetur, in qua re non dicerem diuites debere solicitos esse ad inquirendum quis quanta necessitate laboret, vt teneatur eisdem subuenire. Nisi forte prælati sint, quib⁹ specialis pauperum cura incumbit. De quibus alias.

¶ De quib⁹ bonis sit eleemosyna facienda, & a quibus personis.

ALiud occurrit dubiū, ſcilicet, An eleemoſyna ſit agēda præciſe de bonis propriis, an poſſit etiam de alienis fieri, ſimiliter & de cōmunibus. Q̄ enim de propriis fieri poſſit, non eſt dubitandū: maxime, ſi ipſorum bonorū adminiſtratio, domino ipſi cōueniat, ſecus alias. Quod dico propter mēte captos, & minores, qui & ſi domini rerum ſint, liberā tamen rerum adminiſtrationem non habent. Sed nec alii, quorum bona ob cauſam aliquā ſunt confiſcata, poſſunt eleemoſynam facere extra caſum extremæ neceſſitatis: quemadmodum nec donare poſſunt, nec alienare, hi ſaltem, quorum bona ipſo facto ſunt confiſcata, quales ſunt hæretici, quia die commiſſi criminis, priuantur rerum ſuarū dominio, etiam ſi per homines nō ſit in eos lata ſententia. Q̄ q̄ ad hoc, q̄ rebus ſuis actu priuent, iudicis ſententia opus eſt. de hære. cum ſecundum. li. 6. Imo generaliter quā docunq; bona alicui? ipſo iure/ſeu facto confiſcatur, aut alia pœna ipſo facto delinquenti iure infligitur, eſt neceſſaria ſententia, ſaltem qua declaret hominem illum tale/vel tale delictū perpetraſſe. Exceptis pœnis, quæ ſecum trahunt executionem, vt eſt excommunicatio, quam homines ſæpe ipſo facto ſine vlteriore declaratione in conſcientia incurrūt. Alioqui facile daretur occaſio cupidis iniuſte multos homines expoliandi, eos pœnam iuris ipſo facto incurriſſe prętendentib?. Nec obſtat cap. Pro humani. de homicidio. li. 6. vbi ſtatutum eſt contra Aſſaſſinos & eorū fautores, amiſſionem omnium bonorū, & alias pœnas ipſo facto incurrere, ita, q̄ ex quo de delicto probabilibus documētis conſtiterit, nulla alia ſententia requiratur: quia hoc intelligitur de ſententia condemnatiua, non de ea, quæ declaratiua eſt.

¶ Refert tamen lege cōtra aliquem delinquentem cautum eſſe, q̄ bona ſua publicentur ſeu confiſcent, aut q̄ ipſo facto ſint confiſcata. Si primum, vt in his, qui capitale crimen commiſerunt, tales ante ſentētiam latam, poterūt bona ſua retinere, & eiſdē vti, & eleemoſynas facere, & ea alienare, & tenebit alienatio, vt ait Innocen. cap. Quia propter. de electio. Si ſecundum, vt eſt in crimine leſæ maieſtatis/diuinæ & humanæ, poterit delinquēs bona poſſeſſa retinere, & eiſdē ad ſui & ſuorum ſuſtētationem/ante ſententiam latam vti, ea tamen alienare non poterit, nec donare, nec de illis eleemoſynam facere, citra caſum extremæ neceſſitatis. De his tamen alibi.

¶ De bonis autem alienis eleemoſynam fieri poſſe in caſu extremæ neceſſitatis vel quaſi, non etiam dubitatur: maxime ſi aliter huiuſmodi neceſſitati ſubueniri non poteſt. Huius ratio clara eſt, quia in tali neceſſitate omnia ſunt communia: nec dominus poteſt rationabiliter inuitus eſſe, quādo de bonis ſuis alius extreme laboranti ſuccurrit, non potens de propriis aut aliter ſubuenire.

Ed hic eſſet dubiū, An poſſit aliquis propria & ſufficientia bona habens, de bonis alteri? diuitis accipere, vt extremam neceſſitatem patiēti ſubueniat: taliter, q̄ ipē de ſuis propriis bonis ratam det pauperi: & ab aliis diuitib? abſentib?/aut ſubuenire nolentibus, tantūdem accipiat, vt de alienis & ſuis tribuat pauperi neceſſaria. Et ratio dubitationis eſt, quia talis homo in caſu id facit erga pauperē, quod alii diuites facere debuiſſent: ex quo obligatio ſubueniendi illi pauperi in caſu omnes illos diuites concernit. Et ita ſi alii diuites ſubuenire nolint/aut abſentes ſint, non illis in caſu fit iniuria. Adde, q̄ q̄uis actu elicito illi alii diuites in ſuarum rerum ad præfatum finem ablatione non conſentiant, bene tamen actu debito.

¶ Reſpon. Non videtur licitū, quod quæritur. Ratio, quia ſicut non eſt licitum alicui aliena ad propriæ neceſſitati ſubueniē dum ſine licentia domini ſubripere, ſi ipſe habet alias vnde poſſit ſibi ipſi ſubuenire, ita nec erit alicui licitum ad ſubueniendum alteri? neceſſitati, ſi habet vnde alias valeat illi ſubuenire, quod. n. non eſt alicui licitum vt ſibi ſubueniat, non erit licitum vt alteri ſubueniat.

¶ Pro hoc facit. 14. q. 5. cap. Forte aliquis cogitat, vbi dicit Auguſtin?, q̄ qui a diuitibus auaris aliena accipit, vt pauperibus ſubueniat, & ſic ablata, pauperibus diſtribuat, addit peccatū peccato. Gloſa. Quia ſemel peccauit per furtum auferendo, & iterum in diſtribuēdo, quia alienat, quæ

restituere deberet. Et cap. eleemosyna, ibi dem dicitur, ꝙ non debet fieri nisi de pro prijs & iuste possessis.

¶ Nec valet ratio prius facta, q̃ dicit, ꝙ ille homo in casu id egit, quod ꝓpri⁹ dñs fa cere debuisset. Si em̃ hoc excusaret aliena surripientem in casu, etiam eundem excu saret/si nil de suis propriis / sed totum de alienis pauperi tribueret, quia id ageret, quod alter facere debuisset, ex quo alter te neretur in totum pauperi subuenire, vbi non essent alii, qui possent aut vellent. Exẽ pla etiam clara sunt, vt supra deduximus, per quæ ostendimus fundamentum illud in multis deficere, vt si ꝑsona priuata fu rem vel homicidam suspendat, quem iu dex suspendere debuisset, non excusatur a culpa, etiam si id faciat, quod iudex facere debuisset. Similiter si Petrus debeat certã summam pecuniæ Ioanni, quam soluere recusat, peccaret Cicero, si propria autori tate se intromitteret ad accipiendũ de bo nis Petri summam illam, vt creditori sa tisfaciat, & tamẽ id agit, quod debitor age re debuisset, & ita de aliis posset exem plificari. Ratio huius est clara, quia in casu præ senti cõtrectatur res aliena, domino ratio nabiliter inuito. Nam cum is, qui aliena accipit, habet propria, ꝑ quæ posset pau peri subuenire, & non vult nisi de alienis, merito rei ablatæ dominus erit inuitus, si contra ipsius voluntatem bona sua inua dantur & distrahantur. Et ita falsum est, ꝙ dominus in casu cõsentiat actu debito: q̃ q̃ꝑ deberet consentire, si aliter extremæ pauperis necessitati subueniri non posset. In quo casu teneret verum aliud dictum, scilicet, ꝙ licitum est homini de alienis bo nis id agere, ꝙ ille alius agere debuisset, sci licet, quãdo necessitas sic agere cõpelleret.

¶ Si quæras, casu, quo essent decem diui tes videntes aliquem fame perire, & nul lus eorum illi succurrat, quis eorũ pecca bit? Ratio dubii est, quia quocũq; eorum signato, est verum dicere, ꝙ pauper nõ in diget ope illius, cũ per alios possit eius ne cessitati subueniri. Respõ. Quilibet eorũ in casu peccat, quia quilibet eorum tenet illi succurrere, & quilibet eorũ omittit: igi tur quilibet eorũ peccat. Antecedens cer tum est, cum non sit maior ratio de vno/ q̃ de alio. Similis difficultas est, si homo habeat vnde vni tantum subuenire possit, et occurrũt duo aut tres pauperes extremã necessitatẽ patientes, & nulli eorũ subue niat, peccat, quia vni nõ subuenit, & quia alteri nõ subuenit. &c. etiã si ambobus suc currere nõ possit. Pro quo illud breuiter notãdum, ꝙ duplex est obligatio, qua ali quis tenet ad aliquid. Quædam absoluta, qualis est ea, qua vnusquisq; tenet diuina mandata seruare, etiam alio seruãte. Quæ dam conditionata, qua tenetur aliquis ad aliquid, si alius id non faciat, secus alio fa ciẽte, qualis est obligatio, qua homo tene tur vxorem ducere ad finem multiplican di genus humanũ, Aut aliter ponat distin ctio, quia quædam est obligatio personalis seu particularis, quę singulos & directe concernit. Quædam vero cõmunis, quæ cõmunitatem, non individuum, directe concernit: & ad hęc tenent, qui sunt de illa communitate, non absolute sed conditio naliter, si scilicet per alios huiusmodi obli gatio non compleat. Ac proinde si nullus de cõmunitate illam cõpleat, vnusquisq; peccabit. Vnde ridiculũ est dicere, ꝙ pec cat communitas, & nullus de cõmunitate peccet, vt quidam dixerunt, in casu, quo nullus de communitate vellet vxorem du cere. Aliud exemplum est æque notum, si in ecclesia aliqua sint plures sacerdotes / si ue religiosi, siue seculares, e quib⁹ nõ plus vnus q̃ꝑ alius teneat in pascha te populo missam dicere, & nullus eam dicat, certum est vnumquemq; peccare, etiã si nullus te neretur absolute missam illam tũc dicere, nisi conditionaliter, scilicet aliis eam non dicẽtibus. Ita igit in casu, q̃ꝑ uis nullus illo tum diuitũ teneat tentione absoluta pau peri illi succurrere, quilibet tamen tenet tentione conditionata: ideo nullo succurrẽ te, quilibet eorum peccat.

¶ Redeũdo igitur ad rem, si pauper extre mam necessitatem patiat, quilibet potest & debet, si propria non habet, illi de alie nis subuenire, modo caueat a scandalo. In quo casu currit, quod ait Ambrosius, Fa me pasce morientem, si non pauisti, occi disti. Extra tamen huiusmodi extremam necessitatem nemini licitum est de alienis bonis pauperi subuenire sine cõsensu ve ri domini vero seu rationabiliter præsum pto, iuxta dictum Pauli, docentis non esse Ad Ro.

facienda mala, vt eueniant bona. Inde patet, ꝙ nec seruus de bonis domini, nec filius de bonis parentum, nec vxor de bonis mariti possunt eleemosynam extra casum extremæ necessitatis facere, nisi accedente domini, patris, aut mariti consensu expresso/ aut tacito/ aut rationabiliter ꝓsumpto. Idem dicatur de monachis/ seu religiosis, qui sine superiorum consensu nil possunt alienare, & ita nec eleemosynam facere, cum tales in nulla re videantur habere dominium. 11. q. 1. Non dicatis. Possunt tamen cum peregrinantur, aut in scholis residēt, aliquid pauperibus erogare, sicut alii scholares idem possunt, de bonis saltem, quæ vsu consumuntur. Nec enim putandum est, patres/ aut abbates tam strictos esse, quando religiosis aut filiis bona tradunt ad literis incumbēdum, vt in nullo velint eos paupertibus subuenire. Argumentum. cap. Præterea. De officio delegati.

QX dictis patet ad tertiū, An scilicet possit quis facere eleemosynam de bonis communibus sibi & alijs. Quæ quæstio habet locū in coniugibus, in abbatibus, in capitulis, in sociis, aliisq; bona in communi possidentibus. De vxoribus sententia communis est, eas non posse de bonis communibus donationem, aut eleemosynam facere, citra extremam necessitatē, sine cōsensu viri expresso/ vel rationabiliter ꝓsumpto, eo ꝙ talium bonorum libera administratio non vxoribus, sed maritis conuenit. Excepto, nisi ob causam aliquam marītus tali administratione priuetur: quia tunc deuoluitur ad vxorem. Ac proinde vxores, quæ de communibus bonis vel donationes/ vel eleemosynas sine necessitate cogente faciunt, tenētur tantundem, si possunt maritis restituere. Excepto, nisi talis, & tanta sit consuetudo in patria, qua vxores ius acquisiuerint ad aliqua erogandum, quia consuetudo excusabit. Talis, vt puto, est in dādo panem, aut aliquid, quod ex refectione supersit. Similiter, si vxor vtiliter agat rem viri, poterit aliquid de cōmunibus bonis erogare, exemplo Abigail, quæ datis panibus & certis aliis rebus regi Dauid cōtra voluntatem viri sui, eum a morte liberauit. Nam tunc adest mariti consensus debitus, & si non elicitus.

¶ Abbates etiā cū in bonis cōibus nonnullā habeāt administrationē, poterunt per viā eleemosynę aliquid dare. In quo etiam non parum agit consuetudo per superiores cognita, & approbata, aut saltē permissa, qua possunt ni certa quantitate suis consanguineis, aut quibus velint, aliqd elargiri. ¶ Capitulū etiā de bonis communibus quicq̄ donare, aut in eleemosynā elargiri non potest, nisi accedente consensu eorum, quorum interest, id q̄ secluſa semper causa ad oppositum compellente. Idem dicendum de socijs aliqua in cōmuni possidentibus, ꝙ alter sine alterius consensu saltem ꝓsumpto, eleemosynam facere, aut alicui quicq̄ donare non potest.

¶ Pro capitulo tamen notandum, non esse indistincte dicendum, ꝙ omniū assensus sit necessarius ad hoc, ꝙ possit de bonis communibus eleemosynam facere, Sunt enim bona capituli communia in duplici differentia. Quædam sunt cōmunia collegialiter, quorū dispositio seu dispēsatio ad oēs simul spectat absq; hoc, ꝙ singuli habeāt ius ad portiones illorū bonorū, qualia sunt bona quorundā monasteriorū, aut collegiorū, quę victui & vestitui religiosorū supersunt. Similiter & bona q̄rūdā eccl'iarū, quę post distributā vnicuiq; suā portionē, iuxta ecclesię regulā & cōsuetudinē, remanent ab ipsa cōitate seu cap'lo dispēsanda, Alia sunt bona cōmunia singulariter, quorū scilicet certa portio vnicuiq; debita est, nec ad cōem massā aliqd ptinet, quod nō int' singulos distribuatur. De primis bonis, quæ cōmunia collegialiter dicunt', pōt cap'm non solū ob necessitatē/ sed ob piā causam aliquid per viā eleemosynæ/ aut aliter dare, etiā si non assit omniū cōsensus, quia sufficit maior pars capituli, vt patet de his, quę fiūt a maiori pte capituli. cap. Cū in cūctis. De alijs autē bonis cōmunib9 singulariter, nō sufficit maior pars capituli ad aliquid tale alienādū, donādū, vel in eleemosynā erogandū, nisi omniū, quorū interest, accedat cōsensus, vt patet ex cap. Cum omnes. de constitutionibus, & glosa ibidē. Pro quo etiā facit Innocēti9 ibidē & alij,

3. Reg. 25.

Facit etiam regula iuris, Quod ad omnes attinet, ab omnibus debet approbari. ¶ Correlarie sequitur, ꝙ capitulum non potest eleemosynā facere extra casum necessitatis de bonis cōmunibus, quę de iure inter canonicos & portionarios iūt distribuēda sine ipsorum portionariorū cōsensu expresso/vel rationabiliter prę̄sumpto. Et multo minus possunt absq; eorūdem cōsensu alias gratias de huiusmodi bonis facere. Non enim sunt aliena bona inuitis dominis contrectanda. Idq; dixerim/si consuetudo cōtraria legitime præscripta ius prefato capitulo nō tradiderit ad bona cōia sine portionariorū cōsensu dispensanda. Nā hac secluſa, non occurrit ius nec ratio, quæ cogat oppositū tenere. ¶ Sed dices, ratiōe administrationis, quā capitulum habet, conuenit sibi sine portionariorum consensu aliquid de cōmunibus expēdere: sicut hac ratione potest maritus de bonis cōmunibus sine cōsensu vxoris, imo ipa reclamāte, aliquid erogare. Similiter curator/aut tutor potest ratiōe administrationis de bonis pupilli seu minoris eleemosynam facere, absq; minoris consensu: igitur ita poterit capitulū sine portionariorum consensu, idq; ratione administrationis. Dicendū non esse simile, nec verū, quod hęc ratio prętendit, quia in casu capitulum non habet plenā & liberā administrationē illorū bonorū, sed limitatā, iuxta regulā & constitutionē fundatorū, qui non minus ius habere voluerunt portionarios respectu portionis suę, q̄ canonicos respectu suę: ac proinde prefatę gratiæ per capitulū portionariis inuitis factę, in fraudē illorū fiunt. Maritus autē non solū administrationē, sed dominiū etiā habet bonorū cōmuniū. Capitulū autē nō ita. Maritus etiā plenā habet illorū bonorū administrationē. Capitulū autē nō nisi limitatā, iuxta regulas/& laudabiles ecclesię cōsuetudines. Deinde tutor & curator administrationē habet, sed cū hoc habet minoris cōsensum præsumptū/aut debitū, & si nō elicitū, similiter & ipsius iuris. Nec enim putandū est, curā seu tutelā alicui cōtra bonos mores, & cōtra pietatē ad pauperes habendā cōmitti: qualiter cōmitteret, si curator/aut tutor nō posset pauperibus subuenire, & officiū pietatis, & fraternę charitatis exercere, qualiter minor, si adultæ esset ętatis, exercere debuisset. ¶ Si vltra obiicias, ꝙ tunc nil posset capitulū de bonis cōmunibus disponere sine portionariorū consensu. Dicendū, negādo sequelam, quia in his, quę sunt necessaria ecclesię, aut vtilia, facultatem habet capitulū de bonis huiusmodi disponēdi, in qua dispositione, & si actu portionarii non consentiant, iustū tamen est eos cōsentire: & ideo perinde est, ac si actu cōsentiant. Secus si capituli dispositio non in publicū ecclesiæ bonū cadat, sed in priuatum & personale. Sed de his hęc obiter dixisse sufficiat.

¶ De eleemosyna

facienda de bonis illicite quęsitis.

EX dictis apparet responsio ad dubiū aliud moueri solitū, scilicet, An sit faciēda eleemosyna de bonis turpiter aut illicite acquisitis. Si enī pauper extremā, vel quasi necessitatem patiatur, nil refert, qualiter acquisita sint bona, quia illi tenemur in casu hoc de alienis subuenire, nedum de propriis iniuste acquisitis, quando aliter prefatę necessitati succurri nō potest. Si tamen pauper sit citra extremam vel quasi necessitatem, sed in communi, esset distinguendum de bonis illicite acquisitis. Quædam enim sunt certis personis restituēda, his scilicet, quas iniuste lesimus. Quædam sunt, quæ licet non sint certis personis restituenda, licite tamen a nobis retineri non possunt. Alia vero sunt, quæ q̄uis per medium aut modum illicitum acquisita sint, iuste tamen possunt a nobis velut propria possideri. Exemplum primi, de his, quæ certis personis sunt restituenda, qualia sunt ea, quæ per furtum, rapinam, concussionem, iniustam exactionem, metum, fraudem, aut per alia huiusmodi media sunt acquisita, & de talibus citra extremam non est agenda elemosyna, sed suis dñis, aut creditoribus restituēda sunt. Excepto, nisi talia sint quę functionē recipiūt, nā tūc poterūt illa in eleemosynā dari, modo is, q ea dat, maneat potēs tantundem restituere. Exē plum

plum ſecundi, de his ſcilicet, quæ retineri nō poſſunt, qualia ſunt, q̄ per ſimoniam, aut per ſententiam iniqua, ſeu per falſum teſtimonium, aut pro alio crimine perpetrando, ſunt acquiſita. Talia quidem, & ſi non ſint neceſſario reddenda his, a quib⁹ accepta fuerunt, non tamen poſſunt licite retineri, ſed pauperibus ſunt erogāda. Nec his aſſentior, qui dicunt in hoc caſu cōſilium eſſe ea pauperibus erogare/ aut non. De quo alias videbitur. Exemplum tertii, de his, quę turpiter ſunt acquiſita, & tamē licite veluti propria retineri poſſunt, qualia ſunt, quę per actum prohibitum/ aut tēpore ſeu loco prohibitus ſunt acquiſita, hoc eſt, quando modus acquirēdi prohibitus eſt, non tamen prohibita eſt ipſius lucri ſeu rei acceptio. Quale eſt, quod per meretricium eſt acquiſitū, aut per contractum cum excōmunicato, aut per negotiationē in tempore aut loco ſacro factam: taliter enim acquiſita, & ſi turpia ſint ex circunſtantia, efficiūtur tamē propria ipſius acquirentis, ideo acquirēs ea, poteſt de illis eleemoſynam facere. Excepto, niſi talis/ & tali loco fiat, q̄ inde naſceretur ſcandalum. Qualiter, ſeu quam ob cauſam phibita eſt meretrici oblatio publica. vt habetur Deutero. 23. Nō offeres mercedem proſtibuli in domo dñi.

QX his oritur quædam dubitatio non omnino propoſito impertinens, ſcilicet, Si quis multa habeat bona, omnia tamē, quę habet, ſint reſtitutiōi obnoxia, & tamen de illis aliqua pauperi in extrema neceſſitate exiſtenti elargitur, an talis deobligetur a reſtitutione facienda in ea parte, quā pauperi huiuſmodi erogauit, an potius teneatur, cum ad pinguem venerit fortunam, tantundem reſtituere. Et viſum eſt quibuſdā dicere, q̄ talis ad pinguem veniens fortunam, tenebitur tantundē reſtituere. Tum, quia ſi omnia quę habet, mutuo acceppiſſet, aut per viam depoſiti ea teneat, & de illis pauperi extremā patienti largiatur, tenebitur tantundem mutuanti/ ſeu deponenti reſtituere: igitur etiam ſi ea omnia iniuſte rapuerit, tenebitur in caſu. Antecedens ſuppono, Et conſequentiam probo. Non enim in caſu debet eſſe deterioris cōditionis qui ſine culpa res alienas tenet, q̄ qui per rapinam & furtum eas acquiſiuit. Tum etiam, quia ſi ipſemet, qui aliena poſſidet, ea in toto vel in parte luę propriæ indigentiæ ſubueniat, cōſumat, tenebitur poſtea/ ſi ad pinguem venerit fortunam, tantundem reſtituere: igitur ad idē tenebitur, ſi ea ad alterius indigentiam ſubleuandā cōſumat.

¶ Econtra vero videbatur aliis, hominē manere ab obligatione reſtituendi liberum in caſu. Tum, quia ſi quis nō habēs propria, vnde patienti extremam neceſſitatem ſubueniat, aliena ad illi ſubueniendum accipiat, non tenebitur ſic accepta reſtituere. Igitur nec in caſu preſenti tenebitur, cum nil videatur referre aliena accipere, vt pauperi ſubueniatur, aut aliena habita erogare, vt eidem pauperi ſubueniatur, cum vtrobiq̄ eadem ſit ex parte pauperis indigentia, eadē illi ſubueniendi neceſſitas, & idem ex parte ſubuenientis defectus, cum nil proprium habeat, eadem ex parte eiuſdem charitas & miſericordia, eadem ad ſubueniendū obligatio, cū nō ſit alius mod⁹ pauperi ſuccurrēdi, q̄ qui dictus eſt. ¶ Tum etiam, quia ſi creditor, cui bona prefata erant reſtituenda cōſentiret in hoc, q̄ debitor de illis bonis pauperi diſtribueret, debitor eſſet liber a debito reſtituendi diſtributum: igitur etiam erit liber, ſi creditor ſit abſens, ſeu ſi non actu conſentiat, ex quo in caſu ſcīēs pauperis neceſſitatē, nec eſſe aliū modū, quo illi poſſit ſubueniri, deberet ſi adeſſet cōſentire: in hmōi aūt caſibus idē operatur debitus cōſenſus qd elicitus & actualis, igit̄.

¶ Si forte dicatur, q̄ creditor non teneba⁹ conſentire in hoc, q̄ debitor ſubueniret indigenti per viam donationis, cum poſſet eidem ſubuenire per viam mutationis, & ita ſemper maneret obligatio debitum reſtituendi. Contra hoc eſt ratio, quia eſto id ita eſſet, ſequit̄ q̄ prefatus debitor mutuauit illi pauperi de conſenſu creditoris ſaltē debito, igitur eo ipſo expirat in debitore mutuate debitū reſtituēdi, id, quod pauperi elargitur, ſaltem vſq̄ quo pauper, qui eſt velut mutuatari⁹, efficiatur potens acceptum reddere: ſi tamen nunq̄ potēs fiat, nec creditori ſatisfaciat, non debitori/ ſed creditori venit imputandum, de cuius conſenſu res illa mutua

ta fuit, Vt si mandatarius mutuat pecunias mandantis ad mandatum ipsius, non relinquitur in mãdatario obligatio illas restituendi mandanti. Et ita in casu, siue debitor per viam donatiõis, siue per viã mutui, id quod debebat, pauperi contulit, cum id egerit ex consensu creditoris, videtur prior obligatio extingui, qua scilicet tenebatur creditori.

¶ Respon. Huius quęstionis solutio videtur ex alia non huic dissimili pendere, quæ etiam inter arguendum tangebatur, scilicet, si quis in extrema necessitate existens aliena consumat, & post ad pinguem perueniat fortunam, an teneatur pro consumptis satisfacere, Dixit Sco. Ricar. & Gabriel, distinguendo, quia vel talis indigens occupauerat aliena quę cõsumpsit, anteq̃ extremam incideret indigentiam, aut existente extrema necessitate aliena accepit & cõsumpsit. Si primũ, ex ipsa initiata rei alienæ occupatione orta fuit in occupante obligatio restituendi acceptum, quę, superueniente extrema necessitate, fuit sopita: ideo huiusmodi necessitate cessante, reuiuiscit obligatio tantundem restituendi. Si secundum, ex quo ob necessitatem illam res sic occupata facta est occupantis tempore ipsius occupationis, ideo ex tali acceptione non orta est obligatio restituendi: ac proinde, cessante p̃fata necessitate, nulla est obligatio quæ reuiuiscat, sicut in primo casu. Quæ responsio satis consonat his, quæ dici solẽt, de operibus bonis ante peccatum vel in peccato factis. Nã priora opera ante peccatum facta, reuiuiscunt, quando homo a peccato recedit. Quæ autem in peccato fuerunt facta, quia nunq̃ vixerunt, non amplius reuiuiscunt.

¶ Conformiter ad hoc posset in præsenti dubitatione responderi, q̃ scilicet prædictus debitor, qui de debitis pauperi largitus est, tenebitur, si postmodum poterit, tantundem creditori restituere: nõ obstante, q̃ ob extremam necessitatem pauperis ea consumpsit. Cuius ratio est, quia in debitore illo iam erat obligatio viua restituendi ea, quę acceperat, seu quę actu possidebat, & superuenięte extrema pauperis necessitate, ob quam coactus fuit aliquid eidem elargiri, vnde pro tunc mansit impotens ad plene restituendum, fuit sopita prædicta obligatio: hęc tamẽ, accedente pingui fortuna, reuiuiscit.

¶ Ad ea vero, quę in oppositũ pro secunda opinione dicta sunt, dicendum ad primum, non esse idem de eo, qui existẽte extrema pauperis necessitate aliena accipit, vt illi subueniat: & de eo, qui de alioqui debitis eidem pauperi elargitur. Primus quidem non tenetur accepta restituere, quia extrema necessitas fecit, vt non tam aliena, q̃ ipsius pauperis essent, quę accepta sunt, cum necessitas hęc omnia faciat communia. De secundo autem, qui de debitis prius elargitur, secus est, quia ante necessitatem præcesserat viua obligatio restituendi creditori.

¶ Ad secundũ, esto in similibus casibus idem operaretur consensus debitus & elicitus: attamen in præsenti casu creditor ille nec consentit actu elicito / nec debito, in hoc, q̃ debitor donet, vel mutuet indigenti cum damno ipsius creditoris, consentit autem actu debito in eo, quod est necessarium in casu ad pauperi subueniendum: hoc autem esse potest non deobligando debitorem a debito sibi satisfaciendi, quando poterit. Si enim deberet consentire creditor in hoc, q̃ debitor nomine ipsius creditoris de debitis elargiatur, aut subueniat pauperi, hic consensus releuaret debitorem a debito: verum non tenetur illo modo consentire, cum necessitas pauperis talem consensum non exigat, ex quo pauperi sufficienter subueniatur per debitorem, si debitor nomine suo non creditoris illi necessaria ministret.

¶ An extreme indigenti sit eleemosyna facienda donãdo, An sufficiat eã facere mutuando.

IN dictis insuper alia inuoluitur dubitatio, vnde quodammodo pẽdet, qđ ex Scoto nuper diceba-

tur, scilicet pauperem in extrema necessitate aliena occupantem & consumẽtem, non teneri postmodum tantundem restituere: secus si ante necessitatis aduentum illa occupauerit, & in necessitate eadem

dem consumpserit. Cum tamē Adrianus in hoc nullam videatur differētiam ponere, ꝙ ante necessitatē, vel in ipsa necessitate aliena occupauerit; modo in ipsa necessitate illa consumpserit. Et in vtroꝙ casu videtur asserere pauperem teneri restituere, quādo ad pinguem venerit fortunam, quia vt ait, dominus rei sic consumptæ, non debuit consentire in suæ rei occupatione donando, cum ad releuandum paupertatis necessitatem sufficeret consentire mutuando.

¶ Iam est dubitatio, supposito, ꝙ diues teneatur pauperi in extrema existenti necessaria tradere, An ad id teneatur donando, an satisfaciat, si subueniat mutuando, intendendo, scilicet obligare ipsum indigentem, vt cum venerit ad pinguem fortunam, tantundem restituat. Et ꝙ non teneatur subuenire donando, sed satisfaciat si mutuet/aut aliter illi patēti subueniat, arguitur primo, quia ex charitate non tenemur sub pœna peccati mortalis succurrere proximo necessitatem patienti, plus, ꝙꝫ ipsa necessitas exigit, cum illud plus cōsilii sit, non præcepti. Si igitur possumus necessitati subuenire sufficienter, res nostras illi indigenti communicando per viam mutui, sequitur, ꝙ non tenemur illi res nostras per viam donationis communicare. Cuius exemplum videtur notum si video proximum in tanto periculo cōstitutum, ꝙ nisi velociter, & cito fugiat a loco in quo est, occidet iniuste ab inimicis, velociter in ipsum irruere volētibus: ille autem velociter fugere non potest, nisi equum meum illi communicē. Iam in casu teneor quidem equum meum illi cōmunicare, non tamen per viam donationis, sed satis est, si illum eidem accommodem, eundem in se, vel in ęquiualēti postmodum mihi reddituro. Et in hoc parum refert illum, qui eget equo meo, diues sit, an pauper.

¶ Aliud exemplum. Imus simul per viā Petrus & ego, quibus latrones occurrūt, qui nobis mortem comminantur, nisi vnusquisꝙ nostrum illis centum ducatos tradamus: & Petro nullas secum pecunias portante, ego pro illo & pro me ducentos ducatos soluo. Iam in casu Petrus est in extrema necessitate cōstitutus, nec est qui possit ei subuenire prēter me, per traditionem præfatorum centum ducatorum, non teneor illos ducatos ei tradere per viā donationis, sed satisfacio debito subueniendi, si mutuem.

¶ Confirmatur primo idem, si in patria extrema famis necessitas superueniat, me copiam tritici habente, teneor cum possum ciuibus succurrere extremam necessitatem patētibus, illis triticum communicando, & tamen possum protestari, ꝙ mutuo illis, & non dono, ꝙꝫ repetam ab eis, quando soluere poterunt, vt notatur in. l. Nencenius. & in. l. Alimenta. ff. de rebus gestis.

¶ Confirmatur secundo, Si aliquis certā ęgritudinem incidat, ad cuius curationē magnis expensis & medicinis opus sit, tenebitur quidem medicus suam operam illi impendere, similiter & pharmacopola suas medicinas quantumuis prēciosas, si aliter mortem euadere non poterit, non tamen ad id tenetur donādo, cum possint similiter protestari, ꝙ medicus sui operis mercedē & pharmacopola suarum medicinarum pretium ab illo infirmo, quādo potens fuerit, repetent.

¶ Tertio ad idem facit, Si aliquis robustus laborare potens nil penitus habeat, cui nisi illico succurratur, fame peribit: ego in tali casu in defectum aliorum teneor illi succurrere, sed nō donando, quādoquidem possum cum illo pacisci, ꝙ dabo ei quicquid opus fuerit, hac lege, vt postea ꝙꝫ illi subuentum fuerit, & vires sint restitutę, eat in agrum meum, & colat loco mercedis prius susceptę. Non igitur est necessarium indigēti subuenire donando: alioqui si in hoc casu ille indigens pactum nollet acceptare, nec ego illi quicꝙꝫ donare, posset ille sine peccato res meas inuadere tanꝙꝫ suas, & sibi debitas: quod tamen est falsum, quia nemo illum indigentem a culpa excusabit, si pacto neglecto, res meas illo modo inuadat, ex quo potest aliter suæ necessitati subuenire, suā scilicet personam locando.

¶ Quarto ad idem facit exemplum Iacob, qui noluit gratis dare pulmentū fratri suo Esau, quem itinere & venatione fatigatum/fame perire videbat: sed pro pulmento primogenituram petiit. Gene. 25.

¶ Quinto facit etiam, quod habetur de furtis. cap. Si quis. Vbi dicitur, Si quis propter necessitatem famis / aut nuditatis aliena occupauerit, talis si postea occupatum reddiderit, non cogatur ieiunare. Vnde a contrario, si non reddiderit, ieiunare cogatur. Vnde argumētum sumitur, q̄ dominus rerum per indigentem occupatarum, non tenebatur res illas occupatas indigenti communicare donando: alioqui non compelleretur indigens easdem suo dño reddere.

¶ Sexto facit etiam, quod habetur cap. Exiit. de verborum significatione. lib. 6. Vbi significatur, q̄ tunc licet minoribus de alienis viuere, quando nec per oblationes sponte factas, nec per mendicitatem, nec per laborem manuum / vitæ suæ possunt necessaria ministrare. Vnde colligitur, q̄ si homo potest per aliquod medium licitum suæ necessitati subuenire, non est ei licitum aliena inuadere, & de alienis viuere. Igitur nec etiam alii tenentur eis per viam donationis succurrere, si alia via licita possunt eorum necessitates subleuare, vti possunt, vel mutuando, vel emendo, vel locando, aut aliquo alio licito medio vtendo. &c.

¶ Oppositum tamen video communiter teneri, scilicet, q̄ in certis casibus est de præcepto dare eleemosynam, vt ex dictis patet. Nomine autem eleemosynæ cōmuniter intelligitur, quod gratis / & liberaliter datur, & propter deum, ad releuandum proximi indigentiam. Dicitur autem in casu propter deum dari, illud quod datur, non vt ab homine loco ipsius aliquid recipiatur, nec principaliter speretur, præter præmium quod a deo his, qui eleemosynas faciunt, paratum est. Itaq̄ eleemosyna ex communi hominum intelligentia est, quod irreuocabiliter datur. Quod autem per viam mutui, emptionis, locationis, aut alterius cōtractus traditur, non gratis, & propter deum, vt dictum est, traditur, ideo proprie non venit nomine eleemosynæ intelligendum.

Lucæ. 11. ¶ Facit, quod dixit Christus, Quod superest, date eleemosynam. Vbi non dixit / mutuate, sed, date, Et quod iterum dixit,

Lucæ. 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes, claudos, & eos, qui non habent, vnde retribuant tibi. Vbi satis innuit, eleemosynam esse pauperibus faciendam, non intuitu retributionis ab homine speratæ, sed gratis / ex misericordia, & propter deum. Quod etiam ex Ecclesiastici. 4. confirmatur, vbi dicitur, Eleemosynam pauperis non defraudes, sed redde illi debitum suum. Si igitur suum est huiusmodi debitum, absq̄ retributione oportet illud pauperi reddere, & ita gratis. Facit etiam parabola de Samaritano, qui cum sauciato indigenti misericordiam impendisset gratis, & nō ob retributionē eam fecisset / concludit dominus, dicens, Fac tu similiter. Lucæ. 10.

¶ Facit etiam ratio, quia alias sequeretur, q̄ qui mutuat, aut ad terminum vendit, posset vltra capitale exigere interesse dāni & lucri, nō solum si diuitibus mutuet, sed etiam si pauperibus quantacunq̄ necessitate p̄ressis: quod est contra communem sententiam, quę ait, q̄ inter alias conditiones requisitas ad hoc, q̄ mutuans / seu ad terminum vendens possit iuste interesse vltra capitale exigere, vna est, q̄ nō sit mutuatarius arcta & notabili necessitate pressus, quia tunc ratione indigētiæ oportet illi per eleemosynam subuenire.

¶ Sequeretur insuper, q̄ si diuites nollent pauperibus subuenire, nisi mutuando, tenerentur p̄fati pauperes, quando possent, accepta restituere: & non solum hoc, sed tenerentur dare operam acquirēdi, vnde accepta restituāt. Ac proinde nō esset illis liberum in paupertate euangelica viuere, nec religionem intrare: quandoquidem qui debitis grauatus est, satisfacere debet, si potest: priusq̄ religionem ingrediatur & profiteatur.

¶ In hac quęstione, quæ pro vtraq̄ sui parte apparentia habet fundamenta, distinguendum mihi videtur, ex parte dantis, & ex parte recipientis. Si enim recipiēs tam inops est, vt propria bona actu non habeat, quæ retribuere possit, nec artem habet, nec vires, nec industriā, nec denicq̄ modum aliquem vnde necessaria vitæ possit / nisi mendicando acquirere, vt sūt claudi, cęci, alijq̄ morbo incurabili laborātes, & qui senectute, quæ grauis infirmitas est, & incurabilis, sunt confecti,

fecti, talibus danda est eleemosyna gratis & liberaliter, propter deum, sine spe vlla retributionis ab ipso paupere euenturæ. Hi enim dicūtur veri pauperes, qui omni humano subsidio sunt destituti, a quib⁹ nil est, quod sperari queat. Alii sunt pauperes, quibus bona desunt temporalia: habent tamen actu vires, quibus laborare possunt, & operam suam locare. Habent etiam nonnulli artem aliquam/ aut industriam, per quam possunt aliis prodesse, vnde mercedem mereantur/ aut stipendium, vt propriæ possint necessitati subuenire, si velint. Et de his videtur idem iudicium, quod de aliis ope aliena indigentibus, cum tamen bona habeant temporalia, quæ retribuere possint, etiam si infirmi sint, aut alia quacunq; necessitate pressi: & his non est necessarium eleemosynam per viam donationis dare: poterit tamen & debebit, qui potens est, illis in tali necessitate subuenire de suis bonis illis communicando, & tantundem de rebus indigentis accipere vel sperare. Hi enim non sunt omnino pauperes, nec ita humana facultate destituti, quin vel res suas vendendo, vel propriam operam seu personam locando, vel aliis obsequium impendendo, possint, quæ illis fuerint necessaria, acquirere, & suis necessitatibus succurrentibus rependere.

¶ Ex parte vero dantis similiter videtur distinguendum, quia sunt, qui habent superflua naturæ & statui. Sunt etiam, qui & si superflua habeant naturæ, non tamē statui. Et qui vtrq; superflua habent, adhuc sunt in duplici differentia, quia aut illa retinent & seruant ad ea expendendum in rebus alioqui reip. aut aliis miserabilibus personis necessariis, aut vt diuitias accumulent/ & augeant, seu vt in alios fines inhonestos ea expendāt.

¶ Qui igitur de his, quę sunt necessaria ad statum aliquid notabile existenti in extrema necessitate largitur, etiam si actu nō habeat vnde retribuere possit, habet tamen in spe, quia de illo sperat, q; veniet ad pinguiorem fortunam, &c. videtur q; non teneatur gratis necessaria ministrare, satis est, si per viam mutui conditionalis ea contulerat, obligando scilicet illum conditionaliter, vt si ad pinguem venerit fortunam, tantundem reddat, & idem videtur dicendum, si quis dat in eodem casu de superfluis statui, quæ alioqui in rebus reipub. aut aliis necessariis/ seu valde vtilibus erant expendenda, idq; si sic datum sit in notabili quantitate. Huius ratio est, quia licitum est alicui obligationem iniungere ad id, ad quod alioqui ipsa ratio naturalis eū astringit. Sed qui de necessariis ad statum alterius/ aut ad alias publicas vtilitates accepit, & veniat ad pinguē fortunam, ita vt possit supplere, quę aliis, a quibus accepit, desunt, impie & inhumane agere videretur, si ad prędictū defectum supplendum, nil velit rependere. Secus si de superfluis statui acceperit, quę non erant ad publicas necessitates seu vtilitates reseruata, sed ad diuitias augendum, aut in fines inutiles expendendum.

¶ Et dixi notanter de mutuo conditionali. Nam potest donatio duplex esse, similiter & mutuatio, scilicet absoluta, qua scilicet alter alteri ita donat, vt in nullo velit eum teneri ad retribuendum, siue habeat vnde, siue non. Similiter mutuatio absoluta dicetur, qua alter alteri mutuat, obligando illum simpliciter ad reddendum si habuerit vnde: sin autem quærat, & reddat. E contra vero est donatio & mutuatio cōditionalis ad propositum præsens, quā do alter alteri alsquid dat, non obligando illum simpliciter vt reddat, nec omnino illum a redditione deobligando, sed hac lege, vt si ad pinguem venerit fortunam, reddat acceptum, non obligando illum, vt det operam, ad talem fortunam perueniendi. Et talis datio est media inter donationem simpliciter factam, & mutuationem. Et potest etiam dici mutuatio conditionalis/ sicut & donatio. Iam patet quod dico, si quis det necessaria alteri existenti in extrema necessitate, qui actu nil penitus habeat, vnde retribuere possit, danda est ei eleemosyna de superfluis, & de statui necessariis, non tamen simpliciter donando, nec simpliciter mutuando, sed potest mutuari conditionaliter, & donari cōditionaliter, vt dictum est: illi tamen absolute mutuare non licet, quia liberū est tali pauperi postea, vel religionem ingredi, vel in euāgelica paupertate viuere. Dixi etiā, si datum sit in notabili quātitate: quia po-

teſt tam parum eſſe, vt ad ſuſtẽtandum dãtis ſtatum/notabilem defectum non attulerit. Nam tunc impium videretur pauperibus huiuſmodi onus imponere, qui cũ omnibus, a quibus aliquid acceperunt, rationem habere debeant.

¶ Et p hæc poteſt moderari, quod ſupra pro parte Scoti in dubio præcedenti citauimus, de illo, qui in extrema exiſtens neceſſitate aliena accipit, An ſcilicet ſi ad pinguem veniat fortunam, teneat tantũdẽ reſtituere, quia refert parum, aut multũ acceperit. Refert etiã, an quæ accepit, eſſent neceſſaria ſtatui ei, a quo accepit, an eſſent ſuperflua. Et ſecundum hoc, varie poſſet reſponderi. Sed de his alias.

¶ Quia tamen rationes pro priore ſentẽtia adducte, videntur indiſtincte probare q̃ in nullo caſu ſit neceſſarium pauperi neceſſaria per viam donationis miniſtrare, quod falſum eſſe putam⁹, ideo ad illas breuiter eſt reſpondendum. Ad primũ, quãdo arguit̃, non tenemur indigenti plus q̃ indigentia exigit, ſubuenire. &c. Dicẽdũ, q̃ illud dictum tenet verum de quantitate rei miniſtratæ, non autem de modo miniſtrandi, donando ſcilicet, vel mutuando. & ita plus in quantitate miniſtrare/conſilii eſt, non tamen ſemper de cõſilio eſt, donando miniſtrare, ſed ſæpe eſt de p̃cepto. Ad exempla illic poſita dicendum, q̃ procedunt in caſibus, in quibus is, qui re aliena indiget, habet alias vnde poſſit tantundem reddere. Et procedunt etiam, quando aliquid in notabili quantitate datũ eſt, quod forte eſſet danti ad ſtatum, vel alias pias cauſas neceſſarium.

¶ Ad confirmationem primam dicẽdũ, q̃ procedit de his, qui taliter ſunt in extrema neceſſitate panis, q̃ habẽt aliunde bona ſaltẽ immobilia, vnde ſoluere poſſunt, quos impium eſſet in caſu compellere, vt bona ſua immobilia, aut etiam mobilia vendant pro precio forte diminuto: maxime ſi huiuſmodi bona ſint illis alioqui neceſſaria ad vitam. Non autem procedit de pauperibus nil penitus habentibus, vnde ſoluere poſſint. Et ſi ad hos velis legem citatam extendi, procedet in caſu, quo qui triticum dat alioqui ad ſtatum, vel alia pia opera, precio ſui tritici indigeat.

¶ Ad ſecundam confirmationem ex dictis patet reſponſio, q̃ ob notabilem quãtitatem opere medici aut medicinarum requiſitarum permittitur, q̃ in caſu illi infirmo ea miniſtretur per viam mutui ſaltem conditionalis, vt dictum eſt.

¶ Ad tertiam confirmationem dicendũ, q̃ in illo caſu habet locum mutuatio ſeu locatio, quia q̃uis pauper ille laborare potens bona temporalia non habeat, habet tamẽ perſonam locabilem, per quam poteſt neceſſaria ſibi acquirere, & tribuentibus retribuere.

¶ Ad quartum de Iacob, dicendum, q̃ non erat in tãta neceſſitate famis Eſau, qui ſine pulmento Iacob viuere non poſſet, nec adeo pauper erat, qui non haberet, vnde retribueret. Nec etiam Iacob tam impius fuiſſet, qui ſi in extremis fratrem ſuũ vidiſſet, pulmentum neceſſarium illi denegaſſet. Sed nec aliquid indebitum petebat Iacob ab Eſau, primogenituram petens, quam ipſi ex dei ordinatione atq̃ promiſſione conſtat debitam eſſe. Itaq̃ illud non videtur ſatis pertinenter ad propoſitum adductum.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ illud capitulum procedit, non de eo, qui eſt in extrema neceſſitate famis. Tũ, quia ſi in tali exiſtat, non eſſet dicendus fur, vndecũq̃ neceſſaria acciperet, ſi non eſſet, quæ offerre vellet. Tum, quia tali non eſſet pœnitentia imponenda, nec compellendus eſſet reſtituere, ſi re accepta, extreme indigeret. Ac proinde procedit de eo, qui citra extremã exiſtens neceſſitatem, aliena furat⁹ eſt, ob neceſſitatem aliquam, quæ illum excuſare non ſufficiebat. Et ita in caſu dominus rei ſic acceptę, nec tenebatur in rei acceptione conſentire per viam donationis, nec per viam mutui.

¶ Ad ſextum, quidquid ſit de prefata decretali, q̃ non ita formaliter ſonat, dicẽdũ ita eſſe, nemini licitũ eſſe de alienis viuere: maxime inuitis dñis rerũ ipſarum, ſi modum habet honeſtũ, vnde alioqui viuere poſſit. & ſi de mutuo viuere poſſit, caſus tñ extremę neceſſitatis mutuũ nõ admittit, niſi vt ſupra dixim⁹. Sed de his hactenus.

¶ De his: quibus

eſt danda eleemoſyna, & quo ordine.

Deinde

DEinde solet quæri, q̄bus est danda eleemosyna? malis scilicet, an solis bonis? Ad quod sine disputatione breuiter dicēdum, q̄ in extrema necessitate omnib⁹ dāda est ad naturæ sustentationē, etiam si mali/aut pessimi sint. Vnicuiq̄ enim mandauit dominus de proximo suo. Omnem etiam proximū diligere tenemur, & nullum occidere: qualiter occiderem⁹, si fame pereunti, cū possumus, non subuenimus. Ecclesiastici.17.

¶ Loquēdo tamē citra extremam vel quasi necessitatem, videtur distinguendum. Nam sunt quidam pauperes, qui de eleemosyna ipsis nō defutura securi, in vitiis viuunt, qualiter forte nō viuerent, si eisdē eleemosyna negaretur: & cum huiusmodi inconueniens certum / aut probabile est, non est talibus eleemosyna eroganda. De his enim videtur procedere, quod dixit sapiens, Desudet eleemosyna in manu tua, quousq̄ reperias iustum, cui des. Et iterū, Da iusto, & ne dederis ipio. Vnde Augustinus. & habetur. 5. q. 5. cap. Non omnis, ait, Vtilius esurienti panis tolletur, si de cibo securus, iustitiam negligit, q̄ esurienti panis frangatur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. Et Hiero. Da pauperibus non locupletibus, nō superbis, quo necessitas sustentetē, non quo augeant opes & vitia. Ecclesiastici.12.

¶ Ratione etiam idem patet, quia si peccātem in nos debemus fraternaliter ex charitatis præcepto corrigere, vt a peccato recedat, igitur ex eodem præcepto tenemur non prebere cibum/aut arma, vt in vitiis perseueret & crescat. Ac proinde si hoc sit verisimile ex eleemosyna euenturum, illicita esset, si fiat

¶ Sūt etiam alii pauperes, quorum vitia non sic verisimile est per eleemosynas esse fouenda, de quibus præfata incommoda euenire minime timeē, & talibus indifferenter est eleemosyna eroganda. Id significauit Christus, dicens, Omni petenti te, tribue. Et iterum dominus nobis patrem suum in exemplum proponit, vt illū imitemur, qui solem suū facit oriri super bonos & malos. Alibi etiā Christus iussit, dicēs, Diligite inimicos vr̄os, & benefacite his, q̄ oderūt vos. Cōstat aūt inimicos/& eos, qui nos odiūt, malos esse. Q̄ aūt vita pauperū exploranda nō sit, vt discretionē in eleemosyna illis erogāda faciam⁹, satis docet Augustinus de. 5. hęresibus, Cum Loth de hospitalitate commendasset, qui aduenas & peregrinos indifferenter colligebat, & angelos etiā, quos homines esse putabat, hospitio suscepit, addit dicēs, Discite chr̄iani sine discretione exhibere hospitalitatem, ne forte cui domum clauseritis, cui humanitatem denegaueritis, ipe sit Christus, Cui cōsonat Bernardus, dicens. Ne scruteris, ne illum forte prętereas, quē deus elegerit. Similiter & Chrysostomus super epistolam ad hebrǫos, & habetē. 42. distin, cap̄. Quiescamus. idem tradit, scilicet, q̄ nō examinemus quales sint, qui eleemosynas postulāt, sed sine discretione omnibus, cum possumus, subueniamus. Idē habet Hiero. ad Paulinā scribens. Et habetē. 16, q. 1, cap̄. Si cupis. Quod & sanctū Tobiam, cap̄. 4, filium suum docuisse cō stat, cū ait, Ex substātia tua fac eleemosynā, & noli auertere faciē ab vllo paupere.

¶ Hæc deberent attendere, qui respu. regunt, statuētes oēs pauperes extraneos, seu alibunde venientes a suis populis expellere, non nisi per vnum/aut duos dies eosdē in populo cōmorari permittentes. Cum cōtingat extraneos seu peregrinos multo pauperiores esse simul & meliores, q̄ sint pauperes in ipso populo enutriti. Contingit etiam eos sic ab vno populo expulsos in aliū ire, a quo similiter expelluntur, & ita fit, vt huiusmodi pauperes extraneos compellant semper miseros peregrinari, nullibi requiem inuenientes, aut per vias sine vllo remedio atq̄ pietate animam exhalare, aut certe vnde possunt, indebite furari. Et denicq̄ vel patibulo / vel flagellis pœnam, quam forte non merētur, luere. Nec releuat huiusmodi rectores dicere, populū habēt naturalē, vbi tales pauperes sustētari deberēt, illuc eant a suis cōnaturalibus alendi. Q̄ui hoc dicunt, deberēt attendere, plures esse populos, tot/& tantis debitis, impositionibus/seu exactionib⁹ grauatos, vt vix in illis reperiant̄, qui abūdent, aut familiam suam, vt deceret, sustentare valeāt. Deberent etiam attēdere, multos homines, qui mendicant, in locis suis propriis commorari non posse, vel quia exulāt, vel quia illic inimicos habēt, quos merito timent, vel quia illic dedecus ali-

Luce.6.

Matth.5. Luce.6.

quod & tale passi sunt, vt malint patriam, etiam cum mortis periculo deserere, q̄ in ea habitare, vel quia loco pœnitentiæ illis iniūctum est, vt proprium locū deserant, quando id salus animarū/aut populi pax postulauerit. Sunt igitur innumeræ causę, ob quas possunt & solent homines/deserta patria, aliena quærere loca, vbi cū necessaria non habeant, mendicare coguntur. Si enim in vnoquoq; populo sic institutum esset, vt ibidem pauperibus naturalibus sufficiēter prouideret, si fieri possit, sin autem alius locus propinquus esset ad eorum sustētationem deputatus, qui alterius populi defectum supploeret, adhibitis nonnullis limitationibus, prout casuum varietas aliquoties exigeret, recte quidem: id tamen in vno tantū aut paucis locis institutum, multa secū afferre inconuenientia nō dubito. Esset autem id tolerabile, vbi populus suos pauperes simul & extraneos alimentare non posset: tunc enim cęteris paribus potius naturalibus q̄ extraneis esset subueniendum. Sed hæc missa faciamus.

INde orit̄ dubium, An scilicet, si omnibus scilicet bonis & malis indifferenter subuenire non possum?, teneamur bonos præferre? Dicendum in hoc ordinē charitatis esse seruandum, cum eleemosyna opus charitatis sit, iuxta illud Ioannis, Qui habet substantiā huius mūdi, & claserit viscera sua apud indigentem, quomodo charitas dei manet in illo? Et ita illos in eleemosyna debemus p̄ferre, quos magis ex charitate tenemur diligere. Vnde Augustinus ait, eleemosynā, vt deo grata sit, a nobis ipsis debere incipere, iuxta illud Ecclesiastici, Miserere animæ tuæ placens deo. Tunc autem dicitur quis sibi ipsi eleemosynam facere, quādo propriam indigentiam, & miseriam bonis operib? nititur sublenare. Deinde autem parētes, a quibus id quod sumus, accepim?, Deinde filios, quod carnem nostram dicimus esse. Deinde domesticos, prout Paulus ad Timotheum scripsit. Deinde extraneos, qui si boni sint, malis filiis sunt præferendi, quemadmodum ait Ambrosius super illud Canticorum. Ordinauit in me charitatem, &c. Similiter in lib. de officiis. Et habetur. 86. distin. cap. Non satis. &c. Est itaq; prefatus ordo seruādus, prout ratio & charitas ipsa postulat, modo cętera sint paria. Sunt enim quatuor in huiusmodi prælatione attendenda, scilicet, necessitas, debitum, honestas, & cōiunctio, in quib? possunt pauperes differēter se habere. In primis tamē si alter sit i maxima necessitate, & alii citra eam, ille simpliciter est præferendus. Si in necessitate omnes sunt pares, ille est præferendus, cui dans, magis est obligatus ob beneficia ab illo recepta potiora/& plura. Si in necessitate & debito sunt pares, qui iustus est, venit alteri præferendus. Si rursus in bonitate sunt pares, qui domestici sunt, præferantur extraneis. Verum hæc omnia metiri/& exacte velle iudicare/seu cognoscere/difficile est, & forte impossibile, ne dicam curiosum. Vbi igit̄ res nō patens est, si bona fides atq; conicientia assit vntio docebit.

¶ Sed forte obijcies, q̄ cęteris par ib? magis tenemur subuenire malo/q̄ iusto, qa si malo non subuentam, peribit anima & corpus ipsius: si autem bono non subuenio, peribit solum corpus ipsius. Igitur cum maiori damno teneamur occurrere, sequitur q̄ tenemur potius primo/q̄ secundo subuenire. Dicēdum, si nobis esset certum, q̄ subuentēdo malo liberabitur anima & corpus eius, quę alioqui perirēt, nō dubito, nisi q̄ dimisso bono, tenemur malo succurrere, cum malus sit in multo maiore indigentia, q̄ bonus: & tenemur magis animam mali/q̄ corpus boni diligere. Si tamen sit probabile, q̄ per nostrū subsidium malo impensum nō liberabitur anima ipsius mali, tunc bono est potiꝰ succurrendū. In his aūt casibus particularibus difficile est regulam generalē dare.

Ecclesiastici. 30.

¶ De eleemosyna

danda sanis paupertatem voluntariam assumentibus.

ALiud supererat dubium absoluēdum, An scilicet sit dāda eleemosyna mendicantibus sanis & robustis, qui possunt labore manuum sibi necessaria quęrere? Et dixerunt aliqui q̄ non, q̄ q̄; non est illis licitum mendicare, ideſt, de mendicimonio viuere,

viuere. Ad quod arguunt primo, quia ſpõtanea mendicatio/videt contra legem naturalem & diuinam primitus inſtitutam. Nam. Genẽ.3. ad homine/poſtq̃ peccauit, dictum eſt a domino, In ſudore vultꝰ tui manducabis panem tuũ. Similiter & per pſalmiſtam dixit, Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Et Iob.5. Homo natus ad laborem, & auis ad volatum. Videtur inſuper eſſe cõtra præceptum decalogi, Non cõcupiſces rem proximi tui, nõ bouem, nõ aſinum, nec omnia. quę illius ſunt, Contra quod videntur agere huiuſmodi mendicantes, qui cũ poſſint ſibi ſuiſſe prouidere, de alienis potius viuere volunt.

ps.127.

¶ Secundo arguitur q̃ ſit contra doctrinã Pauli in multis locis, qui ait, Si quis non operatur, non manducet, Et infra, de his, qui operari nolunt, addit, His autem, qui huiuſmodi ſunt, denunciamus & obiecramus in domino, vt cũ ſilentio operantes, ſuum panem mãducent. Et infra, Si quis non obedierit verbo noſtro, ne cõmiſceamini cum illo, vt cõfundat. Idem etiam Paulus, eſto q̃ officiũ prædicationis exerceret, non mẽdicabat, nec de aliorum bonis/ſed de labore manuum ſuarum ſibi & ſuis, qui illum comitabantur, neceſſaria quærebat, vt ipſe teſtat, dicens, Argentũ, & aurum, aut veſtem nullius concupiui, quoniã ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecũ ſunt, miniſtrauerũt manus iſtę, (exercebat em̃ artẽ cœnophatoriã.) Idẽ iſimiliẽ patet. 1. ad Theſſa, 2. & 1. ad Corin. 4.

2. ad Theſſalo. 3.

Actuũ. 20

¶ Tertio idẽ p̃bat, quia huiuſmodi ſpontanea mẽdicitas, vt dicũt, eſt contra charitatem ad veros pauperes habẽdã, immo eſt in fraudem verorum pauperũ, qui eleemoſynis eis debitis priuantur, cum eas ſani & robuſti mendicando ſibi præoccupent, quod videt contra illud Eccleſiaſtici. 4. Eleemoſynã pauperis ne defraudes.

¶ Quarto idem probãt, quia omnia bona abdicare, & paupertatem extremã eligere, affert ſecum q̃plura pericula, quæ homo vitare tenetur. Nam qui ſic viuere eligũt, exponunt ſe periculo extremæ indigentiæ, & ex conſequenti mortis, cum accidere poſſit, vt nemo illis de neceſſariis ſubueniat. Exponunt etiã ſe periculo graues infirmitates incidẽdi, quales nimia indigẽtia ſeu paupertas inducere ſolet. Deinde, qui hanc vitam eligunt, potentes ſibi labore manuum neceſſaria quęrere, & nolunt: conſtiti, q̃ deus illis prouidebit in tantis neceſſitatibus cõſtitutis, videtur deum tentare. Deinde exponunt ſe periculo furandi, & nomen domini blaſphemandi, iuxta illud Salominis, qui a dño petiit, dicens, Mẽdicitatẽ & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus, alliciar ad negandũ deum & dicam: Quis eſt dominus, & ægeſtate cõpulſus, furer, & periurem nomen domini.

Prouer. 30

¶ Quinto, quales debent eſſe pauperes, quibus debeamus eleemoſynas erogare, Chriſtus videtur docuiſſe, dicens, Cum facis cõuiuiũ, voca pauperes debiles, claudos, & cæcos, & eris beatus, non enim habent retribuere tibi &c. Vbi in eo, quod ait, pauperes debiles, videtur excludere ſanos, & robuſtos. Et in eo quod ait, nõ habent vnde retribuere tibi, videtur ſimiliter eoſdem excludere. Nam tales robuſti, bene habent vnde retribuant, ſi operari velint. Ac proinde quod dicitur, voca pauperes debiles, non diſiunctim/ſed coniunctim eſt accipiendum.

Lucæ. 14.

¶ Sexto idem probant, ex eo, quod ait Paulus, docens quibus viduis ſit de eccleſiæ bonis ſubueniẽdum, dicit eas eſſe, quæ veræ viduæ ſunt. Illas autem dicit vere viduas, vt Hierony. & alii ſancti exponunt, quæ omni humano ſolamine ſunt deſtitutę, quæ nec ſibi ipſis ſufficere poſſunt, etiam ſi operari velint. Et ita cõcludunt, nec licitũ eſſe ſanis omnia bona abdicare, & de mendicimonio viuere, nec talibus eſſe eleemoſynas erogandas.

1. ad Timo. 5.

¶ In oppoſitum eſt veritas, & eccleſiæ approbatio, in qua multi ſunt, qui cum diutes ſint, omnia tamen abdicantes, religionem ingrediũtur, & mendicant. Quod tamen damnãdum eſſet, ſi verum eſſet, quod prędicta opinio prætendit.

IN his, quę dicta ſunt, nõnulla tanguntur dubia, Primum, An ſit homini ſano & robuſto neceſſarium manualiter/ſeu corporaliter operari. Secundum, An talibus hominibus ſit licitũ, relictis bonis quę poſſident, in ſumma velle paupertate viuere. Tertium, An ſit eiſdẽ

licitum mendicare, cum possint propriis manibus victum quærere. Quartum incidens dubium, An Christus summā habuerit paupertatem. Quintū, An Christus mendicauerit.

¶ Ad primum dubium, An scilicet sit necessarium corporaliter operari, dicendū. Ad triplicem finem solent homines manibus operari, scilicet ad quęrēdum necessaria vitæ. Secundo ad vitandum ocium, & damna ex ocio proueniētia. Tertio ad corpus exercendum, & illud rationi subiicīdum, pro peccatisq; satisfaciendū. Pro primo facit, quod supra allegatum est, In sudore vultus tui manducabis, &c. Et iterū, Labores manuū tuarū māducabis. Pro secundo facit, quod ait Hiero. ad Rusticū monachū, Semper aliquid operis facito, vt te diabolus occupatū inueniat. Pro tertio facit, quod ait Paulus, annumerās ea, quibus corpus castigaꝫ, dicens, In laboribus, in vigiliis, in ieuniis, &c. Ob nullū tamen finem ex prędictis video esse de precepto/aut necessarium manibus operari, cum aliter possit homo fines illos obtinere. Ad finem enim habendi necessaria vitæ, labor manualis necessarius nō est, si homo habet diuitias, vel per viam donationis, vel hæreditariæ successionis/vel legati/seu fortunæ, aut per aliam viam, vt constat. Similiter ad finem vitandi ocium, nō est necessari9, quia aliis modis potest euitari, scilicet literis incumbendo, legēdo, docendo, visitādo, & alia opera misericordię exercendo. Sed nec ad tertium finem est huiusmodi labor manualis necessari9, cū possit homo corpus affligere, & illud spiritui subiicere p ieunia, vigilias, peregrinationes, & alia honesta exercitia, etiam si non sint parui lucratiua: & ita simpliciter ad nullum finem ex dictis est necessari9 labor manualis, nisi casu, quo non pateret alius modus suæ/seu pximi indigētię succurrendi. Aut casu, quo occasione huiusmodi mēdicantium & laborare potentiū, alii veri pauperes miserabiles extremam necessitatem patiētes, eleemosynis sibi debitis priuarēt. Nā tunc qui robusti sunt, non deberēt de eleemosynis cum tanta verorum pauperum iactura velle viuere, sed propriis manibus, si possent, deberēt sibi victum quęrere, ad imitationē Pauli, qui non solum ab eleemosynis, sd etiam a mercede ubi ratione prædicationis debita, abstinebat, ne fratribus scādali occasionem præberet, vt scribit ad Corin. Pro quo facit Hiero. ad Damasum, dicens, Qui bonis paternis & operibus suis sustētari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt.

2. ad Cor. 6.

¶ Ad id, quod secundo quærebaꝫ. An scilicet liceat sanis diuitias habētibus eas relinquere, & in summa viuere paupertate, res est, quę quæstione non indiget, cum sit per ecclesiam iam in fauorem ordinis mēdicantiū declarata. Ait enim Nicolaus. 3. in extrauagan. Exiit. Dicimus, q̄ abdicatio omnium rerum temporalium in speciali & in communi propter deum meritoria est & sancta, quam & Christus viam perfectionis ostēdens, & verbo docuit, & exemplo firmauit, quamq; primi fundatores militantis ecclesiæ, put ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte viuere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alueos deriuarunt. Vnde apertum est, quod quęriꝫ. Et oppositū fuit error quorundam magistrorum Parisiensium olim per Alexandrum. 4. & Innocentium. 4. reprobatus. Quibus districte præcepit dictus Alexāder, vt errorem suum retractarēt. Vide decretalē ipsius, q̄ incipit, Nō sine multa. &c.

¶ Facit ad idē dictum Christi, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quę habes, & da pauperib9. Vnde August. in de ecclesiasticis dogmatibus ait, bonū esse de propriis/pauperibus erogare, sed melius omnia relinquere, & cum Christo egere. Et Hieron. ad Heliodiam ait, si vis esse perfecta, & in primo dignitatis fastigio stare, seqre apostolos, dā omia quæ habes pauperibus, & nuda nudum Christum imitare. Et idem ad Rusticum monachum scribens, qui relicto seculo, omnia bona a se abdicauerat, ait. Illud durum esset, & difficile, omnia scilicet bona abdicare, sed magna facientem exp:ctare præmia. Si igitur homo omnia bona, quæ habet a se abdicet, non ex hypocrisi, aut ob aliū inhonestum finem, sed vere propter deū, vt Christi doctrinam seruet, ipsiusq; exemplum imitetur, sancta est huiusmodi abdicatio.

Matth. 19.

¶ Hinc

Hinc patet ad id, quod tertio quęrebaſ, An ſcilicet huiuſmodi hominib⁹ voluntariā paupertatem aſſumētibus, licitum ſit mendicare. Et tenendum ꝙ ſic, tum quia minoribus: qui talē elegerunt paupertatem, licitum eſt mēdicare, imo & meritorium, prout per ſummos pontifices eſt declaratū, puta per Nicolaum, per Alexādrum, & Innocentiū, & alios, vt ſuppono. Tum etiam, cui licitum & bonum eſt, omnia bona pauperibus dare, nil ſibi reſeruādo, licitū erit aliena petere, & de oblatis viuere. Pro quo aperte facit Auguſtinus, q in de opere monachorum ait, Illi, qui in ſeculo habebāt aliquid, quo facile ſine opificio ſuſtētarēt vitam ſuam, & conuerſi ad dominum diſperſiſti ſunt, tales ad opera manuum cogi nō debent, nec ad acquirendum victū proprium. Et rationē reddit, dicens, Quia qui de bonis ſuis pauperes ſuſtentauerūt, de eleemoſynis pauperū ſuſtentari debēt.

¶ Pro quo etiam facit ratio, Meliora ſunt opera ſpiritualia/ ꝙ̄ corporalia, vt cōſtat, & per conſequens corporalia licitum eſt prætermittere propter ſpiritualia, prout Luce,10. Chriſtus ſignificauit, dicēs, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Vbi Ambroſius ait, ideo Chriſtum id dixiſſe, quia maius eſt animas mortuorum prædicādo ſuſcitare, ꝙ̄ corpora mortuorū in terra abſcondere. Et apoſtoli melioribus incumbere volentes, dixerunt, Non eſt æquum Actuū.6. nos relinquere verbum dei, & miniſtrare menſis. Sequitur ergo eos, qui volunt ſpiritualibus vacare, nō teneri, nec cogēdos eſſe, ad corporaliter operādum cibum, & per cōſequens licitū eſſe illis de eleemoſynis viuere, citra tamen verorū pauperum defraudationem.

¶ Exemplo etiam ſanctorum idipſum patet. Nā legitur de beato Alexio, ꝙ relicto patrimonio, quo abūdabat, per mūdum mendicando perrexit, cuius ſanctitatē dominus in morte ſua mirabiliter declarauit. Beatus etiam Grego. per triennīū ſtetit in ſpelunca, nil omnino manibus operās, de eleemoſynis cuiuſdā romani viuēs.

¶ Et ita patet intentū, ꝙ non ſolū verū eſt de voluntariis pauperibus, qui religionē aliquam profitentur, in qua officia eccleſiaſtica ꝙ̄ multis exercen t, vnde digni ſunt qui per eos ſuſtentēt, ſed etiam de aliis, ſi qui ſint, qui mundum relinquētes, velint propter deum in paupertate viuere, aliis ſpiritualibus exercitiis incumbendo, etiā ſi eccleſiaſtica officia cum aliis in monaſterio non exerceant, cum præter huiuſmodi officia eccleſiaſtica/ multa alia ſint ſpiritualia exercitia, quibus homo vacare poteſt.

¶ Ad id, quod quarto loco quęrebaſ de Chriſto, An ſcilicet habuerit ſummā paupertatem. Dicēdum quod ſic, tum ex his, quę per ſummos pontifices ſūt declarata, ſcilicet Chriſtum altiſſimam paupertatē verbo docuiſſe, & exemplo confirmaſſe. Tum etiam ex dictis ſcripturę. Zacharias enim de Chriſto loquēs atq; ꝓphetizans, ait, Ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinā, Zacha.9. Pſalmiſta etiā in Chriſti perſona ait, Ego mendicus ſum, & pauper. Et threnorū.3. ꝑt.39. ait Hieremias de Chriſto, vt exponit glo. Ego vir videns paupertatem meam. Ipſe etiam Chriſtus de ſeipſo dixit, Vulpes fo Luce,6. ueas habent, & filius hominis non habet, vbi reclinet. Paulus etiam ad Corinth.8. ait, Scitis gratiā domini noſtri Ieſu chriſti, qui propter vos egen⁹ factus eſt, vt vos diuites eſſetis, Deinde conſtat Chriſtū altiſſimam paupertatem docuiſſe, & ſub cō ſilio ſuis fidelibus tradidiſſe, quando dixit. Si vis perfectus eſſe, vēde omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et iterum, Nolite poſſidere aurum & argentum. Et alibi pluries. Nec credendum eſt Chriſtū vnū docuiſſe, & oppoſitum ipſum feciſſe, cum ſcriptū ſit, Cœpit Ieſus facere, & docere. Nec valet, quod nonnulli dicunt, Chriſtū pauperem fuiſſe non per abdicationem dominii rerum/ſed vſus tantum. Hoc dicunt, qui putant Chriſtum, ſecundum ꝙ homo, vere temporalem regem iudęorū fuiſſe, rerumq; temporalium verum dominium habuiſſe, ſolumq; rerū vſum abdicaſſe. A quorum ſententia non immerito recedendum videtur, vt alibi facile probauimus.

De eo vero, quod quinto loco q̄rebaſ, ſcilicet, An Chriſtus vnq̄ mēdicauerit, ambigua res eſt. Et ſi quibuſdā viſum ſit dicere ꝙ ſic, ſaltem in illo triduo, quo cū duodecim eſſet annorum, cū parentes ſui

in reditu de Hierusalem perdiderunt, vt videt sentire Bernardus, super Lucæ cap. 2. & alii. Communiter tamen tenet contrarium, tum, quia mendicare, videtur in pœnam peccati introductũ, si enim homo non peccasset, locum mendicitas non haberet: Christus autem nulli vnq̃ culpæ subiacuit. Tum, quia Deutero. 15. scriptũ est, Omnino indigens & mẽdicus nõ erit inter vos. Et ita non est putandum Iudæos permisisse Christum mẽdicare, maxime tunc, quando conuiuia potius exercebantur, q̃ eleemosynæ, vti fieri solet in solẽnitatibus præcipuis/tam eundo, q̃ redeũdo. Tum etiam, quia apostoli non mendicabant hostiatim, (de hac enim mendicatione nunc loquor.) Non enim erat egens quisq̃ inter illos, vt habet in actibus apostolicis. Deinde si Christus mendicasset, graue offendiculum videretur euangelio ponere, eo q̃ videntes Christum mendicare, facile putarent id ex impotẽtia Christi prouenire, qui sibipsi prouidere non posset: ac proinde nõ recte de Christi miraculis & virtutibus sensissent. Quicquid sit de rationibus his, quæ non sunt a deo efficaces, nõ tamen legitur Christum hostiatim mendicasse, etiam si de oblationibus multorum deuotorum ipse & discipuli sui necessaria vitæ haberent, adeo, vt de his possent aliis pauperib⁹ subuenire. Illa autem quæ ab aliis accipiebat, nõ tam ratione indigentiæ suæ, q̃ publici officii docendi & prædicandi, & aliorum publicam vtilitatem quærendi eidem debebãtur. Itaq̃ stipendium & merces potius q̃ eleemosyna dici poterat.

¶ Ex his patet respõsio ad pncipale quæsitum, cum stet tripliciter mendicare, scilicet, ex indigentia, quando non potest homo aliter sibi prouidere, & est miseranda paupertas, Alio modo, ex amore otii, & hęc est vituperãda. Tertio modo, ex amore Christi, cum desiderio illum imitandi, & rebus spiritualibus vacandi, & hæc est laudabilis, & præmio digna, vt ex dictis patet, ideo licitũ est & laudabile huiusmodi voluntariis pauperibus per eleemosynas subuenire. Potest tamen huiusmodi mendicitas voluntaria per aliqua vitiari, scilicet ratione finis, vt si homo operari recuset, otium quęrens. Secũdo, ratione scãdali, vt si sit laicus, robustus, & nullam religionem professus, quem cũ alii videant mendicare, perq̃ superiores tolerari, facile alii vitiõ occasionem sument, vt perdite viuant, & vitium & otium quærat. Tertio ratione impedimenti, quod mendicando præstant operibus, ad quæ alioqui tenerẽtur, maxime si familiam habeant, cui prouidere teneantur. Quarto, si veros & miserabiles pauperes eleemosynis eisdem debitis, sua mẽdicitate priuant. His & aliis modis potest voluntaria mendicitas vitiari, quæ omnia nos in presentiarũ resecamus. Ob hæc iura ciuilia prohibẽt, nerobusti & sani mendicent, & eos, quos vagabundos vocant, puniũt, & exterminãt, & laborare cogunt. Secus de aliis, quorũ vita est per ecclesiam approbata.

¶ Per hæc patet ad rationes supra factas. Ad Primum ex Genẽ. sumptum. In sudore vultus tui. &c. Dicendũ, q̃ non fuit præceptiue dictum, sed in pœnam peccati, & per modum maledictionis: quemadmodum & ad Euam in pœnam dictũ est, In dolore paries. &c. Itaq̃ perinde est, ac si ad Adam dixisset, Terra nõ spõte dabit fructus, sicut dedisset, si in innocentia permãsisses, sed sudore & labore tuo interueniẽte. Quod ex psalmista citatum est, Labores manuũ tuarũ mãducabis, non etiã dicit̃ præceptiue, sed per modum benedictionis, ac si dixisset, Beatus vir qui timet dominum, nõ laborabit frustra, sed fructus sui laboris colliget. Quod etiã ex Iob citant, Homo natus ad laborem, impertinẽtius est, nam nec de labore manuali panis lucratiuo accipit̃, nec præceptiue pcedit, sed prænunciat mala, quæ cõmuniter homini post peccatũ eueniunt, ac si dixisset, Sicut naturale est aui volare, ita & homini naturale est, multas miserias & mala i hoc seculo post peccatum pati. Quod dicitur eos agere cõtra præceptum decalogi. Nõ concupisces alienum, nil probat. Nã illic prohibetur rei alienę concupiscentia, per quodcunq̃ medium etiam nephariũm. Qui autem rem alienam optat per mediũ licitũ, & nõ alias, non agit contra tale præceptum: alioqui oporteret damnare omnes mercatores, omẽs, qui res alienas emere volũt, cum ea, quæ de facto aliena sunt, sibipsis optent. Quod est falsum.

¶ Ad secũ-

¶ Ad ſecūdum ex dictis Pauli ſumptum, dicēdum, ꝙ Paulus in locis illis loquebatur contra quoſdā homines otioſos, qui non ſolum victum manibus non quærebant, ſed occaſione ex otio ſumpta, alios inquietabant, volentes contra aliorū voluntatem de alienis/ſeu de his, quæ eccleſiæ offerebantᵉ, vinere. Hos arguit, & hortatur, vt in quiete viuant, & manibus operentur, vt otium vitent, & eleemoſynas veris pauperibus relinquant. Erat enim tunc eccleſia tenuis in fructibus, nec poterat omnium neceſſitatibus ſubuenire.

¶ Ad tertium ex dictis patet, ꝙ velle viuere ex eleemoſynis in præiudicium verorum pauperum, non caret culpa ob circūſtantiam illam. Quod autem ex eccleſiaſtico citatur, nil contra propoſitum agit, quia loquitur non contra medicantes, ſed contra auaros, qui cum teneantᵉ ex debito pauperib⁹ ſubuenire, vel non ſubuenīt/ vel diminute, & non quantum debent elargiuntur.

¶ Ad quartum dicendum, Si ratio valeret, probaret ꝙ omnes deberent operam dare diuitiis acquirendis, quod clare repugnat euangelio, per quod docemur, perfectionis eſſe, omnia bona pauperibus erogare, diuitibuſq; ad regnum cœlorum aditum difficilem eſſe, atq; in domino non in diuitiis eſſe fidendū. Quod de tentatione dei dicitur, haberet locū contra illos, qui nec laborare, nec mendicare curant, omne, quod eis neceſſariū ſt, diuinitus ſperantes: q̄liter videmus multos ex indiſcreta deuotione ſe totos deo dimittere, & paſſim cadere. Quod deinde addit, ꝙ tales exponunt ſe periculo furandi. &c. Dicendū ꝙ nō eſt tale periculū obruens, cui nō poſſit homo per dei gratiā/ & arbitrii libertatē ſi velit reſiſtere. Nō em̄ pmittit deus hominem vltra q̄ poteſt, tentari.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ad mentem euangelii nil refert legatur coniunctim/ an diuiſim/quod illic dicitur, ſcilicet, voca pauperes debiles. &c. Nā Chriſtus illic intendit nobis ſignificare, quæ ſit eleemoſyna, quam deus ad æternam mercedem accipiat, illa ſcilicet, quam homo homini indigenti propter ipſum deum facit, & nō propter retributionem, quam ab homine, cui eam facit, ſperat. Ac proinde locus ille, quem magnifaciunt, parum illis ſuffragatur.

¶ Ad ſextum ex Paulo citatum, facile ſoluitur, ſi attendamus ipſam epiſtolam ad Timotheum, quando ait, ꝙ veræ viduæ ſunt de bonis eccleſię alendę: loquit̄ enim in caſu, & pro eo tēpore, quo eccleſia erat inops, & paucas habebat facultates, vnde poſſet pauperibus omnibus ſubuenire, ob quam quidem eccleſiæ inopiam, & ne eccleſia grauaretur, dixit Paulus. Si fidelis habet viduam, alat eam, ne eccleſia grauetur. Ideo de bonis eccleſiæ non erat alenda, niſi quæ omni ſubſidio humano erat deſtituta.

¶ Quæret forte aliquis, An ſicut eſt licitum, ita etiam ſit neceſſarium/ & de præcepto eleemoſynas dare huiuſmodi pauperibus voluntariis validis. Et iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, quando quærebatur, quibus ſit ex præcepto eleemoſyna eroganda, Non video, vnde cogamur ſub pœna peccati mortalis prętextu voluntarię paupertatis illis ſubuenire. Sicut enim illis voluntarium eſt a labore manuum abſtinere & mendicare, ita & nobis voluntarium videtur, eleemoſynas illis erogare. Nec videtur nobis neceſſarium illis ſubuenire ad hunc finem, ſcilicet, ne ſpiritualia exercitia relinquā, operari coacti. Nam huiuſmodi finem/ & ſi bonus & laudabilis ſit, ipſi ſibiipſis prætendere non tenentur, cum illis de conſilio ſit, perfectorum vitam imitari. Ac proinde nec nos tenebimur illos in tali perfectione conſeruare, de bonis noſtris illis neceſſaria miniſtrando: quæ ſi illis denegemus, cum ſibiipſis, ſi velint, poſſint operando ſubuenire, nullum præiudicium illis facere videmur. Dico notanter/prætextu voluntariæ paupertatis: quia forte alia ratione teneremur in communi illis prouidere, pro eo, ꝙ pro nobis orant, ſacrificant, & ſpirituale verbum ſeminant, aliaq; ſpiritualia opera/ & officia eccleſiaſtica pro nobis exercent. Naturale quidē videtur, vt noſtris benefactoribus gratiſimus & ſpiritualia ſeminantibus, corporalia noſtra prebeamus. Dignus namq; eſt operarius cibo ſuo. &c. Sed de his hactenus.

¶ Codex de oõne.

¶ De oratione/ & ratione ipsius.

DE oratione varias diffinitiones assignarũt doctores, q̃ q̃ nõ proprie diffinitiones sunt, sed potius descriptiones quarundam proprietatum seu conditionum ipsius orationis. Oportet enim orantem contemplari deum, ipsiusq; bonitatem simul & potentiam. &c. Oportet etiam ad deum/ tanq̃ ad bonorũ desideratorum largitorem, affectum dirigere. Interdum etiam orans petit a deo formaliter, quod desiderat. Interdum/ non nisi interpretatiue, vt quando desiderium suum pandit, etiam si nec ore, nec mente, dicat, Domine, da mihi hoc, vel illud. Preterea aliquando orat quis ex compunctione cordis, vt si pro remouendis malis deprecet. Aliquãdo vero ex amore & dulcedine, quam sentit, deo adhærens, & ipũm contemplans/ cupiens ad perfectionẽ puenire, Inde in describenda oratione, quidã attendunt ad hoc, quidam ad illud, alii vero ad aliud. Dixit Damascen⁹. Oratio, est ascensus intellectus in deum. Notat contẽplationem in oratione requisitam. Dixit Augustinus. Oratio, est pius mentis affectus in deum directus. Notat desiderium orãtis, in quẽ debeat dirigi. Dixit Grego. Orare, est amaros in compunctione gemitus, & non composita verba resonare. Notat vnde procedat imperfectorum seu peccatorum oratio, quia ex pœnitentia commissorũ. Dixit Bernardus. Oratio, est hominis deo adhærentis affectio/ & familiaris quædã & pia alloquutio, & statio illuminatæ mentis ad fruendum deo, quandiu licet. Notat vnde procedat, & quo tendat pfectorũ oõ. Dixit glo. 1. ad Thessa. 5. Orare, est vota nostra deo pandere. Notat quid sit interpretatiue orare, vt solet homo homini suam significare indigẽtiam, & si formaliter nõ petat, petit tñ virtualiter. ¶ Dixit damascen⁹. Oratio, est petitio decentium a deo. Notat quid sit formaliter orare, quia scilicet, petere, quod aliud est/ q̃ desiderare. Et hæc descriptio potest pro diffinitione accipi, stricte de oratione loquendo, vt scilicet ad iustam & honestam orationem restringatur. Et quod dicitur/ a deo, intelligatur mediate/ vel immediate. Nam aliquando petitio nostra dirigit immediate ad sanctos, mediate tamẽ ad deũ, tanq̃ ad largitorem bonorum, quæ desideramus. A qua diffinitione non multũ discrepat Guiller. Parisien. i de diuina rhetorica, dicens. Oratio est petitio, quæ ad deum dirigitur, vel ad personas, seu personam propter ipsum. Quæ diffinitio etiã ad orationem intustam extenditur. ¶ Denicq; potest diffiniri oratio, magistraliter, & scholastice loquendo. Oratio, est expressio desiderii, facta deo propter bonũ adipiscendum, vel malum remouendum, formata per verbum interius, vel exteri⁹. Et quod dicitur/ facta deo/ intelligat mediate/ vel immediate, vt supra dicebam. Et datur de oratione honesta, & extẽdit se ad mentalem orationem & vocalem. Et significat quid in oratione sit petẽdũ, & a quo/ tanq̃ a largitore petendum sit. Et pro quo petendum, quia pro indigente, cui vel bonũ deest, vel malum adiacet. Extẽdit etiã se ad orationem perfectorũ & pœnitẽtiũ.

¶ Oratio cuiꝰ potentiæ & virtutis sit.

VIbus premissis est dubium primum, cuius potentiæ. sit actus oratio, voluntatis/ an intellectus? cuius etiam virtutis sit. Et Tho. in. 4. &. 22. videtur dicere, q̃ est ipsius intellectus practici, cui⁹ est subditis imperare, petere ab æqualib⁹, & precari superiores, idq; per verbũ imperatiui modi. Idem videt tenere Ricar. in suo. 4. Et Gabriel in canone lectõe. 61. Cuius ratio videtur, quia orare mẽtaliter, est loqui ad deũ, petẽdo ab eo aliquid ab ipso orante desideratum. Loquutio autẽ mẽtalis ad intellectum pertinet immediate & elicitiue, q̃uis pertineat ad voluntatem, quate⁊

tem,quatenus mouet intellectum, vt loquatur & oret. Tum etiam,cum ſepe orãs ſuadeat,vt optatum impetret, erit oratio ſuaſiua. Suadere autem rationis eſt, nõ voluntatis,cuius eſt deſiderare. Et ita orare erit potius intellectus, q̃ voluntatis. Pro quo etiam facere videtur Ariſto.dicens,q̃ ratio ſemper deprecatur ad optima.

¶ Contra tamen videtur q̃ ſit immediatius actus volũtatis/& nõ intellectus,tum, quia ſi immediatius eſſet act⁹ iſtus nõ igitur oratio eſſet cognitio. Quod tamen videtur,quia nec apprehenſiua cognitio eſt, nec iudicatiua: quandoquidem qui actu orat,non plus cognoſcit nec iudicat, q̃ ſi non oraret,ceteris eodem modo ſe habẽtibus. Tum etiam, quia ille actus, quem hæc verba ſignificant, fac hoc, da mihi hoc,&c.potius ad voluntatem pertinet, q̃ ad intellectum: nam imperare non eſt niſi voluntatis,cui ſubſunt hi, quibus imperat. Eſt enim voluntas velut regina aliarum potentiarum,quæ aliis potentiis nõ ſubeſt,ſicut aliæ ipſi ſubſunt. Tum etiam, quia orare/ſeu petere mentaliter,eſt actus mere voluntarius,& immediate in poteſtate oratis exiſtens,vt ſuppono: ſed act⁹ intellectus non eſt ita immediate/& in ſe liber: igitur oratio actus voluntatis eſt/potius, q̃ intellectus. Pro quo faciunt, quæ alias adduximus,probando intellectum noſtrum non eſſe in ſe liberum,ſed voluntatem.

¶ Ad ſecundum,ſcilicet cuius virtutis ſit actus orare,ſeu ad quam virtutem pertinet: nam recipere ab alio, non videtur ad virtutem pertinere,cum virtus in actione conſiſtat,non in paſſione. Igitur deſiderare recipere non erit actus virtutis: & ita nec petere bonum ab alio. Reſpond. Non ſemper actus laudabilis conſiſtit in actione,ſed aliquando in ſolo affectu, aliquando in paſſione voluntarie tolerata. Primum patet de actu pœnitendi, qui ſi propter deum fiat, bonus eſt & meritorius,etiam ſi ſolus habeatur ſine formali propoſito recte viuendi. Secundum etiam patet, de paſſione mortis pro rep. pro Rege, pro Chriſto, voluntarie toleratę. Similiter continentia virtus eſt, & in actione non conſiſtit,ſed in propoſito/ſeu affectu non ſe alicui carnaliter cõmiſcendi. Itaq̃ virtus moralis conſiſtit aliquãdo in actione,aliquando in paſſione, aliquando in non actione,aliquando in ſolo affectu, vt optare proximis beatam vitam, laudabile eſt/& meritorium: ita & eandem nobis ipſis optare/laudabile eſt,& meritorium. Orare etiã pro ꝓximis, laudabile eſt, & meritorũ. Orare etiã ꝓ nobis ſimiliter.

¶ Refert tamen vnde huiuſmodi oratio procedat,ad cognoſcẽdum,ad quam virtutem oratio pertineat. Si enim ſolum procedat ex amore proximi/vl proprio, ad amicitiam ſeu charitatem pertinet. Si ex animo recognoſcendi dei potentiam & miſericordiam,qui potens eſt, & paratus dona ſua humilibus donare, ad latriam virtutem pertinet, Deum enim colimus,quando ipſum tanq̃ ab eo dependentes oramus,in quo & illius potẽtiam/& noſtram indigentiam confitemur. Latria autem ad virtutem iuſtitiæ reducitur. Eſt enim Latria,reddere deo cultum, ipſi ſoli debitum.

¶ Hinc videtur ratio ſumi cõtra Tho,in eo,quod ait,orationem eſſe actum immediatum intellectus, vt dicebatur in dubio precedenti,cum tamẽ dicat ipſemet, q̃ oratio eſt actus latriæ elicitiuę. Latria enim virtus eſt voluntatis,vt ipſe & ceteri fatentur,ſicut & iuſtitia, cuius pars latria eſt,virtus eſt voluntatis. Si igitur oratio eſt actus latrię elicitiuę,ſequitur q̃ oratio actus voluntatis eſt, & ſi actus intellectus eſſet,alterius virtutis intellectualis eſſet actus, ſcilicet prudentiæ elicitiuæ. De hoc alias.

¶ Quid in oratione petendum.

Liud dubium, Quid ſit in oratione adeo petendum. Reſpon. Ex diffinitione ipſius orationis patet reſpon ſio, Duo enim veniunt petenda, hæc ſunt, remotio mali, & collatio boni. Eſt tamẽ bonum, quod per ſe, & ſecundum ſe appetibile eſt, vt vita beata, & virtutes ad eam conducentes. Et talia ſemper & determi-

nate petere, licitum eſt & conueniens. Eſt aliud bonum, quod prodeſſe poteſt, & aliquãdo obeſſe, quo ſcilicet poteſt homo male vti: tale eſt bonum corporis, ſcilicet ſanitas, integritas, agilitas, pulchritudo, & vita. Tale etiam eſt bonum honoris & famæ. Tale etiam eſt bonum fortunę/ſeu externum, diuitię, vxor, filii. &c. Hæc igitur non ſunt abſolute a deo petenda, niſi quatenus vel neceſſaria ſunt, vel vtilia aut conuenientia ad vitam beatam, ſeu quatenus deo placuerit ea conferre, & prout ipſe viderit expedire.

¶ Primum, ſcilicet, q̃ vita beata & virtutes ad eam conferentes poſſint peti, apertum eſt ex oratione dominica, qua petimus, Adueniat regnum tuum. &c. Et ex
Matth. 6. Pſal. 79. ſcriptura, in qua petimus, Oſtẽde nobis
Pſal. 26. faciem tuam, & ſalui erimus. Et iterum, Dirige me in ſemitam mãdatorum tuorum. Et ex eccleſia, quæ orat, Da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

¶ Secundum, ſcilicet, q̃ bona temporalia licitum ſit petere, quatenus ad vitam
Prouer. 30 ſunt neceſſaria. Patet exemplo Salomonis, qui orãdo petebat, dicẽs, victui meo tribue neceſſaria. Et ex oratione dominica, in qua petimus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. &c. Quod nõ ſolum de ſpirituali pane, ſed de corporali etiam intelligendum eſt, vt dicit ibidem glo. & doctor ſanctus in præſenti materia. Et idem etiam patet ex letania eccleſiæ, in qua deũ orat pro pluuia congruẽte, & vt fructus terrę dare & conſeruare dignetur, Et denicp̃ generaliter licitum eſt in oratione petere id, quod licitum eſt deſiderare, vt ait Auguſtinus ad Probam. Cum ergo licitum ſit nõ ſolum bona animæ/ſed corporis & fortunæ deſiderare, cõſequẽs eſt licitũ eſſe ea in oratione petere.

¶ Tertium, ſcilicet, q̃ hmõi bona tã corporis q̃ fortunæ/ſeu externa non ſint abſolute & determinate petenda, ſed cum remiſſiõe ad dei beneplacitum. Patet, tum, quia forte illa ſi darẽtur, nocerẽt potius, q̃ prodeſſent, de quo certi eſſe nõ poſſu-
ad Ro. 8. mus, vt ait Paulus, Quid oremus, vt oportet, neſcimus. Tum etiam exemplo
Lucæ, 22. Chriſti, qui cum patrem oraret, vt calicẽ eius transferret, ſuam tãdem voluntatem patris voluntati ſubiecit, dicens. Verumtamen non mea, ſed fiat volũtas tua. Tũ etiam, ex dominica oratione, in qua petimus. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Cui petitioni contraire videtur, qui abſolute & determinate aliquid huiuſmodi a deo petit. Talis enim potius videtur petere ſuam fieri voluntatem, q̃ dei. Vnde & filii Zebedęi a Chriſto repulſi ſunt, cum abſolute mediante matre ſua a Chriſto peterent, vt alterum poneret a dextris, alterum a ſiniſtris in regno ſuo. Neſcitis, Matth. 20. inquit Chriſtus, quid petatis.

¶ Correlarie ſequitur, nõ eſſe licitum abſolute & determinate petere in oratiõe virtutes omnes morales. Patet, qa multę ſunt virtutes morales in ſpecie, quæ ſine bonis temporalibus/aut corporalibus haberi non poſſunt: igitur ſi talia bona corporalia & temporalia non ſunt abſolute & determinate petenda, igitur nec præfatę virtutes. Antecedens patet de liberalitate & magnificentia, quæ ſine bonis fortunæ haberi non poteſt. Patet de fortitudine bellica, quę ſine armis & corporis robore haberi non poteſt. Patet de caſtitate coniugali, quæ ſine coniuge habe i non poteſt. Patet de iuſtitia reſpu. gubernatiua, que ſine dignitate temporali haberi non poteſt. Et ad hunc modum de multis aliis poteſt exemplificari.

¶ Correlarie ſequitur, nõ ſolum licitum eſſe petere bona temporalia, quatenus ad vitam ſunt neceſſaria, ſed etiam bona ſuperflua, ideſt diuitias, modo ad bonum finem ordinentur, etiam ſi periculoſa ſit huiuſmodi petitio. Primum patet, quia licitum eſt habere diuitias, & meritorię eas in pias cauſas & gloriam dei expendere: igitur licitum eſt eas ad huiuſmodi finem deſiderare, & ex conſequenti eas petere, cõditionaliter tamen, vt dictum eſt, dei voluntati proprium deſiderium & eius exequutionem ſummittendo. Secũdum etiam patet ex Salomone petente a Prouer. 30 deo, diuitias & paupertatẽ ne dederis mihi, ne forte ſatiatus, alliciar ad negãdũ. & dicam, Quis eſt dñs? Idem patet ex pſal. Melius eſt modicũ iuſto, ſup diuitias pec Pſal. 36. catorũ. Chr̃s etiã cõparat diuitias ſpinis, q̃ Lucæ, 8. animã pungũt, & ſępe impediũt, ne qs re-

gnum dei

gnū dei ingrediatur, iuxta dictum Christi, Difficilius est hominem diuitem ingredi regnum dei, ꝙ̄ Camelum per foramen acus transire. Matth. 19.

¶Si quis obiciat dictum Christi Matth. 6. Primum quærite regnum dei, & hęc omnia adiicientur vobis. Super quo Augustinus ait, bona temporalia non esse quærenda. Respon. Christus contra eos loquitur, qui principaliter de crastino solliciti sunt, quid scilicet cras comedent, quid induent, cum tamen hæc non sint primo & principaliter quęrenda, non tamen negat, quin secundario possint quæri, & appeti, & peti.

¶Si rursus obicias. psal. 61. Diuitiæ si affluunt, nolite cor apponere. &c. Vbi videtur prohiberi affectus, & desiderium diuitiarum. Respon, ꝙ non eos damnat, qui diuitias appetunt, sed qui diuitiis cor apponunt: quales sunt, qui eas appetunt, vt eisdem fruantur, seu qui totum, aut principalem affectum illis adhibent, finem seu felicitatem in illis collocantes. Qui autem diuitias possident, & petunt, & appetunt, vt illis debite, & vt opportet vtātur, non apponunt illis cor suum.

¶Correlarie sequitur, licitum esse in oratione petere mortem, vel propriam vel alienam, non absolute, sed conditionaliter, scilicet, si homo finaliter non sit corrigendus. Patet hoc exemplo Anastasiæ, q̄ orabat deum, vt suum maritū Publium de medio tolleret, vt daret locum sanctis, si non erat finaliter corrigendus. Et Cirillus in quadam epistola ad Augustinum orat deum, vt hæreticum quendam resipiscere nolentem, occidat. Idem etiam potest iusto optari, si timetur ꝙ diu viuens, in peccatum cadet. Licitum enim est viris iustis beneficium dei optare, tale est, eos de hoc seculo neꝯ rapere, iuxta illud sapientiæ. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio decipere animam eius. Idem patet de seipso exēplo Pauli, dicentis, Cupio dissolui & esse cum Christo. Et Iob etiam mortem propriam desiderabat, nec in hoc videt peccasse vir tam iustus/ & adeo commendatus. Pro quo etiam facit, quod dicitur. Melior est mors, ꝯ vita amara. De duobus autem, quorum alterum est eligendū, illud videtur prȩeligendum, qđ melius est.

Sapien. 4. Ad Phi. 1. Iob. 3. Eccli. 30.

¶Quis orandus:

deus solus, an etiam sancti?

Illud dubium, Quis orandus est? Deus an alii sancti. Et primo arguitur, ꝙ deꝰ non sit orandus, quia orare, est ei, quem oramus, nostrum desiderium pandere, vt illud compleat: nos autem nil possumus deo pādere, qui ab ęterno omnia novit, etiam ea, quę nos intus desideramus, prout dicit Christus. Scit enim pater vester cœlestis, quid vobis opus sit/ anteꝯ petatis. Igitur superfluum videtur deū orare, sed sufficit desiderare. Matth. 6.

¶Secundo oramus aliquem, vt voluntatem eius ad id agendum, quod petimus, flectamus: sed voluntatem dei nos non possumus flectere/ aut mutare, vt ait Iacobus in canonica. cap̄. 1. Apud quem nō est transmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. Et Numeri. 23. Non enim deus vt homo est, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.

¶Tertio, superfluū omnino videtur orare ꝓ eo, quod vel necesse est euenire, vel impossibile: sed id, quod a deo petimus, est huiusmodi. Nam vel deꝰ ab æterno decreuit id facere, quod in oratione petim?, & si sic, necesse est illud euenire, cū dei voluntas ob sui omnipotētiam frustrari/ aut impedri non possit. Vel deus decreuit illud non facere, & si sic, impossibile est illud fieri, quod petimus. Dicere autem ꝙ deus nec decreuit ab ęterno vnum nec alterum, sed suspēsam habuit voluntatem, quousqꝫ quis eum oret, non est rationabiliter dictum, quia deus sicut nil ex tempore scit, sed omnia ab æterno sciuit: ita nil ex tempore vult, sed omnia quæ vult, ab æterno voluit: alioqui nouitas aliqua videretur esse in dei voluntate, quod est falsum.

¶Respon. Rationes hæ nil probant. Ad primum enim quando arguitur, ꝙ orare, est pandere. &c. Esto id ita sit, falsum tamen est, ꝙ nos non possumus deo no-

ſtra vota pandere. Aliud enim eſt quenq̃ docere, aliud ad eum loquendo, id, quod optamus, repreſentare. Igitur ex quo deus omnia ſcit, non poſſumus nos eum quicq̃ docere. Poſſumus tamen ei vota noſtra repreſentare, vt nos illi humiliantes, digni efficiamur, vt quod petimus, aſſequamur.

¶ AD ſecundum falſum videtur, q̃ nos non poſſimus flectere voluntatem dei, aut quodammodo mutare, ſi indiſtincte dicatur. Nam conſtat deum ſententiam ſuã ob opera noſtra bona aut mala ſæpe mutare. Si enim ob peccata eramus in ira dei & ad gehẽnam ordinati, ſi tamen per pœnitentiam reſipiſcamus, mutat deus ſententiam, iuxta illud Hieremĩ. 16. Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiat, & conuertatur vnusquiſq̃ a via ſua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum ſuorum. Vbi glo. Et pœnitentibus & mutatis ipſe pœnitens mutat ſententiam. Sic etiam ait beatus Grego. Nouit deus mutare ſententiam, ſi tu nouerís corrigere delictum. cap̃. Commutabilis. 22. q. 4. Sicut igitur per opa pœnitẽtię & virtutũ ſumus cauſa q̃ deus ſententiã mutet, & nos in ſui gratiã admittat, ita & per orationẽ poſſumus eſſe cauſa, vt deus ad vota nr̃a cõdeſcẽdat. Q̃d fit abſq̃ omni mutatiõe reali ipſius dei, q̃d facile eſt intelligere, poſita diſtinctione communi, ſcilicet q̃ deus determinat aliquid facere dupliciter. Vno modo ſimpliciter & abſolute, ita vt ad id volendum, non determinetur ab operibus noſtris: & talem voluntatem nos non poſſumus mutare, nec in aliam flectere. De quo procedit illud, quod dixit Samuel.

1. Reg. 15. Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur, nec vt homo, vt agat pœnitentiam. Et ſic procedit, quod ſupra in ratione hac citatum eſt. Alio modo vult deus aliquid facere, iuxta exigentiam noſtrorum operum, vt ſi bona ſint, dabit premium, econtra ſi mala ſupplicium: & hanc voluntatem dicitur mutare ſecundum noſtram mutationem. Sic enim ſecundum præſentem iuſtitiam ordinat hodie Petrum ad gehennam, quem cras pœnitentem ordinabit ad gloriam. Et huiuſmodi dei voluntas ſeu decretum magis videtur & eſt conditionatum, q̃ abſolutum. Et cum dicitur deus mutare propoſitum ſeu ſententiam, conſtat q̃ mutatio realis non in dei voluntate eſt, ſed in nobis, velin tempore, vt alias ad longum explicauimus. Ita igitur ſtat, q̃ deus determinet nõ dare nobis, quod optamus, ſi non oremus, & nobis orantibus, flectatur, & det, quod petimus, idq̃ abſq̃ omni mutatione rea li ipſius dei.

¶ Ad tertium. Si ratio aliquid probaret, æque probaret, q̃ omnino ſuperfluum & inutile eſt homini opera bona facere, aut mandata ſeruare, q̃q̃ nil noceat homini perperam viuere. Patet, quia vel deus ab æterno decreuit hominem ſaluare/ vel damnare. Si primum, neceſſe eſt illum ſaluari, quidquid agat. Si ſecundum, impoſſibile eſt eum ſaluari, quidquid agat. Dico igit̃, admiſſo q̃ deꝰ ab ęterno decreuit alterum illorum, ſcilicet vel dare nobis, quod petimus, vel negare: non tamẽ inde fit, vt vel neceſſarium ſit/ vel impoſſibile, quod petimus, loquendo de neceſſitate & impoſſibilitate conſequentis. Patet hoc, quia hoc, quod peto, ſcilicet q̃ deus liberet me a certa tentatione, in ſe mere contingens eſt, in plena dei libertate conſiſtens: etiam ſi alterum ex contradictorijs deꝰ ab æterno decreuerit. Sicut enim dei prięſcientia rebus euenientibus neceſſitatem non imponit, ita nec dei decretum. Secus ſi loquamur de neceſſitate aut impoſſibilitate conſequentiæ: nam ſic cui neceſſe eſt ſi deus decreuit aliquid facere q̃ fiat, & impoſſibile eſt ſi decreuit illud non facere q̃ fiat, & ita patet, q̃ ſtante neceſſitate vel impoſſibilitate conſequentiæ ſeu conditionalis, remanet in ſe ipſum conſequens contingens, quod in noſtra oratione a deo petimus.

¶ Sed contra videtur replica, q̃ orans petat, quod neceſſarium eſt: nam in omni oratione ponitur/ vel ſubintelligitur conditio, vel ſi deus vult: non enim debemus petere abſolute a deo aliquid, etiam ſi ipſe nolit: hoc enim eſſet diuinæ voluntati reniti, cui tamen noſtram tenemur voluntatem conformare. Igitur ſi peto aliquid

aliquid a deo, intelligo, ſi ipſe velit. Cuius exemplum Chriſtus nobis contulit, quando ad patrem orans dixit, Pater ſi vis, tranſfer a me calicem hunc. Sed poſita hac conditione in oratione, conſtat eſſe neceſſariū, quod petimus, ſcilicet Peto domine, vt des mihi gratiā, ſi vis, vt des mihi ſanitatem/ſi vis. Neceſſarium enim eſt ꝙ det, ſi vult. Reſpon. ꝙ illa conditio non apponitur ex parte obiecti petiti, ſed eſt conditio orationis ſeu petitionis, non rei petitę, ita ſcilicet, vt oratio ſit cōditionalis, non res, quam petimus. Et ita ſtat, qđ dixi, ſcilicet cōtingēs eſſe id, quod in oratione petitur, nō neceſſarium, quale eſſet, ſi petitio tenderet in conditionalem illā, ſcilicet, ſi vis Chriſte fac hoc. Aut dicatur aliter, ꝙ illa conditio non ponitur in oratione, vt oratio fiat conditionalis, nec vt res conditionata petatur, nec ponit̄ illatiue/ ſed ſubmiſſiue, ita ſcilicet, vt orans ſub illa conditione nō intendat conſequentiam facere/ ſeu conditionaliter loqui, ſed ſuam voluntatem, & rem ipſam petitam diuinæ voluntati ſubmittere: qualis ſubmiſſio et humilitas in oratione requiritur. Hoc ſatis ſignificauit Chriſtus, quando dixit, Trāſeat a me calix iſte: veruntamen non mea/ ſed tua voluntas fiat. Sic etiam quando virgo dicit, Contraham tecum, ſi patri meo placuerit. li. ſi. non illatiue/ ſeu conſequentialiter accipitur/ ſed ſubmiſſiue vt dictum eſt. Et tunc nulla eſt neceſſitas nec conſequētis nec conſequentiæ in re, quā in oratione petimus.

¶ Sed vltra inſurges. Eſto ſaluetur contingentia rei petitæ, non tamen videtur ſuperfluitas orationis excuſari, cum neceſſe ſit impleri, quod deus ab æterno decreuit, & impoſſibile, quod non decreuit. Reſpon. Sicut opera bona ſuperflua non ſunt ad conſequendum vitam beatam, ita nec oratio ad eundem finem ſuperflua eſt. Sicut enim deus ab æterno decreuit vitam hominibus dare, ſed non niſi mediantibus operibus bonis, ita ab æterno multa bona largiri homini decreuit, ſed non niſi mediante oratione, quę actus virtutis eſt, & deo grata. Et ſicut ab æterno prænidit vniuscuiuſq; opera, ſecundum quæ vnicuiq; retribuere decreuit: ita ab æterno prænidit vniuscuiuſq; orationes & petitiones, ſecundum quas etiā vota complere decreuit, prout ſibi eas acceptare placuit. Et ita ſicut ſecluſis bonis operibus tollitur deum decreuiſſe gloriam dare: ita ſecluſis orationibus, tollitur deum decreuiſſe deſideria complere, vt alias latius inde prædeſtinatione explicuimus. Vnde aperte patet, opera noſtra/ & orationes, quas ad deum fundimus, non eſſe ſuperflua/ aut impertinentia, qualia eſſent, ſi deus abſolute alterum eorum facere decreuiſſet, & non ſecundum exigentiam noſtrorum operum & orationum.

¶ Colligitur igitur deum eſſe a nobis ſalubriter orandum. Nam & prophetæ orauerūt deum. Chriſtus orauit, & Chriſtus nos orare docuit, Eccleſia Chriſti ſponſa quotidie & frequentiſſime orat, & huiuſmodi orationes ſanctas/ & ſalutares eſſe determinat. Et naturalis ratio hoc idē dictat, eſſe ſcilicet orandum ſuperiorem, in cuiꝰ poteſtate eſt, noſtris ſubuenire miſeriis. Hic autem deus eſt.

QUo igitur deus orandus ſit, An conueniat orare ſingulas perſonas? Quod quæritur, de ſpiritu ſancto ſpecialiter: nam de patre & filio non dubitatur, quin orandi ſint. De ſpiritu ſancto tamē eſſet ratio dubitādi, quia, vt ait Eraſmus, antiqui & ſancti doctores orationes ſuas non ſolebant ad ſpiritum ſanctum dirigere, ſed ad patrem & filium. Hilarius etiam nonnullam in hac re differentiam videtur ponere inter duas primas perſonas & ſpiritum ſanctum, qui tertia perſona eſt. Ait enim, 12. de trinitate. Conſerua, inquit, hanc oro fidei meæ religionē, vt quod in regenerationis meæ ſymbolo profeſſus ſum, ſemper obtineam, te patrem & filium tuum vna tecum adorem, ſpiritum ſanctum qui ex te per vnigenitum tuum eſt promerear. In quo videtur innuere ſpiritum ſanctum magis promerendum eſſe, q̄ orandum.

¶ Reſpon. Spiritus ſanctus ſicut pater & filius venit orandus. Id patet ex eccleſiæ

ritu. Orat enim ecclesia ipsum spiritum sanctum immediate, sicut & patre, quod apertum est in litaniis per ecclesiam prolatis & institutis, in quibus oratio ad patrem. Oratio ad filium. Oratio ad spiritum sanctum immediate dirigitur. Patet etiam de multis aliis orationibus, quę in missis, quæ ab ecclesia celebrantur, ad spiritum sanctum immediate diriguntur. Patet etiam ratione, quia qua ratione pater & filius, eadem spiritus sanctus orandus est: siquidem oramus patrem, quia largitor est bonorum, a quo similiter omnia pendent: quandoquidem vnius potentiæ & essentiæ est cum patre & filio, eiusdem etiam bonitatis & misericordię, eadem etiam adoratione colendus. Omnium etiam trium opera ad extra omnia sunt indiuisa.

¶ Nec obstat, quod antea dictum est. Nā si veteres orationes solebant immediate ad patrem & filium dirigere, non ita ad spiritum sanctum, non ideo id fiebat, ꝙ spiritus sanctus orandus non esset, sicut aliæ personæ: sed proprietatem spiritus sancti attendentes, congruentiam quandam in orando seruabant. Proprium enī est spiritu sancto esse donum patris & filii. Et cōgruit magis donum a largitore doni petere, ꝙ ab ipsomet dono, Ideo congruentiam hanc seruantes, a patre & filio donum sibi elargiri petebant, & ipsum donum, quod spiritus sanctus est, promereri curabant. Et id sonant verba Hilarii. Nos autem scientes, ꝙ non solus pater & filius dant spiritum sanctum nobis, sed ipsemet spiritus sanctus dat seipsum nobis, tam in se, ꝙ in suis donis: ex quo hoc, quod est spiritum sanctum dari hominibus, sit opus ad extra, qđ necesse est omnibus tribus commune sit. Ideo veritatē sequendo, dimissa prefata congruentia, dicimus spiritum sanctum cum patre & filio adorandum, & cum patre & filio orādum esse.

Ed an sancti, qui cū Christo regnant, sint a nobis orandi? Et dixerunt aliqui hæretici ꝙ non, eo, ꝙ sancti nobis prodesse non possunt. Pro qua sententia arguunt primo ex Paulo. 1. ad Timo. 1. Vnus est mediator noster Christus Iesus. Non igitur sancti pro nobis vtiliter intercedūt: alioquī plures essent nostri mediatores apud deum.

¶ Secundo ex Ioan. in Canoni. Aduocatum habemus apud patrem Christum Iesum, qui propitiatur pro nobis. Si igitur ipse pro nobis propitiatur, superfluę sunt aliorum sanctorum preces, quas ꝓ nobis fundunt.

¶ Tertio. Ipsi sancti pro seipsis orantes a deo non exaudiuntur: igitur nec si pro nobis orent. Antecedens probant ex illo Apocalyp. 6. Vbi dicitur, ꝙ martyres clamant ad dominum, dicentes, Vsq; quo domine non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Vnde patet eos nō exaudiri: alioquī non ita conquererentur de deo.

¶ Quarto, quia sancti in cœlo existentes, non sunt in statu merendi, aut demerendi sibi, igitur nec nobis.

¶ Quinto, quia deo soli est exhibendus cultus latriæ, iuxta illud Pauli, Soli deo honor & gloria in secula seculorum, sed oratio est species latriæ, vt supra dictum est, igitur solus deus orandus est, non homo, etiam si sanctus sit.

¶ In oppositum est veritas, scilicet, ꝙ sancti sunt a nobis orandi & inuocandi, qui suis intercessionibus possunt nobis multa bona impetrare. Et quia hoc alias in codice de suffragiis ad longum ostendimus, autoritate scripturæ, autoritate sanctorum, & ecclesiæ determinatione, ideo aprobationibus supersedeo. Itaq; ad prędens satis est, breuiter soluere præfatas rationes.

¶ Ad primum dicendum, ꝙ Christus est vnicus principalis mediator intercedendo pro nobis, cum quo stat, alios esse mediatores intercedendo similiter pro nobis, ꝙuis Christo inferiores. Nam & domina nostra, & sanctis nostra mediatrix nūcupatur. Cum autem Christus dicitur vnicus mediator, vnicus, potest accipi pro præcipuo. Si autem præci siue seu exclusiue accipiatur, dicitur Christus vnicus mediator participatione naturæ diuinæ & humanæ. Similiter

vnicus

vnicus est in opere redemptionis.

¶ Ad secundum ex Ioā. nil mouet, quia & si Christus pro nobis intercedat, non inde excluduntur alii intercessores, imo potius sequitur alios sanctos similiter p nobis intercedere, volentes in hoc Christo capiti se conformare. Nec sequitur esse superfluas sanctorum oratiões, quas pro nobis fundunt: quia tunc similiter esset dicendum, superfluas esse orationes ecclesię, quas p nobis/& pro defunctis facit.

¶ Ad tertium ex Apocalyp. falsum est, q̄ martyres in suis votis non exaudiantur: quandoquidem primam stolam & coronam triumphi illico recipiunt, vindictā etiam, quam petunt, obtinebunt, quæ eisdem etiam ibidem promittitur. Nam dicitur ad eos, vt requiescant, Adhuc tempus modicum, donec compleatur numerus conseruorum suorum. In quo aperte illis spes datur vindictę, quam petunt.

¶ Ad quartum, q̄uis non sint in statu merendi, sunt tamē in statu liberaliter & per viam gr̄ę nobis aliquid a deo impetrādi.

¶ Ad quintum, Oratio quatenus dirigitur in deum mediate vel immediate in recognitionem omnipotentiæ dei, a quo omnia pendent, pertinet ad latriam: & ita orare aliquem tanq̄ supremum omniū largitorem, nephas est, nisi is, quem oramus, deus sit. Et qui illo modo aliquem sanctum oraret, idololatraret. Oramus igitur sanctos, non tanq̄ bonorum largitores, sed tanq̄ intercessores & aduocatos. Et licet in hoc eos quodammodo colamus & honoremus, attamen talis honos illis conueniens est/& non deo debitus, sed primus.

QSset tamē dubium, An supposito q̄ sancti sint a nobis vtiliter orandi, an possit hæc veritas per solius scripturæ sacræ testimonia aperte & sufficienter probari, seclusa determinatione ecclesiæ. Quæ inquisitio valeret ad amplius confundendum hæreticos, solis scripturis adhærentes. De qua quæstione, cum nonnulli contenderent, videbatur quibusdā pars negatiua probabilis. Oppositum tamen tenendum videtur, scilicet, q̄ ex scriptura sola sufficienter colligitur, sanctos vtiliter a nobis inuocari/& orari, sumendo orationem large, vt ad deprecationem seu supplicationem se extendat. Hoc videtur primo, quia in scriptura legitur de angelis, q̄ orant deum/seu intercedunt pro nobis, vt vota nostra a deo compleantur. Hoc patet Tobię. 12. dixit angelus ad Tobiam, Quando orabas cum lachrymis, & sepelliebas mortuos, & eleemosynam dabas, ego orationem tuam obtuli domino. Et quid est angelum orationem nostram deo offerre, nisi supplicare illi, vt eā adimplere dignetur? Non enim eam domino offerebat, vt ipsa oratio domino innotesceret, omnia enim aperta sunt oculis domini. Igitur ad hoc offerebat orationem domino, vt dominus eam compleret. Nec hoc aliter fieri videtur, nisi ipso angelo supplicante, vt dominus votis orantium condescendat. Et nec angelus id ipsi Tobiæ narrasset, scilicet orationē eius domino obtulisse, nisi vt significaret modum, quo ipse Tobias vota sua fuerit consequutus, mediante scilicet ope ipsius angeli. Itaq̄ hinc aperte constat, angelos pro nobis intercedere, & vtiliter.

¶ Præterea legitur Zachariæ. 1. angelum afflictioni populi dei miseratum, sic dominum rogasse, Domine exercituum vsq̄quo tu nō misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quibus tu iratus es? Vnde & obtinuit a domino clemens & consolatorium responsum, quod ipsi populo annunciaret. Intercedunt igitur sancti angeli pro nobis, & sæpe, vel in toto/vel in parte exaudiuntur.

¶ Præterea legitur. 2. Macha. 15. q̄ Hieremias (cum defunctus esset) orabat assidue dominum p populo dei, dedisseq̄ inde gladium, dicens, Accipe sanctum gladium, munus a deo, in quo deicies aduersarios populi Israel. Sicut & factum est. In quo aperte docemur, sanctos defunctos, & dei amicos, pro nobis intercedere, & eorum orationes, quas pro nobis ad deum fundunt, exaudiri.

¶ Præterea de multis sanctis viuis legitur aperte, q̄ Christum & deum pro aliis orauerint, eosq̄ exauditos esse, vt paulo post patebit. Ac pinde vt cōcludit Hiero. hoc idem a fortiori credendū est de sctis defunctis, cum Christo regnantibus, q̄

pro nobis orant, & exaudiuntur.

¶ Si dicas ex his non colligi, nisi sanctos pro nobis intercedere, & interdum audiri, non tamē inde fit, vt nos orationes nostras ad sanctos dirigere debeamus. Illud enim faciunt sancti ex charitate, quam ad nos habent, quod non minus facerent, non orantibus nobis. Respon. Ita est, ꝙ aperte ex dictis non ostenditur, sanctos esse a nobis orādos, sed ipsos deum pro nobis intercedere. Inde tamen aperte colligitur, illos per nos esse orandos, quia omnis ille potest cōuenienter per nos orari, qui sua ope / aut precibus / potest nostra vota honesta complere. Tales sunt sancti cum Christo regnantes, vt ex dictis patet. Igitur. Pro quo etiam facit, quod legitur Iob. 5. Voca ergo aliquem, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum te cōuerte. Ex hoc probat Tho. conclusionem prefatam. ¶ Denicꝫ hoc idem videtur ex Hiere. 15. Si steterit Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et Ezech. 14. Si Noe, Iob, & Daniel orassent pro eis, non eos saluarent. Et tunc constat, sanctos illos prophetas defunctos esse, & tamen inde aperte colligitur, sanctos illos solitos esse deum orare, & a deo exaudiri. Alioqui quorsum illud dixisset deus? Itaꝫ ex sola scriptura aperte colligitur sanctos dei pro nobis intercedere, & multa bona per suas intercessiones nobis impetrare: & ex cōsequēti, ꝙ sunt a nobis vtiliter orandi,

DE animabus etiam, quæ sunt in purgatorio solet dubitari, An sint a nobis orandæ. Ratio dubitationis est, quia sancti, qui sunt in hoc seculo, possunt a nobis conuenienter orari, vt patebit dubio sequenti, igitur & animę purgatorii: quā doquidem nō minus charæ sunt deo prę fatę animæ, cū qui in hoc seculo viuunt. Tum etiam, quia illæ animę possunt suis intercessionibus nobis prodesse: nam si aliquid obstaret, quominus possent, maxime quia sunt in pœnis, sed hoc non obstat, quia sancti viuentes sępe sunt in pœnis actu, & reatu, imo & in peccatis saltē venialibus: & tamen possunt nobis apud deum prodesse. Nec obstat, ꝙ non sint in statu merēdi, nā sancti in cœlo nō sunt in statu merendi, tamen eos vtiliter oramus, & ipsi nobis sępe succurrunt. Cum igitur illos possimus vtiliter & conuenienter orare, qui verbis aut opere nobis ad salutē prodesse possunt, & animę purgatorii possint, sequitur, ꝙ eas possumus conuenienter orare.

¶ Contrarium tamen video a doctoribus teneri, quia in tali statu sunt, quo magis conueniat pro illis orare, cū eas orare, vt patet. Et etiam, quia oratio ad aliquem prudenter dirigi non potest, nisi is, quem oramus, intelligat / seu audiat, quod ab eo petimus: alioqui inepta & ridenda videretur oratio huiusmodi. Sed animæ in purgatorio existentes de lege ordinata nostras orationes / maxime mentales, audire non possunt, nec intelligere, quia nec in proprio genere, vt suppono, ob distantiam, quæ inter nos & illas esse dicitur: nec in verbo, quandoquidem nō nisi beati vident in verbo, quæ hic aguntur, & ita non sunt a nobis orandæ.

¶ Verum nō videtur hoc efficaciter probatum. Tum, quia licet in particulari nesciant, quis, & quomodo eas oret, possūt tamen intelligere, aut verisimiliter saltem in genere cōici etari, ꝙ miseri viatores sanctarum animarum precibus cupiunt in suis necessitatibus adiuuari, sicut econtra ipsę similiter per viuentes adiuuari desiderant. Et hæc generalis cognitio, sufficit mouere eas, vt orent pro his, qui se illis commendant. Tum etiam, quia possibile est, ꝙ in particulari sciant, quis se illis cōmendet, licet non in proprio genere, nec in verbo, saltem ex angelorum, qui nos custodiunt, relatione, id scire possunt. Deinde, quia multi affirmant, nonnullas animas inter nos purgari, & inter nos habitare: specialiter in locis illis, in quibus aliqua notanda scelera cōmiserunt. Et aliquādo ad nos puenire permittunt, & no biscū diuina dispēsatione loquunt: & tūc nil obstat, quominꝰ i ꝓprio genere nr̄as orationes audiant, si ad eas loquamur. Ac proinde nil inconuenit eas / & nos inuicē auxilium seu opem in nostris necessitatibus poscere, cum proximæ nostræ sint, sicut & nos sui. Si igit̄ illę pro nobis orant, & a deo audiri solent, non dubito, quin possimus nos illis cōmendare, & ex conse

quenti

quenti eas, vt pro nobis intercedāt, deprecari. Sed de hoc postea.

IMiliter solet de sanctis, q̄ sunt in via dubitari, An sint p̄ nos conuenienter orandi. Loquor semper de oratione large sumpta, vt ad deprecationē seu supplicationem se extendat. Verū de hoc minime videtur dubitandum. Nam certum est, q̄ sancti in via existentes, possunt iuuare nos per eorum intercessiones. Hoc patet Ioā. 12. ad preces Philippi & Andreæ gentiles quidam cupientes videre Christum, ad ipsum Christum adducti sunt. Et Ioan. 20. ad preces virginis, Christus aquam in vinum conuertit. Et ad præces apostolorū Magdalena obtinuit, vt a Christo audirēt, & veniam consequeretur. Rogauerunt enim Christum, dicētes, Dimitte illā, quia clamat post nos. Et Exodi. 32. Moses veniam impetrauit lexcētum millibus armatorum. Et innumera sunt scripturæ exempla. Matth. 15.

¶ Præterea hoc idē aperte patet Genē. 20. Dixit dominus ad Abimelech, qui vxorē Abrahæ acceperat. Nunc redde vxorē viro suo, & orabit pro te, & viues. Similiter Iob. vltimo. dixit dominus ad eos, qui ipsum Iob increpauerant, Iratus est furor meus in vos. &c. Et infra. Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt nō vobis imputet stultitia vestra. Et post. Dominus autem conuersus est ad pœnitētiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Ex quibus aperte patet, domino id attestante, q̄ sancti viuētes possunt nobis prodesse coram domino, mediis eorum intercessionibus. Simul & q̄ conueniens & vtile est huiusmodi sanctos orare, vt pro nobis intercedant. Q̄ si viui id possunt, a fortiore, vt colligit beatus Hieronymus contra Vigilantium, id poterunt sancti defuncti, qui cum Christo regnant.

¶ De his, quib⁹ cō uenit orare.

ALiud dubiū, Quis est, cui cōuenit orare? In primis certum est, q̄ deo nō conuenit quēq̄ orare, quatenus deus est, qa non est, quem deus orare possit. Oratio enim importat in orante defectum, quia non potest per se facere id, quod in oratione petit, ideo alterū, vt faciat, orat, importat etiam in eo, qui oratur, superioritatem supra ipsum orantem, aut excellentiā aliquā. Cum igit̄ in deo nullus defectus aut impotētia sit, nec habeat aliquē superiorē se, consequēs est, q̄ illi non cōuenit orare.

¶ Q̄d si quis opponat Christū esse deū, & tñ teste Paulo & Ioā. in Canonica, assidue pro nobis interpellat, Dicēdū id esse verū, put Christ⁹ est homo, nō put deus. Ad hebr. 8.

¶ Si iterum opponat quis, quod ait Paulus de spiritu sancto, dicens, Nā quid oremus, sicut opportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilibus, Qui autem scrutat̄ corda, scit quid desiderat spiritus, quia secūdum deū postulat pro sanctis. Dicendū, prout doctores exponunt, pro tanto spiritus sanctus dicitur pro nobis orare seu postulare, pro quanto facit nos postulare. Et sicut ipse in se non gemit, sed gemere nos intus facit, ita in se non orat, sed orare nos facit. Hæc autem spiritui sancto attribuuntur, tanq̄ autori ipsorum. ad Ro. 8.

¶ De sanctis angelis similiter & de his, q̄ cum Christo regnāt in cœlo, nō dubium est, eos pro nobis ad deum intercedere, vt ex supra dictis aperte constat.

DE his vero, quæ in purgatorio sunt, dubitarunt aliqui, an pro nobis orent. Et videtur Thom. dicere q̄ non, quia nec beati sunt, nec sunt in statu merendi/aut demerendi: sed in tali, in quo magis alienis orationib⁹ indigeāt, q̄q̄ q̄ ipsi pro aliis orent. Verum, salua pace, non videt̄ hæc sententia omnino certa, immo mihi p̄babile est, q̄ p̄ nobis orent, vel in genere pro omnibus viatorib⁹, vel pro suis cognatis/aut amicis/aut benefactoribus in particulari. Pro quo facere videnē, quę supra citauimus ex Iob. 5. Vbi dicitur, Ad aliquem sanctorum te conuerte, supple, vt eius orationib⁹ iuueris, & veniam impetres. Et tamē tūc tēporis sancti nulli erāt beati: nōdū em̄ Christus passus erat, nec regnum cœlorum aperuerat. Similiter quod legitur. 2. Macha. 15. de Hieremia defuncto, qui assidue p̄ populo dei orabat, & tamen non in cœlo erat beat⁹,

ſed in limbo. Similiter Moſes, & Samuel, & Daniel ſolíti erant dominũ orare pro populo dei, vt ſupra citatũ eſt ex Hiere. 15. Et Ezech. 14. Et tamen tunc temporis illi prophetæ nondum erant in cœlo beati, vt conſtat ex fide. Igitur etiam animæ ſanctæ, quæ in purgatorio ſunt, etiam ſi beatæ nõ ſint, credendũ eſt, q̃ pro nobis orẽt.

¶ Niſi forte dicas, aliud eſſe de ſanctis veteris teſtamẽti defunctis, q̃ erant iam ab omni pœna liberi: aliud de animab⁹, quę ſuorum peccatorum pœnas actu luunt. Verum q̃ pœnas actu ſoluant, nõ tollit amicitiam dei ad illas, nec ob id ſunt in minore gratia dei & charitate, q̃ ſi a pœnis purgatæ eſſent. Hæc autẽ dei amicitia erat ratio, quare deus ſanctorum patrum orationes audiebat, etiam anteq̃ beati eſſent. Nec videt, q̃ illi ſancti patres eſſent tũc in ſtatu merendi magis, q̃ ſint animæ purgatorii, cum omnes ſint extra viam.

¶ Præterea de diuite epulone, cũ in inferno eſſet, legitur q̃ orabat pro quinq; fratribus, quos in ſeculo reliquerat, vt Abraham mitteret ad eos aliquem prophetã, qui eos inſtrueret, ne venirent ad locum illum tormentorum. Quare igitur de animabus ſanctis, quæ ſuos amicos & benefactores in ſeculo exiſtentes charitatiue diligunt, non dicemus, q̃ eorum ſalutem deſiderent, & deum pro illis orent?

¶ Videmus etiam inter homines rem ſic ſe habere, q̃ qui ad crucem / aut patibulũ ob delicta ſua ducuntur, aliquando rogãt iudices ipſos, aut principem, cuius iuſſu occiduntur, vt poſt eorum mortem, eorũ corpora breui faciãt ſepeliri, aut filios ſeu vxorem benigne tractent, & exaudiunt. Nec hoc reprehenditur, ſed tam in orante q̃ in iudice preces acceptante commẽdatur. Igitur ita credendum eſt, eos, qui purgant, orare deum pro aliquibus, & deũ, qa clemens eſt, eos exaudire. Ita tenet Gabriel in canone, lectione. 58. iuxta finẽ.

DE viatoribꝰ tam iuſtis q̃ peccatoribus certum eſt, q̃ omnibus eis orare conuenit, etiam pro ſeipſis. Omnes enim indigent gratia dei, iuſti, ne cadant: iniuſti vero, vt reſurgant. Non eſt enim homo, qui non peccet, vt ait ſcriptura. Vnde Ioan. Si dixerimus, q̃ peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus. Et cuilibet tam iuſto, q̃ peccatori cõuenit oratio nẽ dominicã quotidie dicere, in qua quotidie petim⁹, vt dimittat nobis debita.

3. Reg. 8.
1. Ioan. 1.

¶ Sed cõtra arguitur de peccatoribus in mortali exiſtẽtibus, q̃ non conuenit illis orare, quia non conuenit illis deum confiteri, & laudare, iuxta illud Eccleſiaſtici. 15. Nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatorũ. Et Pſalmiſta, Quare tu enarras iuſtitias meas? ps. 49.

¶ Tum etiã ex illo Ioan. 9. Scimus q̃ peccatores deus non exaudit.

¶ Tum etiam ex illo Chryſo. ſuper Matthęum. Qui orat, & peccat, non orat, ſed deum deludit. Pro quo etiam facit Auguſtinus in ſermone quodam, dicens, Qua fronte poſtulas, quod promiſit deus, ſi nõ facis, quod iuſſit de⁹? Prius audi monitionem, & ſic exige promiſſionem. Similiter illud Grego. Cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocat. Similiter facit Ambro. in ps. 118, ſermone, 22. Volare orationem facit bona vita, & dat alas precibus ſpirituales, quibus ſanctorum ad deũ euehatur oratio. Et ſequit, Peccato graueſcit oro, & lõge fit ad deo. Tãto aũt plus grauatur, quãto improbior eſt vita deprecãtis.

¶ Tum etiam facit, quod habetur Eſa. 1. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Et dat pro cauſa. Manus enim veſtrę ſanguine, id eſt peccato, plenę ſunt. Et Threnorum. 3. Nos iniqua egimus, & ad iracundiam te prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Ex qb⁹ & multis aliis videt, q̃ peccatori in peccato permanenti, non conuenit deum orare, quia fruſtra orabit, cum exaudiendus non ſit.

¶ Reſpõ. Quod duplices ſunt peccatores. Quidam ſunt in peccato obſtinati, ſeu in propoſito non recedẽdi a peccato: & tales certe non ſunt digni, qui a deo exaudiant: immo tales non ſolum nõ exaudiunt, ſed de nouo deum offendunt, quẽ orãtes deludũt. vt inquit beatus Chryſo. Et de talibus procedunt, quæ allegata ſunt, tã ex teſtimoniis ſcripturæ, q̃ ſanctorum. Alii vero ſunt peccatores, q ſua peccata recognoſcentes, pœnitent, & humiliter ad deũ confugiunt, veniã poſtulantes: & tales ſine dubio a deo audiuntur, & in eius gratiam admittunt, prout in ſua lege ſępiſſime promiſit,

misit, & exemplo monstrauit, imo non solum tales a deo audiunt, sed ex lege & iustitia legis audiri debēt, vt docet Augustinus ad ro. 5. dicens. Si deus confugientes ad se nō recipet, esset in eo iniquitas, aut insustitia. Et ita patet, quibus peccatoribus conuenit orare deū, & quibus non. Q̄ q̄ si de oratione stricte loquamur, put est pij mentis ascensus in deum cum debita humilitate, non est homo, cui nō conueniat orare. Obstinatus tamē nisi ab obstinatione desistat, orare sic non poterit: & si aliter orauerit, frustra orabit.

¶ Sed contra hanc solutionem insurget quispiā, Quia nemo magis obstinat⁹ est, q̄ diabolus: sed constat de diabolo, q̄ deū aliquando orauerit, & ab eo fuerit exaudi tus. Patet hoc Matth. 8. Dæmones rogabant Christū, dicentes. Si eicis nos hinc, mitte nos in porcos. Quod & a Christo obtinuerunt. Similiter diabolus petiuit a deo, vt permitteretur tentare Iob. Quod & obtinuit. Vnde glo. 2. ad Corinth. 12. super illud Ter dominū rogaui. ait, Exaudit⁹ diabolus Iob petens tentādum, & non exauditur Apostolus, petens stimulum amouendum.

¶ Secūdo idem patet de iudæis, qui tempore Samuelis petierūt a domino regem, & datus est illis a domino vt petierunt: & tamen in peccatis erāt impœnitētes, imo in hoc ipso actu peccantes, q̄ regem peterent, vt habetur. 1. reg. 8. Dixit enim dominus ad Samuelem, qui super petitione fuerat iratus, Audi vocem populi in omnib⁹, quæ loquunt tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super illos.

¶ Respon. primo, q̄ istorum obstinatorū non erant orationes / proprie loquendo, vt dictum est. Nec enim diabolus deum orauit, nec Iudei in casu proposito: sed petitiones erant, per quas ea quæ optabant, a domino fieri cupiebant. Et q̄uis orare non conueniat obstinatis, bene tamen petere & postulare. Dico secundo, q̄ non inconuenit deum obstinatorum petitiones aliquādo concedere, id q̄ in malum eorū, vt patet de iudæis regem petentibus, quibus dominus regem in eorum malū concessit, a quo dure & seruiliter erant tractandi, Aut ad aliquem bonum finē a deo intentū, vt scilicet Christi potestas ostēderetur. Sicut accidit, quādo dæmonibus cōcessit, vt in porcos intrarent, Aut vt aliorū bonitas & p̄fectio innotesceret, sicut innotuit patientia & virtus Iob, ob tentationē dæmoni a deo permissam, Aut ob alium honestum & conuenientem finem. Attamē in bonum ipsius obstinati deum rogantis, seu aliquid a deo petentis non legitur obstinatum a deo exauditum.

¶ De damnatis est simile dubium, An ipsis conueniat orare. Ex dictis patet responsio, q̄ proprie loquēdo de oratione, non conuenit eis orare. Patet, quia in eis deuotio, & humilitas, & plus mentis ascēsus in deum reperiri non potest, quæ tamē sunt de ratione oīonis ꝓprie sumpte.

¶ Si tamen large accipiat⁹ oratio, vt ad petitionem se extendit, patet q̄ dāmatis cōuenit orare. Tum ex his, quæ nuper de diabolo citata sunt, qui legitur aliquādo a domino aliquid postulasse, & id obtinuisse. Tum etiam de diuite epulone damnato, qui orabat pro fratribus, quos in seculo reliquerat.

¶ De his, pro quibus orandum est.

Illud dubiū, pro quibus orādum est? Respō. De beatis certū est, q̄ non est pro illis orādum, quādoquidem in nulla miseria sunt culpæ / nec pœnę, nec illi sunt aliqualit̄ obnoxii, nec nostra ope indigent, qui cum Christo æternaliter regnant. Vnde Augustinus ait, Iniuriam facit martyri, qui orat pro illo, & nō ob aliud, nisi quia ab omni prorsus miseria alien⁹ est, nec nr̄o indiget adiutorio.

¶ De his, q̄ sunt in purgatorio æque certum est, esse pro illis orandum, Tum ex communi omnium catholicorum doctrina, qui tenent, q̄ suffragia, quę viui pro defunctis faciunt, valent illis, vt citi⁹ purgētur. Tum ex eo, quod habet. 2. Macha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Tum ex illo Tobiæ. 4. Panem tuum & vinum tuum pone super sepulturam iusti (Dixit Tobias filio suo) quod certe inutile esset, si suffragia nostra pro defunctis facta, illis non prodessent. Quæ quidem suffragia,

teſte Dionyſio & Damaſceno, ab apoſtolis in eccleſia fuerũt ſancita. Deinde in Cõciliis eccleſiæ approbata, & iuſſa. Vnde in Concilio Cabiloneñ. Et habetur de cõſecra. deſtin. 1. cap. Viſum eſt. iubetur, vt quotidie in eccleſiis, & ſacrificiis oreť pro defunctis. Et ita ſeruat vniuerſalis eccleſia. Vide Auguſtinum. de cura pro mortuis.

¶ De his vero, qui in inferno damnatorũ ſunt, eſſet ratio dubitandi, an ſit pro illis orandum. Et q̃ ſic, arguitur, quia ait Damaſcenus in ſermone de dormientibus, q̃ Traianus Imperator precibus beati Gregorii fuit ab inferno liberatus: vnde poſt aſſiduas p̃ces beati Grego. pro illo fuſas, vox de cœlo audita eſt, dicens, vocem tuã audiui, & Traiano veniam do.

¶ Secundo ex eo, q̃ in dialogis eiuſdem beati Grego. legitur de quodam religioſo, qui contra votum paupertatis quod fecerat, proprietarius eſſe volens, pecunias furto abſtulit. Quo per beatum Grego. cognito, iuſſit fratribus, vt illum mortuũ in ſterquilinio cum pecuniis illis ſepelirẽt, dicendo, Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Ex quo apparet illũ religioſum dãnatum fuiſſe, & tamen poſtea, elapſis triginta diebus, iuſſit fratribus, vt per alios triginta dies continuos ſacrificia pro illo facerent, & in horum dierũ fine per reuelationem habuit beatus Grego. q̃ præfatus defunctus eſſet ſuis precibus ſaluatus.

¶ Tertio idem videtur ex eo, quod eccleſia orat in officio defunctorum, Abſolue domine animas omniũ fidelium defunctorum, & gratia tua illis ſuccurrente, mereãtur euadere iudicium vltionis. Quod nõ videtur commode accipiẽdum de his, qui ſunt in purgatorio: nam de illis certiſſimi ſumus, q̃ etiam nobis non orantibus, euadent iudiciũ vltionis, ex quo in gratia deceſſerũt. Igitur de his, qui ſunt in inferno damnatorum videtur accipiendum. Et cõfirmatur, quia etiam eccleſia orat, dicens, Domine Ieſu Chriſte libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de pfundo lacu, & de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, nec cadãt in obſcurum. Quæ non videntur conuenienter accipi de animabus fidelũ, qui in gratia deceſſerunt: nam de illis certa eſt eccleſia, q̃ non abſorbuntur a leone, q̃ q̃ non caſuræ ſunt in obſcurum locum. Igit̃ de aliis fidelibus, qui ſine gratia deceſſerunt, ſunt accipienda.

¶ Reſpon. His non obſtantibus, tenendũ eſt oppoſitum, ſcilicet, q̃ non eſt orandũ pro his, qui ęternaliter damnati ſunt, qui in mortali peccato impœnitentes decedẽrunt. Pro quo facit, quod ait Auguſtin⁹, Si ſcirem patrem meũ eſſe in inferno, non magis orarem pro illo, q̃ pro diabolo. Et idem Auguſtin⁹ iterum ait, & poſt eũ magiſter in. 4. diſtin. 45. Q̃ qui ſine fide per dilectionem operante deceſſerunt, fruſtra illis a ſuis pietatis officia impenduntť. Facit & beatus Grego. ſcribens Bonifacio archiepiſcopo, dicens, Q̃ p impiis, q̃uis chriſtiani fuerint, oblationes & ſuffragia facere non licebit. Et idem, 24. li, moraliũ ait, Sãcti de his, quos æterno ſupplicio dãnatos eſſe cognouerũt, ante illum iudicis iuſti conſpectum, orationis ſuæ meritum caſſari refugiũt. Vbi aperte ait, or̃onẽ fuſam a ſanctis p dãnatis caſſari, & nullã eſſe.

¶ Hoc idem patet, fruſtra ſcilicet pro illis orari, quia id eſſet contra fidem pugnare, & cõtra decretũ dei. Fide enim tenemus, in inferno non eſſe redemptionem, vt ait Iob. Et ſimiliť Eccleſiaſtici. 11. Arbor vbi ceciderit, illic erit. Quod ad ſtatum gratię vel mortalis peccati referẽdũ eſt. Et vtraq; pagina ſcripturæ ſacræ tradit, impios & impœnitẽtes in ignẽ æternũ eſſe detrudẽdos. Non igitur eſt pro illis orandum.

¶ Quod etiam aperte habem⁹ ex Canonica Ioan. Si quis peccauerit ad mortem, non dico pro illo orandum eſſe. Et certum eſt, eos ad mortem peccare, qui impœnitẽtes decedũt, quos in puncto ad infernũ deſcendere nõ dubitam⁹, vt ait Iob. 1. Ioan. 5.

¶ Ad illa vero, quæ in oppoſitũ antea citata ſũt, reſpõ. Ad primũ de Traiano multipliciter dici ſolet. Vel q̃ hiſtoria illa non eſt omnino certa, vel q̃ precibus Grego. fuit Traianus ſuſcitatus, & datum illi tempus vt pœniteret, & veniam conſequeretur. Vel q̃ Traianus in morte egit pœnitentiã, cuius inſignia nonnulla mõſtrauit, vnde motus fuit Grego. ad orãdum pro illo, neſciens an in peccato mortali deceſſiſſet. Nec credendum eſt, pro illo oraſſet, ſi in peccato finalis impœnitentiæ illum deceſſiſſe putaret.

¶Ad secundum etiam credendum est religiosum illum fuit peccati in morte pœnituisse. Quis Grego. ad aliorum terrorem illum in sterquilinio sepeliri fuerit. Et ita precib⁹ Grego, & aliorū fratrū non de iferno, sed de purgatorio fuit liberat⁹.

¶Ad tertium, illud videtur nonnullā habere difficultatē, scilicet an ecclesia in officio mortuorum oret pro damnatis, qui in mortali decesserunt. Et hoc vidē falsum, vt ex dictis apparet. Q̄ si pro his orat, q̄ sunt in purgatorio, q̄ scilicet in gratia decesserunt, nō satis conuenire videntur orationes ecclesiæ, in quib⁹ orat, vt illi defuncti ab vltione æterna, a morte eterna, a pœnis æternis liberentur, vt q̄ in iudicio cum sanctis resurgāt. Quero ergo, aut certū est, eos, qui in gratia decesserunt, a morte æterna, & pœnis æternis esse liberādos & cum sanctis ad gloriam resurrecturos. Et si sic, vt quid igitur ecclesia oratione ea petit, quę certissimum est/ & necessarium de lege esse vētura, etiā si ecclesia pro eisdē non oraret? Alioqui ecclesia deberet p̄ beatis similiter orare, q̄ non cadant a sua beatitudine, q̄ non peccent, q̄ non in gehennam mittantur, q̄ in die iudicii resurgāt. Pro hoc autem non orat, nec orare conuenit: cū superflua omnino esset oratio, qua petitur, quod necesse est fieri. Aut dubium est animas purgatorii in gratia decedētes, finaliter esse saluandas, seu a gratia, in qua decesserunt, casuras. Et hoc a nullo catholico solet dubitari: nā quæ anima post præsentem vitam facit, illi nec ad præmium, nec ad supplicium imputātur æternum.

2. ad Cor. 5 Dicēte Paulo, Omnes stabim⁹ ante tribunal Christi, & reportabit vnusquisq̄ secūdum ea, quæ in proprio corpore gessit. Et iterum, ad Gala. 6. Operemur bonum ad omnes, dū tempus habemus, Significās ea, quæ in præsenti vita facimus, ad bonū seu ad malum nobis imputanda esse, non quæ post hoc præsens tempus agemus.

Eccleſiaſtes. 9. Quod Ecclesiastes apertius docet, dicens, Quodcunq̄ potest facere manus tua instāter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Et multa alia faciunt ad propositum, quę cum verissima sint, quo modo igitur dubitari potest, an animæ, quæ in gratia decesserunt, eam amittent: aut q̄ finaliter saluabuntur? maxime cum deus mentiri non possit, qui vere pœnitētibus suorum peccatorum veniam & finalem gloriam promiserit. Eos autē, qui in gratia decesserunt, nō dubium, quin pœnituerint: nam sine pœnitentia gratiā non essent finaliter assequuti. Nō igitur est per ecclesiam dubitādum de huiusmodi animabus, an finaliter ad æternam mortem iudicabunt̄, Quomodo ergo in suis orationib⁹ petit, q̄ a morte æterna liberent̄?

¶Si dicas primo vt supra, q̄ q̄ꝫ certū sit de lege eas nobis etiam non orantibus finaliter esse saluandas: attamen deus potens est, si velit, absolute eas in gehennam eternaliter mittere: ideo ecclesia orat, ne id faciat, cum possit. Contra, quia etiam absolute potest deus liberare damnatos a gehenna, & in cœlum adducere: & ita deberet ecclesia suis precibus hoc ipsum petere. Similiter potest absolute deus virginē matrem/ & omnes sanctos cœli mittere in gehennam, & ex consequenti deberet ecclesia orare, ne id faciat, cum possit: quādo quidem de lege ordinata neutrum potest, de absoluta vero vtrūq̄ pōt. Igit̄ ecclesia, vel pro vtroq̄ oret, vel pro nullo.

¶Si dicas secundo, q̄ ecclesia non orat, vt fideles defuncti ab æterna pœna liberentur, nec vt finaliter saluentur, sed vt citius a pœna liberentur & saluentur. Contra videtur, qa cum q̄ꝫ plures orationes fidelium defunctorum legerim, quæ in missali romano continentur, in nulla tamen earum legi per ecclesiam peti, vt citi⁹ a pœnis liberentur: legi tamen in nōnullis peti, vt ab æternis pœnis liberentur. Et vltra ea, quæ in 3. argumento, quod nobis præsentem ingessit difficultalem, tanguntur, in quibus aperte videt̄ peti, vt deus liberet animas fideliū a iudicio æternæ dānationis, sunt aliæ oones, in q̄b⁹ petit̄, vt deus animas defunctorum in corporibus ad beatitudinem in die iudicii suscitet.

¶Vnde in oratione, quę incipit, De⁹ cui proprium est. &c. & dicit̄/ in die depositionis, petitur sic/ & quia in te sperauit & credidit, nō pœnas æternas sustineat, sed gaudia æterna possideat. Et in alia oratione, quæ incipit, (Omnipotēs sempiterne de⁹) petitur vt anima illa, pro qua orat̄, in sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob recipiat̄, vt

cum dies agnitionis tuæ aduenerit, inter ſanctos & electos tuos, cum reſuſcitari prę cipias. Et in alia oratione communi, quæ incipit, (Abſolue quæſumus domine animas famulorum tuorum) petit, vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos & electos tuos reſuſcitati reſpirent. In quibus manifeſte patet, q̄ non acceleratio liberationis petitur, ſed vt abſolute, cum ſanctis in die iudicii ſaluentur.

¶ Si dicas tertio, q̄ eccleſia hæc orat non pro his animabus, de quibus certa eſt, q̄ ſint in cælo aut in inferno: ſed pro his fidelibus, de cuius vita & exitu dubitat, idq̄ ſub conditione, ſcilicet, vt ſi capaces ſint beneficii, qđ pro illis a deo petitur, id aſſequant. Et quia eccleſia, vt plurimum dubia eſt de ſtatu defunctí: ideo ſic ſub tacita conditione præcat. Verum hoc minime ſatisfacit: nam q̄uis certa nō ſit eccleſia ad quem locum vnaquæq̄ anima a corpore exuta, tendat, eſt tamen in genere certa, q̄ tendit ad cœlum, vel purgatorium, vel infernum. Tum quererem de intentione eccleſiæ orantis, an intendat orare pro his, qui ad cœlū volant: & hoc eſt ridiculum, attento eo, quod in præfatis orationibus petitur, Aut pro his, qui eunt ad purgatorium, & tunc ſtat difficultas propoſita: quia omnes illæ orationes videntur præſupponere. q̄ animæ, pro quibus orat, ſunt in periculo eundi in æternā damnationē: alioqui ſi a tali periculo prorſus immunes ſunt, quorſum oratur pro illis eo modo, quo dictum eſt? Aut intendit eccleſia orare por his, qui ad infernum damnatorum deſcendunt, vt ſcilicet in die iudicii cum electis dei ſuſcitētur: & hoc minime credendū eſt, ex quo ſcit eccleſia, q̄ in inferno nulla eſt redēptio, q̄q̄ non eſt orandum pro decedentibus in impœnitentia: nam tales videntur ad mortem peccaſſe.

¶ Præterea pro his, de quorum ſtatu dubitatur, alia particularis oratio in eccleſia fit, quę incipit, (Omnipotens & miſericors deus, inclina) in qua petitur, vt ſi plenam veniam anima ipſius obtinere nō poteſt, ſaltem vel inter ipſa tormenta, quæ forſitan patitur, refrigerium de abundantia miſerationum tuarum ſentiat. Quæ quidem oratio auget p̄ſentis quæſtionis difficultatem. Nam ſignificat, q̄ ſi anima illa plenam veniam obtinere poteſt, eam ſibi dominus pro ſua miſericordia largiatur (Quod habet locum, ſi in purgatorio ſit) Si tamen plenam veniam obtinere nō poteſt, q̄ in ipſis tormētis refrigerium patiatur. Quod non niſi de damnatis in inferno videtur conuenienter accipi. Illi enim ſoli ſunt, qui plenam veniā obtinere non poſſunt. Et ita apparet, q̄ eccleſia orat p damnatis, non vt inde liberent, ſed vt ibi mitius torqueantur.

¶ Auget præterea quæſtionis difficultatem Theophylactus ſuper Lucam. 12. ſup illud verbum, Nolite timere eos, qui occidunt corpus. &c. Ait enim poſt alia, Nō omnino igit poſtq̄ occidit, mittit in gehennam, ſed poteſtatem habet mittēdi. Et addit. Ne igitur ceſſemus per eleemoſynas & interceſſiones propitium reddere eum, qui poteſtatem habet mittēdi, nō ſemper autē poteſtate hac vtētem, ſed & valentem remittere quiddam. Et præmiſerat. Vides q̄ non dixerit, Metuatis eū, qui poſtq̄ occiderit, mittit in gehennam: ſed habentem poteſtatem mittēdi. Non enim ſemp qui moriunt peccatores, mittunt in gehēnam, ſed ſunt in poteſtate dei, vt etiam dimitti poſſint. Hoc autem dico propter oblationes & diſtributiones, quæ fiūt pro defunctis, quæ non parū conducunt, etiā his, qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Hæc ille. In quib? videt ſignificare, poſſe viuos prodeſſe defunctis, qui in grauib? peccatis deceſſerūt, ideſt mortalibus, idq̄ per ſuffragia, & interceſſiones viuorum.

¶ Reſpon. Q̄tum ad orationes, que in eccleſia pro defunctis fiūt, poſſet primo dici, non eſſe neceſſarium omnes eas ab omni ineptitudine excuſare. Multa enim in eccleſia legi permittuntur, quæ q̄uis nō omnino vera ſint, vel omnino apta, conferunt tamen ad fidelium deuotionem excitandam & augēdam. Talia multa credēdum eſt contineri in hiſtoriis nō ſacris, & in legendis ſanctorum, & in opinionibus doctorum, & ſcripturis, que omnia tolerātur in eccleſia, interim q̄ ſuper illis nulla mouetur quæſtio, nullum q̄ inſurgit ſcādalū. Ac proinde nō mirū in orationib? predictis aliqd minus aptum contineri, & ab eccleſia tolerari: cum tales orationes facte ſint a p̄ſonis priuatis, nō a Cōciliis, nec

liis, nec p Cōcilia oīno ſunt approbatę.
¶ Poſſet ſi hoc non placet, aliter/& ſecundo dici, q ecclesia in defunctorum officio nec orat, nec orare intēdit, niſi pro his, qui in purgatorio loco detinentur. Q ſi contingat aliquem defunctum, pro quo eccleſia orat, eſſe in inferno, pro illo ſi actu oret, qui neſcit eum eſſe in inferno, tamen intētione pro illo non orat, niſi putans/vel dubitans eum in purgatorio eſſe. Quo ſuppoſito, ſciens eccleſia deum poteſtatem habere puniēdi æternaliter animas illas, per quas, cum viuerent, fuit mortaliter offenſus, q deus poteſtatem ſuam non alligauit ſcripturis & promiſſis, quæ in ſcriptura continentur, quandoquidem ipſe ſuper omnia eſt, & tā omnipotens poſt promiſſa, ac ſi nil promiſiſſet: ideo eccleſia ſuppliciter deum orat, ne illa ſua abſoluta omni potentia contra animas fidelium, qui in gratia deceſſerunt, vtatur, ideo orat, vt eas ab æternis pœnis, & a vindicta, & iudicio condemnationis liberare, & vt eas cū ſuis electis reſuſcitare dignetur. Ad id autem orādum ipſe Chriſtus occaſionem in euangelio citato dedit, docens, q eum debem⁹ timere, qui poſtq occiderit quenq corporaliter, habet adhuc poteſtatem eum mittendi in gehennam.
¶ Et quando in oppoſitum arguitur, q inutile eſt orare pro eo, quod de neceſſitate eueniet. Reſpon. q non ita de neceſſitate eueniet illorum fidelium gloriosa reſuſcitatio, quin deus poteſtatem habeat, cōtrarium agendi, qui ſi nollet miſericordia cū illis defunctis vti, a quib⁹ grauiter fuit offenſus, iuſte poſſet eos æternaliter punire. Ex miſericordia tamē, nō niſi tēporaliter punit. Deinde non eſt inutile ſic pro illis orare, imo valde proficuum: nam talis oratio facta eo modo, qui dict⁹ eſt, pertinet ad latriam, ex quo fit in recognitionem diuinæ poteſtatis: & ita eſt deo grata/ & accepta, ac proinde redundat in vtilitatem defunctorum, pro quibus fit, ſcilicet, vt mitius in purgatorio torqueantur, & citius in deliberent. Gaudet enim deus orari, etiā p his, quæ alioqui factur⁹ eſſet. Decreuerat enim deus poſt peccatum Adæ, carnē ſumere, Decreuitq tempus, quo ventur⁹ erat, & gratæ illi fuerunt orationes ſanctorum pro ſua incarnatione & aduentu orātium, Decreuit etiam deus omni peccatori pœnitenti veniam dare, & tamen grata eſt illi oratio, qua/ vel ipſe pœnitens pro ſe/vel alius pro illo orat, vt eius pœnitentiam deus acceptare dignet. Decreuit etiā deus/ & promiſit eccleſiam ſuā non deſerere, & Concilijs legitime cōgregatis adeſſe, & tamen grata eſt deo oratio/ & hymni, quibus eius præſentia, & fauor, & gratia ipſi Concilio & eccleſiæ imploratur. Non itaq mirādum, ſi eccleſia pro defunctis purgatorij orans, petat aliqua, q̄ deus illis concedere decreuerat: qualia ſunt, ne æternaliter eas puniat, ne a leone abſorbeātur, & vt cū electis reſuſcitentur.
¶ Et quando vltra replicatur. Si ideo ſic orandum pro illis eſt, quia deus poteſtatē habet agendi oppoſitū, pari forma eſſet orandum pro damnatis/vt ſaluent: & pro beatis, vt nō damnent, cum æque poſſit hæc facere deus, ſicut ſua oppoſita. Reſpō. Non eſt ſimile. Nam beatis iam penitus offenſas condonauit, & ſuos amicos & cōciues ab omni miſeria alienos fecit, Damnatos vero tanq obſtinatos prorſus a ſe abiecit, nec vult pro his aut illis orari. Secus de his, qui in purgatorio actu cruciantur, & capaces ſunt noſtrorum ſuffragiorum: quales non ſunt beati/nec dānati. Et ita non ſolum orat pro illis, quia deus poteſtatē habet abſolute eos perdendi, ſed qa capaces ſunt noſtrę opis & auxilij, qualiter non ſunt beati/nec damnati,
¶ Ad aliud de oratione, quam eccleſia facit pro eo, de cuius ſtatu, ſeu qualitate dubitat, dicendum, q quidquid in illa oratione petit, pro his, q ſunt in purgatorio petitur, non pro damnatis, ſicut de aliis orationibus dictū eſt. Excepto, q ſunt aliqui defuncti, qui in fide deceſſerunt, fuerunt tamen tā perditę vitę, q merito de illis dubitari poſſit, an per preces eccleſiæ poſſint plenam veniam cōſequi. De talibus intelligitur oratio prefata, in qua petit eccleſia, q ſi poſſunt per ſacrificia, quę eccleſia pro illis facit, ſaluari, id fiat: ſi tñ non poſſunt plenam veniam conſequi, ſupple, per huiuſmodi ſacrificia, quæ preſentialiter fiūt, petit, vt mitius illic torqueantur.
¶ Ad vltimum ex Theophylacto citatū, dicendum in excuſationem ipſius, q cum ait, q poteſtatē habet deus mittendi mor

tuos in gehennam, eſt verum de omnibus mortuis, ſed de poteſtate eius abſoluta, quia ſupra legem eſt. Et cum ait, q̃ ſuffragia & orationes eccleſiæ proſunt defunctis, qui in grauibus deceſſerunt peccatis, intelligitur de his, qui in peccatis mortalib⁹ deceſſerũt, iam per pœnitentiam quo ad culpã deletis. Sed quia pro illis debite non ſatisfecerunt, dicuntur in illis grauibus peccatis decedere, alibi ſatiſfacturi. Et iſti ſunt, de quibus ait, q̃ deus non mittit eos in gehennam, ſed poteſtatem habet mittendi. Nam alios, qui in grauibus decedunt peccatis, quę per pœnitentiam non ſunt quo ad culpã dimiſſa, nõ dubium, quin illico in gehennam mittat. Et pro his non orandum eſt, ſed pro aliis.

¶ Ex quibus aperte patet, q̃ Theophylactus conceſſit & tenuit eſſe locum purgatorii. Nam dicit eſſe aliquos defunctos, quos deus non mittit in gehennam, q̃ꝫ pro illis orandũ eſt, Quęro, illi vbi ſunt? vel in cœlo beati, & hoc nõ, quia pro beatis non eſt orandum. Vel in inferno, & hoc non, quia non ſunt miſſi in gehennã, Igitur in purgatorio, vbi exiſtentes indigent viuorum ſuffragiis adiuuari. Quod dixerim contra eos, qui Theophylacto imputant opinionem ſeu errorem illorum, qui negant purgatorium eſſe.

Ideũdo igitur ad quæſtionem, & ipſam continuãdo, eſſet dubium de viatorib⁹, An pro omnibus viatoribus orandum ſit. Et arguit̃ q̃ non. Primo, quia multi ſunt, qui peccant ad mortẽ, & pro illis nõ eſt orãdum, ait enim Ioan. 1. Cano. cap. 5. Qui ſcit fratrem ſuũ peccare/nõ ad mortem, petat, & dabitur ei. Eſt peccatum ad mortẽ, nõ dico vt pro illo roget quis. &c. Igit̃ pro illis ex ſententia Ioã, nõ eſt orãdũ.

¶ Idem etiam poteſt argui de his, qui peccant in ſpiritũ ſanctũ, quorum peccatũ, inquit Chriſtus, non remittetur eis in hoc ſeculo, nec in alio. Igitur ſuperfluum eſt pro illis orare.

¶ Secundo pro preſcitis non videtur orãdũ, quia illi ſunt a deo proiecti, ſuperfluũ autem omnino videt̃ velle reducere, quos deus proiecit, ſecũdũ illud Eccliaſtici. 7. Nemo põt corrigere, quẽ deus deſpexerit. Igitur q̃ reprobatis ſeu p̃ſcitis orãdũ nõ eſt.

¶ Tertio pro inimicis etiam videt̃, q̃ orãdum non ſit. Nam iuxta ſcripturã/ & eius exempla, illis poſſumus mala imprecari, & eorum vindictam petere, vt frequenter ſancti mala ſuis inimicis imprecantur, ait enim Pſalmiſta, Erubeſcant & conturbẽtur omnes inimici mei, conuerſant̃ & erubeſcãt valde velociter. Et Apocaly. 6. Martyres contra ipſorum perſecutores vindictam petunt, cum ad deum clamant, dicentes, Vſq̃quo non vindicas ſanguinẽ noſtrum de his, qui habitant in terra?

¶ Quarto q̃ aduerſariis noſtris, quos iuſto bello impetere / & aggredi poſſumus, non videtur orãdum, nec pro vita corporali eorum, nec pro ſpirituali. Nam cũ iciamus eos in peccato mortali eſſe, maxime ſi infideles ſint, iuſte eos in bello occidimus, vbi opera noſtra non ſolum quo ad corpus, ſed quo ad animam pereunt, qui forte a peccato ſucceſſu temporum reſipiſcerent, ſi illos viuos relinqueremus. Ridiculum autẽ videtur, q̃ pro illis, vt viuãt, orare debeamus, quorum vitam nos realiter licite auferre poſſumus.

¶ Reſpon. His non obſtantib⁹ dicendũ, q̃ nõ eſt homo viuens, pro quo non cõueniat orare. Cuius ratio in genere eſt, quia pro omni homine orandum eſt, cui ſalutem poſſumus optare: ſed non eſt homo, cui non in genere debeamus/ nedũ poſſimus/ optare ſalutem. Patet hoc, quia ex præcepto charitatis tenemur omnẽ proximum/ ſicut nos ipſos diligere, omnis autem viator noſter eſt proximus, Igitur.

¶ Præterea ſi pro aliquo orandum non eſſet, maxime pro homine obſtinato, de quo nulla haberet̃ ſpes pœnitentię: ſed vt Auguſtin⁹ ait, de nullo homine quantũlibet obſtinato deſperãdũ eſt, quin poſſit in momento, deo aſpirante, cõuerti.

¶ Hoc idem patet ex eo, quod ait Iacob⁹ in ſua Canonica cap. 5. Orate pro inuicẽ, vt ſaluemini. Quod ad omnes vniuerſaliter ſine exceptione dictum eſſe conſtat, cũ omnibus optare debeamus, vt ſaluentur, iuxta voluntatem dei, de quo ait Paulus, q̃ vult omnes homines ſaluos fieri.

¶ Chriſtus etiam pro omnibus venit, & pro omnibus paſſus eſt, q̃tumuis peccatores ſint, prout ipſe dixit, Non veni vocare iuſtos, 1. Timo. 2. Lucæ. 5.

re iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Omnium igitur salutem procurauit, & pro omnium salute, quod in se fuit, fecit. Nos igitur Christum imitati, similiter debemus omnibus salutem optare, & pro omnibus orare.

¶ Hoc idem patet, quia ecclesia pro omnibus orat peccatoribus, siue scismatici sint, siue hæretici, siue iudæi, siue gentiles, vt patet in officio sabbati sancti.

¶ Ad rationes vero ante oppositum respõden. Ad primum fateor non esse orãdum pro peccantibus ad mortem, quales sunt, qui in peccato obstinati & impœnitentes decedunt, Ante enim q̃ decedant, sciri nõ potest, an peccent ad mortem, cum peccatum ad mortem dicatur esse peccatum finalis impœnitentię. Ac proinde ex hoc textu non sequitur nisi, q̃ non est orandũ pro mortuo, qui peccauit ad mortem. Secus de viuente. Et quod de peccato in spiritum sanctum dicitur, nego q̃ pro illis sic peccantibus non sit orandum, q̃diu viuunt, quia tales possunt cõuerti, vt alias ad longum ostendimus. Nec dicitur eorũ peccatum irremissibile / quia simpliciter aut secundum legem remitti non possit, sed propter difficultatem remissionis, vt dicunt, vel quia taliter ex malitia pura peccantes, non sunt pœnitiui, vt dicit Aristo. Raro enim pœnitent, cũ non habeãt in se causam pœnitẽdi, sicut habẽt, qui ex ignorãtia / aut passiõe peccãt, Cessante enim ignorantia, aut passione, q̃ eos ad peccandũ induxit, ilico pœnitent. De quo alias.

¶ Ad secundum de reprobatis, videtur sentire & dicere Tho. secunda secundę. q. 83. ad septimum. q̃ pro prędestinatis orandũ est, eo q̃ non possumus eos a prædestinatis discernere. Sicut nemini debemus subtrahere correctionis beneficiũ, quia nescimus quis sit, quem deus prędestinauerit. In quo significat, q̃ si id sciremus, nec eum corrigere, nec p illo orare deberemus. Inde etiam fit, q̃ p̃ quis in particulari de nullo viuente sciamus, q̃ sit prędestinatus, cum tamẽ in genere sciamus aliquos esse prędestinatos, aliquos vero prædestinatos, q̃ non possumus orare pro prędestinatis in communi, quicunq̃ illi sint.

¶ Pro qua sentẽtia videtur facere, q̃ Christus non legitur pro reprobatis orasse, sed pro electis, & aliis, qui in eum erant credituri. Ait enim Ioan. 17. loquens de apostolis. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et postea, Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.

¶ Secundo pro eadem sententia facit ratio, quia oratio pro reprobatis fusa, est omnino superflua: repugnat enim prędestinatos a deo saluari, ergo orare pro prædestinatis formaliter, superfluum omnino est: & non solum superfluum, sed temerariũ, & culpandum, quia qui orat, debet semper suã voluntatem & petitionem dei voluntati subiicere. Qui autẽ p prędestinatis orat, vt saluentur, cum sciat voluntatem dei oppositam esse, talis non solum non subiicit voluntatem suam deo, sed illi videtur reniti / & aduersari. Ita video aliquos doctores indistincte respondere.

¶ Infertur inde, q̃ si deus reuelat mihi, q̃ pater meus viuens est prædestinatus, q̃ non possum pro illo orare. Similiter si deus reueler mihi meam dãnationẽ / quia prędestinatus sum, q̃ non debeo pro me orare: ne vt dear diuinæ voluntati contrauenire.

¶ Sed, salua pace, aliter videtur dicẽdum, distinguendo casum reuelationis in particulari de reprobatione alicuius. Quia fiat deum dupliciter reprobare aliquem, scilicet simpliciter / & absolute: qa scilicet deus absolute vult illum perpetuo damnare nõ ob aliam causam tenentẽ se ex parte reprobati, & contra hanc voluntatem eundum non est, oppositum appetendo, aut orãdo, quia vltra q̃ superfluum esset in cõtrariũ niti, esset etiam temerarium & culpandũ. Cognito enim, q̃ sententia dei iam sit ad vnum determinata, non est in cõtrarium orandum. Hoc patet per illud Hieremi. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & nõ obsistas mihi, quia nõ exaudiam te. Simile quid habetur Hiere. 11. vbi glo. dicit, Prophetæ prędicitur, ne pro eis oret, in quos est iam consummata sententia.

¶ Si quis obiiciat contra hoc, quia Christus sciebat voluntatem patris esse determinatam, vt Christus pateretur, & tamẽ Christus orando oppositum petebat, di

cēs, Si possibile est, transeat a me calix iste. Respon. Q̃ Christus orabat, non quia illud secundum rationem appetebat, sed vt veram humanitatem se habere monstraret, cuius appetitus sensualis mortem refugiebat: & vt nobis formam orandi traderet, vt in nostris necessitatibus seu petitionibus, nostram voluntatem diuinę volūtati semper subiiciamus. Sicut ille, qui addidit, Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Adde, q̃ cognita dei voluntate, non petiit absolute oppositum, sed conditionaliter, scilicet, si sibi placeret. Et hoc modo non inconuenit aliquid a deo petere conditionaliter ad cuius oppositū, deus est determinatus.

¶ Alio modo deus reprobat aliquem nō sic absolute, vt dictum est, sed ob causam tenentem se ex parte reprobati, scilicet, ob eius scelera / aut negligentiam, prout de cōmuni lege deus reprobat eos, quos scit in peccato decessuros, iuxta dictum Augustini, dicentis. Deus non est prius vltor, q̃ aliquis sit peccator. Et huiusmodi reprobatio, quodammodo pendet ex volūtate reprobati: quia in eius voluntate stat pœnitere, & saluari, & econtra impœnitētem esse, & condemnari. Et pro huiusmodi reprobatis etiam si nobis fiat particularis reuelatio, licitum est orare, nō quidem vt reprobati permanentes tales saluent, sed vt illis gratia dei / & auxilium conuersionis non desit, vt saluentur: & hoc nō est diuinæ voluntati contraire. Nec hoc petere / seu orare, est aliquid impossibile petere. Et q̃ reuelatio dei de reprobatione cuiusdam secundum communem legem facta, non tollat, quin contra orari possit, apparet ex eo, q̃ Christus prędixit Petro, Ter me negabis. Et tamen huiusmodi reuelatione non obstāte, Petrus potuit, imo debuit velle / & orare / seu petere oppositū. Ac proinde stat, quod supra responsum est, pro omnibus viatoribus orandum esse, vt ea, quibus ad salutem indigeant, illis non desint, vt finaliter saluentur. Facit q̃ hoc Gerson. 45. e. dicēs, Q̃ sancti orāt pro damnandis, scilicet, vt conuertantur & saluentur / vel saltem, vt rarius peccent, & mitius finaliter torqueantur.

¶ Et per hoc patet ad ea, quæ supra obiecta sunt. Ad illud autem quod obiectum est, Christum non pro mundo orasse, sed pro electis, & his, qui in Christum erant credituri. Respon. Q̃ intelligitur, q̃ Christus non petiit aliquibus salutem ęternam nisi credentibus, quia non nisi credentes erant finaliter saluandi: & ideo orauit pro credentibus vt saluentur. Cum quo tamē stat, q̃ optauerit omnibus, vt resipiscerent & crederent, vt tandem salutē consequāntur æternā, Itaq; hinc colligitur, q̃ nulli optāda est / et petenda vita beata, nisi credenti. Vnicuiq; aūt optāda est & petēda fides / & pœnitentia, vt dignus sit, cui beata vita cōferatur. Et ita tā pro credentib9 / quā pro nō credētibus orandū est, Q̃ uis pro illis immediate vita beata petatur: pro his autem, qui non credunt, non nisi mediate.

¶ Ad tertium respon. q̃ etiam pro inimicis orandum est, dicente domino Matthei. 5. Orate pro persequentibus & calūniātibus vos. Pro quo & ratio facit, quia non solum amici, sed inimici sunt ex charitate diligendi, Et q̃q̃ in particulari nō teneamur inimicos diligere, nisi in casib9 particularibus, quando nostra ope indigent, & ita nec pro illis nisi in simili necessitate orare teneamur, a generali tamē proximorū dilectione & oratione inimicos non possumus excludere. Quod si prophetæ & sancti in scriptura deprecentur, vt pereant inimici &c, id intelligendū est dici, non orando, sed quod futurum in illis est, prænuniando. Aut dicatur cum Augustino, sanctos nō imprecari mala inimicis, prout homines sunt, sed prout impii & inimici, scilicet, vt quatenus tales sunt, pereant, id est, vt tales esse desinant, & amici fiant, & suum peccatum agnoscant. Similiter dici potest ad illud Apocaly. 6. q̃ martyres non orant contra salutem suorū persequutorū, sed vt sic regnare desinant, & per pœnitentiam & humilitatem transmutati, deo discant esse subiecti. Sic enim significat Augustinus in Homilia quadā de martyribus, illud impletum esse, quod scriptum est. Vltus sum eos. Quid est, vltus sum eos? Vindicaui me de ipsis inimicis meis. Quomodo me vindicaui? Occidendo in eis errorem, suscitando fidem.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ hæc simul cohęrent,

cohærẽt, ꝙ possimus iusto bello aduersarios aggredi, & si opportuerit, occidere, imo, & a deo auxilium petere, vt nobis aduersus illos victoriam concedat: & simul cum hoc, ꝙ pro illis oremus, non vt nos vincant, nec vt corporaliter viuant, sed vt peccati & iniustitiæ, quam defendunt, pœniteant, & videntes se superari/ & mori, deo se commendent, & animam saluent. Nos enim, vt ait Christus, & si eorum corpus possimus occidere, non tamen animam. Ac proinde, cum corpus occidimus, pro anima orare possumus/ & debemus. Q̃ si, nobis corpus occidentibus, anima simul perit, mors animæ non nobis est imputanda, sed ipsismet, qui causam iniustam susceperè, & pœnitere noluerunt. Itaq; pro omnibus orandum, & bona spiritualia pro omnibus sunt petenda. Q̃uis temporalia bona, & corporalia non ita.

¶ De necessitate vocaliter orandi, oratione publica.

Am de necessitate vocaliter orandi breuiter videam⁹. Est enim duplex oratio, Ecclesiastica scilicet, seu communis, quæ ecclesiasticis personis iniuncta est: & est oratio priuata. De prima non ita dubitatur: nam illi, quibus horas canonicas dicere incumbit, tenentur ea vocaliter dicere, & non satisfaciunt, si mente solum eas recitent. Cuius ratio aperta est secũdum communem sententiam, quia ecclesia non obligat immediate ad actus mentis: nec satisfacit homo ecclesiæ præcepto per solum actum mentis, vt nunc suppono, igitur necessarium est, vt quis præcepto ecclesiæ de dicendis horis canonicis satisfaciat, ꝙ eas vocaliter dicat, & non sola mente pertractet. Hoc vltra alia communia iura est particulariter declaratum & iussum in Concilio Basilieñ. sessione. 21. scilicet, ꝙ horæ canonicæ non inter dentes, nec in gutture, nec syncopate dicantur, sed integre voce pronunciẽtur. Si queras quanta vocis expressio requiratur. Dicendum, ꝙ quanta sufficit, vt ab astantibus auditu percipiatur: si tamẽ attendant, & non sit impedimentum: alioqui minime satisfacit præcepto.

¶ Si queras, quæ personæ tenentur ex ecclesiæ præcepto ad dicendum horas Canonicas. Respon. vt alias super hac quæstione dixi, ꝙ qui sunt in sacris ordinati, similiter & beneficiati, siue pingue sit/ siue exiguum beneficium. Hoc patet de celebratio. mis. cap̃. 1. & cap̃. Dolentes. Similiter. 91. distin. cap̃. Eleutherius. Et cap̃. finali. 92. distin. Idem etiam patet ex Concilio Basilieñ. citato.

¶ De beneficiatis aũt distinguitur. Nam sunt quidam, qui beneficium habent, & fructus percipiunt. Alii, qui beneficium habent, & fructus non percipiunt, cum sint alteri reseruati. Alii, qui fructus percipiunt, sed beneficium non habent, vt qui pensionẽ, seu fructus ꝑ pẽsione recipiũt.

¶ De primis, qui beneficium habent & fructus percipiunt, non dubium, quin teneantur horas dicere, etiam si ordinati in sacris non sint, etiam si tenue sit beneficium, vt aperte habetur cap̃. Clericus victum. distin. 90. Vbi dicitur, ꝙ Clericus, quem sui beneficii fructus alere non possunt, querat suo artificio victum sine detrimento officii sui. Et si id sibi difficile fiat, imputet sibi, qui beneficium accepta uit, aut beneficium dimittat. Et procedit hoc dictum, etiam de his beneficiatis, qui fructus non recipiunt, quando habẽt ius eos percipiendi, sed per eos stat, quominꝰ percipiant. vt si absentes sint, & nil actu lucrentur, aut si parentes vel cõsanguinei ex eorum voluntate fructibus gaudent.

¶ De secundis, ideſt, qui beneficium habent, sed fructus non percipiunt, quia sunt ex autoritate & iussu papę alteri reseruati. Dixerunt aliqui, vt Caietanus, ꝙ non tenentur saltem ob titulum beneficii ad horas canonicas (Loquor de puro beneficiato non ordinato in sacris) Mouentur, quia iniustum est alicui imponere onus, cui commodum omne atq; merces denegatur, vt habetur cap̃. Cum secundũ apostolum. de prebendis. Qui ad onus eligitur, non debet a mercede repelli. Et est regula iuris in. 6. Qui sentit onus, sentire debet & commodum.

¶ Oppoſitum tamen videtur eſſe tenendum, ſcilicet q̄ beneficiati ob ſolum titulum beneficii tenetur ad horas Canonicas, etiam ſi fructus non percipiat, ex quo beneficium cum onere illo acceptauit. Alioqui non etiam teneretur ad officium in eccleſia complendum, quod ipſum exigit beneficium, cum tamen oppoſitum aperte deducatur ex cap̄. Clericus. ſupra citato. diſtin. 90.

¶ Tum etiam, quia ſi beneficium acceptaſſet cum iure leuandi fructus, abſq̄ dubio teneretur ratione beneficii horas dicere. In hoc autem, quod ſibi reſeruauit beneficium, et conſenſit, q̄ fructus alteri reſeruentur, aperte videtur beneficii onus ſibi cum beneficii titulo reſeruaſſe, et ſoli iuri leuandi fructus ceſſiſſe.

¶ Tum etiam, accepto beneficio et fructibus alteri reſeruatis, Quæro, vel neuter eorum tenetur eccleſiæ miniſtrare, et hoc eſt abſurdum. Vel is, qui fructus propenſione percipit, et hoc nemo dicit, nec verum eſt: igitur reſtat, q̄ ipſe, qui eccleſiam in ſe ſuſcepit, tenetur eidem miniſtrare, et horas dicere.

¶ Nec obſtat, q̄ per alios eſt allegatum, quia ex illis iuribus non ſequitur, niſi q̄ miniſtrātibus eccleſiæ, ſua debeatur merces et ſtipendium, iure etiam diuino illis ſuffragante, niſi ipſe ſponte huic iuri mercedem leuandi cedat, qualiter cedunt, qui beneficia ſuſcipiunt, alteri fructibus in toto vel in parte reſeruatis.

¶ De aliis, id eſt, qui fructus percipiunt/ beneficium tamen non habent, quales ſunt penſionarii. &c. An teneantur hac ratione ad horas Canonicas. Videtur q̄ nō, quia huiuſmodi penſiones dari non ſolent propter eccleſiaſticum officium, ſed vel ad ſuſtentandum perſonam, vel ad ſuuandum eam, vt poſſit literis incumbere: vel ad alliciendum nobiles & potentes ad id, vt eccleſiæ faueant: vel denīq̄ in præmium, pro eo, quod vel ipſi/ vel ſui anteceſſores aliquid in eccleſiæ vtilitatem fecerunt/ aut paſſi ſunt. &c. Titulus autem beneficii datur alicui, vt eccleſiæ, quæ illi cōmittitur, curam ſuſcipiat, et officium ſolitum debitumq̄ ibidem compleat.

¶ Inde videtur, q̄ q preſtimoniū habet, ob id ſolum non tenetur ad horas Canonicas, ſicut nec ad reliquum officium in eccleſia illa complendum, ex quo alter illic eſt, qui beneficium habet, cui onus illud incumbit.

¶ Ex dictis apparet, q̄ cui confertur beneficium in commēdam, q̄ interim q̄ beneficiū habet, tenetur per ſe vel per alium officium eccleſiæ ſibi cōmiſſę complere, ac ſi ſibi datum eſſet in titulum. Nam cū eccleſia paſtore carere non debeat, qui eidē miniſtret, is qui in commendam eccleſiam aliquam interim q̄ alter intituletur, accipit, illud idem onus in illo interim ſuſcipit, quod eſſet intitulatus ſuſcepturus. Eſt enim velut ſubſtitutus alicuius cathedratici, aut alterius officialis, cuius vicem et obligationem in ſe ſuſcepit tēpore ſubſtitutionis. Inde fit, vt talis, cui in commē dam collatum eſt beneficium, teneatur ad horas Canonicas, ſicut ſi intitulatus eſſet, maxime cum ipſi conueniat ius fructus beneficii percipiendi, ſi velit.

¶ Sequitur vltra, q̄ cui Capellania collata data eſt, tenetur ad horas canonicas: quandoquidem Capellaniæ huiuſmodi, & ſi de iure patronatus ſint, beneficia ſunt eccleſiaſtica, nec releuantur ab onere recitandi, ſi per alios officium Capellaniæ cō pleant. Sicut nec cęteri beneficiati a debito recitandi horas canonicas releuantur p hoc, q̄ Capellanos habeant, qui eccleſiis ſibi collatis miniſtrent. Sicut nec ordinatus in ſacris, ab eodem onere releuatur, ſi alicui mandet, vt pro ſe horas canonicas dicat. Quorum ratio vna eſt, quia obligatio dicendi horas canonicas eſt perſonalis, id eſt, perſonis ipſis, quæ ad ordinem ſacrum/ aut beneficium promoti ſunt iniuncta, ideo niſi per ſeipſos eas perſoluant, non ſatisfaciunt, excepto, niſi ob aliquam iuſtam cauſam excuſarentur.

¶ De coadiutore autem alicui beneficiato dato eſſet dubium, An teneatur ad horas Canonicas ſicut & principalis: & hoc ob ſolam coadiutoriam, Et ratio dubitandi eſt, quia huiuſmodi coadiutor non minus beneficiatus eſt & intitulatus, q̄ principalis, & mittitur in poſſeſſionē, ſicut & principalis, & ſeruit eccleſiæ aliquando plusq̄ principalis.

¶ Verum

¶ Verum difficile est illum obligare sicut principalem, nā cum vnicum sit beneficium & non plura, & vnica illis ecclesia commissa sit & non plures, satis sit ecclesiæ, si solito ministerio non careat. Nō enim tenetur coadiutor in ecclesia illa missam & alia officia seorsum facere, si principalis ea fecerit. Igitur si principalis semel horas canonicas dixerit ob suum beneficium, durum videtur coadiutorem similiter teneri eadem die horas dicere. Ac proinde crederem coadiutorem ad horas illas non teneri, nisi quando ipse in defectū principalis onus ecclesiæ in se suscipit. Ad hoc enim datur coadiutor, vt deficiente principali, eius vices coadiutor suppleat. Igitur principali horas per se dicente, & excusationem ad eas omittendum non habente, non erit coadiutor ratione coadiutoriæ obligatus eas dicere. Hoc videtur tenendum soli rationi innitendo, interim q̄ aliqua determinatio in oppositum occurrat.

¶ De his etiam, qui religionem aliquam professi sunt, An teneantur ob huiusmodi professionem, etiam si nec beneficiati sint, nec in sacris instituti, dicere horas canonicas illius religionis. Videtur q̄ non ad id tenetur ob solam professionem. Quia de essentia religionis non est, vouere nisi paupertatem, castitatem, & obedientiam. Excepto, nisi per regulam illius religionis, quam ille profitetur, contrarium sit statutū: nam tunc ob regulam tenebitur. Videatur igitur regula. Habet etiam in hoc locum consuetudo, quæ si talis sit in religione illa, vt omnes professi horas canonicas, ac si ordinati essent, dicant, tenebuntur, ac si per regulam esset statutum.

¶ De aliis autem, qui minores ordines susceperunt, An teneantur aliquid vocaliter recitare, saltem quindecim psalmos, seu canticum graduum. Videtur q̄ nullo iure ad id teneantur. Si tamen in diœcesi aliqua talis viget consuetudo, vt alicubi obseruari audiui, standum est consuetudini. Hæc obiter dicta sint de necessitate vocaliter orandi, oratione communi.

¶ De necessitate orandi vocaliter oratione priuata.

DE necessitate autem orandi vocaliter oratione priuata, est similis quæstio, An sit christiano necessarium vocaliter orare. Et arguitur q̄ sic, ex illo Canticorum, 8. quod in persona Christi dicitur ad ecclesiam suam. Fac me audire vocem tuam. Et rursus, Sonet vox tua in auribus meis.

¶ Item Ecclesiastici, 39. dicitur, Confitemini illi in voce labiorum vestrorum.

¶ Item in psalmis frequenter fit commemoratio orationis vocalis. Voce mea ad dominum clamaui. Et iterum, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et alibi sępe.

¶ Item Esaiæ. 43. Populum istum formaui mihi, & laudem meam narrabit.

¶ Præterea Christus hoc esse agendum verbo docuit, & exemplo firmauit. Sæpe enim legitur vocaliter patrem orasse, non solum cum in cruce esset, sed ante. In cruce enim voce magna clamauit, dicens, In manus tuas domine commendo spiritum meum. Et ibidem plures psalmos voce dixisse fertur. Ante crucem etiam, quando Lazarum suscitauit, voce ad patrem pro Lazari suscitatione orauit. Et q̄ voce id a patre petierit, colligitur ex textu, licet ibi non exprimatur. Tum, quia cum Iudæi vidissent illum oculos in cœlum leuare, dixerunt. Nunquid non poterat hic, qui aperuit oculos cęcinati, facere vt non moreretur Argumentum est, q̄ a patre voce petebat, quod illi putabāt Christum per se facere non posse. Sed apertius colligitur ex sequentib9. Dixit enim Christus, Gratias tibi ago pater, quia audisti me. Ego sciebam, quia semper me audis: sed propter populum circunstantem dixi, vt credant, quia tu me misisti. Quod non esset pertinenter dictum, nisi populus audisset Christum patrem orasse, & vidissent ipsum a patre exauditum esse. Vnde moti sunt ad credendum, q̄ a patre esset missus. Q̄ etiā verbo docuit vocaliter orare, patet Matth. 6, vbi formā orandi discipulis suis tradidit, vt dicerēt Pater noster, qui es i cœlis, &c. Et q̄ de vocali oīone loque

retur, apparet, quia cum multiloquium, quo gentes vtebantur / quando vocaliter orabant, reprehenderet, hanc breuē orandi formam illis tradidit, per quam multiloquium vitarent.

¶ Facit ratio, quia deus non solum mente/ sed voce vult, q̄ ipsum confiteamur, vt
Ad ro. 10. ait Paulus, Corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem. Sicut igit̄ oportet aliquando laudes dei confiteri, igitur & orare, cum in ipsa oratiōe dei potentiam & misericordiam cōfiteamur. Et ad Philipp. 2. ait de Christo, vt illi omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus noster in gloria est dei patris. Et. 1. ad Corinth. 14. de mentali & vocali oratione doctrinā tradens, ait, Orabo spiritu, orabo & mente. Et ita in ecclesia orare docuit.

¶ Facit etiam quod dicitur Oseę vltimo. Omnē aufer iniquitatē, & accipe bonū, & reddemus vitulos labiorum nostrorū. Verbum autem/ reddere/ necessitatis est. Et ita videtur, q̄ necessarium sit aliquando vocaliter orare. &c.

¶ Contrarium tamen tenetur communiter a doctoribus. Alexan. 4. parte. q. 9. Ricardus in. 4. distin. 15. Tho. secūda secūdę. q. 83. Durādus in. 4. q. de oratiōe. Gabriel in Canone, lectio. 62. Et Angelus. Et Baptista in summis, verbo. oratio. Et Augustinus ad Probam, & cæteri, tenent orationem priuatam vocalem non esse de præcepto absolute, neq; necessariam: nisi quatenus aliquando ea opus est/ ad excitandū deuotionem, vel apponendum debitam attentionem, sicut viris imperfectis & parum exercitatis accidere solet, q̄ nisi voce orent, facile mens euagatur, & perit deuotio. Illis enim ex suppositione in casu esset necessarium vocaliter orare, quando illis est necessarium mente orare. Similiter si opus sit orare vocaliter ad proximi ędificationem, aut ad vitandum scandalum, si forte tale oriretur, ex hoc, q̄ homo nūq̄ orare videatur, aut ob aliam causam vrgentem, tunc necessarium esset orare. In se tamen & de se oratio vocalis, & si fructuosa sit, nō tamen est necessaria, nec de p̄cepto.

¶ Ad ea, q̄ supra contra hoc allegata sunt, facilis est responsio. Illa enim, quæ ex canticis citata sunt, & ex psalmis, & ex pphetis, nil de necessitate vocaliter orandi ionāt, nec talis necessitas inde colligitur, sed sola orationis commendatio, q̄ deo placeat, & a deo sępe audiatur. Nec verbum/ reddemus, quod in Osea ponitur, importat illic necessitatem, quia perinde est, ac si diceret, retribuemus, scilicet pro beneficio a deo accepto, vt ex ipso textu patet.

¶ Ad illud ex Christo citatum, fateor q̄ ipse frequenter orauit vocaliter, nō tamen inde fit, vt sit nobis necessarium vocaliter orare, quia nec illi fuit necessarium sic orare, nisi forte quando ad aliorum ædificationem erat necessarium, vt dictum est. Nec omnis Christi actio, est instructio nostra, necessitatem nobis imponēs, vt manifestum est de multis. Fuit enim pauper, fuit castus simpliciter, fuit nudus, fuit peregrinus, fuit prædicator, & doctor. &c. Et tamen non inde inducitur obligatio, vt nos tales simus: quandoquidem multa opera fecit, quę nobis sunt de cōsilio, ad quæ noluit nos sub pœna peccati arctare. Et quod de oratione dominica allegatur, parum valet. Nam Christus illic nec determinate de oratione vocali loquebatur, nec illam orationem præcipiendo tradidit, sed docendo, quod ex textu patet. Dixerant enim discipuli, Domine doce nos orare. Cui petitioni condescendens Christus, tradidit illis breuem orādi formam, intendens, vt siue mentaliter/ siue vocaliter orarent, non multiloquio verbali nec mētali apud patrem vterentur, cui breuis & copiosa placet oratio.

¶ Ad aliud Pauli ad Ro. Et Philip. dicendum, q̄ Paulus illic significat fidei confessionem vocalem, pro tempore & loco necessariam esse, non ratione sui, sed quando ea opus est, ad proximi ædificationē/ seu proximorum in fide cōseruationem. Et in simili casu idem de oratione dicendum est, vt supra. Ad illud vero, quod ex epistola ad Corinth. citatum est, videtur, q̄ sit impertinenter dictum seu allegatū. Nam illic Paulus non intendit præcipere, q̄ vocaliter orem⁹, sed q̄ si velimus vti linguis, q̄ ab astātibus nō intelligunt̄, nō solo spiritu vocis oremus, sed mente, scilicet sensum verborum audientibus significando, vt proficiant. Cęterū si modum

orandi

orandi & pſallendi tradidit, intelligatur hunc viris eccleſiaſticis, quorū eſt publice in eccleſia orare, tradidiſſe.

¶ De neceſſitate orandi mentaliter.

N autem ſit neceſſaria ſaltem oratio mētalis. Et videntur nonnulli doctores inter ſe diuerſi, vt notat Baptiſta, verbo. Oratio. §. 10. Et cū quidam teneant hāc partem, quidam illam, hic doctor nititur eos ad concordiam reducere, dicendo, ꝙ Oratio in ſe & ratione ſui & abſolute non eſt neceſſaria, nec de pręcepto dei. Dat rationē ſatis friuolam, quia ait. Si de pręcepto dei eſſet: plura igitur eſſent dei pręcepta, ꝙ̄ decē. Eſt tamē neceſſaria oratio neceſſitate ex ſuppoſitiōe, ſcilicet ſi aliter nō poteſt ſalus acquiri, aut nō aliter poſſumus peccatum aliquod vitare, aut dęmonis tentationē ſuperare, iuxta illud Matth. 17. Hoc genus dęmoniorꝫ nō eiicit̄, niſi per orationē & ieiunīū. Itaꝫ de oratiōe in ſe nō eſt a deo immediate datum pręceptū, vt dicit.

¶ Oppoſitum tamen videtur ſecūdum communē ſententiam. Pro qua facit illud Matth. 7. Petite, & accipietis. Et Lucę. 18. Oportet ſemp orare. Quod verbū neceſſitatis eſt, vt ibi notat beatus Chryſoſtomus. Et Matth. 28. Vigilate, & orate, ne intretis in tētationē. Sup quo ait Hiero. In tentationē intrat, q orare negligit.

¶ Facit etiam, quod ait Iaco. cap̄. 5. Orate pro inuicem, vt ſaluemini. Si igitur debemus pro aliis orare vt ſaluentur: a fortiori pro nobis, quos ex charitate magis tenemur amare. Et Matth. 5. Orate p perſequentibus & calūniantibus vos. ¶ Et ita tenet expreſſe. Tho. 22. q. 83. ar. 3. dicēs, ꝙ non ſolum petere, quæ deſideramus, ſed etiā recte aliquid deſiderare, ſub præcepto cadit: ſed deſiderare quidem cadit ſub pręcepto charitatis: petere autem ſub præcepto religionis. Quod præceptum ponitur Matth. 6. vbi dicit, Petite, et accipietis. Hæc ille. Quod preceptum cum non ſit datum de oratione vocali, vt ipſe tenet ibidem. arti. 12. reſtat, vt ſit præceptum de oratione mentali.

¶ Facit etiam, quod ait Chryſoſto. ſupe Matth. dicens. Pro ſe orare, neceſſitas cogit: pro altero autem, charitas fraternitatis hortatur.

¶ Et Auguſtinus de eccleſiaſticis dogmatibus ait, Nullum credimus ad ſalutē venire, niſi deo inuitante: nullum inuitatū, niſi deo auxiliante ſuam ſalutem operari, nullum niſi orantem, auxilium ſibi promereri: igitur a primo ad vltimum, nullus ſalutem conſequitur ſine oratione.

¶ Facit etiam Grego. in dialogo. & habetur. 23. q. 4. dicens. Obtineri nequaꝫ poſſunt, quæ prædeſtinata non fuerint: ſed ea quę ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Nam ipſa quoꝫ perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti deo diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore peruenīāt, quatenus poſtulando, mereantur accipere, quod eis omnipotens deus ante ſecula diſpoſuit donare. &c. Si igitur ita eſt, ꝙ ad perennem vitam peruenire niſi orando non poſſumus, ſequitur neceſſarium nobis eſſe orare.

¶ Et ꝙ proprium peccatum ſit non orare, apparet, ſtātibus allegatis. Quia omiſſio orationis ſufficit ad amittendum gratiam pręhabitā, alio peccato ſecluſo: igitur in ſe eſt peccatum. Antecedens patet, ſi demus aliquem baptizatū per aliquod tempus viuentem, cui intimetur neceſſitas orandi ad conſequendum perennem vitam vt ſupra dictum eſt: & ille nil aliud illo tempore omittat, pręterꝫ orare, iam talis peccat, per orationis omiſſionem, & gratiam perdit, quam orando conſeruaret, igitur, ſi alio peccato ſecluſo ſola omiſſio orationis peccatum eſt, igitur ecōtra, alio præcepto ſecluſo, ipſa oratio præcepta eſt. Q̄ ſi velis hoc pręceptum reducere ad præceptum charitatis, parum refert, dummodo concedas, hominem teneri ſub pœna proprii aut noui peccati non ſolum vitam beatam/ & reliqua ad illam neceſſaria ex charitate deſiderare, ſed etiā ex religione petere, vt ſupra ex Tho. citatum eſt.

¶ De neceſſitate ſciendi dominicam orationem:

Codex de Oratione.

VPpoſito igitur, ꝙ neceſſarium ſit, ſaltem mentaliter orare, eſſet dubium, an ſit neceſſarium orare ſecūdum formā a Chriſto nobis traditā in oratione dominica. Et arguit̄ ꝙ ſic, tū ex dicto Chriſti Matth. 6. Sic orabitis Pater noſter &c. In quo videt̄ Chriſtus determinaſſe modum in oratione tenendum, quę quidem oratio eſt ad ſalutē neceſſaria, vt ex dictis patet. Preceptum enim legis in ſe indeterminatum, neceſſitate ſeruandum eſt, ſecundum determinationem & modificationem a legislatore traditam, vel ab eo, qui poteſtatem habet illud modificandi. Exemplum eſt clarum. Preceptum erat in lege de ſabbato ſanctificando: quod cū indeterminatum eſſet, appoſuit deus modum ſanctificandi ſabbatum, ſcilicet, nō faciendo in illo aliquod ſeruile opus, & ita fuit neceſſario ſeruandum. Similiter preceptum eſt Chriſti, de confitendo peccata, quod cum in ſe ſit indeterminatum, eccleſia autoritatem habens, determinauit, quando, cui, & quomodo ſit confitendum. cap. Omnis vtriuſq; ſexus &c. Igitur ſic erit in propoſito. Præcepit enim Chriſtus, Petite, et accipientis, orate ſemper. Hic autem videtur modificaſſe huiusmodi præceptum: igitur de neceſſitate ſic eſt orandum.

¶ Preterea idem videtur ex concilio Toletañ. 4. cap. 9. Vbi dicitur, ꝙ Chriſtus precepit omnibus, vt orationem dominicam dicerent, ſcilicet, Pater noſter. &c.

¶ Preterea idē videtur ex concilio Remenſi, cap̄. 7. vbi precipitur omnibus, vt ſciāt orationē dominicā, quia eam ignorare, nulli chriſtiano licitum eſt, vt illic dicitur. Igitur ſi neceſſariū eſt eam ſcire, neceſſarium igitur eſt ſecūdum eam orare: quia nō eſt eius cognitio neceſſaria propter ipſam cognitionem, ſed propter praxim.

¶ Preterea facit Cyprianus in expoſitione orationis dominicę, dicēs, ꝙ Chriſtus inter cętera ſalutaria monita & precepta, etiam orandi ipſe formam dedit. Vnde & eccleſia in miſſę celebratione quotidie id innuit dicens. Preceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſtitutione formati audemus dicere Pater noſter. &c.

¶ Quod apertius ipſe Cyprianus paulo poſt dicit, ꝙ aliter orare, q̄ Chriſtus docuit, non ignorantia ſola eſt, ſed & culpa. Afferens pro cauſa, quod Chriſtus dixit Matth. 15. Reiicitis mandatum dei, vt traditionem veſtram ſtatuatis.

¶ Reſpō. Et ſi ſalutare ſit orationem dn̄icam ſecundum ſeriē & ordinē, quo tradita eſt ſcire, & ſecundū eundē ordinē & formā orare, non tamen videt̄ eſſe id de pręcepto diuino ſub pœna peccati mortalis obligante. Id videtur, tum ex cōmuni doctorū ſentētia, quos videre licuit, qui hoc dicunt. Tum etiā ex Auguſtino hoc idem dicente in epiſtola. 89. ad Hilariū, ſcilicet, ꝙ oratio dn̄ica omnibus neceſſaria eſt, vt ſciatur & dicatur ab illis: nō ſic, ꝙ ordinatim ſciaī & dicaī, ſed ſatis eſt vnicuiq; ſcire, quid a deo petendū ſit, id eſt, ea quæ in dn̄ica oratione cōtinentur, ita, vt ſi de ſingulis petitionibus illic contentis interrogetur, ſciat illa talia eſſe petenda, vt ꝙ fiat dei voluntas, ꝙ remittat nobis peccata, ꝙ liberet nos a malo. &c. etiā ſi formalē ordinē orationis ignoret. Quemadmodū de articulis fidei in ſymbolo cōtentis dici ſolet, non eſſe homini ad ſalutē neceſſariū memoriter ſymbolū retinere, ſecūdū ordinē, quem tenet, ſatis eſt, ſi ad ſingulos articulos etiā ſine ordine ꝓpoſitos reſpōdere ſciat. Sic video plures doctores tenere, cū quibus poſtremo tenet idem Silueſter, verbo ſciam, §. 2. Vide eos.

¶ Ad ea vero, quæ cōtra hoc ſupra citata ſunt, dici poteſt. Ad primū, ꝙ q̄uis Chr̄s formā illā orandi tradidit, hanc tamē nō precipiēdo, ſed docēdo inſtituit, vt ſupra dictū eſt. Et q̄uis ipſe alibi ſufferit orare & petere ſine modificatione, nūc autē particularē modū orandi tradiderit, nō inde fit, vt hic particularis mod⁹ cadat ſub pręcepto, cū nec hūc modū inſtituerit intendens p̄ceptū de orando alioquī dato, modificare. Nā ſi ita eſſet, prius igitur debuiſſet pręceptū de orādo indeterminatū dare, q̄ ipſam determinationē apponere. Cuius tamē oppoſitum, ex ſerie euāgelii conſtat, tam ex Matth. q̄ ex Luca. Nec exempla allegata, de ſanctificādo ſabbato, & cōfeſſione faciēda, valēt ad propoſitū: quia modus ſanctificādi ſabbatū a deo tradit⁹, & modus cōfitendi ab eccleſia inſtitutus,

præceptiue

præceptiue tradita sunt, vt ex suis locis aperte constat. Non sic oratio dominica, vt ex Lucæ. 11. constat.

¶ Ad aliud ex Concilio Toletano & Remensi, & communi ecclesiæ celebratione, quæ omnia significant Christū sic orādum esse præcipisse, Dicendum, ꝙ nō loquunt̄ de præcepto stricte, vt sit id, quod sub pœna peccati obligat, sed large: sicut multa dicitur deus mandasse, ad quæ noluit nos sub pœna peccati coarctare. Et hęc responsio apparet ex eo, qđ ait ecclesia dicēs, Præceptis salutaribus moniti. Non dixit / iussi / vel / coacti: sed moniti. Quod verbum, rigorē præcepti videtur temperare. Et quod in Concilio Remēsi dicitur, ꝙ ignorare orationem dominicam, nulli christiano licitum est, intelligat̄ de ignorantia, qua non solum series & ordo petendorum nescitur, sed qua quid a deo petendum sit, ignoratur, prout supra ex Augustino exposuimus.

¶ Ad aliud ex Cypriano allegatum, quādo ait, ꝙ aliter orare, q̄ Christi? docuit nō solum ignorantia, sed culpa est, Dicendū, ꝙ hoc dicit̄ contra illos, qui alias orationes per homines compositas, orationi dominicæ præferunt: & hoc culpa est, vt supponо. Et ꝙ hoc intendat, apparet clare ex causa, quam ipse affert, dicens. Quia reiectis mādatum dei, vt traditionem vestrā statuatis. Vbi iterum mandata dei ad omnes dei traditiones se extendunt, etiam si nō omnes obligatoriæ sint, vt fiant, q̄uis omnes obligatoriæ sint, vt non cōtemnātur. Et ita non videtur sufficienter probatum oppositum huius posterioris sententiæ. Et ex textu ipso Matth. 6. apparet tenēdum esse, qđ dictū est. Nam Christus non tam intendit illic formam orandi secundum ordinem tradere, q̄ quid orandum sit, docere. Prēmisit enim dicens, Scit enī pater vester quid vobis opus sit. Et sequitur. Sic enim orabitis, Pat̄ noster. Quod adiunxisse videtur, vt sciam?, quid nobis a deo petendū sit, qui scit, quid nobis opus sit. Ita q̄ satisfacimus, si illa petamus, quæ Christus docuit esse petenda, etiam si non eo ordine petamus. Et ita non est de præcepto dei scienda illa oratio secundum ordinem. Cum hoc tamen stat, ꝙ periculose ignoratur dominica oratio, & si ex negligentia ignoratur, non caret culpa, vt dicit Cyprianus. Cuius ratio aperta est: quia cū deus orari velit & rogari, & quid nobis desiderandum sit, & a deo petendum, ipse Christus in præfata oratione tradiderit / & docuerit, certe qui negligit scire ipsam orationem dominicam, suam videt̄ salutē negligere. Quę q̄ hoc potius arguit necessitatem sciendi quid Christus petendum docuit, q̄ ordinem ipsarum petitionum, quæ in oratione continentur.

¶ De tpe quo orare opportet,

Git̄ supposito ꝙ necessariū est vnicuiq; orare / saltem pro se, & p his, quos videt sua oratione summe aut notabiliter indigere, esset dubium, quando sit de necessitate orandum. Et videt̄ ꝙ semper, iuxta illud Christi, Oportet semp orare, & nō deficere. Et. 1. ad Thessa. 5, ait Paulus, Sine intermissione orate. Lucæ. 18.

¶ Pro quo etiā facit ratio, qa homo semper indiget gratia dei, vel vt resurgat, si in peccato est, vel vt stet / si gratiam dei habet. Et semp homo est in malo, pro quo amouendo, orandū est, iuxta illud Ioan. in Canonica, Si dixerimus, ꝙ peccatum nō habemus, veritas in nobis non est. Semper etiam sumus in periculo succumbēdi dęmonis tētationi, iuxta illud Pauli. Vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens, circuit, quęrens quem deuoret. Igitur semper orandum.

¶ Oppositum tamen est veritas, scilicet, ꝙ non est necessarium semper in oratione actu perseuerare: nam certum est necessariū esse homini aliis rebus & operib? sæpe intendere, quę aliquando ad ipsum, aliquando ad proximum, aliquādo ad rēp. ptinere / & necessaria esse dignoscunt̄. Oportet igit̄ orare, sed cū tporis interuallo.

¶ Ad illud ergo ex Luca citatum, dici solet, ꝙ opportet semper orare, non loquēdo de oratiōe actu & in se, sed de causa ei?, quæ est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio, vt ait Tho. Quia tale desiderium semper debet in homine esse actu / vl habitu. Gerson etiā in. 3. parte, 77.

littera.ꝓ, dicit certissimum esse dictū Christi, scilicet, Oportet semper orare, intelle ctū actualiter/vl̄ virtualiter/vel habitualiter. Quod fit, quādo quis orare deum cœpit, si nunq̄ postea voluntas orādi sit per oppositam voluntatem interrumpta. Origenes autem cum glo. ibidem exponit semper orandū esse, id est, semper bene agendum, seu bene viuendū: quia semper orat, qui semper bene agit. Et ita omnes hi prętendunt, orationem semper debere durare, & continuam esse secundū sensum, qui illis visus est. Attamen vt videtur, Christi intentio in loco citato non est, dicere, ꝙ debet esse semper permanens & cōtinua oratio. Et ideo inquirere modos diuersos cōtinuitatis, vt hi inquirūt, ad saluandū sensum autoritatis, salua pace, non videtur satis pertinens. Christus enim illic non intēdit, nisi ꝙ non simplus cōtenti, si semel a deo petimus, quod optamus, sed oportet instāter id a deo petere, & pluries. Et ꝙ ita sit, apparet ex textu, quia quare dixerit oportere semper orare, statim declarat per parabolam de iudice, qui renuebat facere iustitiam viduæ petenti, quæ cum importuna esset, & frequenter ad eum iustitiā petitura veniret, dixit Iudex, Quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam. Ex quo intelligimus orationē debere frequēntari, quousq̄ deus condescendat. Iam certum est, ꝙ illa vidua non orabat iudicem illum continue, sed frequenter: transibant enim dies inter orationem & orationem. Adde, ꝙ illud dictū, scilicet oportet semper orare in loco citato, nō est dictū Chr̄i, sed euangelistæ, id ex parabola colligētis.

¶ Iam igitur ꝙ impertinentes sint prędictæ expositiones, apparet, quia secundum primam staret aliquem manere in suo desiderio, qui tamē nunq̄ a deo peteret optatum: & tamē diceret̄ semper orare. Quod non consonat intēto parabolæ, quę loquitur de instante & importuna petitione, vltraq̄ mente semper vindictam optabat. Nec enī iudex ex desiderio viduæ motus fuit, ad faciendum illi iustitiam, sed ex importunis precibus.

¶ Similiter stando in secūda expositione, qui cœpit orare, & ꝓpositū illud nunq̄ per oppositum interrumpat, dicetur semper orare, quod non est ad propositum parabolæ. Adde, ꝙ falsum est esse necessariū semp orare in illo sensu: nā q cœpit orare, licite pōt habere ꝓpositū ab oratione actuali pro tēpore desistendi, vt constat.

¶ Similem difficultatem patit̄ tertia expositio. Itaq̄ iuxta textum & mentem parabolæ, non oportet semp/vel continue sine interruptione orare, sed semper, id est instanter & importune, & sic saluatur melius proprietas vocabuli/orare/quo textus ipse vtitur.

¶ Q̄q̄ expositiones illæ veræ sint in se, magis tamen adaptari possunt dicto Pauli citato, scilicet, Sine intermissione orate. Sed nec puto Paulū tam stricte loquutū, vt cum dixerit, sine intermissione orandū esse, nullam prorsus voluerit admitti requiem & cessationē in orādo, quam quidem requiem & cessationem omnino excludunt præfatę expositiones, sed voluit frequentes orationes/& crebras, qualibus patres Aegypti vtebantur, commendare/simul & nos cōmonefacere, ne per negligentiam diu ab oratione cessem?. Sic enī Actuum. 12. legitur de Petro incarcerato, ꝙ in ecclesia fiebant orationes sine intermissione pro eo: & tamen constat aliqua temporis interualla fuisse ad dormiendū, ad comedendum, & ad alia officia charitatis aut naturæ agendum. Sicut etiam de Anna vidua legitur .1. Regū, ꝙ sine intermissione rogabat deum, & a templo non recedebat die ac nocte: & īn constat ibat domū, & redibat, & non continue sine interruptione erat in templo. Nec valet dicere, ꝙ nunq̄ a templo recedebat voluntate & desiderio. Hoc enim & si verum sit, non tamen sufficit ad saluādum textum, ꝙ die & nocte a tēplo non recedebat. Non enim textus de volūtate loquitur, sed de reali visitatione tēpli. Similiter vere dicit̄ nunc, ꝙ in ecclesia dei semper & sine intermissione officia diuina dicuntur. Quod saluatur (etiam si ad expositiones illas non recurramus) per hoc, ꝙ singulis diebus, & certis horis diei ordinarie talia officia cantantur. Itaq̄ semper & sine intermissione orare dicitur, qui mane deum orat, & in meridie, & in vesperi, & in nocte, idq̄ quotidie, vt significat Cyprianus in de oratione dominica.

¶ Ad aliud, quo arguitur, ꝙ semper homo est in

mo eſt in periculo vel indigentia. &c. Eſto ita ſit, non ſequitur q̄ ſemper & pro ſemp homo oret, ſatis eſt, ſi nō ſit notabiliter negnis & oſcitās, ſed vigilet, & pro tempore oret. Eſt enim præceptū affirmatiuū, ideo non pro ſemper obligat. Pro tūc autem videtur homo teneri ad orandū, quā do tenetur ſe ad gratiam diſponere/ſiue ſacramentum ſuſcipere velit, ſiue iter/ſiue opus periculoſum aggredi, ſiue grauē & duram ſentiat contra ſe tentationem: & in talibus caſibus neceſſitatis tenetur ſe deo commendare, & formaliter vel virtualiter orare, & dei gratiam & fauorē petere. Vltra hæc tempora, nō puto eſſe de neceſſitate ſalutis orandum. Q̄uis ad aliquem effectum conſequendum, neceſſariū ſit ſemper & ſine intermiſſione orare ad ſenſum dictum, nō tamen abſolute ſub pœna peccati mortalis illo modo ſine intermiſſione orandum eſt. Nec omnia, quæ Paulus ad Theſſalo. in loco citato ſcripſit, accipienda ſunt tanq̄ ſint de neceſſitate ſalutis obſeruanda, vt ex textu ipſo patet.

¶ De modis/quibus oratio deprauari ſolet.

DE qualitate orationis, quo ad bonitatem & malitiā breuiter non nulla tangam?. Scim? enim humanos actus ex obiecto & fine, aliiſq̄ circunſtantiis ſuam bonitatem/aut malitiam habere, q̄q̄ oratio ſi talis ſit, quę ex gratia fiat, & per eam quod decet in ſe ob finem bonum, locoq̄ & tēpore debitis a deo petatur, bona eſt, & deo grata. Ecōtra vero poteſt multipliciter deprauari. Primo ex parte obiecti, ſi quis orando, aliquid inuſitum/aut indecens petat, vt de ſe conſtat. Secūdo, ſi quid alioqui decens, ſed immoderate, & vltra iuſtā mēſuram petat. Eſt enim, vt inquit Ambroſius, ſuperba & ſtulta petitio, dum nō ſua ſorte contentus, pes ambit, quæ ſunt ocuMatth.20. li: qualis fuit petitio apoſtolorum Iacobi & Ioannis, quibus Chriſtus reſpōdit, Neſcitis quid petatis. Tertio vitiatur oratio ex fine, vt ſi quis orādo, gloriam & laudē humanam quęrit, ex quo fine nō ſolum oratio, ſed & martyrium reddit culpabile. De quo ait Hiero. Huic operi, nō tam premium/q̄ pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta ſunt, q̄ corona victoriæ. Et habetur. 1. q. 1. Vide quantum bonū. Talis erat phariſæorū oratio, qui in plateis, vt ab hominibus viderentur, orabāt. Quos Chriſtus reprehendit. Quarto vitiari ſolet oratio ex parte perſonæ/& loci, vt ſi publicus cōcubinarius publice in eccleſia orationes eccleſiaſticas dicat, nam in de ſcandalum ſolet oriri. De talibus enim procedit, quod dicit in pſal. Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Quinto poteſt oratio deprauari, ex ignauia orantis, vt ſi in oratione petit a deo aliquod bonū, & cum poſſit ipſe, appoſita ſua diligentia, ad illud quodāmodo peruenire, negligit, & a ſolo deo illud ſperat: tales enim, qui media cōgrua ad acquirēdum quod petunt, prætermittunt, ſiue gloria ſit, ſiue ſcientia, ſiue ſanitas. &c, magis videntur deū tentare, q̄ orare. His igitur & aliis multis modis poteſt oratio deprauari, & deo ingrata eſſe, vt pōt vnuſquiſq̄ per ſeipſum agnoſcere. Matth.6.

QErum eſſet vnū dubiū, An oratio deprauetur per hoc, q̄ fit in peccato mortali ipſius orantis. Et pro parte affirmatiua arguitur q̄ vana ſit & ſuperflua oratio, ſi orans in ſe peccatum eſſe cognoſcit, iuxta illud. pſal. Iniquitatē ſi aſpexi in cor de meo, non exaudiet dominus. ps.65.

¶ Secundo facit, quod ſupra ex pſal. citatum eſt, vbi deus videtur incuſare peccatorem orationes & laudes ad deum effundētē, dicens, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meū per os tuū?

¶ Facit etiam, quod habet Prouerb. 28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, ſcilicet, vt eam cōpleat, oratio eius erit execrabilis. Talis eſt peccator, q quia in peccato manet, legem non audit.

¶ Facit etiam, quod habetur Eſai. 1. vbi dominus ait, ſacrificia, & ſolemnitates, & neomenias, & orationes, & alia huiuſmodi, quæ iudæi faciebant in cultum & honorem ipſius, omnia hæc eſſe abominationes, & ſibi odioſa, & ingrata. Et datur pro cauſa ibidem, Quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt, ideſt, peccaminoſę.

¶ Facit etiam, quod ait Grego. in paſto-

rali. Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. In quo apparet, ingratā esse deo orationem peccatoris. Peccator enim inimicus est deo, & eidem displicens.

¶ Facit etiam, quod ait Beda in quadā homilia. exponens illud psal. Voluntatem timentium se faciet, ait, Qui preces suas deo oblaturi prius iussa eius implere satagūt, horum, cum ipsi clamauerint, orationes exaudit. Et sequit ad propositum, Sed illi male petunt, qui vocem domini iubentis audire obtemperando contemnunt, & nihilominus domini sui vocē exaudire miserando deposcunt, quos ipe repellens in euangelio, dicit, Quid vocatis me domine, & non facitis quæ dico?

psa. 144.

¶ In oppositum tamen videt, q̄ non ob id solum deprauatur seu vitiatur oratio, q̄ orans sit in peccato, alioqui nulla peccatoris oratio deo placeret. Cuius oppositum patet, quia peccator orans pro remissione peccatorum, non peccat, imo sæpe a deo exauditur, vt patet de publicano orante & petente, Domine, propitio esto mihi peccatori, & veniam obtinuit. Non igit oran do peccauit. Et Ecclesiastici. 21. dicitur, Fili, peccasti, non adicias vt pecces iterum, sed deprecare dominum de pristinis, vt dimittat tibi. Patet etiam a simili, quia ieiunium & eleemosyna, & multa alia virtutū opera non inficiuntur seu deprauantur ex hoc solum, q̄ in peccato fiūt, cum multa talia deo grata sint, & ab ipso remunerata, vt alias abunde patuit: igitur idem de oratione. Nec obstat, quod legit Ioan. 9. Scimus quia deus peccatores nō exaudit. Nā illud nō est verbum euangelistæ, sed illius cæci, quem deus sanauit. Et vt ait illic glo. loquitur non vt vnctus, idest, nondum a spiritu sancto edoctus. Patet etiam ratione aperta, qa peccator adhuc in peccato manens, potest sicut & debet seipsum diligere. Potest ergo sibi salutem animæ & corporis desiderare. Potest igitur hæc a deo humiliter petere: nam vt supra ex Augustino dictum est in epistola ad Probam, Pro omni illo licitum est orare, quod licitum est desiderare. Et ita oratio nō per hoc solū vitiatur, q̄ in peccato fit. Et ita tenendum est loquendo de oratione priuata.

Luce. 18.

DE oratione tamen publica, qualis est, quam personæ ecclesiastice dicunt, cum horas Canonicas persoluūt, esset maius dubium, An scilicet huiusmodi orationes vitiētur per hoc, qnod tales recitantes eas in peccato dicūt. Et videt dicere Adria. q̄ sic. Tum ex eo, quod ait Dionysius ad Demophilum, loquens de sacerdote non illuminato per gratiam. Audetq; ecclesias blasphemias suas (neq; enim preces dixerim) sacris aris inferre, easq; sup figna illa diuina ad Christi similitudinem dicere.

¶ Tum etiam ex eo, quod de hæreticis ait Hierony. Quotiescunq; congregati sunt in nomine eius, detestat deus factorem eorum, & claudit nares suas. 1. q. 1. Odit. &c. Et cap. precedente ait Hieronym. Sic populus iste hæreticorum omniū est in conspectu meo, dicit dominus, Omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta, vel eleemosynas, siue ieunia, vel corporis castitatē, cōtaminata erunt in conspectu meo. Et sequitur. Quis enim sancta videantur specie sui, quę offerunt: tamen quia tractata sunt ab illo, qui pollutus est in anima, polluuntur omnia.

¶ Tum etiam ex cōmuni doctorum sententia, dicentiū, q̄ quicunq; in mortali peccato exequitur actum sui ordinis scienter, eo ipso mortaliter peccat, iuxta illud Deutero. 16. Quod iustū est, iuste exequere,

¶ Dura videtur hæc sententia ita indistincte posita. Nam aut huiusmodi oratio polluitur seu vitiatur propter irreuerentiam dei, quam videtur secum habere, quando a peccatore fit, qui indignus est, qui ad deū loquat, & a deo aliquid petat, manens ipse in peccato. Aut vitiatur ratione officii ipsius orantis, quia scilicet ipsum officiū horas canonicas dicendi, obligat eum vt in gratia eas dicat, prout videtur sentire ex autoritate Deutero. quam pro se citat. Sed primū non apparet, quia tunc non minus vitiaretur oratio priuata, quam peccator persona priuata dicit, q̄ illa publica & cōmunis, de qua loquimur: quod tamen nec ipse concedit, nec verum est, vt patet ex dictis. Secundum etiam nō videtur, nisi præsuppositio, q̄ quicunq; tenet ex officio aliqd agere, tenet illud i charitate facere. Sed

hoc sic

hoc ſic vniuerſaliter dictū, ſi verum eſſet, quamplures officiales condemnaret, idq; iniq;. Patet, ſi diſcurras p iudices, p aduocatos, p notarios, per reip. rectores, p officiales publicos, per cathedraticos, per preceptores oīes, per publicos artifices ad id ſtipēdiatos/ſeu deputatos, per publicos mercatores & venditores, & diſpenſatores, & quoſcunq; alios, qui ex officio ſibi iniūcto tenentur ad actus aliquos. Et dicere q; ratione officii peccant ſemp q; actus ſui officii in peccato facitū, eſt abſurdum. Et ſequela patet, quia ad oīes illos poteſt ſimiliter illa autoritas applicari, ſcilicet, Iuſte, quod iuſtum eſt, exequere. &c.

¶ Videtur igitur diſtinguēdū hoc, quod eſt hominē eſſe in peccato, Quia hoc poteſt eſſe in reatu & in actu/ſeu actuali ꝓpoſito deum ſcienter offendendi. Si primum, dicendum eſt, q; non per hoc ſufficienter vitiatur oratio, ſiue publica ſit, ſiue priuata, q; ſcilicet orans eſt in peccato ſecūdum reatū: quia in illo ſtatu poteſt homo multa opera bona / & deo grata facere, & ſi non ſint meritoria, vt ex dictis patet. Si vero orans ſit ſecūdo modo in peccato, ſcilicet actu peccando, vel actu proponendo peccare & deum offendere, ſiue oret vt miniſter, ſiue vt priuat⁹, peccat ſic orando. Nā apertum eſt, eum magnam irreuerētiam deo facere, petendo beneficium & gratiam ab illo, quem actu offendit, & offendere intendit: talis enim non orare, ſed cōtemnere videtur orando, petens a deo audiri, cui tamen ipſe non vult obedire. De his peccatoribus, q; nec a peccatis deſiſtūt, nec deſiſtere proponunt, loquit̄ deus, quā do reprehendit peccatores, qui narrant iuſtitias dei, & laudes eius in ore aſſumūt. De eiſdem etiam loquit̄ per Eſaiam, quādo, dicit eſſe illorum ſacrificia, & orationes deo abominabiles. De eiſdem loquitur ſapiens in Prouerbiis. De eiſdem etiam poteſt accipi, quod ex Grego. & Beda ſupra citatum eſt. De eiſdem loquitur Pſalmiſta dicēs, Si iniquitatem aſpexi in corde meo, deus non exaudiet. De illo quidem loquitur, qui cum orat, ſcit ſe iniquum animum habere, nec ab eo proponit deſiſtere. Sec⁹ ſi peccator ſcit ſe deū offendiſſe, proponens tamen debito tempore pœnitere/& ſatisfacere. Aut ſimul peccati pœnitens/ſed inſufficiēter, & humiliter aliquid a deo petit, certe huius orationem deus nō abominatur, nec ſemper reſpuit vt prauā, & ſi non ſemper eam exaudiat.

¶ Ad ea vero, quæ pro Adriano allegata ſunt, facile eſt reſpōdere. Nam Dionyſius & Hieronymus, de hæreticis & prauis ſacerdotibus loquunt̄, qui pollutis manibus, & polluto ore, ſacra dei myſteria tractant, ſi licet cum vel celebrant, vel ſacramenta cōferunt, & ſuas ibidem orationes intermiſcent, quę omnia deo ſunt abominabilia. Et tales nō dubium eſt peccare, iuxta Dionyſ. dicentem, Immūdis nephas eſt ſacra tractare. Et ratio eſt, quæ ſupra data eſt, ſcilicet, quia ita peccatis adhærent, q; ab illis recedere, minime proponunt, nec ſe ad tractandū ſacra ſicut debēt diſponūt. Quod autem Hieronymus in dicto decreto ait, ſcilicet, talium ſacerdotum omnia opera, ieiunīū/& eleemoſyna/& reliqua polluta ſunt, intelligatur de his, quæ ex polluta voluntate procedunt, Vel q; polluta ſunt oīa, quia defectuoſa, eo q; in finem vltimum, qui deus eſt, non referūtur, vt ait Thomas ſuper epiſtolam ad Titum .1.

¶ Ad aliud, ſcilicet, q; quiſcunq; in peccato mortali actum ſui ordinis ſcienter exercet, peccat. &c. videtur hoc vere dici de actu proprio ſacri ordinis, qualis eſt miſſam celebrare, aut aliud officium ſacrū cum ſolemnitate exercere. Dicere autē horas canonicas, non eſt actus proprius ordinis ſacri, vt conſtat, De aliis autem orationibus, quas ſacerdos publice, veſtibus ſacris indutus, dicit in miſſa aut choro, puto diſtinguendum vt ſupra. Nec video, q; veſtium indutio nouam afferat obligationem ad peccatum, quod ſecluſis veſtibus non eſſet. De his alibi.

¶ Aliud dubiū, An oro deprauet̄ per hoc, q; homo abſolute petit a deo, quod vult, non ſūmittens ſuam voluntatē diuinæ. Reſpon. Q; ſi nec expreſſe, nec tacite ſuū votum & volūtatem dei volūtati ſummittit, ſuperba eſt/& deprauata oratio. Quod inde patet, Quia qui ſic aliqd a deo petit, perinde eſt, ac ſi petat a deo/Dñe fiat, quod ego volo, & non q; tu vis, Quod eſt aperte diuinæ voluntati reniti: quod illicitum eſt. Tum ex doctrina communi, & ſpecia

ꝑs. 100.

ps.100. liter Augustini super illud psal. Nō adhæsit mihi cor prauum, dicētis, Cor prauū habet, qui non vult, quod deus vult. Vnde colligunt, nos debere nostram voluntatem conformare diuinę, Quod etiā Christus in oratione dominica docuit, in qua sic orare iussit, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Exemplo etiā ipse Christus idem docuit, quando orando, dixit, Pater trāsfer a me calicem hunc, verumtamen non mea/sed tua voluntas fiat.

¶ Hic tamen esset dubium/supra etiam tactum, de eo, cui deus suam reuelet damnationem, An possit pro salute sua orare. Et ex dictis apparet q̄ non, quia potius tenetur se conformare dei voluntati cognitæ: quod esse nō pōt, nisi id velit, quod deus: alioqui licitū esset in oratione nō summittere nostram voluntatem diuinæ.

¶ Dixerunt aliqui, vt Adrianus, q̄ in tali casu non opus est conformare nostram voluntatē diuinæ, sed possumus, imo debemus oppositū velle, idq; quia deus præcipit, vt nos ipsos diligamus, salutem scilicet animæ nobis ipsis optādo. Cuius simile est in Petro cui Christus reuelauit, q̄ esset ipsum negaturus. Et tamē hac reuelatione facta, non tenebatur Petrus suam futuram negationem velle, sed potius oppositum, ob præceptum de non peccādo. Verum quia hæc responsio difficultatem suam habet, vt alibi ex parte ostendimus, tractando quæstionem de obligatione conformandi nostram voluntatem diuinæ in obiecto, ideo breuiter pro nunc dicēdum ad casum, quo deus reuelet alicui suam damnationem: an possit pro salute sua orare, distinguendo vt supra, Q̄ vel deus illud reuelat fore, qa deus ipe sic vult voluntate certa & determinata: & tunc nō est licitum oppositum velle, nec pro opposito orare, quia esset dei voluntati reniti, & tunc cessat obligatio volendi salutem propriam absolute, & ex consequēti cessat præceptum de diligēdo seipsum. Si autem deus reuelat illud fore, non quia vult certe & determinate sic fore, sed quia præuidet hominem illum in peccato sine pœnitentia decessurum, quod tamen in libera facultate ipsius peccatoris est, tunc nō teneť homo velle damnationem sibi reuelatam, sed debet velle oppositū, & pro opposito orare: nec tunc tollitur præceptū de opposito. Et tamen cum hoc fiat conclusio supra probata, q̄ semp quādo oramus, debemus nostram voluntatem diuinæ voluntati summittere, ita, vt tacite vel expresse id velimus fieri, quod deus vult.

¶ Et nota quæ sit illa dei voluntas, cui nostram debemus summittere voluntatem, non illa, qua aliquid vult consequēter sed antecedenter, idest non aliunde, sed a se determinatus. Si enim Petrus præscitus est, seu ad gehennam dei voluntate ex cōmuni lege ordinatus, ideo est ad illam ordinatus, quia in finali impœnitentia scitur decessurus. Petrus igit̄ potest pro sua salute orare, nec prefatæ dei voluntati teneť suā voluntatem summittere, quia deus illi gehennam non vult absolute, nisi ob peccata ipsius. Si tamen deus absolute determinatus est aliquid facere, quod nostro contraueniat voto, orando tenemur nostrā voluntatem tali dei voluntati summittere, & non illi reniti, aut remurmurare.

¶ De deuotione in oratione requisita.

Aliud dubiū, An deprauetur oratio ad deum fusa ob defectum feruidę & intēsæ deuotionis, ita vt peccet, qui orat, si desit feruida & intensa deuotio. Et visum est quibusdam quod sic. Pro quo facit, quod habeť Apocaly. 3. vbi ad angelum Laodiciæ dictum est, Vtinā calidus aut frigidus esses: sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Ex quo apparet, q̄ qui tepide & remisse se habet in oratione, aut in aliis operib⁹ dei, est deo ingratus, & ab eodem repulsus. Pro quo etiā facit, quod ait Hierony. ad Ctesiphontem, Tepidum discipulū non diligit Christus. Q̄ vult meus esse discipulus, ait, tollat crucem suam, & sequaťur me. Facit etiā, quod habetur Micheæ. 6. vbi dicit. Indicabo tibi o homo quid dominus requirat a te, vtiq; facere iudiciū, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare coram domino deo tuo. Solicitudo autem tepiditatem & remissionem videť excludere. Facit etiam, quod habetur Hiere. 48. Maledictus homo, qui facit opera domini negligenter,

genter. In quo videtur notari, nō ſatis eſſe homini opera dei facere, niſi ſolicite & diligenter ea faciat. Quod remiſſionem iterum videtur excludere. Facit etiam, quod ait Paulus ad Ro. 12. tradens quales nos eſſe debeamus, ſcilicet, ſolicitudine nō pigri, ſpiritu feruētes. Poſtremo facit, quod habetur Apocaly. 2. quod dictum eſt ad epiſcopum Epheſinum. Habeo, inquit, aduerſum te pauca, quia charitatē tuam primam reliquiſti, memēto vnde excideris, & age pœnitentiā, & prima opera fac. De quo Hierony. ſcribens ad Cteſiphontem ait. Conſideremus quantus ſit caſus temerē cōtemnentis, cum tanta ruina dicitur de negligentia obſequentis, vel quam dānationem accepturos credimus indeuotos, cum tantam reprobationem deuotus acceperit.

¶ His non obſtantib⁹, videtur q̄ non ſit neceſſarius in oratione feruor deuotionis, ideſt intenſa gradualiter deuotio, ſeu intenſa voluntas, ſufficit remiſſa, modo efficax ſit, ad agendum, quod agēdum eſt: taliter, q̄ ſi huiuſmodi intenſio deſit, nec oratio deprauat̄, nec peccat ipſe, qui orat. Q̄ autem in agendis operibus dei talis intenſa volūtas non ſit ſub pœna peccati debita / ſeu apponenda, apparet ſiue loquamur de operibus, quæ ſunt de cōſilio, ſiue de his, quæ ſunt de præcepto. Nā ſi de cōſilio ſunt, non eſt neceſſaria intenſio / ſicut nec remiſſio voluntatis, ſicut nec opus ipſum. Si de præcepto, cum præceptum nō obliget nos niſi ad ſui obſeruantiam, ad eius autem obſeruantiam ſufficit voluntas efficax quātumuis gradualiter remiſſa ſit, vt ſuppono: igitur intenſio voluntatis / aut conatus nō eſt neceſſaria. Hæc patēt in præceptis, per quæ opera exteriora præcipiuntur, quibus ſatiſfacit quis, ſi ea compleat, etiam ſi intenſus conatus / aut intēſa voluntas non habeatur.

¶ Confirmat̄ de præceptis, per quę opera interiora iubentur: nā præcepto de diligendo deum ſuper omnia ſatiſfacit homo, ſi deum efficaciter diligat, etiam ſi eiꝰ dilectio non ſit valde intēſa. Nō enim præcipitur, vt intenſe diligamus, ſed vt diligamus. Et q̄uis præceptū ſit, vt diligamus ex toto corde, ly. toto corde. non intenſionem importat, ſed volūtatis integritatem. Quia vt alibi ex Auguſtino tetigim⁹, ille diligit deum ex todo corde, qui corde indiuiſo eū diligit. Vt ſi quis cum deū amat, nil aliud ſecum amat, quod non propter ipſum deum amet: talis enim toto corde, ideſt integro / & indiuiſo diligit. Si vero cū deū diligit, ſecū aliquid aliud amat, quod non propter ipſum deum amet: talis cor habet in deum & creaturam diuiſum, nec toto cor de deū amat, iuxta illud Oſeæ. 12. Diuiſum eſt cor eorum. Itaq̄ in prȩcepto illo de diligendo deum toto corde, nō cadit actus intēſio ſub obligatiōe, ſed cordis totalitas ad ſenſum dictum.

¶ Confirmat̄ de actu pœnitentię, ſcilicet de contritione, cuius intenſio ex communi ſententia, vt alias adduxi, ſub præcepto non cadit: alioqui ſtaret hominē deteſtari peccatum ſuum propter deum ex toto corde dilectum: & cum hoc ſimul mortaliter actu peccare, ob defectum intenſionis, ſi ſub obligatione caderet ipſa intenſio.

¶ Adde, quod ait Chryſoſtomus, & habetur de pœnitentia. diſtin. 1. Talis. Q̄ quātulamcunq̄ pœnitentiam quantumlibet breui tempore geſtam, deus non reſpuit, nec patitur ſua mercede carere. Bona igit̄ eſt, & meritoria pœnitentia remiſſa, nec vitiatur per defectum feruoris / aut intenſionis. Igitur idem de oratione. Adde, q̄ talis intenſio nō requirit̄ ad peccandum, vt ſuppono: igit̄ nec ad merendū, cum deus pronior ſit ad prȩmiandū, q̄ ad puniēdū.

¶ Ad ea autem, quæ ſupra in oppoſitum ſunt allegata, facilis eſt reſponſio, ſi de tepiditate diſtinguamus. Eſt enim quędam, quę feruori / & intenſo conatui opponit̄, & illum excludit: & non eſt talis tepiditas, quam ſcriptura reprehēdit / & damnat. Eſt alia tepiditas, quæ negligentiam dicit. Negligentia autē omiſſionē debitæ diligētię vel operis importat, & hęc culpāda eſt / & damnāda, ſicut & in ſcriptura damnat̄.

¶ Per hoc reſpondetur ad illud ex Apocaly. 3. Vtinam calidus / aut frigidus eſſes: ſed quia tepidus es. &c. Loquitur de tepiditate negligentiæ, vt dixi. Illum enim dicit calidū, qui ex amore facit, quod debet. Et qui ex amore potiſſimum ad obſequēdum mouētur, feruidi ſunt: & faciunt nō ſolum / quod debent, ſed ſuperabundant. Illum vero dicit frigidum, qui deū timet,

ex quo timore ad agendum / saltem quod debet, mouetur, Hi non repelluntᵉ a deo. Tepidum autem dicit, qui nec amore, nec timore mouetur ad agendum, quod agendum est. Talis culpatur. Et ꝙ hoc sit ad mẽtem textus/apparet, quia statim ad eundem Episcopũ dicit, Quia dicis, ꝙ diues sum, & locupletaꝰ, & nulliꝰ egeo. In quo videtᵉ significari, ꝙ ille episcopus diuitiis satiatus & contentus erat: & sic remisse & negligenter in operibus dei se habebat, quasi deo in nullo indigeret. Igitᵉ non dãnabatur ille episcopꝰ ob defectum feruoris: alioqui non solum tepidus / sed etiam frigidus veniret dãnãdus, cũ frigidus etiã habeat defectũ feruoris & caloris, vt cõstat. Igitᵉ ille textus nil cõtra dicta facit.

¶ Ad aliud ex Michæa citatum, respõ. ꝙ ex illo nõ sequitur esse necessarium habere intensum conatum / aut intensam voluntatem in operibus dei, sed ꝙ debeamus in illis esse solicitiꝰ: loquẽdo de solicitudine, q̃ negligentiam / seu omissionem excludit. Quod etiam significat Paulus, cũ ait, vt simus solicitudine non pigri: quæ pigritia præfatam negligentiam & omissionẽ importat, & ita idem, quod priꝰ. Nec obstat, quod addit, scilicet, spiritu feruentes, quia hoc exhortatorie dicitᵉ, non præceptiue.

¶ Ad aliud, quod ex Hieremia citatᵉ, ipsum verbum / negligenter / quod illic citatur, soluit dubium: quia negligẽtia / non remissionẽ voluntatis importat, sed omissionem alicuiꝰ, quod debeat fieri. Adde, ꝙ in textu Hiere. non dicitᵉ / negligẽter / sed fraudulenterᵉ, cũ ait, Maledictus homo, qui opera dei facit fraudulenter. Et notat illic prophetaeos, qui in cõplendis diuinis iussis, dissimulatorie se habent in illis, aliquid, quæsito aliquo colore, adimplere omittentes, & ita nil contra dicta.

¶ Ad aliud ex Apocaly. 2. apparet / tam ex glo. q̃ ex verbis Hierony. illũ episcopũ fuisse negligentem, scilicet in reprehendẽdo subditos, etiam si alioquiesset deuotꝰ. Et illa negligentia omissionẽ importat, nõ feruoris remissionẽ, & ita nil cõtra dicta.

¶ Sed forte iterum obijcies, Qui orationẽ feruore deuotionis carentẽ deo offert, æquiparatᵉ ei, qui animal claudum aut cæcum / aut debile deo offert, potẽs sanum & bonum offerre: sed huius oblatio deo grata non est, sed despectui habita, Igitur qui orationẽ similiter defectuosam deo offert, perperam offert, cum possit orationẽ feruidã / & preciosam offerre. Antecedens patet, ex eo, ꝙ in lege vetitũ erat animal claudum / aut cæcũ offerre. Et specialiter patet, ex Malach. 1. Ait deus, Si offeratis cæcũ ad immolandũ, nõne malũ est? Et si offeratis claudũ & lãguidũ, nõne malũ est? Et addit, Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit dominus, In quo dominus arguit a minori. Si is, qui potest regi tẽporali / aut duci suo pingue animal & sanum offerre, non offeret nisi claudum, aut cęcum, aut lãguidũ, certe non solũ non erit regi illi grata oblatio, sed displicens, & odio habita, quippe quæ videatur sibi facta in despectũ, & irreuerentiam ipsius. Et postea addit, Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile domino. Cum igitᵉ qui orat, põt orationẽ sanã & feruidam offerre, & non offert nisi remissam & parum deuotam, videtᵉ irreuerentiam deo facere, & ita intentum.

¶ Respon. Si hæc ratio probaret orationẽ minꝰ feruidam deprauatã esse, eo ꝙ possit alia feruentior offerri: pari forma probaretur omnem eleemosynam paruam depraua tam esse / quando pinguior posset exhiberi. Et similiter omnem dilectionem dei & proximi remissam, praua esse, quãdo potest intẽsior haberi. Et similiter omne beneficium proximo impensum esset prauum, quando maius illi fieri potest. Et denicꝫ omnia opera bona in cultum & gloriam dei facta, depraua ta esse, etiam si ex charitate fiãt, si possent ex maiore charitate & feruore fieri. Quæ absurda esse, nõ dubium est. ¶ Ideo dicendũ, ꝙ ad literam videtur deus reprobare oblationẽ animalis claudi, cæci, aut lãguidi, vbi potest masculus sanꝰ offerri. In quo intelligimꝰ deũ reprobare omne obsequium aut opꝰ in obsequium eiꝰ factum, si sit claudum, cęcum, aut languidũ, hoc est aliqua prauitate aut macula vitii infectũ. Aliud enim est opus imperfectum esse negatiue, quo scilicet potest aliud perfectius fieri. Aliud est imperfectũ esse positiue, quod scilicet aliqua macula seu vitio infectũ sit. Primũ potest bonum esse & meritorium, & deo

gratum,

gratum, vt parua eleemosyna, seiuniū paucorum dierum, oratio ex remissa deuotione facta. Secundū vero, quod proprie perclaudum/cęcum, & languidum significatur, id est, quod aliqua circūstantia deprauante fit, illud quidem nō est bonum, nec a deo acceptatum.

¶ Posset etiam secundo dici, q̄ ideo offerre animal claudum, cęcum, &c. deo ingratum est, quia offerēs prępōnit terrena cęlestibus, & quęrit potius q̄ sua sunt, q̄ꝫ quę dei, cum sibi pinguia reseruet/& sana, deo autem languida offerat. Non sic est in oratione ex parua deuotione facta, qa sic orās non ita sibi meliora reseruat. Itaq̄ non est simile, quod pro simili adductum est.

¶ De attentione in oratione habenda.

HAnc dubium, An deprauetur oratio ex defectu attentionis, ita q̄ si attentio desit, oratio ipsa vitiosa sit, aut saltem peccet, qui absq̄ attentione orat.

¶ Et nonnulli, vt Gabriel, in suo Canone dixerunt, q̄ q̄ꝫ uis necessaria sit attentio in oratione communi, seu in ea, quę ex præcepto fit, in illa tamen, quę non ex p̄cepto sed ex volūtate dicitur, nō est necessaria talis attentio, ita vt peccet orans, attentionē nō habēs. Ratio eius videtur, quia cū oratio in casu non sit necessitatis sed volūtatis, ideo sicut sine peccato potest dimitti talis oro, ita, & sine peccato pōt abesse attentio.

¶ Non tamen placet in hac re huiusmodi responsio, imo videt, q̄ siue oro dicat ex p̄cepto/siue ex volūtate, tenet orās attētionē apponere, nō solū ad assequēdū fructū oronis, sed ad vitādū culpā in orādo deū.

¶ Tum, quia Christus videtur taliter orantes voce tantū & non mente reprehēdere, quādo Matth. 15. dicit. Populus hic labiis me honorat, cor autē eorū longe est a me.

¶ pro quo facit Cyprianꝰ de oratione tractans, dicēs, Quę segnitia est, alienari & capi ineptis & prophanis cogitationibus, dum dūm deprecaris, quasi sit aliꝺ, quod debeas magis cogitare: q̄ꝫ q̄ cum deo loquaris? Quomodo te audiri a deo postulas, cū te ipsum non audias? Et addit. Hoc est ab hoste in totum nō cauere, hoc est cū oras dominum, maiestatē dei offendere.

¶ Facit etiā Hugo de sancto victore, q̄ de oratiōe loquēs, dicit. Si cū orationē fundimus, q̄libet aliud in corde versamus, etiā si illud bonū sit, a culpa liberi nō sumus.

¶ Facit etiā Damascenus & Augustinus, dicētes. Oratio est ascēsus mētis in deum, quo a deo aliquid decēs petitur. Qui igit mentē cū orat a deo distrahit, de rebus aliis cogitans, talis nō proprie/aut vere dicitur orare. Imo videtur potius deū irridere, q̄ꝫ cum orare, qui cum ad deū loquatur, & a deo aliquod beneficiū petat, facie mentis retrorsum auertit: perīde enim est, ac si quis cum rege loquēs, ab eo gratiam aliquam petat, & simul faciem corporis retrorsum auertat. Quod certe in irreuerentiam & despectum regis cedere videtur.

¶ Facit etiā quodāmodo Bernardus. Sermone. 49. super cāti. qui nō solū dissuadet mētis euagationē ad res impertinētes, seu vanas, sed etiā ad res alioqui pias. Ait enī. Nil aliud dū psallitis, p̄ter id, quod psallitis, cogitetis: nec solas dico vitādas cogitationes vanas & otiosas, sed & illę alię vitandę sunt, illa hora & loco, quo scilicet horę dicunt. Et addit, Salubria sūt, sed minime salubrit inter psallēdū ea reuoluitis. Sp̄s sanctus enī illa hora gratū nō recipit, quidqd aliud, q̄ꝫ debes, neglecto eo qd debes, obtuleris. Et q̄ꝫ q̄ꝫ hoc dictū Bernardi pticulr pcedat de oone, q̄ ex p̄cepto dicit, alia tñ supra citata cū ratiōe apposita indifferēter pcedūt de oone, q̄ ad deū fundit, etiam si priuata sit. q. ſ. debet apponi attētio, si debet irreuerētia cauere. Itaq̄ vel hō nō oret deū, vel attētionē habeat. Exepla huiꝰ clara sunt. Si qs extra tēpus necessitatis, nō ex p̄cepto/sed volūtate vult sacerdoti confiteri, necesse est cōtritionē habeat. alioqui p irreuerētiā peccabit, etiā si sibi liber sit cōfessionē dimittere. Siꝛr si qs volūtate vult celebrare/aut cōicare, necesse est prius mētē dispōat, ne sacramēto irreuerētiā faciat. Ita igit si quis vult deū orare, & ab eo aliquid petere, etiā extra casum necessitatis, opus est attētionē habeat, vt vitet irreuerētiam, quā deo, ad quem loquitur, faceret, si ad deum loquendo, mentis faciem ad alia diuerteret, vt supra dicebatur.

¶ Si arguas, igitur orans semper peccaret, quoties mēs ad alia distrahitur, qđ esset oēs

ferme qui orant, condẽnare. Reſpon. Nõ ſequitur, nam illa mentis euagatio fieri poteſt dupliciter, ſcilicet voluntarie, & inuoluntarie. Primum fit, quando orans aduertit ſe orare, volens tamen alia diuerſa conſiderat: & hoc eſt, quod dico culpa irreuerentiæ non carere. Secundum fit, quando non ſcienter nec ex propoſito orans ad alia diſtrahitur, ſed vel cõtra voluntatem/ vel præter: & hoc excuſationem habet, ob intellectus noſtri tam naturalem volubilitatem. Vnde non eſt in poteſtate noſtra quin aliquando diſtrahamur. Et inde eſt, q̃ nullum ius obligat orantem, vt continuam habeat actualem attẽtionem, quã diu durat oratio: ſatis eſt, ſi orans habeat actualem vel virtualem attentionem. Et virtualem dicunt attentionem, quando is qui orat, poſt habitam in principio actualem attentionẽ, perdurat in oratione, abſq̃ propoſito ſe ad alia diſtrahẽdi, etiam ſi accidat, q̃ actu diſtrahatur.

¶ Sed contra obiicies, q̃ non deprauetur oratio, nec culpa ſit durante oratione mentem ex propoſito ad alia diſtrahere, modo illicita non ſint. Quia ſtat, q̃ talis in caſu orando mereatur: igitur non peccat ſe diſtrahendo ab actuali attentione ex propoſito. Antecedens patet, quia ſit ita/ q̃ quando cœpit orare habuit intentionem meritoriam, qua intendebat per orationem aliquod bonum a deo ſibi vel alteri impetrare, & ex hac intentione meritoria imperat ori vt oret, & in oratione perduret: & propoſitum orandi non interrumpatur per propoſitum oppoſitum, iam oratio ſic continuata procedit ex voluntate meritoria, igitur eſt meritoria. Et q̃ nõ obſtet propoſitum alia conſiderandi, apparet, quia licet per hoc interrumpatur attentio, non tamen intentio meritoria, nec electio, modo opus bonitatem habet potius ex intentione ſeu affectu, q̃ ex attentione, quę actus intellectus eſt. Et patet etiã per exemplum, de eo, qui propoſuit propter deum in ſanctum Iacobum peregrinari, & non interrupto propoſito peregrinatur, etiam ſi interrumpatur attentio, & in itinere ex propoſito alia conſideret: talis in peregrinando meretur, quia durat propoſitum primum virtualiter, etiam ſi attentio non ita duret, ſed interrupta ſit.

¶ Reſpon. Q̃ argumentum præſupponit vnum falſum, ſcilicet, q̃ ad hoc, q̃ op? continuatum ſit bonum & meritorium, ſufficit q̃ procedat ex propoſito voluntatis meritorio, quod præfuit, & virtualiter manet: hoc enim non ſufficit, quia manẽte illo virtuali propoſito, quod meritorium fuit, quando actu aderat, ſtat, q̃ illo per contrarium non interrupto, ſuperueniat alia mala voluntas, qua homo peccet: & tunc opus virtute præfati propoſiti cõtinuatum, iam non erit bonum aut meritorium. Exemplum eſt clarum, in eo, qui propoſuit peregrinari, & hoc propoſito per contrarium nõ interrupto, incidit in odium alicuius, vel in furtum, quod in itinere continuato perpetrat. Et hoc ſatis notum eſt. Dico ſecũdo, q̃ q̃uis poſſit opus aliud, vti eſt peregrinatio, ex recta intentione præhabita, recte & ſine culpa cum actuali diſtractione mentis ex propoſito facta, continuari, non tamen ſic eſt in oratione. Nam hæc ſpecialiter requirit attentionem, vt dictum eſt, vt irreuerentia vitetur. Et ideo oratio ad deum fuſa, temeraria videtur & contemptiua, ſi ei ex propoſito attentio deficiat.

¶ Hoc idem etiam ex alio apparet, quia oratio vocalis ſignum eſt orationis mentalis: ne ergo falſum ſit ſignum, neceſſe eſt mente oret, qui voce orat: mente autem orare non poteſt ſine attentione, vt conſtat: igitur deficiente attentione, deficit mẽtalis oratio (maxime ſi ex propoſito deficiat) & ex conſequenti vocalis oratio manet ſignum falſum, & ita vitioſum.

¶ Deinde ex conditione orationis idem patet, de cuius ratione eſt aliquid deſideratum a deo petere, velle autem petere a deo aliquid deſideratum, ſiue petatur mentaliter ſiue vocaliter, præſupponit attentionem, quæ eſt intellectus aduertentia ad id, in quod voluntas tendit, ſiquidem nil volitum/ quin præcognitum, & ita omnis oratio/ ſi oratio eſt tam vocalis q̃ mentalis, prærequirit attentionem/ actualem quidem, quando quis a principio orare deum intendit, virtualem tamen in ipſa orationis continuatione, vt ſupra tactum eſt.

¶ Pro quo facilius intelligendo, vide aliud eſſe intentionem, aliud attentionem, aliud electionem,

electionem, aliud orationem / vel opus. Intentio orantis eſt, velle obtinere bonū, quod ſibi vel alteri optat. Electio, eſt velle orare deum, cum oratio medium ſit impetrādi optatum. Opus vero eſt ipſa oratio. Attentio vero eſt ipſius intellectus cognitio ſeu aduertentia. Opus igitur ſi humanum ſit, qualis eſt oratio, ex electione imperāte procedit. Electio ex intentione, Vtrunq; autem, ſcilicet electionem & intētionem, ſua attentio naturaliter præcedit: quia omnis actus voluntatis, ſuam præſupponit cognitionē. Sed ſicut oratio continuata ex natura ſua non requirit electionem ſeu intentionem actu continuatam vt cōſtat, cum virtute prioris propoſiti poſſit opus continuari: ita nec requirit attentionem actu continuatā. Sed ſicut continuando orationem vocalem non vere oratur, ſed ſimulatorie, aut fallaciter, quando propoſitum orandi per contrariam voluntatem interrumpitur: ita neq; quando attentio ad alia impertinentia & extranea conſiderandum ex propoſito diſtrahitur: mutata enim aut interrupta hoc modo attentione, neceſſe eſt priorem intentionē orandi quodammodo ex conſequenti interrumpi, quæ omnia tanq; facilia ſuppono, a ceteris abſtinendo.

Sed eſſet iam dubium, ſuppoſito q̄ attentio ſit neceſſaria, & hęc ſit triplex, ſcilicet ad verba, ad ſenſum verborum, & ad deum, ad quem oratio dirigitur, quæ iſtarum eſt neceſſaria ad vitandum culpam, (nam de hac neceſſitate hic agitur, non de neceſſitate attentionis ad impetrādum optatum) Reſpon. Ex ſupra allegatis appareat, q̄ attentio ad deum, a quo bonum petitur, eſt neceſſaria, maxime, cū id ſit per ſe de ratione ipſius orationis, ſcilicet aſcenſus mētis in deum, cū pio & hūili affectu. ¶ De attentione vero ad verba ipſa, vt debite pronunciētur, videtur ſimiliter, q̄ ſit neceſſaria, ſpecialiter in clericis, qui ex eccleſię precepto tenentur vocaliter orare, & bene pronunciare. Hoc patet, quia attētione ad verba deficiente, exponit ſe recitans periculo non dicendi, qđ dicendū eſt, vel non recte illud pronunciādi. Ideo culpa non caret, attentionem ad verba ex poſito non habere. In aliis autē, qui orant vocaliter / & non ex præcepto, eſſet diſtinguendum. Quia vel oratio, quam dicunt, eſt alioqui recte & prudenter compoſita, qualis eſt oratio, quæ in ſcriptura continetur, vel quæ ab eccleſia ordinata eſt, & tūc non videtur neceſſaria particularis attentio ad verba orationis ob periculum prædictum, quia etiam ſi vel oratio non integre dicatur / vel non recte pronūcietur ob defectum attentionis ad verba, nulla videtur culpa. Si tamen ſit oratio vocalis, non aliunde ordinata, ſed quam ipſe orans extempore deo offert, neceſſaria videtur attētio ad verba, ne ſcilicet ſi attentio deſit, verba inepta & imprudentia dicat, quod culpa non caret, in eo, qui ad regem cœli loqui determinat. Sicut nec culpa careret, qui a rege terrę aliquid per verba inepta & minus ordinata peteret, cū alioqui poſſet prudenter id petere. Adde, q̄ ob huiuſmodi voluntariam imprudentiam exponit ſe periculo non impetrandi petitum, & ita erit vana & inutilis oratio, quod cauendum eſt, dum fieri poteſt.

¶ De attentione vero ad ſenſum verborū, an ſit neceſſaria? Videtur q̄ non ſemper: nam multi ſunt vocaliter orantes, qui ſenſum nec intelligunt, nec intelligere tenentur, vt patet de monialibus / aut religioſis, aut etiam quibusdam clericis, qui cum latine / vel grece orant, ſenſum orationis nō intelligunt: illis enim ſufficit ad verba / vt ea recte pronuncient, & ad deum, ad quē loquuntur, attentionē habere. Si tamē ſint docti, qui ſenſum verborum intelligunt, an peccent, ſi ad ſenſum non intendāt? Nō video vnde ad huiusmodi attentionem teneantur, hi ſaltem, qui tanq; eccleſiæ miniſtri, orationibus eccleſię vtuntur. Nam cū in talibus orationibus certum ſit, nil illicitum, aut ineptum contineri, ſatisfaciunt ſic orantes, ſi in genere intendant a deo petere, quod illic continetur, etiam ſi particulariter ad contenta non attendant. Si tamen qui orat, de ſuo marte orationem vocalem componit, & eam deo offert, neceſſarium eſt ad imprudentiam & indiſcretionem vitandum, & ne periculo offendendi eum, quem orat, ſe exponat, q̄ ad ſenſum verborum, quibus orando vtitur, attendat, vt dictum eſt.

¶ De potestate ecclesiæ, respectu actuum cordis.

NDe tamen oritur aliud dubiū, supposito enim, ꝙ culpa non caret oratio, vel ipse qui orat, non habens attentionem, quando necesse est eam habere, An saltem clericus horas canonicas sine attentione dicens, satisfaciat præcepto ecclesiæ, de dicendis canonicis horis. Et pendet quæstio ex alia, An scilicet ecclesia possit immediate obligare ad actus mentis, qualis est attentio prædicta, aut deuotio. Et an de facto ecclesia clericum obligauerit ad habendum attentionem. An solo iure diuino/ vel naturali sit attentio adhibenda. De qua quæstiõe principali alibi duas tetigi opiniones, multis hinc inde textibus & rationibus allegatis. Tandem illam visum est tunc defensare, q̄ tenebat, ecclesiam non posse directe & immediate obligare ad actus cordis, cõformiter ad Durandū & Cãcellarium Parisien. multosq; alios, tã theologos, q̄ iuristas.

¶ Adrianus tamen in tractatu de oratione ad propositum præsentis dubii tenet contrarium. Et probat primo ex Clemen. i. de hæreticis. per ea, quæ illic citat glo. in verbo, Ipso facto.

¶ Secundo, quia præceptum de celebrando sabbatum est humanum, vt suppono, quia licet olim fuerit diuinum, lex tamen illa vetus, quo ad ceremonialia & iudicialia, quale erat hoc, abolita est: & tamen si quis in sabbato, hoc est in die, quam ecclesia celebrare p̄cipit, corde peccet, ille violat sabbatum, cum nil tam aduersetur celebratiõi sabbati, q̄ seruitꝰ mortalis culpę.

¶ Tertio, Papa potest dispensare in voto mentali: igitur potestas Papę ad actus interiores se extẽdit, & ita potest illos immediate præcipere & prohibere, & pœna aliqua afficere, sicut & actus exteriores etiam occultos.

¶ Quarto ecclesia potest rei suæ onus & modū imponere, sicut & deus in sua lege onꝰ & modū decimis ipposuit, taliter, vt q decimas essent possessuri seu percepturi, non modo seruirent in templo, sed populi peccata comederent (Quod videt Adrianus ad actus Leuitarū & sacerdotum deo gratos referre, qui ad remissionem peccatorum populi valerẽt) Igitur etiam ecclesia quando decimas & beneficia cõfert alicui, potest illi modum imponere, scilicet, vt horas studiose & deuote dicat, iuxta cap. Dolentes. de celebratione missarum. Et ita secundum hãc opinionem, certum est clericum non satisfacere præcepto ecclesiæ de dicendis horis attente & deuote, si scienter/ & ex proposito euagatur, imo peccat mortaliter, vt ait, contra ecclesiam, quę districte & in virtute obedientię p̄cipit, vt horę dicantur studiose/ pariter & deuote.

¶ Si tamen quis velit tenere alteram opinionem, facile posset respondere ad hæc motiua Adriani. Ad primum de his, quæ citantur in Clemen. i. de hæreticis, ad longum, vbi supra respõsum est, & ostẽsum, ꝙ ecclesia nec in dicta Clementina, nec alibi punit immediate & directe actꝰ cordis, de quo vulgatum decretum est, dicẽs, Cogitationis pœnam nemo meretur. sed punit commissiones exteriores, vel omissiones ex tali/ vel tali animo procedentes. Nã cum ecclesia non intendat punire specialiter pœna excommunicationis, nisi ea quę peccata sunt, & commissiões, vel omissiones exteriores peccata non sunt, nisi ex certo animo & voluntate fiant vt suppono, ideo in dictis textibus, vbi pœna talis infligitur, fit mentio de animo tali, vel de deliberatione, vel de scientia. &c. ex quibus ipsa exterior cõmissio vel omissio talis est, quæ puniri mereatur. Vide vbi supra.

¶ Ad secundum de sabbato celebrando, quanq̄ possit cũ nonnullis doctoribus dici, ꝙ per solum peccatũ cordis non violat Sabbatũ, nec præceptũ ecclesiæ, quod in sabbato nõ prohibet opera seruilia, idest peccaminosa, sed opera exteriora seruilia, quę seruorũ hominũ sunt: & ita non solũ nõ violat sabbatũ per peccatũ cordis, sed nec per multa peccata exteriora, q̄ nõ sunt de numero eorũ, quę per ecclesiã prohibẽtur. De quo vide Caieta. in summa. Verũ admisso, ꝙ de nouo contra sabbatum peccat, qui peccatum tã opere/ q̄ corde cõmittit, non tamen dicimus, vt videtur, ꝙ talis agit contra præceptum ecclesiæ, sed contra præceptum dei & naturæ. Nam

o ipso

eo ipſo q̄ aliquod tempus eſt ſpecialiter cultui diuino dedicatum, & deo ſacratum ſiue ſit a deo ſiue ab eccleſia ad id dedicatū, tenetur homo noua & propria obligatiõe deum in illo tempore non offendere. Qui enim tunc peccat, videtur ſacrilegium cõmittere: hoc autem iure diuino & humano vitandum eſt. Exemplum eſt clarum de loco, ſi ſit deo ſacratus, vt eſt templum: ad hoc, q̄ illic deus ſpecialiter cognoſcatur/ & colatur, certe ſi quis illic ſcienter peccat, vltra q̄ ſic peccat, videtur nouã offenſam deo facere. Quod ſaluatur abſq; hoc, q̄ talis agat cõtra præceptum eccleſiæ, etiã ſi contra intentionem eccleſiæ faciat, verũ hæc ſub præcepto non cadit. Et ita doctor ſanctus, 22. q. 122. arti. 4. quem pro ſe citat Adrianus, non dicit, q̄ qui peccat in ſabbato, violat præceptum eccleſiæ, ſed q̄ violat ſabbatum.

¶ Ad tertium de diſpẽſatione in voto mẽtali, fateor q̄ poteſt Papa diſpẽſare in illo, ſed non inde ſequitur, q̄ poſſit ad interiora obligare, quia aliud eſt obligationem tollere, aliud eam inducere. Et poteſt aliquid obligationem tollere, quod non ſufficit inducere. patet, nam pater poteſt tollere obligationem voti per filium aut filiam emiſſi, vt habetur Numeri. 30. Similiter vir poteſt irritare votum vxoris. Et tamẽ nec pater poteſt filio obligationem voti imponere, nec vir vxori. Similiter cõſuetudo vitioſe introducta per tempus certum ſeruata, ſufficit tollere obligationem legis de oppoſito, & tamẽ nõ ſufficit obligationẽ inducere/ niſi rationabilis ſit. De conſuetudine cap. finali. Itaq; nõ mirum ſi papa, veluti communis pater, poſſit per diſpenſationem tollere obligationem voti mentalis, & cum hoc, q̄ non poſſit ad actus cordis immediate obligare.

¶ Ad quartum, eſto q̄ vnusquiſq; poſſit rei ſuæ cum eam alteri tradit, onus & modum imponere, non ſolum modum ſenſibilem/ ſeu exteriorem, ſed etiã interiorem ex hoc tamen non ſequitur, q̄ homo poſſit immediate autoritatiue alterum ad interiora obligare. Exemplum eſt clarum. Poteſt Petrus dare clerico donum, vel agrum hac lege, vt aliquoties celebret pro illo, vel oret contritus, ſeu confeſſus: & altero id acceptante, habebit donum cum modo vel onere. Iam certum eſt Petrum imponere modum rei ſuæ ſpiritualem, & tamen Petrus, cum ſit priuatus homo, poteſtatem non habet obligandi alium ad actum cordis. Q̄ ſi alter manet ad modũ huiuſmodi obligatus, eſt ratione contractus, quia acceptauit rem cum modo illo, & ipſe ſe ad modum voluit obligare. Sicut etiam Papa concedit indulgentias cum modo, ſcilicet, his, qui contriti ſint, & tamen Papa non obligat immediate ad contritionem: ſed ille alius ſi vult lucrari indulgentiam, tenetur ad contritionem. Si tamen non conteratur, non peccat contra præceptum eccleſiæ, quod nullum eſt de contritione datum. Et ita ad propoſitum, eſto q̄ Papa cõferet beneficia clericis cum modo illo, vel onere, vt ſcilicet deuote & attente horas perſoluant, per hanc viam nulla inducitur obligatio abſoluta ipſi clerico, quia nec obligatur beneficium recipere, nec deuotionem illam habere, niſi conditionaliter, ſcilicet ſi acceptet beneficium, tunc ex illa acceptatione obligaretur ad deuotionem, quia per viam contractus, vt ſupra dictum eſt, & non per viam præcepti eccleſiæ. Q̄ q̄ nec dicendum eſt, q̄ beneficia dentur cum illo modo, alioqui beneficium amitteretur, modo non ſeruato, q̄ eſſet in aliud Labyrinthum incidere. Nec cap. Dolẽtes, reſtringitur ad beneficiatos, vt patet: ideo illa quarta ratio Adria. ſalua pace, non ſatis pertinens eſt.

¶ Caietanus tenet, q̄ q̄uis eccleſia nõ poſſit directe obligare ad actus mentis puros, bene tamen poteſt ad actus mentis obligare, quatenus reſpiciunt actus exteriores, aut quatenus eos qualificant. Vnde ſicut poteſt prohibere, ne certus actus exterior ex tali animo, puta odio aut deliberatione procedat, ſicut quando excommunicat inquiſitorem, qui ex odio procedit, aut ex amore procedere deſinit, ita ſimiliter poteſt præcipere, vt actus exterior ex certo interiore procedat, in quo quodammodo præcipit illum interiorem, ſed nõ niſi quatenus exteriorem qualificat, quem exterior em directe præcipit. Et ſic ait. Præcipit eccleſia clericis, vt in dicendis horis deuotionẽ habeãt, & attentionẽ, vt inde horarum recitatio qualificata ſit, prout intẽdit eccleſia. Id p̄bat ex cap. Dolẽtes. de celebratio

ne missarum, Vbi concilium districte, & in virtute obedientię clericis precipit, vt officium diurnum pariter & nocturnum deuote & studiose persoluant. Vbi ecclesia non precipit ipsam horarum recitationem: nam hęc iam olim erat præcepta & iussa, sed quia indeuote, aut indecenter per clericos id soluebatur, ideo precipit tam stricte modum in recitando tenendum, scilicet vt deuote & studiose fiat. Sed quia nō est in hominis potestate cum horas dicit, continue actu deuotionem & attētionem habere, ideo temperat textus obligationem, dicens, quantum deus dederit. In quo aperte videtur prohiberi indeuotio/ & mentis euagatio ex proposito/ & scienter habita. Ac proinde peccat contra ecclesię preceptum, qui scienter a deuotione & attentione recedit, quando horas dicit. Et ita talis, & si horas dicat omnes, non satisfacit præcepto ecclesiæ, quia modum cadētem sub p̄cepto voluntarie reiicit. Quod satis videtur consonare solutioni, quam nuper dedimus respondendo ad primū motiuum Adriani.

¶ Verum ad hæc simul, & ad cap̄. Dolentes. dici posset, stando in opinione hactenus defensata, q̄ cap̄. Dolentes. cum precipit modum in recitando tenendum (quod non negamus) scilicet vt deuote & studiose horę dicantur: illa tamen deuotio & studiositas, de quibus textus loquitur, non est actus mentis interior, sed exterior modestia & recollectio, qua officium persoluentes, ea euitent, quæ deuotionem mentis/ & attentionem impediunt. Et q̄ ita sit, apparet ex Clementi. de celebratione missarum, vbi prælatis & superioribus præcipitur, vt curent solicitam diligentiam adhibere, vt in ecclesiis cathedralibus & collegiatis/ cæteris q̄ aliis/ officium diuinū debite, reuerenter/ & deuote celebret. Ex quo apparet, q̄ sub deuota & debita celebratione non cadit interior mentis deuotio/ aut attentio: cum de his non possint ipsi prælati certiorari, quancunq; diligentiam apponant, nec possunt punire eos, qui sine deuotione interiore officium dicunt. Cum tamen illic mandetur prælatis, vt eos compescant & puniant, qui non deuote & debite officium compleuerint. Ergo videtur, q̄ cum ecclesia præcipit adhiberi deuotionem & attentionē, non de interiore loquatur, sed de exteriore, vt dixi: qualis est, decens modestia/ & recollectio quædam, qua clerici extranea fugientes, quæ deuotionem & attentionem mentis impediunt, horas suas persoluūt reuerenter.

¶ Et ad aliud pro Caietano dictū, scilicet, q̄ videtur hæc equipari, posse prohibere, ne actus ex tali animo fiat: & posse præcipere, vt actus ex tali animo fiat, & ideo sicut Papa potest primum, ita & secūdum. Videtur, q̄ non parificentur, vt prętēdit. Et discrimē est apertum: nam per hoc, q̄ prohibet & punit actū ex tali animo procedentem, nō sequitur, q̄ prohibet ipsum animum, nec verū est, q̄ prohibeat: & tamē si præciperet actum ex tali animo procedentem, necesse est præcipiat ipsum animum. Vtrunq; patet, quia ecclesia prohibet inquisitori ne inquirat, vel inquirere omittat ex tali animo, puta odio, vel amore: & solum, quod exterius est punit, quia solū illud exigit. Patet hoc, quia si inquisitor ex amore omittat inquirere, peccat cōtra ecclesiam, & punitur per eam. vt habetur de hęreticis, cap̄. Multorum. in Clemē tina. & non peccat per actum interiorem. ex quo inquirere omittit, scilicet per amorem, quia fiat, q̄ ille amor bonus sit. Et ita constat, q̄ per hoc, q̄ ecclesia prohibet actum exteriorem, ex certo animo procedentem, non inde fit, q̄ prohibet ipsum animum, vt patet ex casu. Similiter cū prohibet actum exteriorem, ne fiat ex certa scientia, nō inde fit, q̄ prohibet ipsam interiorem scientiam, quæ in se mala nō est, nec prohibita. Et ita patet primum. Secūdum etiam patet, q̄ scilicet si precipit actū exteriorem ex certo animo procedētem, q̄ ex consequenti præcipit ipsum animū. Patet in casu præsenti, tum ex opinante, tum etiā, quia si clericus dicit integre horas, & tamen deuotionem mentis & attentionem ex intento non habet, peccat per opinantem, & non cōmittiue, scilicet orādo, cum horas dicat, sed omittiue, nō quia horas omittit, sed quia deuotionem & attentionem, quando horas persoluit, non apponit: & in hoc directe peccat p opinātē cōtra p̄ceptū ecclesię. Et ita ex opinioe sequit̄, q̄ staret hominem peccare contra ecclesiam,

ecclesiam, per solum peccatū cordis, quod est contra Thomā suum in.4.distin.25.q.1. de simonia, ad primum. Et ita nō occurrit aliquid, quod agat quēq; recedere ab opinione hactenus defensata, quę tenet, q ecclesia nec p̄cipit, nec pręcipere potest immediate actum cordis, sed bene actum exteriorem, & si ad illum exercendum sit necessarium aliquem interiorem habere, tūc ex consequenti homo tenetur ad illud nō immediate ex vi præcepti ecclesiæ, sed ex iure naturali & diuino, quo tenemur illos actus apponere, qui necessarii sunt ad seruandum ecclesiæ mandata.

¶ Tenendo igitur eādem opinionem, apparet non consequenter dixisse Gabrielē quando ait, q si dicens horas ex proposito euagatur, q non satisfacit pręcepto ecclesię. Et dat rationē: quia hęc mentis ex proposito euagatio, non pręter/sed contra intentionem ecclesię est. Contra tamen videtur: quia intentio ecclesiæ secundum eum non cadit sub pręcepto, sub quo, non nisi actus exteriores cadunt: igitur qui contrariatur intentioni ecclesię/etiam ex proposito non peccat cōtra pręceptum ecclesię, quod ad interiora, vt dictum est, non se extēdit: etiam si alia ratione peccet, videlicet propter irreuerētiam, quę videtur deo fieri, vt supra dicebatur.

¶ Vnde Durandus cautius & subtilius videtur hoc limitasse ad casum, quo horas dicens, ex proposito se occupat in rebus/vel actibus exteriorib⁹, per quos naturaliter mentis attentio impeditur: tunc enim videtur peccare contra pręceptum ecclesiæ, & per consequens non satisfacit pręcepto ecclesiæ. Sed hoc verum est, supposito, qđ supra dicebatur, q ecclesia in cap̄. Dolentes. distinc. pręcipit, vt horę dicātur deuote & studiose, loquendo de deuotione exteriori, vt supra, quę excludit opera exteriora attentionē impedientia. Sed si quod dicitur in cap̄. Dolentes, scilicet studiose & deuote/de interioribus intelligaē, & per vīā exhortationis & nō pręcepti: tunc nec etiā staret in veritate dictū Durādi, vt apparet.

¶ Itaq; secundum hunc modum dicēdi, hæc videtur resolutio, q Papa non potest immediate obligare ad actus interiores, nec eos punire. Potest tamen prohibere/ & punire actus exteriores ex certo animo procedentes: non tamen potest pręcipere exteriores actus ex certo animo procedentes. Et ita in officio diuino celebrando nō pręcepit, vt ex deuotione & attentione mētis fiant, sed deuotionem & attentionem cordis suasit: exteriorem tamē deuotionē pręcepit, & defectum eius prelatis puniendum commisit, vt supra tactū est. Et per consequens satisfacit quis præcepto ecclesiæ de dicendis horis, si sine deuotione mētis eas dicat, & etiam si attētionem actu nō continuet, sed ex proposito euagetur modo exteriora, quæ attētionem impediunt, euitet.

Is tamen nō obstantibus, posset probabiliter contrarium teneri, scilicet, q potest Papa & ecclesia pręcipere/& prohibere, ac punire actus mentis, non solum prout respiciunt actus exteriores, vt dicebat Caietanus, sed etiam ipsos actus cordis puros. Pro qua sententia primo videtur facere concilīū Gangren̄. vbi inter alia dicitur. Si quis oblationes, quæ in ecclesia fiūt, spernendas esse crediderit, memorias q sanctorū contemnendas, anathema sit. Vbi sola credulitas mentis anathematizatur. Et iterum ibidem. Si quis se iunia ecclesię putauerit esse cōtēnenda, perfectam in sua cōscientia indicans rationē, anathema. Et iterum ibidem. Si quis nuptias damnās, mulierem religiosam ac fidelem cum viro suo dormientem abominandam crediderit, anathema. Et iterū ibidem. Si quis carnem manducantem cum bona fide sine sanguine & suffocato damnādum esse crediderit, anathema. Ad hūc modū multa illic sub anathemate phibētur, q̄ ad interiora cordis spectāt, vt patet. *Primo.*

¶ Facit etiam Concilium Romanū post Nicenum celebratum, in quo inter multa alia, quę anathemate feriuntur, dicitur. Si quis de patre & filio bene sapit, de sancto autem spiritu non recte crediderit, hæreticus est, & anathema sit.

¶ Facit apertius, quod dicitur in Concilio Toletan̄. 1. autoritate Leonis Papæ cōgregato, vbi de articulo omnipotentię dei, & de articulo distinctionis personarum, & de multis aliis articulis, dicitur. Si quis contraria eorū dixerit/ vel crediderit, anathema. Exemplum de vno. Si quis

dixerit, vel crediderit deitatē Christi passi bilem, anathema. Ad hunc modum de multis aliis dictum est, vbi non solum dicere (quod exterius est) sed ipsum credere (quod interius est) anathemate feritur.

¶ Facit etiam, quod habetur in Concilio Brachareñ. vbi inter alia dicitur. Si quis credit, ꝙ aliquas creaturas diabol⁹ sua autoritate in hoc mundo facit, aut tonitrua, fulgura, siccitates, sicut Priscillianus dixit, anathema. Et iterum ibidem. Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, anathema.

¶ Faciunt præterea Concilia recentiora, ꝑspecialiter Constañ. vbi tradita est forma in fine concilii procedendi contra hæreticos, & eos puniendi. Et inter alia, quę statuta sunt per inquisitores interroganda, hoc vnum est, Vtrum credāt, quod illud in sacro Concilio credendum esse determinatur, sit ab omnibus catholicis credendum/& asserendum. Iterum, Vtrum credant esse de necessitate salutis confiteri sacerdoti. Iterum, Vtrum credant, ꝙ Christiani contemnentes suscipere sacramentum extremæ vnctionis, & solennes benedictiones matrimonii, peccent mortaliter. Quæ quidem ideo statutum a Concilio fuit per iudices inquiri, vt quos reperirent non ita credere, tanq̄ hæreticos punirent. Et ita aperte videtur ex hoc Concilio ecclesiam posse solam hęresim mentalem punire, habita eius cognitione per confessionem partis. Et ita si ecclesia non punit in iudicio peccata cordis, videtur ꝙ nō sit ob defectum iurisditionis, sed cognitiōis.

¶ Facit denicq̄ Concilium Basilieñ. ꝙ in sessione. 38. iubet sub pœna excommunicationis, ne libellum contra ipsum Concilium per Eugenium quartum factum publicare/approbare/seu defendere quis præsumat, seu eidem quouis modo assentire, credere, aut fauere. &c. Vbi aperte actus cordis etiam purus prohibetur, & anathemate feritur.

Secundo. ¶ Item hoc idem confirmatur ratione apparēte. Si quis de hæresi sit notatus, aut accusatus ex suspitione, cum tamen, vt supponо, nec dictis, nec factis vnq̄ hæreticauerit. Talis coram iudice stans interrogatus, an Christianus sit, an credat Christum esse deū, ille ingenue fatetur, ꝙ postq̄ fuit baptizatus, mente recessit a fide Christi, & se in errore cordis hactenus perstitisse, & adhuc perstare: & hoc est verum, & vera eius confessio: hic talis absq̄ dubio punitur per inquisitores. Et si dicat se non habere voluntatem ad fidem redeundi, iudicio omnium iustissime comburetur. Iam manifestum est illum puniri pro solo peccato cordis, & hæresi mentali. Patet, quia exterius nunq̄ dicto aut facto hæreticauit. Et in alia confessione, quam interrogatus facit, veritatem dicit, & nō hæreticat: imo si oppositum diceret, mentiretur. Suppono enim eum intus esse fixum in sua hæresi mentali. Igitur apertum videtur, ꝙ ecclesia iuste punit solam hæresim mentis.

¶ Nec valet dicere, ꝙ non punit mētalem hæresim, sed vocalem, cum voce se hæreticum esse manifestet. Non valet, quia confitendo voce, quod mēte tenet, non errat, nec confitendo peccat, cum veritatem requisitus, aut coactus fateatur. Si enim voce tunc peccaret, non igitur deberent inquisitores eum minis & tormentis cogere, vt fateatur, quod mente tenet. Tum etiam, quia confessio propriī erroris potius prodest, q̄ obest, cęteris paribus, vt suppono.

¶ Nec valet secundo dicere, ꝙ confitendo voce se credere Christum non esse deum, ex consequenti voce asserit, Christum nō esse deum, & hoc est heresis. Non valet: nā aliud est asserere rem sic esse, aliud credere rem sic esse: & talis voce non asserit, nisi se credere Christum non esse deum: non tamen inde fit, vt asserat Christum non esse deum. Sicut testis, qui de credulitate deponit, non affirmat rem sic esse, sed ꝙ credit rem sic esse. Diuersę igitur sunt præfatæ assertiones.

¶ Item tertio idem apparet, quia potest ecclesia ꝓhibere, ne act⁹ malus & deprauato animo fiat, sicut de multis legitur prohibuisse: igitur etiam potest pręcipere, vt actus bonus, ex bono animo fiat. Et consequentia probatur, quia ecclesia potestatem habet statuendi leges hominibus salutares: ad hominum autem salutem non minus necessarium est mala non agere, q̄ bona agere, & econtra: imo vtrunq̄ homini diuinitus iniunctum est per Psal. Declina a malo, & fac bonum. Igitur verisimile est, ꝙ ecclesia possit vtrunq̄ pręcipere, Tertio.

præcipere, vl neutrū: & cū ſecūdū dari nō poſſit, ſequit̄ intentū, vt ſupra inferebat̄. Nam eo ipō, q̄ pōt præcipere vt act9 bene meritorie aut moraliter fiat, cum id fieri nō poſſit, niſi recta exiſtēte volūtate/ & debito fine, apparet, q̄ recta volūtas & intētio poteſt ſub eccleſiæ præcepto cadere.

Quarto. ¶ Poſtremo idem videtur, ſumpta ratione ex fundamento cōtrariæ opinionis, ſcilicet Durandi, & Ioan. de Gerſon, qui dicunt eccleſiam ideo non poſſe actus cordis præcipere/ aut prohibere, quia non poteſt præcipere aliquid, cuius tranſgreſſorē punire non poteſt: & cum nō poſſit acta cordis punire, cum eorum cognitio ad eam non ſpectet, ſequitur. &c. Sed contra hāc rationem arguitur, quia tunc non poſſet prohibere actum exteriorem ex tali, vel tali animo procedentem. Patet, quia etiā eccleſia non poteſt cognoſcere, ex quo animo actus exterior fiat, niſi vel per coniecturas, vel propriam confeſſionem: ſed modo etiā poſſet eccleſia cognoſcere actū purum mentis, ſcilicet ex coniecturis, vel propria confeſſione: & ita ſicut poteſt prohibere ne act9 fiat ex tali animo, ita poteſt prohibere, ne talis anim9 habeatur, etiam omni exteriore actu ſecluſo. Et ita etiam poſſet præcipere, vt actus ex tali animo fiat, & poterit ex coniecturis vel confeſſione ꝓpria cognoſcere, ſi fiat ex tali animo, nec ne. Et q̄ius eccleſia non poſſit interiora cordis iudicare cum ſtrepitu iudicii, cū in exteriori foro probari nō poſſint: qualiter forte multa iura procedunt, in eo, q̄ dicunt ſecreta cordis per hominē iudicari non poſſe, attamē ſine ſtrepitu iudicii, & in foro coſcientiæ pœnam impoſuere ꝓ peccato cordis eo ipſo, non ita irrationabile videt̄. Sed de his hactenꝰ. Quæ tamen gratia veritatis inquirendę, ſicut reliqua omnia, quę in meis codicibus diſputantur, dicta eſſe intelligantur,

¶ Deboris canonicis reiterandis.

AX dictis aliud ſuborit̄ dubiū, An clericus poſt horas vocalit̄ dictas, teneat̄ aliquando eas redicere, & quam ob cauſam. Et habet locum hæc dubitatio de oratione deprauata & vitioſa, ob indebitā circunſtantiam appoſitam. Secūdo de oratione defectuoſa, cui ſcilicet defuit deuotio, vel attentio. Tertio de oratione deuote & attente dicta, non tamē cum animo ſe quitandi, vel debitum officiū perſoluēdi.

¶ De prima, ſcilicet quando ipſa horarum recitatio eſt ob circūſtantiam aliquam deprauata & peccaminoſa, dixerūt aliqui, q̄ talis teneꝰ redicere horas. Ratio, q̄ per eas, quas dixit, nō ſatisfecit præcepto eccleſiæ. Nam eccleſia in præceptis ſuis ſemp obligat ad actum bonum, ſaltem non malum: & nunq̄ actus malus cadit ſub præcepto, igitur in caſu cum illa horarum recitatio fuerit actus malus, non igitur erat de his, quę ſub præcepto cadebant: & ita non ſatisfactum eſt præcepto, & per conſequens intentū. Reſpō. Dura videt̄ poſitio, & falſa, quod apparet: quia homo poteſt præceptis dei & naturæ ſatisfacere per actus peccaminoſos, ita vt nō teneatur reiterare factum. Igitur etiam idem de præceptis eccleſiæ tenendum eſt. Conſequentia videtur nota, & antecedens patet. Naturale ius & diuinū eſt, vt debitor ſoluat proximo, quod debet: ſi ergo Petrus debet Ioanni decem ducatos, & eos illi ſoluat, & ſolutioni indebitā circunſtantiam apponat, quæ ſolutionem vitiet, certę ille ſatisfecit debito, ita vt non teneatur iterum illud ſoluere. Ita poteſt de debito vxorio & paterno, & politico, aut alio quocūq̄ exēplificari.

¶ Preterea iure diuino teneꝰ quis baptiſmum ſuſcipere, & ecōtra curatus miniſtrare: & tamē ſi ſemel illum ſuſceperit & alter miniſtrauerit, etiam ſi ipſa ſuſceptio & miniſtratio per aliquam deprauetur circunſtantiā, ſatisfacit vterq̄, recipiens, & miniſtrans, ita vt nō opporteat factū reiterare.

¶ Præterea, Qui die per eccleſiam ſtatuto ieiunat iuxta ritum eccleſiæ, etiam ſi per hoc humanam gloriam intendat, ſatisfacit præcepto de ieiunando, ita vt non teneatur iterare ieiunium, igitur. Ad hunc modum poteſt de aliis dici.

¶ Falſa igitur videtur opinio hæc. Et ad rationem, quam pro ſe facit, ſcilicet, q̄ eccleſia nunq̄ præcipit niſi actum bonū, vel ſaltem non malum, Fateor de actu bono in ſe, & obiectiue. Nam quod in ſe, & de ſe malum eſt, ſub præcepto non cadit,

Attamen illud, quod non ſic malū eſt, bene cadit ſub prȩcepto, cuius accidat illud per aliquam circūſtantiam extraneā vitiari: & tamen illud agendo, quod iuſſum eſt, ſatiſfacit homo, vt reiterare non teneatur, cuius de malitia per eum appoſita, ſit illi pœnitendum.

¶ Sit igitur reſponſio. Q2 ſi horarum recitatio nil aliud habet, vnde ſint reiterandę, niſi q per aliquam circunſtantiam depraua tem, ſiue ſit circunſtantia loci/aut tẽporis/ aut finis vitiata eſt, q non ſunt de neceſſitate ob id horæ reiterandę, ſecus ſi alia cauſa concurrat.

DE ſecūdo, id eſt, de horarū recitatione, cui de fuit deuotio & attẽtio, an ſit de neceſſitate reiterāda. Et non loquor de illa, cui defuit deuotio & attẽtio actualis ſolum, quia ſi affuit virtualis, non eſt dubiū, niſi q ob illam cauſam non eſt neceſſariū horas redicere. Sed loquor quando deeſt actualis & virtualis, vt quando ex propoſito in ipſa horarum cōmuatione, ad alia indeuota aut vitioſa diuertitur contemplāda. Reſpō. Videtur hæc dubitatio ex quæſtione ſupra diſputata quodāmodo pẽdere, ſcilicet, An eccleſia obliget & obligare poſſit prȩciſe ad exteriora. Nam ſi id cum multis doctoribꝰ teneamus, quidquid cōmuniter dicat, conſequẽter tamen ad hāc poſitionem loquendo, videtur, q ex quo clericus tenetur ad horas ſolum ex humano præcepto, hoc autem non niſi ad exteriora obligat: conſequens eſt clericum nō teneri ad deuotionem mentis & attentionē ex præcepto eccleſię, & per conſequens ſatiſfacit prȩcepto eccleſię, ſi horas iuſſas vocaliter ex voluntate eas perſoluendi dicat, etiam ſi non habeat voluntatem eas deuote & attente dicendi, ſuppoſito vt dico, q ad id non teneatur ex eccleſiæ præcepto. Et cuius nōnulla culpa ſit, horas ſine debita attẽtione & deuotione recitare, vt ſupra dicebat, illa culpa nō cōtra eccleſię prȩceptū eſt, ſed cōtra diuinum vel naturale ius: & ita erit de culpa pœnitendum.

¶ Si obiicias, q clericus ex propoſito ad indeuota diuertens, non orat vocaliter, cū oratio vocalis præſupponat animum orādi actualem/vel virtualem, animus autem orandi deum eſt animus deuote & attente aliqd a deo in oratione petendi, hoc enim eſt de ratione oīonis, vt ſæpe tactū eſt, cū ergo qui ex ppoſito ſe ad indeuota diuertit, animum actualem aut virtualem orandi non habeat, conſequens eſt, q illa euagatione exiſtente, nō orat, & ex conſequẽti non ſatiſfacit, & ita redicere tenetur.

¶ Hæc ratio maxime nonnullos mouet ad tenendum contra reſpōſionem datam. Sed certe ſlādo in opinione propoſita, nil mouet. Nam aliud eſt clericū vere orare, quando horas recitat, aliud horas Canonicas recitare. Et eſto ita ſit, q in ratione dicitur, ſcilicet, q orare proprie & vere ſit deuote & attente actualiter vel virtualiter aliquid a deo petere: falſum tamen eſt, q eccleſia obliget clericum ad orandum, quia ex opinione, ad interiora neminem eccleſia obligat: & cum orare/proprie ſeu ſtricte loquẽdo, interiorem deuotionē & attẽtionem importet, vt patet, certum eſt eccleſiam non obligare clericum, vt oret proprie, ſed vt horas vocaliter dicat: & ſi deuotionem non apponat, apponit tamen eam eccleſia, cuius miniſter ipſe clericus eſt. Et ita conſequentia hæc non valet, Clericus ex intento ad indeuota diſtractus, non vere orat: ergo non ſatiſfacit præcepto eccleſiæ. Quia licet non vere oret, vere tamen horas Canonicas dicit, quod ſolum ſub eccleſiæ præcepto cadebat.

¶ Si tamen teneatur altera opinio, ſcilicet q eccleſia poteſt obligare, & de facto obligat clericos ad actus mentis, puta ad deuotionem & attẽtionem interiorem, tūc eſſet maius dubium, An certum ſit, q clericus dicens horas ſine deuotione & attentione actuali vel virtuali, teneat eas redicere. Et pro affirmatiua parte videtur, quia qui tenetur triticum bonum, aut vinum album ſoluere, aut equum certo modo qualificatum, ſi triticum ſoluat nō bonum/aut vinum non album, aut equum non talem, qualis ſolui debuit, non ſatiſfacit, & tenetur iuxta obligationem debitum perſoluere. Cum igitur ſecundum hanc opinionem clericus teneatur horas Canonicas deuote & attente perſoluere, idq; ex prȩcepto eccleſiæ: ſequitur q cum eas non tales exſoluat, tenet eas quales debet redicere. Nā perinde eſt, ac ſi loco rei integre ſoluendę, reddat rem defectuoſam.

¶ Præterea

¶Præterea ſecundum hanc opinionem clericus tenetur (cum horæ Canonicæ illi iniunguntur) orare: cum autem horas dicit ſine deuotione & attentione actuali aut virtuali, non orat: igitur ea, quæ tūc dicit, perinde eſt, ac ſi non dicat, & ita intētum, ſcilicet, ꝙ tenetur ea redicere. Et ita videtur tenere Palude in ſuo. 4. Et poſt eū Adrianus in quotlibet. Q3 q3 obligationem redicendi ita limitent, vt ſcilicet tales clerici teneantur redicere, vel loco eius aliud/autoritate confeſſoris/deo perſoluere.

¶Reſpon. Stando in hac ſecunda opinione, ꝙ ſcilicet vtrunq3 cadat ſub præcepto eccleſiæ, ſcilicet, horas dicere, & modus eas dicendi, ſcilicet, deuote & attente, q3tum deus dederit: videtur ꝙ adhuc ſit durum, ſi quis indeuote/aut minus attente horas ſemel dixerint, eoſdem, vt eas iterum dicant, obligare. Ratio eſt, quia vt videtur, diuerſa videnť præcepta ſuper hoc ab eccleſia tradita, vt ex ipſo Caietano apparet. Primo enim per eccleſiam pręceptū fuit, vt horæ integre dicerentur. Deinde ſecundo in cap. Dolentes. de celebra. miſſa. fuit iuſſum, vt deuote & attente ſeu ſtudioſe dicantur. Quod ſi ita ſit, facile abſoluit difficultatem. Quia ſi quis horas dicat/& indeuote aut minus attente, ſatisfacit præcepto primo, de dicēdis horis, etiam ſi non ſatisfaciat ſecundo, de adhibenda deuotione & attentione. Et ita poſt dictas horas non tenet ea redicere, & ſi de defectu deuotionis & attētionis teneatur pœnitentiam agere.

¶Secundo idē apparet ex hoc, Q3 ſi quis ſoluat creditori rem defectuoſam, & ipſe eā acceptauerit, non tenetur debitor aliā rem reddere: ſatis eſt ſi pro defectu aliquā aliam recompenſam faciat: ſed deus acceptat horas canonicas a clerico miniſtro eccleſiæ dictas, igitur clericus redicere nō tenetur, ſed pro negligētia deuotionis ſatisfacere oportet. Antecedens ſuppono, cū horas acceptet deus ex animo eccleſię, in perſona cuius a miniſtro dicuntur.

¶Per hoc patet reſpōſio ad rationem primā in contrarium. Quia ſi quis debet triticum tale/aut vinum tale. &c. & non reddit tale, tenetur tale reddere. Hoc ideo eſt, quia creditor non acceptat rem oblatam, cum talis non ſit, qualis erat reddenda. Secus in pręſenti. Probat tamen de rigore, ꝙ ſi deus non eſſet contentus cum tali horarum ſolutione, eſſet de rigore illi iterum ſatisfaciendum.

¶Ad ſecundum probat ratio ſtādo in opinione, ꝙ talis non in totum ſatisfacit præcepto eccleſię, & ita eſt: quia in dicendo horas in caſu, non tenet modum ſub pręcepto eccleſiæ cadentem: ipſa tamen horarum recitatio cedit in ſolutum. Q3 ſi de eccleſiæ mente conſtaret, ꝙ ſcilicet non eſſet contēta de huiuſmodi ſolutione, niſi cum debito modo horæ ſoluantur, tunc fateor damnarem clericū ad horas reiterādum, non tamen hoc ita eſſe video.

¶De tertio, ſcilicet de horis recitatis deuote & attente, non tamen cum animo ſoluendi officium debitum, &c. An ſint de neceſſitate reiterandæ. Reſpon. abſq3 diſputatione ꝙ ſic, patet hoc per exēpla ſimul & per rationem. Si debeo Petro decē ducatos, & do illi decē ducatos animo donandi/non animo debitum ſoluendi, de rigore conſcientiæ non ſum deobligatus a priori debito. Si promiſi vnum equum, & do vnum equum non animo complendi promiſſum ſed vel donando ſponte/vel animo inducendi eum, cui do, vt bene faciat mihi, certe nō maneo liber a promiſſione complenda. Si mercedem ab aliquo accepi, vt pro eo miſſam celebrarē, & poſtea non ob ſtipendium/ſed gratis/aut ob aliam cauſam pro eo celebro, non maneo liber a debito. Igitur ita in propoſito.

¶Et facit ratio pro his omnibus, quia eo ipſo, ꝙ rem debitam vel æquiualentē creditori do, non cum animo me quitandi, ſeu me a debito liberandi, videor aperte volens & ſponte ſub eodem priore debito manere, & ita teneor ſicut prius.

¶Inde eſt, ꝙ ſi horas dico, animo nō per ſoluendi debitum ſed recreationis in legēdo capiendæ, vel quod ſcriptum eſt intelligendi, vel aliuꝫ horas ipſas docendi, ſi animus non ſit tacitus aut expreſſus officium mihi iniunctum perſoluendi, non maneo a debito liber, & ex conſequenti teneor horas redicere.

¶Si obliuias de ieiunāte die ab eccleſia deſignata, non tamen cum animo ſe quitandi: nō tenetur alias iterum ieiunare. Similiter curatus pro populo celebrans, non

cum animo se quitandi, sed gratis benefaciendi, nō tenetur iterum pro populo celebrare loco illius diei. Igitur etiam clericus horas Canonicas dicens, nō cum animo soluendi officium, sed ex particulari deuotione, nō tenet horas iterare. Respō. In parte est idem de his omnib⁹ iudiciū, & in parte non. Nam quando ieiunū aut missę celebratio, aut horarū recitatio pro certa die iniunguntur, transacta die, cessat obligatio ieiunandi, & missam illam celebrāndi, & tales horas persoluendi, quia nō fuerunt hæc iniuncta, nisi determinate tali vel tali die, vt ieiunū in tali vigilia, horas de tali sancto in tali die dicere. Et ideo transacta die, non manet obligatio ad illa agendum, siue fuerint in die designata facta, siue non. Et hæc est ratio, quare si quis in vigilia assumptionis non ieiunauit, nō tenetur postea vice illius in alia die ieiunare. Ita si quis in die assumptionis horas nō dixit, non tenetur in alia die vice illius eas dicere. Erat enim obligatio ad certum diē limitata. Si tamen alicui esset iniunctum ieiunium absq; diei determinatione/& ieiunaret hac die non cum animo se quitāndi/ aut cum animo soluendi debitū: tunc non manet liber a debito ieiunii sibi impositō, cū maneat illi tempus cōplendi, quod illi fuerat iniunctū, Ad propositū, si clericus hac die mane scilicet dixit horas totius diei ex sua deuotione & sponte, & nō cum animo se quitandi sed gratis, cum maneat illi adhuc dies, vt possit debitum soluere, tenebitur eadem die horas redicere, secus die transacta.

¶An autē curatus omittens missam pro populo certa die, qua tenetur, celebrare, aut si celebrat pro populo, non tamen cū animo se quitandi, seu debitum persoluēdi/sed gratis donandi, teneatur postea alia die pro populo celebrarę p se, vel per alīū, ne populus beneficio sibi debito defraudetur, esset aliud dubium, & non multum a proposito distans. Crederem q̄ tenetur/ vel alia die celebrare, vel aliud, quod in populi spirituale commodum cedat, in recompensam facere. Et hoc ratione beneficii, quod a populo recipit. Beneficiū enim datur propter officium, ideo vel officium compleat, vel receptū restituat, Secus forte, immo sine forte, videtur de clericis non beneficiatis, qui horas certa die omittunt, vel si eas dicunt, non tamē cum animo se quitandi eas dicūt, q̄ tales, elapsis illis diebus, non tenentur horas prius omissas redicere, nec forte aliud in recompensam facere, quia aliud est aliquem teneri ad aliqd ob mercedē pro eo susceptā, aliud ex simplici p̄cepto superioris, i quo casu si omittat, satis est de inobedientia pœnitētiā agere.

¶Et procedunt hæc omnia de reiterandis horis, casu, quo clericus certi⁹ sit, se horas integre dixisse, Nam si dubius sit dubio probabili, tūc ob periculum tenebitur reiterare/quantum dubium se extenderit, scilicet vel in toto, vel in parte, secundū exigentiam dubii, idq; quancūq; opinionem ex dictis teneas.

¶Est itaq; resolutio, q̄ horæ Canonicæ veniunt ob duas causas redicendę, scilicet ob conscientiam recitantis, & ob solutionis defectum. Primum fit, si post semel dictas horas clericus manet dubius, maxime si probabile sit dubiū, an integre eas dixerit, nec ne, talis tenetur horas eadē die redicere, iuxta exigentiam dubii, id est, si de magna parte horarum dubitatur, redicatur illa magna pars: si de parua, parua. Et inde est, q̄ defectus attentionis siue ex voluntate/siue præter voluntatem euenerit, si tanta fuit euagatio, q̄ facit clericū dubium/an dixerit, vel non dixerit horas, tenetur ob conscientiam dubiam redicere, ne se periculo omittendi exponat.

¶Secundū fit, quando præcepto ecclesiæ de recitandis horis non est satisfactū in ipsa horarū recitatione, quia tunc redicendę sunt, etiā si alias dictæ sint, vt scilicet si non animo soluēdi debitū/ sed gratis/ & ob aliā causam fuerint dictæ, vt supra dictum est.

¶An autem per horarum interruptionē sint redicendæ, scilicet quando cœpta aliqua hora recitari, & nondū completa, cessatur a recitatione, & alia loquutio, vel meditatio, vel aliud opus per notabile tempus interponitur, an inq̄ sufficiet postea ad horas redeūdo prosequi, quod cœptū erat, an potius sit necessarium horam cœptam iterū ab initio dicere, non potest certa regula tradi, eo q̄ multa sunt & diuersa illa, quæ interponi possunt. Nā si sola meditatio in rebus/maxime bonis/ interponat/ aut etiam aliqua loquutio ob causam

necessa-

neceſſariam aut vrgentem oblatam, aut opus aliud breui finiturum, nō dicerem clericū teneri reincipere, ſecus alias. Q̄ꝫ tuti⁹ ſit ſemper horam cœptā in caſu reincipere. Sed nec vellem clericos nimis ſcrupuloſos eſſe, caſu, quo putant ſe vel non integre pronunciaſſe, vel aliqualiter ſyncopaſſe, vel verba aliqua non voce ſed gutture dixiſſe: dum modo defectus non ſit valde notabilis, quia tunc ſatis erit de defectibus huiuſmodi pœnitentiam agere.

¶ Pro his, quæ ſupra concluſa ſunt, vide Gabrielē in Canone. dicērē, ꝙ qui ex propoſito euagaī, tenetur horas redicere. Et citat pro ſe Thomam in. 4. diſtinct. 15. ad quartum. Sed illic non dicit Tho. niſi ꝙ peccant, qui ex propoſito euagantī. Citat etiam Gerſonem, in de oratione. Sed illic Gerſon dicit, ꝙ tales peccāt, vel redicere tenentur, vbi non abſolute affirmat, ꝙ redicere tenentur, ſed vnum e duobus audet dicere: maxime cū in de regulis moralib⁹, & in de vita ſpirituali. lec. 4. dicat aperte ſatisfacere præcepto eccleſiæ eum, qui voce orat, quacunꝙ mentis euagatione poſita. Duran. in. 4. dicit, ꝙ qui ex propoſito euagatur interius, & horas dicit, ſatisfacit præcepto eccleſiæ. Sicus ſi tempore, quo recitat, in opere exteriore diſtractiuo ſe occupat, tamē non dicit, ꝙ tenetur redicere. Idē dicit Caieta. ꝙ talis peccat cōtra eccleſiam, voluntarie ſe diſtrahens: non tamen dicit, ꝙ tenet redicere, Floren. 3. parte. ait, ꝙ qui volūtarie diſtrahitur, modo horas dicat, ſatisfacit, licet per contemptum peccet: non tamen tenetur redicere. Palude, ꝙ peccat in caſu contra eccleſiam, & tenetur redicere, vel alium loco eius impoſitum a confeſſore implere. Mihi videt quod ſupra dictum eſt.

¶ De valore orationis pro ſeipſo fuſæ.

Aliud dubium, de valore orationis, qua quis pro ſe orat, & priuatim: nam de valore orationis, quæ pro alio fundit, poſtea. Premittendum primo, ꝙ eſt triplex oratio, quædam viua, quæ ex charitate fit, Quædam mortifera, quæ vitioſa & peccaminoſa eſt, Quædam vero mortua, quæ bona quidem eſt ſaltem moraliter, tamen extra charitatem facta.

¶ Iterum tribus modis poteſt oratio valere, ſcilicet, per viam meriti, per viam ſatisfactionis, & per viam impetrationis. Habet autem oratio ꝙ meritoria ſit, non ex natura ſua/ſed ex charitate & gratia dei ex qua fit, ſicut & reliq̄ humana opera, quæ apud deum meritoria ſunt, de quibus ait Eſai. Omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt velut pannus menſtruatæ. Charitas autem dat eis vitam/& pōdus & valorem apud deū: non ꝙ charitas illa creata id habeat a natura ſua, ſcilicet facere actus ex ea procedentes, meritorios de condigno (Nam de hoc nunc loquimur) ſed ex dei acceptatione aut ordinatione, qui in lege ſua promiſit, opera noſtra bona ex charitate facta, remunerare. Hoc dicitur communiter de charitate.

¶ Habet tamen hoc dubia duo contra ſe. Primum eſt, quia deus in lege ſua non ſolum ordinauit & promiſit acceptare ſeu remunerare act⁹ humanos ex charitate procedentes, ſed etiam eos, qui charitatem ipſam quodammodo præcedunt, vt patet de dilectione dei & proximi, quam peccator primo elicit, per quā a peccato reſurgit. Patet etiam de pœnitentia cordis prima, per quam iterum a peccato reſurgit. Hos enim actus, etiam ſi ex charitate non fiant, ſed ad eam diſponant, promiſit deus frequenter in lege ſua acceptare. Vnde Auguſtinus ſuper epiſtolam ad ro. 5. Si deus confugiētes ad ſe non admitteret, eſſet in eo iniquitas, & iniuſtitia, quippe qui promiſſa non compleret. Si igīt ita ſit, apparet orationem/& alia opera humana, quæ meritoria de condigno dicunt, nō ex charitate habere, ꝙ talia ſint: ſed potius ex dei pmiſſione, quā in lege nobis ſignificauit.

¶ Secūdo eſſet contra idem aliud dubiū, Quia ſi ſola charitas daret pondus & valorem orationi & aliis operibus, quæ meritoria dicuntur, ſequitur ꝙ omnia opera ex ęquali charitate procedētia eſſent ęqualiter meritoria: & oratio quanto ex maiore charitate fieret, tanto eſſet magis meritoria ſimpliciter, Quod tamen inde videtur falſum: quia benefacere inimicis & p eis particulariter orare, maioris meriti eſt, q̄ſ pro amicis id facere. Quod Chriſtus

ſignificat Matth. 5. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, & bene facitis his, a quib⁹ prius recepiſtis, quæ merces eſt vobis? Nam & ethnici hoc facīt. Et clare id docet Paulus ad ro. 5. vbi Chriſti charitatem ad nos inde magis cōmendat, q̄ cum inimici eſſemus, pro nobis pati voluit. Ad hunc modum poſſent plura inconueniētia alia inferri, ſed quia alibi nonnihil ſcripſi de merito apud deum/tā de congruo, q̄ de cōdigno, ideo ad p̄ſens ſupſedeo.

¶ Et breuiter dicendum ad præiens, q̄ appellādo meritum proprie opus, cui de iuſtitia premium ſeu merces debetur, de iuſtitia inc̄ legali ſaltem, illa opera dicunt̄ apud deū de condigno meritoria, pro quibus deus in lege remunerationem promiſit: nam ſeclude dei promiſſionem, certe non erit deus alicui homini alicuius premii debitor de iuſtitia, quodcūq̄ opus bonum homo faciat. Quia igitur humana opera bona propter deum ipſum facta, ſimiliter & orationem ex amore ipſius procedentem, promiſit deus ad premium acceptare, ideo currit communis ſententia, q̄ oratio ſicut & reliqua opera ſunt meritoria, quia ex charitate fiunt. Attamen nō ex ſola charitate commenſurandum eſt meritū/ſeu valor operis/aut orationis inde procedentis, cum ad id multum conferat voluntatis conat⁹, & operis difficultas/& operantis perſeuerātia, & aliqua alia huiuſmodi. Quare vel negandum, vel corrigendū videtur quoddam dictum Cancellarii Pariſien. in de valore orationis cum ait, Q̄ licet orare pro amicis/aut inimicis, p̄ paucis, aut multis, &c. valeat premium accidētale diuerſificare, tamē premiū eſſentiale, quod oranti debetur, ſemper eſt æquale, ob charitatē vnā, ex qua oratio p̄cedit.

¶ Dicitur autem oratio ſatiſfactoria, ea ratione, qua de iuſtitia ſimiliter illi debetur pœnæ pro peccatis debitę relaxatio/vel in toto/vel in parte ſecundum exigentiā orationis. Sicut enim promiſit deus pro bonis operibus remunerationem, ita & pro pœnalib⁹ operibus, quæ ſunt fructus digni pœnitentiæ, remiſſionem peccatorū. De quo vide ſupra, vbi de ſatiſfactione agebamus. Oratio enim licet non ſemper de facto crucíet orantem: attamē ex ratione ſua eſt orantis cruciatiua/ſeu afflictiua, & ideo inter opera pœnalia computatur. Aſſumptum patet, tum ex eo, quod ſcribitur Eccleſiaſtes. 12. Frequens meditatio, carnis eſt afflictio. Et Eccleſiaſtici. 31. Vigilia honeſtatis, tabefaciet carnem, & cogitatus illius auferet ſomnum. Tum etiam, quia oratio in ſe includit humilitatē, qua homo ea etiam, quibus ad corporis & animæ ſalutem indiget, diuinæ volūtati per omnia committit, ſua propria voluntate poſtpoſita, quod in ſe quid arduum & difficile eſt: quandoquidem eſt contra omnē naturę inclinationem. Et etiam, cum propter deum ſummę dilectū oratio fiat, ipſa dei dilecto in ſe eſt quid arduum, & naturæ noſtræ valde difficile, quę contra omnem naturæ inclinationem facit omīa noſtra/& nos ipſos: pro deo poſtponere & cōtemnere, paratos cūcta mala ſubire poti⁹/ q̄ ipſum in minimo offendamus. Includit etiam, vt plurimum, oratio, cordis cōpunctionem, & dolorem de offenſis contra deum commiſſis, cuius opem ſcit ipſe, q̄ orat, indigere. Hæc autem cordis compunctio, etiam pœnalis eſt: merito igitur oratio eſt ſatiſfactoria.

¶ Dicitur vero oratio impetratoria, qa valere ſolet per viā gratię & liberalitatis ipſius dei ad id, quod in ipſa petitur obtinēdum, etiam ſi de iuſtitia illud oranti minime debeatur, Vnde ſi deus deneget petitum, non inde arguetur iniuſtitiæ.

¶ Sed ſtatim obiicies, q̄ oranti debeat̄ de iuſtitia legis id, quod petitur, ſicut de iuſtitia legis debetur merito premium, & fructui pœnitentiæ peccati remiſſio, Nam ſicut hæc in lege a deo promiſſa ſunt, ita & illud, iuxta illud Matth. 7. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis. Et iterum, Quodcunq̄ petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis.

¶ Dicendū ad p̄ſens, quia de hoc, An ſcilicet oratio ſemper a deo exaudiat̄, poſtea vidēbitur, Pro nūc autē concedēdū eſt, deū ſe collaturū promiſiſſe, quod illi fuerit in nomine Chr̄i poſtulatū, cōcurrētibus tū nonnullis cōditionib⁹, quib⁹ poſitis, tūc debebitur de iuſtitia, quod fuerit petitū. Si tamē non omnes conditiones cōcurrāt, auditur aliquādo orans liberaliter, quē audire de iuſtitia deus minime tenetur. De quo poſt, & tunc erit oratio impetratoria.

¶ Q̄ au-

¶ Quæ autem aliud sit orationem esse meritoriam, aliud impetratoriam / exemplo aperto beati Pauli constat, qui cum dominum instanter orasset, vt illi stimulum carnis auferret, meruit quidē ex charitate orando, non tamen quod petebat, impetrauit, vt habes. 2. ad Corinth. 12. Econtra similiter stat oronem esse impetratoriam, quę tamen meritoria non est, vt constat de oratione, quam sancti pro nobis fundūt, qui multa pro nobis orādo, nobis impetrāt: & tame non per viā meriti, quia deus nō ex iustitia / sed ex gratia sua illos exaudire dignatur. Similiter patet de oratione peccatoris, per quam homo sæpe impetrat, quod petit, & tamē non est meritoria oratio, cum sine charitate fiat.

¶ Non tamen stat orationem esse meritoriam, quin satisfactoria sit, ex cōmuni doctrina, quia scilicet omne opus meritoriū / est de se satisfactorium: specialiter autē oratio, ob causas supra dictas.

¶ An autem econtra stet orationem esse satisfactoriam / quæ non sit meritoria, quæstio est iter Scotistas, & Thomistas. His dicentibus, ꝙ opera alioqui bona in peccato mortali facta, satisfactoria non sunt, Illis vero ecōtra. Quam quæstionem quia alibi tetigi, non opus est eam repetere. Posset tamen ad præsens dici, & ita videē tenendum, ꝙ ꝗuis operibus bonis ex charitate factis aliqua debeat remuneratio ex iustitia large sumpta, prout iustū dicunt sancti illud esse, ꝙ diuinam liberalitatē & bonitatem alteri conferre decet, maxime si ex parte alterius aliqua subsit retribuendi ratio: quemadmodū in peccatore opera pœnalia propter deum suscipiente, subest aliqua ratio, vt illi offensa condonetur, & si opera alia virtutum in peccato faciat, similiter adest ex parte sua aliqualis remūeratiōis, causa quibus positis, diuinā decet bonitatem illis cōdonare, his autem retribuere. Sic legitur retribuisse obstetricib? Aegyptiis, quib? domus ædificauit, quia pueros hebræorum suffocare tempore partus noluerunt: timuerunt enim magis regem cœli / ꝗ terræ, Sic remunerauit Nabuchodonosor, pro eo, ꝙ bellum strenue gesserat contra inimicos dei, Sic temporale imperium cōtulit romanis, ob strenua gesta / & iustitiæ opera, q̄ in sua infidelitate faciebāt, vt ait Augu. in de ciuitate dei. Itaq; subsistente ex parte hominis peccatoris aliqua retributionis ratione, accederē te dei bonitate, decens est ex parte diuinæ bonitatis / & ita iustū, vt illis retribuat / vel condonando, quæ admiserunt, vel præmiando, quæ fecerunt. Et hoc modo opera in peccato facta alioqui bona, possunt dici satisfactoria de iustitia large sumpta, vt modo dictum est, Q̄ ꝗ non de iustitia stricte sumpta, quia deo non illis cōdonante, non esset arguendus iniustitiæ. Et ꝙ hoc possent opiniones contrariæ aliqualiter concordari, vt etiam alibi tetigi.

¶ Ad propositum ergo de oratione extra charitatem facta, quę meritoria non est, an sit satisfactoria dicenda. Respō. ꝙ satisfactoria large dici potest ad sensum dictū, vt patet, non tamē stricte, Quod apparet, tum ex cōmuni dicto Pauli ad Corinth. 13. Si tradidero omnem substantiam meā in cibos pauperum, & fidem habeam, vt mōtes transferam, & linguis hominū loquar / & angelorum, charitatem autem non habeā, nil mihi prodest. Vbi simpliciter significatur, omnem illorum operū in peccato factorum fructū perire remunerationis & cōdonationis, quē alioqui opera illa peperissent. Tum etiā, quia Christi discipuli multa bona opa & virtutes fecerunt, tamen quia in peccato erant, a deo nō sunt acceptata, iuxta illud Matth. 7. Multi dicunt domine dñe, in nomine tuo prophetauimus, in noīe tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, quibus tamen dominus dicturus est, Nō noui vos, Discedite a me operarij iniquitatis. Tū ex eo, quod ait Esa, Omnes iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatę, Nisi igitur operū maculæ & defectus per charitatem abstergantur, non sunt talia, quibus de iustitia condonatio aut merces debeatur. Tum deniq; ex illo, quod habetur Hiere. 4. Nouate vobis nouale, & nolite super spinas serere. Qui enim sup spinas serit, fraudatur fructu: exortę enim spinę, simul suffocant semē, & perit fructus. Igitur vt opera nostra fructificent, oportet prius spinas peccatorum a mente excidere: alioqui de iustitia merces nulla illis debetur.

¶ Facit etiā pro hac parte ratio, quia pec-

cator ob culpā ſpecialiter mortalem manſit ex iuſtitia dei pœnæ æternę obnoxius: ſed per contritionem æterna illa pœna remiſſa fuit/& in temporalem commutata, non quancunq;, ſed quam deus ipſe per ſe de peccatore ſumeret, vel per tortores ſuos infligere vellet. Q; ſi peccator ipſe loco vindictæ ſeu pœnæ iudicialis, cui ex iuſtitia erat obnoxius, velit orationē fundere, vel aliud opus extra charitatem facere, in libera poteſtate dei, qui iudex eſt, erit, illud loco pœnæ acceptare, & ſi non acceptet, non arguetur iniuſtitiæ. Accipe exēplum clarū, de iudice humano/ſeu legiſlatore, qui pro certo delicto in legem commiſſo, ſtatuit iuſte, q; patrator delicti centū flagellis ſubiiciatur. Sit ita, q; præfatus delinquens ipemet/vel per ſe/vel per alium, quem velit, ſibiipſi centum inferat flagella: certe hic non ſatiſfacit iudici de iuſtitia: quia iudex ſi hanc flagellationē acceptare nolit, non erit iniuſtus, ſed poterit p tortores/& iuſtitiæ executores, illi centū alia flagella inferre. Ita igit̄ in propoſito.

¶ Ex dictis aliqualit̄ patet, ad quid valeat, & quomodo vnaquęq; oratio. Illa enim quæ viua eſt, ex charitate procedens, qua decens aliquid ſicut conuenit, a deo petitur, illa inq; meritoria eſt, & valet ad augmentum gratiæ & gloriæ, ſicut & quodcunq; aliud opus meritoriū, etiam ſi non ſemper impetratoria petitionis ſit, vt ex dictis patet. Et ſicut meritoria eſt, ita etiā eſt & ſatiſfactoria, idq; ex iuſtitia legis, potius/q; ex conditione & natura ipſius charitatis vnde fit.

¶ Illa vero oratio quæ mortifera eſt, & dei offenſiua, nec meritoria eſt/cum ex charitate, imo contra charitatem ſit: nec ſatiſfactoria ex iuſtitia, eo q; illi nō ſolum nō debetur condonatio/aut retributio, ſed potius ſupplicium, cum dei offenſiua ſit. Sed nec impetratoria, cum digna ſit, cui dominus aures ſuas occludat, & oranti meritō a ſe longe repellat.

¶ Illa vero oratio, quæ mortua quidē eſt: attamen alioqui/moraliter ſaltem/bona, nec meritoria eſt/nec ſatiſfactoria, ſtricte loquendo: ſolet tamen eſſe impetratoria. Quorum primum, cum certum ſit, ſimiliter & ſecundum. Tertium patet autoritate Auguſtini ſuper illud Ioan. 9. Scimus autem quia peccatores deus non exaudit, ait, q; loquitur homo ille velut inunctus, hoc eſt nondum ſatis a ſpiritu ſancto illuminatus. Nam peccatores deum colentes, & humiliter ab ipo aliquid petētes, deus exaudit. Cuius exemplum clarum eſt de Maria Magdalena, de publicano illo, qui fatebatur peccatum, & dei miſericordiam implorabat. De Zachęo, de latrone, de aliiſq; pluribus, quos nobis ſcriptura in exemplū proponit. Patet igitur ex his, ad quid valet oratio meritoria, ad quid ſatiſfactoria, ad quid impetratoria,

Ed quæres, cum ſæpe cōtingat orationē nec impetratoriā eſſe/nec meritoriam/nec ſatiſfactoriā, qualis eſt oratio, quæ mortua dicit̄, ad quid valebit huiuſmodi oratio/& eiuſdem continuatio?

¶ Ad id reſpondetur idem, quod de operibus bonis in peccato factis ſolet a doctoribus reſponderi. Valet enim ad multa. Primo ad obtinendum ſaltem diſpoſitiue gratiam, & peccati remiſſionem: maxime ſi oratio illa in deum ſumme dilectū dirigatur, & gloria ipſius potius, q; aliud temporale quæratur. Tunc enim ipſa dei dilectio diſponit ad gratiam, imo ſecundum communē doctrinam illam habet concomitantem, aut ſi non habeat deum pro fine/ſed aliud quid bonum & honeſtū valebit vt bonam inſpirationē obtineat, qua ad deum confugiat, vt ſic tandem gratiam acquirat. Sic legitur de publicano, q; cum deum oraret, deſcēdit iuſtificatus in domū ſuā. Scdo, valet etiam ad promerendum temporalia beneficia. Sic legitur de Nabuchodonoſor, q; de? illi dedit regnū Aegypti, eo q; in bello diu cū exercitu ſuo ſeruierat, & tamen infidelis erat. Vnde intelligimus, vt ait Hieronymus, etiā ethnicos ſi quid boni fecerint, abſq; mercede non preteriri. Tertio valet ad euitandū peccatum, vt ſi forte tenebat̄ ex præcepto vel voto orare, orando euitat peccatum, quod non orando incideret, etiam ſi extra charitatem oret. Quarto valet ad reſiſtendū inclinationi peccati, p opera enim virtutū reſiſtitur vitiis in contrarium inclinantibus, adeo, vt vitia ipſa per virtutum exercitiū vires amittant, & remittantur. Maxime vero oratio reſiſtit inclinationi ſuperbiæ, ob humilita-

humilitatem, quã oratio habet annexam. Cuius ſimile legit de eleemoſyna. Eccleſiaſtici. 1. Ignem ardẽtem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccato. Quinto valet ad hoc, q̃ homo habit? bonos in mẽte generet, quod non parum ſibi proderit, ad facilius & frequẽtius merendũ, per orationes poſt ſuperuentum charitatis frequenter fuſas, quando facile poterit ob cõſuetudinẽ propter deũ orare, qui ante charitatem non propter deum orauerat. Sexto valet ad impetrandum preces ſanctorũ pro ſe, ſancti enim vidẽtes in verbo, q̃ homo ſe illis commendat, ipſi excitantur ad interpellandum pro illo: ſpecialiter angelus, cui illius hominis cura commiſſa eſt. Itaq̃ q̃uis non ſemper oratio a deo exaudiatur, vt cõferat, quod orans petit, nõ inde ob orationem ceſſandũ eſt tanq̃ a re inutili: quãdoquidem hæc prædicta & multa alia cõmoda oratio ipſa poteſt orãti afferre: maxime, quia quẽadmodũ ait Gerſon. in de valore orationis, ſunt aliquæ orationes, quæ ſuã vim ex opere operato ad aliquos ſalutares effectus habẽt, vt exemplificat de oratione dominica, cui vim contulit ipſa dei inſtitutio. Et de orationibus factis ab eccleſia, quib? etiam fides formata ipſius eccleſiæ nonnullam cõfert vim, deo eas, vti decet, approbante. Quæ quidem, & ſi in orante meritum deſit, ſuam vim alitunde habitam non amittunt.

¶ De his quę requruntur ad efficaciam orationis.

QX dictis, imo cõtra dicta, duę videntur inſurgere dubitationes. Vna eſt, ſi oro viua, quæ ex charitate fit, nõ ſemper eſt impetratoria, quę igitur eſt illa oratio, de qua Chriſtus ſæpe per euangeliſtas certos nos facit, q̃ a patre exauditur? Si mortifera, non exauditur. Si mortua, exauditur aliquando, quando ſcilicet deo placet. Si viua, non ſemper exauditur. Quæ igitur eſt illa, de qua Chriſtus dixit Ioã. 16. Amẽ amen dico vobis, ſi quid petieritis patrẽ in noie meo dabit vobis. Et iterũ. Quodcunq̃ volueritis, petetis, & fiet vobis.

¶ Secũda eſt, Quomodo verũ eſt, q̃ oro mortifera ſeu peccaminoſa nõ eſt impetratoria, cũ videamus eã aliquãdo a domino exaudiri & adimpleri, & ſi non ſemper. Nã iudęi in deſerto exiſtẽtes, petierũt carnes vt comederẽt (nauſeã. n. fecerat eis mãna cœlitus datũ) & obtinuerũt: nã data eſt illis coturnix ad ſatietatẽ. Iterũ cũ per iudices regerẽtur, & regimẽ teneret Samuel, quẽ dñs illis p̃fecerat, petierũt regẽ, & dat? eſt illis rex: & tamẽ cõſtat eos, tã primo, q̃ ſecũdo peccaſſe, carnes/ & regẽ petẽdo. De? em̃ aduerſus eos iratus vtrobiq̃ legitur.

¶ Reſpon. Non dubium eſt, vt ſupra tangebatur, Chriſtum in locis citatis, & etiã in aliis / promiſiſſe orationes noſtras a patre exaudiendas. Vnde & nobis certitudinem hanc dedit, vt Ioan. 1. Cano. capi, vltimo etiam aſſerit dicens. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad deum, quia quodcunq̃ petierimus ſecundum voluntatẽ eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos, quidquid petierimus, Scimus, q̃ habemus petitiones, quas poſtulamus. Verum id non de quacunq̃ oratione / etiam a iuſto fuſa / intelligendum eſt, niſi certas habeat conditiones, ſpecialiter quatuor, videlicet, q̃ fiat pie, id eſt ex charitate / fide & ſpe. Qz fiat perſeueranter. Qz media congrua homini poſſibilia ad impetrandum optatum non negligant. Qz id, q̃ petitur tale ſit, q̃ ad ſaluẽ orantis / & dei gl̃iã cõducat. Adde hoc, ſcilicet, q̃ orãs p ſeip̃o petat, quod petit. Si em̃ hæc oĩa fiãt, nõ dubiũ eſt, quin oro a deo exaudiat, & erit impetratoria: modo impedimẽtũ peccati nõ ſuperueniat, quo homo fiat dign? ne audiatur. Nec dico hæc omnia neceſſaria eſſe, vt impetretur, quod petitur: quia multis ex his deficientibus, ſolet domin? poſtulata concedere, ſed ex ſua gratia & liberalitate, non ex promiſſionis debito. Si tamẽ omnia aſſint, ex debito p̃miſſionis ad vota condeſcendet orantis. Qz autẽ hæc oĩa neceſſaria ſint, vt certa ſit orationis impetratio, facile apparebit, ſi auctoritates ſcripturę de hoc tractãtes, in vnũ colligantur. Et quidem, q̃uis de charitate expreſſe mentio nõ fiat, bene tamen æquiualenter, idq̃ in multis locis. Illos enim exaudiendos a deo dicit, qui mandata dei faciunt, & verba eius audiunt. Qui etiam timent deum, qui etiam conſcientiam puram a peccato mũdatam habẽt. Hos autẽ

certum est in charitate dei esse. Dicitur enī. Ioan. 15. Si mānseritis in me, & verba mea in vobis mānserint, quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis. Et Ioan. in canonica, cap. 3. Charissimi, si cor nostrum non reprehēderit nos, fiduciā habemus ad deū, & quidquid petierimus, accipiem⁹ ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Cui consonat psal. Si iniquitatē aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Ait iterum in psal. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Et loquit̄ de timore sancto, qui permanet in seculum seculi, quo scilicet timet quis peccare, ne deum offendat. Et dicitur timor castus & filialis, qui sine charitate esse non potest. Igitur si orās mandata non seruet, si conscientiam a peccato non mundat, si deum non timet, nō est cui Christus promisit eius orationem exaudiendam.

¶ De fide autem & spe, dicitur Matth. 21. Amen dico vobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Et sequitur. Et oīa quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Ioan. 14. Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Et. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. In nomine autem Christi dicitur quis aliquid a deo petere, qui fidē habet in Christū, omne bonum nobis de cœlo ob merita Chr̄i euenire credens. Vnde & ecclesia in omnibus oīonibus, in quib⁹ aliqd a deo petit, petit illud per Christū dn̄m nr̄m, &c. Et Iacob⁹ in sua canonica, Si qs indiget sapiētia, postuletā a dn̄o. Et sequit̄. Postulet aūt in fide, nil hæsitans. Nō ergo æstimet homo ille, qui hęsitat, q̄ accipiet aliqd a dn̄o. Ex qb⁹ aperte videt̄, q̄ dn̄s nō promisit se quenq̄ in oīone exauditurū, nisi fidē/spē & charitatē habeat. Opus enī est orātis affectū in deū finaliter tēdere, quod charitatis est: & credere, q̄ potēs est, si velit, quod petit̄ elargiri, & i sua bonitate cōfidere, q̄ si vere expedierit, ad vota cōdescēdet orantis.

¶ De pseuerantia in oīone vt certa sit eius impetratio, apparet ex eo, qđ dixit Chr̄s Lucæ. 11. vbi post traditā orādi formā, ait dn̄s. Quis vestrū habet amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicit ei, Amice, accommoda mihi tres panes, &c. Et illo denegāte, instāter petat. Et sequit̄, si ille pseueraret pulsans, dico vobis, & si nō dabit illi surgens, quia amicus est: propter improbitatē tn̄ ei⁹ surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. In quo aperte docemur, non satis esse deū orare, etiā si amicitiā eius sitimus, nisi in oratione pseueremus, vt certa sit nostræ petitionis impetratio. Item Lucæ. 18. Oportet semper orare, & nō deficere, scilicet, quousq; fiat, quod in oīone petitur. Et statim ponit parabolam de iudice, qui viduæ iustitiā postulanti, eam nō nisi post importunas & frequentes preces ipsius viduæ ipsi facere voluit. Vnde & beatus Grego. in moralib⁹ ait. Virtutis pondus oratio non habet, quam nequaq̄ perseuerantia continui amoris tenet. Et Chrysosto. in de compūctione cordis, ait. Ab oratione non recedas, donec accipias finē postulati. Si igitur quis ex charitate/fide/& spe orauerit, si tamen non perseueret, non est certa petitionis impetratio, aut orationis exauditio. Vnde non ab re dixit beatus Iacobus in canonica, Multum valet deprecatio iusti assidua.

¶ De diligēta humana apponēda ad impetrādum postulatū, vt certa sit petitionis obtētio, satis patet, quia qui aliqd a deo petit, ad cuius assecutionē ipse humana remedia conuenientia habet, per quæ illud acquiri pōt & solet, & ea negligens, a solo deo sperat id obtinere: talis inq̄ non videtur deum orare, sed tentare. Vt si a deo peccator venīā, & medium ad id ordinatū dimittat, scilicet pœnitentiam: aut si scientiā petat, & literis, aut lectioni incumbere nolit: aut si sanitatē petat, & medicos/ac medicinam cōtemnat, indignus est reuera, qui audiat̄, quia vel irridet/vel tētat deū. Vnde dn̄s reprehēdit duos discipulos filios Zebedęi, q cū peterēt cū Chr̄o in regno eius sedere, & medtū ad id effect tollere crucē, & sequi Chr̄m, de medio tū nil ordinabāt nec cogitabāt. Vnde nō immerito Chr̄us eos interrogauit, dicēs, Potestis bibere calicē, quē ego bibitur⁹ sum? &c. Sine huius modi igit̄ humana diligētia si aliqd a deo peta-

petaꝫ, nō erit certa petitionis impetratio. ¶De re ipsa, quę petitur, ꝙ talis debeat esse, quę ad orantis salutem & gloriā dei pertineat, vt certa sit orationis exauditio, etiā inde apparet, ꝙ dixit Christus Matth. 6. Quærite primo regnum dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Non regnum vestrū, quo regnetis, sed regnum dei, quo deus regnet in vobis. Vnde in oratiōe dominica, a gloria dei petitiones incipiunt, cum primo petitur, Sanctificetur nomē tuum. Postea, quæ ad salutem nostram pertinēt, apponuntur. Ita & Paulus docet, vt quidquid agimus, in gloriam dei faciamus, si scilicet deo in opere illo placere volumus. Et quia nescimus, an quod petim⁹, ad gloriam dei conferat, scit autem id deus: ideo omnia nostra vota opus est deo committamus. Nam quid oremus, sicut oportet, vt inquit Paulus, nescimus. Vnde si sępe iusti oratio non exauditur, ideo est, quia vel nō principaliter in ea gloria dei prętenditur: vel id, quod petitur, pro tūc ipsi oranti nō expedit. Sicut non expediebat Paulo/ nec ecclesiæ, ꝙ deus exaudiret illum, quando vt auferret ab eo stimulū carnis a dño petebat, etiā si instāter id petierit, vt ipe dicit. ¶De postremo, scilicet, ꝙ vt certa sit petitionis impetratio, opus est oret pro seipso, &c. id communiter colligūt doctores, ex multis supra allegatis dictis Christi, in quibus non videtur promittere aliis ab orantibus, sed ipsismet, quod petierint, vt quando ait, Si quid petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis. Et iterum, Quęcūq; petieritis in nomine meo, accipietis. ¶His igitur, quę dicta sunt, concurrentibus, certi sumus, sicut & esse debemus, ꝙ oratio erit impetratoria, imo ex debito & iustitia legis complenda petitio, quandoquidem Christus ad id suas promissione obligauit. Et q̄ꝫ q̄ꝫ non statim vota orātis deus compleat, non propter hoc diffidendum est, quin nobis perseuerātib⁹ ad implebit. Differt enim aliquando vota cōplere, prout ipse scit ad gloriam suam/ & salutem nostram magis expedire. Et per hęc patet ad primam dubitationem.

¶Ad secūdam de orationibus mortiferis, ꝙ aliquando audiuntur, Fateor, sed in dānum ipsorū petentiū. Quemadmodū in malum iudęorū regē petentiū, datus est illis rex. Vnde & dñs mala, q̄ sub rege passuri erāt, illis prędixit, vt habetur. 1. reg. 8. Similiter in malum eorum datę sunt illis coturnices, quando carnes petierunt: siquidem in earum comestione multi perierūt. Ita etiam credendū est, deum multorū impœnitentiū & obstinatorū orationes audire, in quibus solū bona corporis aut fortunę petunt, sciens hoc illis in maiorē ipsorum condēnationem cessurum.

¶Vnde fit, vt nec hi, quorū orationes huiusmodi semper exaudiuntur superbire. nec illi, quos deus non audit, diffidere aut desperare debeant. Sępe enim deus iratus contra orantē, concedit illi, quod si iratus nō esset, denegaret, vt dicit beat⁹ Augustinus. Sępe etiam suis electis denegat, quod petunt, sciens forte si concederet, non illis in bonū, esse cessurū. Hactenus de oratione, quā quis ꝑ se ad deū fundit: & de valore atq; efficacia eius breuiter dicta sint.

¶De valore orationis pro alio fusæ

DE valore oīonis pro altero factę, similiter esset dubiū, An ꝑsit illi alteri, & ad qd. Fit aūt oīo aliq̄ ꝑ bīs, aliq̄ pro dānatis, aliq̄ ꝑ his, q̄ i purgatorio sunt, aliq̄ ꝑ viatorib⁹. Si ꝑ bīs scieter fiat, nō est illis ad aliqd valens, imo de prauata est oīo, & eisdē sanctis iniurioſa. Iniuriā nanq; facit beato, q orat ꝑ illo. Si aūt fiat oīo ꝑ beato/ sed nesciēter, qa nescit, ꝙ beat⁹ sit, valet eidē ad gaudiū accidētale: siq dē gaudēt sācti, videtes ꝙ amici sui i terris viuētes, ex pio & charitatiuo affectu, q deo grat⁹ est, opera bona pro illis faciunt, imo obligantur quodāmodo ad antidota, scilicet ad intercedēdū ꝑ illis, ob gratitudinē illis debitā. ¶Si vero oīo fiat ꝑ his, q in purgatorio sunt, valet illis, vt vel inde totaliter liberent, vel citius, vel saltē vt miti⁹ torqueant. Sic enim legit. 2. Macha. 12. Sancta & salubris est cogitatio ꝑ defunctis exorare, vt a peccatis soluātur. Sic etiam ait Gre. Papa. Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotū, aut præcibus sanctorū, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatoꝝ. Et habet. 13. q. 2. cap. Aiæ. Sic etiā Augustin⁹ ait in Enchiri

dion, loquens de orationib⁹ & ſuffragiis, quę pro defunctis in purgatorio exiſtentibus fiunt, dicit, Quib⁹ autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt illis plena ſit remiſſio, aut certe vt tolerabilior fiat ipſa damnatio. Ex quibus patet, ad quid illis valeat oratio viuorum pro ipſis fuſa.

¶ Si autem pro dānatis oratio fiat, & ſciēter/ſeu ex propoſito, talis oratio deprauata eſt, & voluntati diuinę cōtrauenies, ideo nullius valoris reputatur: quādoquidem certa eſt & determinata volūtas dei, vt qui in mortali culpa vitam finiunt, ad infernū ſine ſpe vlla redemptionis æternaliter puniendi deſcēdant. Ideo nō immerito prohibitum eſt pro illis/ſaltem ex propoſito/orare, vt ſupra probauimus. Et vltra, idem patet ex cap. Pro obeuntibus. 13. q. 2. vbi dicitur, ꝙ pro impiis, etiā ſi chriſtiani fuerint, ſacrificia facere/aut alia ſuffragia non licebit. Et hoc idem ſuſſum fuit in Concilio Brachareñ. vt ſcilicet pro his, qui in peccatis impœnitentes deceſſerunt, nulla prorſus fiat commemoratio. Et habetur cap. Placuit. 23. q. 5. Idem ſimiliter ſignificatur cap. Audiuimus, de reliquiis & veneratione ſanctorum. ꝙ ſcilicet eccleſia nō tolerat orare pro his, q in ebrietate decedūt, quia vt ait Paulus, Ebrioſi regnū dei non poſſidebūt. In quo aperte ſignificat, nō eſſe orandum pro dānatis. Si autē orare pro illis aliquid eſſet illis profuturum, certe eccleſia non prohiberet orare pro illis.

Aepe tamen circa hoc obiecerunt nōnulli, dicētes, ꝙ q̄uis oro p dānatis fuſa, non valeat eis, vt ab ęternis pœnis liberē tur, valere tamen poteſt, vt a tēporali pœna liberentur, cui obnoxii ſunt, ob peccata, de quibus hic doluerunt, nō tamen ſatisfecerunt: nam illa pœna in inferno temporalis eſt. Nec hæc patrum decreta ſupra allegata, loquuntur de oratione priuata, ſed de publica, quā clerici tanq̄ eccleſiæ miniſtri faciunt. Ac proinde non videtur probatum, orationem ſaltē priuatam pro damnatis fuſam, illis ad remiſſionē præfatæ pœnæ temporalis nō valere.

¶ Verum quidquid ſit de quorundam in hoc puncto opinione, ego arbitror, nullā orationem, nec priuatam, nec publicam damnatis prodeſſe, etiam ad temporalis pœnæ remiſſionem. Ille enim diues epulo, cum in inferno eſſet, & ad Abrahā nō⸗nihil ſuffragii, quo mitius torqueretur, exigeret, nullum miſericordiæ verbum audiuit, imo potius ſignificatum ei fuit, ob chaos magnum, quod erat inter damnatos & alios, non poſſe illis auxilii quicq̄ communicare,

¶ Legimus etiam de illo ſeruo, qui ſuo conſeruo miſericordiam non fecit, ꝙ traditus eſt tortoribus, ſine miſericordia puniendus, cui dictum eſt, Non exibis inde, donec ſoluas nouiſſimum quadrantē. Ex quo intelligim⁹ damnatos ſine miſericordia luere, quę in hoc ſeculo peccauerūt.

¶ Vnde & Iacobus in canonica, Iudiciū ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam. Qui autem ſine pœnitentia in mortali peccato deceſſit, miſericordiam ſibipſi denegauit. Non igitur minus dignus eſt, cui miſericordia in inferno denegetur, qui ſibi miſericordiam non fecit, q̄ſi proximo miſericordiam non feciſſet: quandoquidem miſericordia a ſeipſo incipere debet. Dictū enim eſt Eccleſiaſt. Miſerere animæ tuæ placens deo.

¶ Legimus etiam de eo, qui in ſpiritū ſanctum peccauit, hoc eſt, qui in finali impœnitētia deceſſit, prout Auguſtin⁹ exponit, ꝙ non remittetur ei, nec in hoc ſeculo, nec in alio. Quod exponens Hugo, & alii doctores dicūt, ꝙ taliter peccātes, in inferno ſine miſericordia punient, quia ſoluent ad vnguē, quod pro hic commiſſis debebāt. Si igitur ita ſit, vt per hæc allegata docemur, apparet nullā orationē, nullū ſuffragiū hic pro damnatis factum, illis aliqualiter prodeſſe, quo minus ſoluant debitum, vſq̄ ad nouiſſimum quadrantem.

¶ Præterea nec legimus Chriſtum pro damnatis oraſſe, nec etiam ſanctos, nec eccleſiam. Qz ſi Chriſtus pro illis vnq̄ oraſſet, reuera eccleſia Chriſtum imitat⁹, pro eiſdem orare permitteret, non ſolū oratione priuata, ſed publica: & reuera illi ob ſuā impœnitentiā & obſtinationē digni ſunt, pro qb⁹/nec Chriſtus, nec ſancti, nec eccleſia orent. Digni etiam ſunt, vt ſi quis pro eis oret, ei⁹ oratio in nullo exaudiat̄ a deo, Imo & ſi quis in hoc ſeculo velit aliquod opus pœnale ſuſcipere/hac intentione, vt pro illis loco pœnæ temporalis præfatæ

ſatiſfa

ſatisfaciat, digni ſunt, vt huiuſmodi ſatisfactio a deo non acceptetur. Quemadmodum colligitur etiam ex eo, quod Chriſtus ad diſcipulos dixit, mittens eos ad prædicandum, Si quam domum intraueritis, dicite primo, Pax huic domui. Etſi digni fuerint, pax veſtra veniet ſuper illos: ſin autem, reuertetur ad vos. Oratio igitur, et alia ſuffragia, ſi quę pro damnatis fiãt, nullo modo poſſunt eos a pœnis/nec in toto/nec in parte releuare.

¶ Inde etiam cõſtet et vere dicitur, q̃ indulgentiæ, etiam ſi Papa vellet eas ad damnatos per modum ſuffragii extẽdere, illis nullatenus prodeſſent, eo q̃ indulgẽtię valent ex meritis Chriſti et ſanctorũ: Chriſtus autem/et ſancti/ſicut nec eccleſia, ſua merita nunq̃ damnatis applicauerunt.

¶ Vnde et Auguſtinus. Si ſcirẽ patrẽ meũ eſſe in inferno, nõ magis orarẽ pro illo/q̃ pro diabolo. Quod certe inhumanum dictum videretur, ſi poſſet ſua oratiõe patri in inferno exiſtenti, aliqualiter ſubuenire.

¶ Non ita q̃ valet oratio pro altero fuſa, nec a deo pro altero acceptaꝫ, niſi id, quod pro illo petimus, poſſit adiutorium, aut via illi eſſe, qua poſſit ad vitam peruenire beatã. Si autem ille alter, p quo oratur, talis ſit, cui via ſalutis penitus clauſa eſt, fruſtra oratur pro illo. Tales ſunt damnati.

Sed de oratione pro altero viatore fuſa, eſſet dubiũ, ad quid valeret, Specialiter mouetur ſubium, de gratia gratum faciente, An valeat illi ad gratiã primam/ſeu augmentum eius. Videtur aliqui dicere, q̃ ſic. Pro quo videtur facere, quod habetur Matth. 9. Videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Sup quo Greg. Quãtum valet apud deum fides propria, apud quem tantum valuit fides aliena. Ex quibus apparet, aliorum preces valuiſſe paralytico, vt remiſſionẽ peccatorũ, et ex conſequenti gratiã primã obtineret.

¶ Facit etiam, quod habetur Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et deficere in propoſito ſaluatoris, videtur idem eſſe, quod a charitate excidere. Igitur his, qui ſunt in mortali peccato, ad ſalutem animæ et gloriam preces pauperum valent, quibus eleemoſynas preſtiterant, aut preſtant,

¶ Facit etiam beatus Ambroſius, ſuper illud. 1. ad Timoth. 4. Corporalis exercitatio, ad modicum vtilis eſt. &c. Significãs q̃tum valeat opus miſericordiæ indigentibus impenſum: quia eorum precib9 valde iuuantur ad promerendum deum, addit. Si quis ergo, quia miſericordia magna res eſt, lubricum tamẽ carnis patiaꝫ, quid fiet de illo? Vapulabit, ſed non peribit. Si autem ſolum exercitiũ corporale habuerit, perennes pœnas patietur. Ex quo appareret, eum loqui de lubrico carnis mortali, per quod quis a charitate excidit, et illũ dicit vapulaturũ quidẽ, ſed ſaluandũ, eorum precibus adiutũ, quibus miſericors fuit.

¶ Facit etiã, quod habetur. 1. Ioan. 5. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita, peccãti peccatum non ad mortem. Vbi peccatum non ad mortem, videtur omne aliud ab eo, quod eſt ad mortem. Peccatum autem ad mortem dicitur, in quo quis impœnitens decedit. Igitur vnus homo ſua oratiõe poteſt fratri gratiam primam obtinere, per quam viuat.

¶ Facit etiam, quod habetur in Canonica Iacobi. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros. &c. Et addit, et oratio fidei ſaluabit infirmum. Et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.

¶ Hęc opinio, quam Adrianus prędictis rationibus fundat, ſi intelligaꝫ, vt nõnulli proteruiẽtes defenſare voluerũt, ſic ſilicet, q̃ oſo vnius valeat alteri ad primã gr̃am, ſecluſo omni bono motu illi9, ita vt ex parte illius p quo oraꝫ, nil aliud neceſſariũ ſit, niſi q̃ obicẽ nõ ponat, videꝫ mihi opinio falſa/et erronea. Nã certũ eſt, vnicuiq̃ neceſſariã eſſe fidẽ acquiſitã vt ſaluetꝫ, quod tanq̃ certũ, et alibi abũde probatũ ſuppono. Ei igitur, qui fidẽ non habet, quomodo poterit aliena oratio ad gratiam primam prodeſſe, cui nec fidem habeat, ſacramentum baptiſmi non prodeſt?

¶ Deinde eque certũ eſt, pctõri in mortale pctm̃ lapſo, neceſſariã eſſe cordis pœnitẽtiam, vt viuat. Quod ſæpiſſime ſcriptura docet, & apertiſſime Auguſtini decretum canonizatum, declarat, dicens. Omnis qui ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt,

niſi pœniteat eum veteris vitæ, nouam vitam, ſcilicet gratię, inchoare non poteſt, a qua ſoli paruuli immunes ſunt. Quomodo igitur peccatori ſine pœnitentia ſuorū delictorū poterit de lege aliena oratio prodeſſe, cui Chriſti ſacramentum non prodeſt, nec confeſſio, nec baptiſmus, vt ſupra deduxi?

¶ Poteſt ſecundo modo intelligi prefata opinio ſic, q̄ ex parte quidē peccatoris neceſſaria ſit pœnitentia cordis, vt gratiam habeat, non tamen tanta, quæ per ſe ſufficiat ad gratiam obtinendam, ob ſui remiſſionem. Tunc hac diſpoſitione exiſtente in illo, poterit illi ad gratiam primam prodeſſe alterius oratio. Verum contra hunc modum ſępe alias obiecimus, probantes non eſſe in contritione ſeu pœnitentia cordis neceſſariam intenſionem gradualem, ſed ſatis eſſe, ſi efficax ſit, etiam ſi ſit remiſſa, ad hoc, q̄ ſit ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, ſicut etiam ſupra arguendo contra Adrianum in hoc libello de oratione deduxi. Ac proinde, ſi ita ſit, q̄ ſine pœnitentia cordis formali/ aut virtuali non poteſt peccator gratiam primam habere: & quę cunq̄ talis etiam ſi remiſſa ſit, ſufficit ad gratiam primam, conſequens eſt, orationem alterius ad gratiam primam directe non valere: quandoquidem gratia prima correſpondet illi pœnitentiæ/ ſeu proprię diſpoſitioni ipſius pœnitentis, & ſecundū eius exigentiam ſibi præſtatur. An autem oratio vni? alteri taliter ad gratiā profit, q̄ vltra illam gratiam propriæ diſpoſitioni correſpondentem, impetret illi alium gradum, non ſatis certum eſt: nec enim eſt ſecundum legem, nec contra legem, ſed prę ter, vt videtur. Et ita in libera dei poteſtate erit, ſalua lege, orationem vnius, ad gratiā alteri conferendam acceptare. Velle autem id probare per autoritates ſupra allegatas, eſt velle probare, q̄ fiat ſecundum legem: quod tamen miniſme credēdum eſt. Ideo conuenit ad eas reſpondere.

¶ Ad primum de paralytico, dicendum, q̄ ex illo loco nō ſequitur, q̄ ſola fides aſtātium, qui pro illo Chriſtum præcabanť, ſuffecerit ad remittendum peccata illi paralytico. Quod patet, tum quia paralyticus, qui in morbum ob peccatum inciderat, ſine fide propria vitam gratię habere non poterat. Tum, quia dixit ei Chriſtus, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vnde prēmiſit, Cōfide. Et adiūxit/ remittuntur. &c. In quo apparet illum paralytici cum fiduciā habuiſſe in Chriſto, ideoq̄ remiſſionem obtinuiſſe. Et ita nōnulli expoſitores dicunt, q̄ quando dicitur, Vidēs Ieſus fidem illorum. &c. ly. illorum. nō ſolum refert fidem aſtantium, ſed etiam ipſius paralytici. Et quod ait Grego. dicens, Quantum valet fides propria, ſi tantum valuit aliena. &c. Fateor, q̄ aliena fides valuit illi paralytico ad remiſſionem peccatorum, ſed completam, ideſt, quo ad reſiduam pœnam culpa prius per fidem & contritionem condonata, ad quam remiſſionem completam, propria fides paralytici non ſuffeciſſet. Vnde putandum eſt, illum ob fidem propriam fuiſſe conſequutum remiſſionem quo ad culpam & pœnam æternam: fide autem aliorum adiuncta, conſequutus eſt plenā peccatorum remiſſionem. Et hoc aliud eſt, q̄ gratiā primam per aliorum fidem eum conſequutum eſſe, vt patet.

¶ Ad ſecundum. vt cum defeceritis. &c. Dicendum, q̄ (ſalua pace) non recte exponitť per Adrianum quod dicitur, ſcilicet, vt cum defeceritis, ideſt, a charitate ceciderītis. Cum aliter communiter exponatur ſcilicet, vt cum defeceritis a vita præſenti, pauperes, quibus bene feciſtis, in æterna tabernacula vos recipiant. Aut ſic, vt cum defeceritis, ideſt, vt quando vos per vosipſos regnum dei introire nō ſuffeceritis, ex quo in hoc ſeculo pro delictis nō ſatisfeciſtis, illi per ſuas interceſſiones vos iuuātes, recipiant vos. Quod certe ſaluatur absq̄ hoc, q̄ illi pauperes impetrēt gratiam & gloriam directe ipſi benefacienti.

¶ Ad tertium ex Ambroſio adductū, dicēdum, q̄ impertinenter citatur. Nam ipſe ſignificat excellētiam operum miſericordię ſuper exercitium corporale, quod eſt, ieiunium, vigilię &c. dicens, q̄ peccator, qui in lubricū carnis/ etiā mortale ceciderit, iuſtificabitť, & nō peribit, ſi miſericordiā faciat, qualiter non iuſtificabitur, ſed potius peribit, ſi ſolū corporale exercitiū faciat. Quod pro tanto videtur dixiſſe, quia miſericordia proximo impenſa, ſi fit/ ſicut fieri debet, procedit ex charitate fraterna,

fraterna, quæ ſi vera ſit, ſine charitate dei haberi non poteſt, vt alibi late exponendo Auguſtinum deduxi. Quam charitatem non ita requirit corporale exercitiū. Quod ſic acceptum, certe impertinēs eſt, ad probandum opinionem prędictam.

¶ Ad quartum ex prima. Ioā. 5. Qui ſcit fratrem ſuum, &c. dicendum, q̄ dimiſſis aliis expoſitionibus, peccatum ad mortē dicit̄, in quo quis decedit impœnitens, ſeu volens, hoc autem ſciri poteſt ab effectu, vt ſi videamus fratrem ſeipſum gladio interimere, aut ſeipſum ſuſpendere, aut præcipitare, morte illico ſubſequuta, dicitur tunc peccare ad mortem, quia poſt illud peccatum perpetratum, nil aliud ſperari de illo poteſt, q̄ mors æterna, cum poſt non ſit locus reſipiſcendi. Dicitur etiam econtra peccare non ad mortem, quando in vita peccat, & poſt peccatum videmus ſibi ſupereſſe tempus, vt conuertatur / & viuat. Pro his dicit Ioan. orandum eſſe, & dabitur illi vita, Verum hoc non probat, q̄ ad orationem alterius dabitur illi vita ſine pœnitentia ipſius. Alioqui impertinens videretur, q̄ poſt peccatum cōmiſſum ſuperſit ſibi tempus pœnitendi, vel non, ſi ſine pœnitentia poſſet poſt peccatum vitam habere. Itaq̄ in caſu id qđ per orationē impetratur ei, qui peccauit non ad mortem, non eſt vita immediate, ſed pœnitentia, ad quam ſequitur vita.

¶ Ad quintum ex Cano. Iacobi. 5. Infirmatur quis in vobis. &c. Dicendum, q̄ locus ille communiter intelligitur de ſacramento extremę vnctionis, qđ valet ex opere operato ad ſalutem vncti. Et oratio illa fidei, de qua textus ait, q̄ ſaluabit infirmū, poteſt accipi pro oratione, quam vngens dicit, quę eſt forma efficax ipſius ſacramēti, in qua dicitur, Per hāc ſanctam vnctionem, & dei piiſſimam miſericordiam / indulgeat tibi deus, quicquid peccaſti per guſtum, &c. Q̄ ſi de oratione multorum preſbyterorum illic pro ſalute infirmi orātium velis id accipere, dicendum, q̄ talis oratio ſaluabit mediate infirmum, vt dictum eſt, mediāte ſcilicet eius pœnitentia illi per orationē impetrata. Q̄ enim oratio illa valeat illi infirmo in peccato mortali exiſtenti ad ſalutem animę immediate, ſeclusa eius immediata diſpoſitione, abſurdum videtur.

¶ Videtur ergo reſolutorie, q̄ oratio vni pro altero fuſa, non valet ei immediate ad primam gratiam, nec ad ſecundam, ſed tātum mediate, quia ſcilicet tali oratione inclinatur deus ad mouēdum eum, pro quo oratur, vt ſe diſponat diſpoſitione, qua dignus ſit gratiam promereri, non tamen de lege vltra gratiam propriæ diſpoſitioni reſpondentem, aliam ob merita vel orationem alterius impetrabit. Et cum prima pars certa ſit, videtur pro ſecunda hac vltima facere Ezechiel. 18. vbi late dicitur, q̄ filius nō portabit iniquitatem patris, nec iuſtitiam, nec econtra. Et iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impii ſimiliter erit ſuper eū. Vbi in toto cap̄. id ſatis aperte docet, q̄ vnus non reportabit gratiam, nec gloriam, aut vitam, propter iuſtitiam alterius. Sicut nec vnus portabit ſupplicium propter peccata alterius. Sed ſi vnus poſſet alteri immediate impetrare gratiā primam aut ſecundam / & ex conſequenti gloriam correſpondentem, falſa videretur prędicta ſententia.

¶ Facit ad idem, quod ait Paulus. 2. ad Corin. 5. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & reportabit vnusquiſq̄ ſecundum ea, quę in proprio corpore geſſit, nō ſecundum ea, quę per alium facta fuerint. Huius oppoſitum fieret, ſi vnus poſſet de lege alteri mereri gratiam vltra gratiam correſpōdentem propriis operibus illius alterius, vt ſatis de ſe conſtare videt̄. Reſtat ergo quod dictum eſt.

¶ Si tamen aliquis omnino contendens, velit oppoſitum aſſerere, aut ſentire, ſcilicet, q̄ homo poſſit oratione ſua alteri gratiam gratum facientem, & ex conſequenti gloriam impetrare vltra eam, quam ille alter propriis operibus erat conſequuturus, nollem contradicere, neq̄ tanq̄ hæreticum condemnare, cum videam hæc, quę nuper allegata ſunt, taliter poſſe intelligi, vt ſic opinantibus non preiudicēt. Nam ſi recte attendamus, textus Ezechielis ſupra citatus, hoc prętendere videtur, ſcilicet, q̄ vnicuiq̄ tā pio q̄ impio in dei iudicio, iuſtitia fiet, taliter vt præmiū, qđ quis meruit, in alterū nō transferet̄, ſed illi reddet̄, & ſuppliciū, qđ quis meruit, ſit̄ illi dabitur, non alteri, q̄ q̄ vnicuiq̄ red-

detur prout meruit, siue bonum, siue malum. Sic enim in initio capitis significatur, quia quęrebantur Iudæi, ꝙ pœnã, quę patribus suis debebatur, ipsi luerẽt, Dicebant enim, patres nostri comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Et ad hoc excludendum ponuntur omnia, quæ in hoc textu dicta sunt. Et in fine capitis concludit, Idcirco vnumquemꝙ iuxta vias suas iudicabo. Ex quibus patet, quid in dicto capite prætenda tur, scilicet, ꝙ pœna aut premium vni debitum, illi reddetur/ & non alteri, idꝙ de iustitia. Cum hoc tamen stat, ꝙ & si de iustitia non debeatur alicui gratia/ aut gloria ob orationem alterius, ꝙ ex liberalitate dei illi conferatur, modo pœnitentiam debitamꝙ dispositionem non omittat, nam per illam dignificabitur / saltem de congruo, vt alterius oratio illi ad gratiam prodesse valeat.

¶ Similiter ad textum Pauli posset respõderi, non enim intendebat Paulus excludere dei liberalitatem, qui potest ob merita vnius alteri gratiam pręstare & gloriam, sed iustitiam dei volebat manifestare, scilicet, ꝙ neminem pręmio aut supplicio illi debito defraudabit, tanꝙ iustus iudex, qui non solum opera, sed & corda ęquissime iudicet. Cum quo stat, quod dictum est, scilicet, ꝙ seruata vnicuiꝙ iustitia sua, aliquibus ob aliorum merita ex sua liberalitate abundantiorem gloriam & gratiam conferat. Iuxta id, quod dixit in parabola patrisfami. Amice, non facio tibi iniuriam, accipe quod tuum est, & vade. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus neꝙ est, quia ego bonus sum? Vnde de beato Nicolao legitur, ꝙ astantium precibus cum baptizaretur, abundantem gratiam recepit. Matth. 20

Ed ad vlteriora trãseundo, esset dubium, An certũ sit, orationem vnius valere alteri ad alia bona citra gratiam. Et videtur ꝙ sic quãpluribus exemplis scriptu ræ. Quod cum certum sit tam ex dictis, ꝙ ex dicendis/ nolo hic immorari, sed ad aliud transire, scilicet cuius, & pro quo debet esse illa oratio, quæ alteri valitura est? Est enim quadruplex huiusmodi oratio pro altero fusa, scilicet iusti pro iusto, iniusti pro iniusto, iusti pro iniusto, iniusti ꝙ iusto. De ea enim, quæ a iusto pro iusto, siue viuo, siue defuncto fit, non est dubitatio. De ea vero, quæ fit a iusto pro iniusto, similiter certum esse nõ dubito, eam ęque validam esse ad mali remotionem, & boni collationem, vt Genes. 19. Recordatus est dominus Abraham, & liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat. Et Exodi. 17. Quandiu manus leuabat Moyses, vincebat Israel: quoties vero remittebat, vincebat Amalech.

¶ Verum in his oratio non pro iniustis, sed pro iustis valebat, ideo adduco alia. Nam Genẽ. 18. orãte Abraham deum, ne vrbes Sodomitarum disperderet, dixit deus, Si aliquot iustos, etiam si decem tantum ibi reperero, non delebo illos. Quod tractans Ambro. li. de Abraham. capꝫ. 6. ait. Hic discamus quantus amicus patriæ sit iustus, & quemadmodum non debemus inuidere sanctis, neꝙ temere derogare: illorum enim nos fides saluat, illorum iustitia ab excidio defendit.

¶ Item Exod. 32. deus ira succensus, erat perditurus filios Israel, & tamen precibus Moysi placatus est. Quod & in Psal. dicitur. Dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.

¶ Patet etiam ex eo, ꝙ dixit dominus ad Abimelech. Redde vxorem viro suo, & orabit pro te, quia propheta est, & viues. Pro quo etiam facit, quod habetur in lib. Iob, ꝙ dominus conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis, contra quos dñs fuerat iratus.

¶ Sed argues contra hoc, Primo ex eo, quod dixit dominus ad Hieremiã. capꝫ. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, quia nõ exaudiã. Respõ. Hoc ideo erat, quia iã erat dei sententia aduersus illos determinata, tunc enim non valet orare.

¶ Secundo obiicies id, quod habetur Matth. 10. Intrantes domum, dicetis, Pax huic domui. Et si digna fuerit, pax veniet super eam, sinautem reuertetur ad vos. Respon. Duobus modis aliquis dicit̃ indignꝰ dei beneficio, negatiue scilicet, & hoc commune est omni peccatori. Et positiue, scilicet, si actu/ vel voluntate deum

deum offendit. Primo modo oratio auditur pro indignis, vt patet ex dictis. Scõ modo non, maxime cum dei sententia certa sit aduersus eos ob certam culpam. Vel dici potest, ꝙ si is, pro quo oraꝝ, taliter indignus sit, in quo nullum opus bonũ in gloriam dei factum, nec bonus in deũ zelus reperitur, & pro taliter indigno oratio fusa non valet. Si autem taliter sit indignus, ꝙ cũ sine charitate sit, attamen in eo solent opera & zelus in deum reperiri, tũc pro tali orare vtile est. Et forte Christus loquebatur de indignis primo modo.

DE oratione vero, quę fit ab iniusto pro iusto vel iniusto esset simile dubium, An valeat ei, pro quo oraꝝ. Et breuiter videtur distinguẽdũ. Vel enim ille iniustus orat in persona ecclesiæ, quia minister est eius: vel in persona alterius iusti, qui orationem sibi cõmendauit: vel in persona sua. Si primum aut secundum, valet oratio eis, pro quibus fit, etiam si a peccatore fiat. Quia q̃uis non habeat valorem ex opere operantis, habet tamen ex parte illius, in cuius persona dicitur oratio. Si tertium, tũc non ita valet, vt dicunt Tho. Duran. & cęteri. Quia nec ex opere operato, nec operãtis: nõ inq̃ valet alteri, saltem ex iustitia, q̃ q̃ ex liberalitate ipsius dei potest a deo acceptari ad bonũ aliquod temporale prestandum alteri, pro quo fit. Sicut opera in peccato facta, alioqui bona, solent a deo acceptari ad prestandum bonum aliquod ipsi operanti, vt supra sępe deduximus.

¶ Inde tamen oritur dubium, suppositoꝙ oratio vnius iusti sæpe valet ei, pro quo fit, An valeat ei per viam meriti, an per viã impetrationis liberalis, an per viam satisfactionis. Et quidẽ de primis duobus nõ ita dubitatur, sed tenẽdum est ꝙ valet, nõ per viam meriti de condigno, ita vt deus astrictus sit ex iustitia id reddere, quod petitur, sed per viam liberalitatis.

¶ De tertio vero dicunt aliqui, ꝙ valet alteri per viã satisfactionis & iustitię. Quia cum oratio eo ꝙ pœnalis est aut difficilis, est satisfactoria & solutiua pœnæ debite ei, qui orat: maxime si in charitate oret, & in eius potestate est vim satisfactionis in alterum trãsferre, sequitur ꝙ illi alteri cedit in solutum. Addit tamen Adrianus, dummodo ille alter similiter sit in gratia.

¶ Potest exemplo id confirmari, si Petrus debet Ioanni decẽ ducatos, & vnus alius velit eos pro Petro soluere, iam sit illi de iustitia. Ita igitur hic.

¶ Respon. Video solutionem communẽ satis, sed mihi non omnino placet, nec etiã exemplum. Patet, suppositaterminorum intelligentia, ꝙ homo non dicitur satisfacere deo de iustitia, nisi quia deus ex lege saltem astrictus est, illam satisfactionem loco debiti acceptare. Nam si acceptat mere liberaliter, non est satisfactio ex iustitia: sed deus in lege non se obligauit ad acceptandum orationem vnius, aut aliud opus pro altero, etiam si congruum sit, ꝙ acceptet, vt amicis condescendat, igitur vnus non satisfacit deo offenso pro altero de iustitia. Quod patet ex exemplo superius posito. Si secundum legem humanam aliquis criminosus debet iudici centum flagella, & vnus alius volens illum a flagellis liberare, in seipso, etiam iudice sciente, illa centũ flagella sponte suscipiat, certe ille non satisfacit iudici de iustitia pro illo altero criminoso: quia iuste potest iudex procedere contra criminosum præfatum, nõ obstante facto alterius. Ita igitur in proposito, cum peccator ob culpam, etiam dimissam, sit deo debitor pœnę seu vindictę per ipsum, vel tortores suos sumendæ, si alter velit opus pœnale pro illo subire, non video quomodo sit deus astrictus, id loco debiti acceptare.

¶ Nec exemplum allegatum videtur simile: aliud enim est debitum reale, quod homo homini debet: aliud debitum pœnæ ob culpam, quod homo deo debet. Primum tale est, ꝙ per quencumq̃ nomine debitoris soluatur, manet solutum, & res est ad æqualitatem redacta. Debitum vero pœnale ob culpam, non ita de rigore manet per alium solutum, nisi per ipsum, aut in ipso, qui peccauit soluant. Quę si iudex offensus, alterius solutionem velit acceptare, erit hoc ex gratia, & nõ ex iustitia stricte sumpta, secus large sumpta, vt supra tactum fuit. Nec obstat, quod dicitur, Quod quis per alium facit, per seipsum facere videtur. Quia etiam si ipse debitor pœnę p seipsum oraret, nõ se quita

ret ex iuſtitia, niſi accedente dei liberali acceptatione. Si enim deus ſe in lege obligaſſet/aut promiſiſſet ſe fore contentum, ꝙ loco offenſę eidem factæ, offendens/vel per ſe, vel per alium aliquod opus pœnale ſubeat, bene quidem, ſed hoc eſſet oſtendendum.

¶ De valore oratio

nis pro multis fuſa,

DE valore orationis pro multis fuſa, ſolet eſſe quęſtio, An tantum valeat vnicuiqꝫ eorū, qꝫtum valeret, ſi ꝑ vnoquoqꝫ ſeorſum diceretur. In quo vulgata eſt controuerſia inter Prepoſitiuum, & Sco. Tenet Prepoſitiuus partem affirmatiuā, ſcilicet, ꝙ nō minus valet vni eorum per hoc ꝙ pro illo, & pro aliis multis effundit, eo ꝙ vnusquiſqꝫ eorū, pro quib⁹ oratur, ſuppoſita eorū dignitate, recipit totum valorem orationis. Ratio poſitionis eſt primo, quia bonū ſpirituale proportionatur ſpiritui: ſed ſpiritus totus communicatur, & nō per partes, nō enim min⁹ habet de anima caput per hoc, ꝙ pedi & manui cōicatur, cum tota ſit in qualibet parte. Igitur etiam bonum ſpirituale totum abſqꝫ ſui diuiſione cōicatur/cuicūqꝫ communicat.

¶ Sed hęc ratio nō probat, quod vult, cū diſcrimen inter ſpiritū/& bonū ſpirituale ſit apertū. Spirit⁹ em̄ indiuiſibilis eſt, ideo non poteſt per partes cōicari, vt cōſtat. Bonum autē ſpirituale, quod per orationem alicui cōmunicatur, diuiſibile eſt, & partitionē admittit, ſiue ſit collatio boni, ſiue remotio mali. Patet manifeſte de collatiōe boni/ſeu de bono collato, ſiue ſit charitas, ſiue virtutes theologales, ſiue morales, ſiue alia dona poſitiua creata. Certū eſt, ea omnia diuiſibilia eſſe/ſaltem intenſiue. Vnde poteſt gratię aut virtutis vnus gradus cōicari vni, & alius alii. De malo etiam remoto idem patet, puta de pœna debita alicui pro peccatis ſuis, que quo ad intēſionem & durationem partibilis eſt. Vnde ſi valet oratio ad remittendum decem gradus pœnę debitę, nil inconuenit vni homini remitti vnum gradum, alii alium, Q; ſi bonum ſpirituale proportionatur ſpiritui, non erit in eo, quod dictum eſt, de cōicatione per indiuiſibilitatem, vt patet.

¶ Secundo idem probat a ſimili de candela coram multis accenſa, quę ęque illuminat omnes prę ſentes. Et vox coram multis prolata, ęque ab omnibus aſtantibus auditur. Sic igitur dicit orationē omnibus, pro quibus fit, ęque prodeſſe.

¶ Verum nec hęc ratio probat, tum quia eodem modo probaretur, ꝙ oratio valet æque his, pro quibus non fit, ſicut his, ꝑ quibus fit. Nam candela ſi ſolum accenda tur ad illuminandum vnum, non minus illuminat reliquos aſtantes. Et vox doctrinę, ſi ſolum dicatur ad docendum vnū, nō minus reliqui aſtantes docebuntur. Tum etiam diſſimilitudo eſt nota: nam candela & vox a natura ſua efficiunt effectum in paſſum ęque appropinquatū. Oratio autem non niſi ex intentione orantis, & volū tate dei orationem acceptantis: ideo ſtat, ꝙ oratio non ęque proſit multis, nec vni, quantum ſi pro illo ſolo diceretur.

¶ Tertio idem probat ex decreto Hierony. de conſecratione, diſtin. 5. cap. Nō mediocriter, dicentis. Cum pſalmus vel miſſa pro cunctis animabus dicitur, non minus/qꝫ ſi ꝑ vnoquoqꝫ diceret, accipitur.

¶ Hinc tamen nō ſequitur, quod prętendunt, ſtando in his verbis, quæ(dimiſſis aliis glo,)in ſe ſumpta, hoc videtur directe ſignificare, ſcilicet, ꝙ pſalmus, vel miſſa æqualem habet valorem, ſi pro vno ſolū dicatur, & ſi pro multis. Quod intellectū de valore pſalmi, vel miſſæ ex opere operato videtur verum. Et ꝙ non intendat Hierony. dicere, ꝙ tantum valet vnicuiqꝫ ex opere operato vna miſſa dicta pro multis, quantum valeret, ſi pro vnoquoqꝫ ſua miſſa diceretur, videtur manifeſtum. Clarum enim eſt ex multis miſſis plus commodi animas reportare, qꝫ ex vna ſola. Sed comparat miſſam dictā pro vno, ad miſſam dictam pro cunctis. Et dicit, ꝙ idem eſt vtriuſqꝫ valor & fructus. Hoc videtur ſenſiſſe Adrianus, reſpondendo ad hāc auctoritatem Hierony.

¶ Vnde attendendo ſeriem decreti, videt Hierony. intendere eos reprehendere, qui volentes multis animabus per orationes aut miſſas proficere: multiplicāt pſalmos, & miſſas, idqꝫ cū ſuę incolumitatis detrimēto, & cū magno faſtidio: cū tamē ſatius eſſet/

eſſet/ & vtilius, paucos pſalmos & miſſas pro cunctis, quibus ſacerdos prodeſſe cupit, dicere cū cordis hilaritate/ & conſcientię puritate, q̄ pſalmos, & miſſas multiplicare cū cordis mœſtitia/ & anxietate. Et ita intendit, q̄ homo plus p̄deſſet multis, quib⁹ prodeſſe cupit, vnam miſſam pro multis dicendo cum cordis puritate & hilaritate, q̄ pro ſingulis eorum miſſas cum anxietate celebrando, Et loquitur ſeu intelligendū eſt, de valore procedente ex opere operātis, & non ex opere operato. Quod inde patet, quia ad volorem ex opere operato parum refert cordis hilaritas & ſerenitas, Tum etiam, quia loquitur de pſalmo & miſſa indifferenter. Pſalmus autem non ita valet, vt videtur ex opere operato, ſicut miſſa. Igitur de valore ex parte operantis loquitur.

¶ Ex his apparet fundamenta huius opinionis nō ſufficere ad eius probationem: ſed nec ipſa opinio in ſe videtur multum ratiōabilis, ſi indiſtincte dicatur de valore orationis, quatenus valet ad remiſſionem pœnæ/ ſeu ad ſatiſfaciendum, & quatenus valet ad collationem boni. Nam valor orationis per viam ſatiſfactionis, finitus eſt & determinatus, quia tollit de pœna aliquid æquiualens ei, quatenus ſatiſfactoria eſt, No igitur cedit in ſolutum æqualiter pro multis, ſicut p̄ vno ſolo cederet. Vt ſi ſint decem debitores, quorū quilibet debet decem, & Petrus ſoluat decem creditori, certe hoc cedet in ſolutum ex iuſtitia pro vno tātum adequate, & ſi pro multis opus eſt, vt per ſingulos ſolutio diuidatur, vt ſatis de ſe conſtat. Sic in propoſito. De collatione etiam boni, quod confertur eis, pro quibus oratur, non videtur omnino certum, q̄ ſcilicet vnuſquiſq̄ tantū recipiat, ac ſi pro illo ſolo funderetur oratio. Nam quęro, an bonum illud ſit ex iuſtitia debitum pro tali oratione, & ei, cui applicatur, reddendum, an ſolum per viam gratiæ & liberalitatis donetur. Si primum, vnicuiq̄ merito determinato ſuum premium determinatū & finitum debetur, & illud in multis diuiſum, nulli plene cōcedetur, vt patet, ſicut ſi pro vno ſolo eſſet oratio fuſa, & applicata. Si ſecundum, nulla eſt certitudo ad quantū bonum, & pro quib⁹ velit deus orationem illam accepta re, vt manifeſtum eſt. Non igitur eſt certitudo in hac opinione, ſed vel falſa, vl incerta, ne dicam temeraria, videtur.

¶ Præterea, ſi oratio vel miſſa tantum valeret vnicuiq̄ eorū, pro quibus fit, q̄ tum ſi pro eo ſolo diceretur, magna videretur incuria & negligentia ſacerdotis/ & merito culpanda, ſi cum pro vno orat, aut miſſam celebrat, non id pro omnibus facit, cum per hoc, q̄ pro omnibus id faceret, nec ille vnus quicq̄ fructus orationis p̄deret, & cæteri alii tantundem lucrarentur.

¶ De multiplici valore oīonis ſecūdū quoſdā.

Scotus dicit, omnem orationē ſeu op⁹ meritorū cuiuſcūq̄ tripliciter valere, ſcilicet ſpecialiſſime, & valet ipſi, qui meretur. Generaliſſime, & valet toti eccleſiæ. Et medio modo, & valet ei, cui is, qui orat aut mereť, vult huiuſmodi orationem applicare. Et primum, ſcilicet ſpecialiſſimum valorē non poteſt ipſe orans alteria ſe applicare, nam cōtra charitatem ageret, quæ a ſe incipit, & cōtra dei inſtitutionem, qui vnicuiq̄ oranti/ aut bene merenti ſuum promiſit premium: quandoquidem vnuſquiſq̄ ſui operis fructū reportabit. Secundum valorem, ſcilicet generaliſſimum, etiam orans nō poteſt a tota eccleſia amouere, & particulariter cui velit applicare. Eſſet enim hoc etiam contra charitatem, quæ omnia amicorum cōmunia facit, & omnis iuſtus eſt particeps omnium bonorum operum, quę in eccleſia fiunt, prout ſignificat Pſalmiſta, dicēs, Particeps ego ſum omnium timentium te. &c. Et videtur inter omnes iuſtos quædam charitatis contracta ſocietas, quibus eſt vnus dominus, vna fides, vnū baptiſma, & vna & cōmunis dilectio, qua ſe mutuo vt ſeipſos diligere debēt, ideo mutuo ſibi ſua merita communicant: non tam ex voluntate humana, q̄ dei iuſſu, qui hanc mutuam dilectionem eos inter ſe habere præcepit, & ita cum orare eos doceret, ab oratione ſingularitatem amouit, & vt generaliter pro omnibus orarent, docuit, vt patet in oratione ipſa dominica, qua petitur/ Dimitte nobis. &c, liberanos/ da no-

bis hodie. Vbi ſemper in plurali ponuntur petitiones, nō in ſingulari, Et quanq̄ multi iuſti orationes ad deū ſingulariter/ vel pro ſe/vel pro amicis expreſſe fundāt, tacite tamē/& habitualiter omnes alios iuſtos includunt. Nec intendunt quenq̄ a præfata ſancta ſocietate excludere. Tertiū autem valorem mediū poteſt ipſe orans/ ſeu opus meritorium faciens applicare ſibi/aut aliis, quibus velit. De quo alias.

¶ Et q̄ hic tertius valor ponendus ſit vltra ſpecialiſſimum, & generaliſſimum, apparet, quia ſi non valeret oratio, aut pſalm⁹, aut miſſa niſi illis duob⁹ primis modis, ſuperfluę igitur in eccleſia eſſent ordinatæ miſſæ p̄ viuis ſpecialiter, & aliæ pro mortuis: & inter viuos aliæ p̄ his, aliç pro aliis, ſi nō valeret eis niſi generaliſſime.

¶ Si dicas, q̄ quando ſpecialiter applicantur alicui, aut aliquibus, non recipiunt tātum omnes generaliſſime, quantum alias reciperent: & ita quod illis ſubtrahitur, datur aliis, pro quibus ſpecialiter dicuntur. Verum hoc irrationabile eſt, & cōtra charitatem, & ſanctam præfatam ſocietatem, dicere, q̄ vt his, aut aliis ſpecialiter proficiamus, oportet de bonis aliorū, & eiſdē ex lege charitatis debitis ſubtrahere. Et ita apparet huiuſmodi medium valorem nulli ex iuſtitia eſſe debitum, niſi cui ipſe operans applicauerit.

¶ His præmiſſis reſpondet, q̄ oratio non tantum valet vni pro multis fuſa, q̄tum valeret illi, ſi pro illo ſolo funderet. Cuius ratio eſt, quia hic valor medius finitus eſt, cū correſpondeat finito merito, ſcilicet ipſius operantis (quia de valore medio p̄veniente ex opere operātis procedimus nūc, quanq̄ idem dicat de valore medio procedente ex parte eccleſiæ, ſi in perſona eius oratio fiat) Et cum ait, q̄ non tantum vni p̄ multis fuſa. &c. procedit tam per viam ſatiſfactionis, q̄ per viā alicuius boni impetratiōis, quia per meritum finitum, ſeu ſatiſfactionem finitam, finita & determinata pœna remittitur, quia fit ſatiſfactio p̄ ſolutionem æquiualentis. Bonum etiam, quod per orationem impetratur, etiam finitum eſt, cū merito finito correſpondeat: & ita cōmunicatum multis, non recipiet vnus q̄tum reciperet, ſi illi ſoli totum cōmunicaretur, cum partitionem admittat, vt ſupra tactum fuit. Hæc eſt opinio cum potiſſimo fundamento.

¶ Habet tamen hęc opinio dubia contra ſe. Primo de illo valore generaliſſimo videtur, q̄ non ſolū iuſtis, ſed peccatoribus fidelibus deberet communicari. Quia cū præfata charitatis ſocietas fundetur in mutua dilectione, qua vnuſquiſq̄ alterum vt ſeipſum diligere debet: hęc autem dilectio non ſolum ad iuſtos/ſed etiam ad peccatores ſe extendit, Iuſtus enim omnes proximos tenetur ex charitate diligere, & nemi nem poteſt excludere. Cum etiam videamus eccleſiam pro peccatoribus orare, ſicut & pro iuſtis, quæ ſponſum Chriſtum imitatur, qui pro peccatoribus venit, orauit, & paſſus eſt, Sequitur quod illatum eſt.

¶ Deinde ille valor generaliſſimus eſt finitus, an infinitus? Non ſecundū, quia tūc vnuſquiſq̄ participantium reciperet bonum infinitum, adminus aliquis eorum: imo ſi omnes ſint æque diſpoſiti, recipiēt æqualiter de illo bono infinito: & cum finiti ſint participātes, neceſſe eſt vnūquēq̄ infinitum bonum recipere. Adde, q̄ merito finito, non correſpondet niſi bonum finitum. Non igitur eſt dandum ſecundū. Si primum detur, ſcilicet q̄ ſit finitus valor, ſequitur, q̄ quanto plures ſunt iuſti in eccleſia dei, tanto minus vnuſquiſq̄ participabit de præfato valore generaliſſimo, & ita noceret ex hac parte iuſtis, q̄ in eccleſia creſcerent iuſti.

¶ Si dicas/non ſequitur, quia quātum ex vna parte diminuitur iuſto de præfato valore vnius meriti, tantū/& forte plus creſcit illi ex maiori numero iuſtorū, qui plura addent merita omnibus cōmunia. Sed contra, nam pono q̄ numerus iuſtorum, qui de nouo apponitur, non ſit niſi numerus paruulorum, qui baptizentur. Hi nō habent merita, quæ aliis cōmunicent.

¶ Deinde ſi ſolis iuſtis in gratia exiſtentibus communicaretur ille valor generaliſſimus, & non his, qui gratia carent, ſequiē q̄ quanto quis maiorem gratiam haberet, tanto plus de præfato bono participaret: & quanto quis minorem gratiam haberet, tanto minus participaret: & ita his qui paruam gratiam habent, præiudicarent alii iuſti maiorem gratiam habentes. Dico cæteris paribus.

¶ Præterea

¶Præterea illud bonum generaliſſimū, eſſet dubium, quale, & quid eſt, an ſit gratia gratum faciens, an ſolū alia bona diuinitus data, an ſolū pœnæ peccatis debitæ remiſſio? Si gratia gratum faciens, ſequitur q̄ aſſidue creſcit charitas infuſa/ & gratia in paruulis baptizatis, quia in eccleſia aſſidue fiunt opera meritoria: & ita nō ſtaret paruulum in ſola gratia baptiſmali decedere. Similiter adultis ſaltem iuſtis/ etiā cum dormiunt, augeretur ſemper gratia & charitas: & cū gratiæ & charitati ſua gloria correſpondeat, ſequitur q̄ homo reportabit finaliter in iudicio gloriam eſſentialem ex alienis meritis prouenientem, cū tamen dicat Paulus, q̄ vnuſquiſq̄ ſecundum ſua opera reportabit, non ſecūdum aliena. Et iterum, Vnuſquiſq̄ ſecundum ſua opera iudicabitur, quia opera illorum ſequuntur eos, vt ſupra tangebatur. Et ſicut filius nō portabit iniquitatem patris, ita nec iuſtitiam, vt dicit Ezech.

¶Si vero illud bonum generaliſſimū ſit aliud citra gratiam & gloriam, quero/ vel debetur ex iuſtitia, vel datur ex gratia. Primum non apparet, quia deus non legitur ſe obligaſſe/ aut promiſiſſe ob aliquorū merita bonum dare aliis generaliter, etiā ſi promiſerit ſe remuneraturum operantem ipſum. Si datur ex gratia & liberalitate ipſius dei, ſequitur incertū omnino eſſe, quod opinio dicit, de illo valore generaliſſimo, q̄ omnibus de eccleſia determinate communicatur. Quis enim ſæpe legamus deum ob quorundam preces & merita, aliis multa bona dediſſe, a multiſq̄ damnis alios eripuiſſe: ita ecōtra legim⁹, iuſtorum merita & preces aliis, pro quib⁹ fundebantur, minime profuiſſe. Et ſicut deus in lege euangelica nō promiſit ſe orātem exauditurū, niſi pro ſe oraret, ita non promiſit remunerare niſi operantem. Q̄ ſi in caſibus particularib⁹ deus alicui bonum/ ob alienum meritum & orationem promiſit, tūc illi ob illam promiſſionem eſſet de iuſtitia reddendum. Vti promiſit deus Abimelech ſe benefacturū ob orationē Abrahæ. Et promiſit ſe amicis Iob cōdonaturum, ad preces ipſius Iob. Attamē q̄ generaliter bona temporalia/ aut ſpiritualia toti eccleſiæ promiſerit, ob quodcunq̄ meritum viatoris, non ita aparet. Eſſet tamen hoc amplius inquirendum.

¶Præterea de valore illo medio, quod cōmunicatur ex intentione orantis/ ſeu benemerentis, eſſet dubiū ſimile priori, Vel eſt gratia gratum faciens, vel aliud bonū. Si primum, ſequitur, q̄ cōtra charitatem agit ipſe, qui orat, & bonū opus facit, applicando valorem illum alteri, cum alias ſuum eſſet. Nam ſi quis ſuam gratiā & gloriam correſpondētem velit amittere/ & in alterum tranſferre, contra propriam charitatem agere videtur.

¶Si dicas, q̄ priuare ſe tota gratia & gloria vt alteri tradatur, eſt contra propriam charitatem: priuare autem ſe aliqua gratia & gloria, dummodo non omni, vt alteri tradat, charitatis fraternę eſt. Contra, tunc ſequitur, q̄ iuſtus poſſit ex charitate fraterna velle priuari valore ſpecialiſſimo, vt fratri tradatur, dummodo aliunde ipſe, vt ſuppono, habeat gratiam. Quod eſt contra opinantem.

¶Præterea, vel gratia illa debetur ex iuſtitia, vel datur ex gratia. Si primum, certe non debetur niſi operanti, iuxta promiſſiones dei in ſcriptura contentas: & ita valor medius nō prodeſt aliis, ſi gratia ſit. Si datur ex liberalitate, iterum incerta eſt opinio, in eo, quod de valore medio aſſerit: qa incertum eſt, quid deus velit facere/ aut factur⁹ ſit ad orationem ſeu meritum alicuius, niſi per ſcripturam, aut reuelationem dei conſtet, cum id ex ſua liberalitate pura pendeat. Vbi igitur non habetur reuelatio/ nec in ſcriptura promiſſio/ aut doctrina certa, quomodo poteſt illud tanq̄ certum affirmari? Et eadem ratio procedit, ſi dicatur illum valorem medium eſſe aliud bonum a gratia gratum faciente.

¶Item in principali videtur non ſatis ſibi cōſtare, dicēs, q̄ oratio aut miſſa (loquēdo de valore hoc medio) plus valet vni/ ſi pro illo ſolo fiat, q̄ ſi pro multis, & tamē dicit poſtea, q̄ poſtq̄ eſt miſſa applicata vni in primo gradu, ſi aliis applicetur in aliis gradibus ſubſequētibus, q̄ valet illis, & nil primo præiudicatur aut detrahitur. Contra, nam ſi ſoli primo applicaretur, & nulli alii in aliis gradibus, totus valor medius miſſæ vel orationis communicaretur illi. Si tamen aliis applicetur in aliis gradibus ſequentibus, certe vel illis de va-

lore illo medio nil communicabitur, vel oportet illud subtrahere / seu defalcare ab illo, cui primo missa fuit applicata.

¶ Nisi dicatur, ꝙ totus valor medius, qui de iustitia debetur, applicatur primo, aliis vero in aliis gradibus si bonum aliquod communicatur, erit quod ex gratia velit deus illis imparti. Sed si hoc dicatur, tam sequitur ꝙ valor missæ medius per viam saltem impetrationis, non est determinatus, vt ipse Sco. affirmat, sed poterit deus illud dare & negare parum & multum. Et ita poterit per viam impetrationis tantū dare ei, cui missa / vel oratio in secūdo gradu vel tertio applicatur, sicut ei, cui in primo gradu applicatur: imo & plus, si melius sint posteriores dispositi, q̄ primus.

¶ Respō, Videtur igitur ad quæstionem respondendum, supposito, vt communiter tradunt doctores, ꝙ oratio pro aliis fusa, potest illis valere per viā satisfactionis / seu solutionis / taliter, vt ei, pro quo fit, remittatur de pœna per æqualentiā pœnæ / seu difficultatis, quæ ipsi orationi annexa est, & nō plus de alterius pœna vi orationis remitatur, q̄ esset remittēdum ipsi oranti, si valorem orationis sibi ipsi & nō alteri applicaret. Supposito etiam, ꝙ oratio valet per viā meriti de congruo ad impetrandum ex gratia dei aliquod bonum ei, pro quo orat, pro vt deo placuerit ob orationem impartiri.

¶ Est conclusio, ꝙ per viam satisfactionis non tantū valet oratio alteri / quando pro multis fit, q̄tum valeret, si p illo solo fieret. Conclusio est certa ex suppositione, quia attenta qualitate orationis, finita pœna erat oranti remittenda, & tanta remittitur his, pro quibus oratur, in quos huiusmodi valorem ipse orans transferre intēdit, idest, pro qb⁹ satisfacere intēdit. Igit.

Ed esset hic dubiū, An oratio p multis iustis fusa, æque valeat omnibus eis per viam satisfactionis. Et dixerūt aliqui, ꝙ plus valet ei, qui iustior est. Nam ex quo requiritur gratia in eo, cui debet per viā satisfactionis p deesse, apparet, ꝙ vbi maior fuerit dispositio, plus operabitur oratio. Sicut medicina, vbi meliorē reperit dispositionē, plus & melius operatur. Respō. Q2 in casu potest valere per viam satisfactionis inęqualem gratiā habentibus, ęqualiter / & inæqualiter: & potest plus valere minus iusto, q̄ iustiori. Patet, supposito, ꝙ oratio nō valet per viam satisfactionis alteri, nisi secundum intētionem ipsius orantis. Nam si cum pro multis orat, intendit pro illis multis satisfacere, valor in illos transfertur, alias non. Et ita si intendit ęqualiter pro illis multis satisfacere, ęqualiter in illos valor orationis transfertur: & si inæqualiter, inæqualiter. Et si pro vno minus iusto intendit pluſq̄ pro aliis satisfacere, ita fiet. Vnde exemplū de medicina nō valet, quia illa operat iuxta dispositionem passi, Oratio vero valet iuxta intentionē orantis, satisfacere intēdētis. Et ita impertinens est, ad plus p aliis satisfaciendū, maior, aut minor gratia in illis.

¶ Si obicias, ergo ad satisfaciendum pro altero non requiritur in altero gratia, cum intentio satisfacientis sufficiat. Respon, negando consequentiam, quia per viam satisfactionis & iustitiæ opus vnius / & oratio non valet alteri in peccato existenti, ob sui indignitatem: quia deus non eam pro illo ex iustitia acceptat, sicut acceptaret, si dignus esset. Nec illa gratia in illo requiritur, velut dispositio ad effectū orationis, sed ad tollendum indignitatem, vel obicem, ad quod sufficit quatulacūq; gratia.

¶ Loquendo autē de valore orationis per viā meriti de cōgruo & liberalitate gratiæ dei, stat ꝙ oratio pro multis fusa, valeat tā tū vni, q̄tum si pro illo solo fusa esset, stat etiam ꝙ nō. Ratio clara est, quia per viam meriti non valet, nisi prout deus velit eam pro aliis acceptare. Regulariter autem acceptat eam potius pro iustis, q̄ pro scelératis, & potius pro iustiore, q̄ pro nō tam iusto, cæteris paribus. Nam per viam gratiæ dei, multum valet dispositio eius, pro quo oratio funditur.

¶ Sed quoniam deus nō est astrictus, nec ex natura orationis vel operis, nec ex promissione, qua se ad id lege aliqua astrinxerit ad acceptādum vnius orationem pro alio ad alicuius boni collationem, consequens est, incertum esse, q̄tum, & cui, & ad quid valeat oratio pro aliis fusa, & cui magis, & cui minus per viam liberalitatis & gratiæ dei. Nisi, quia rationabile est de deo in hac re credere, qui amicissimus / & clemētissi⁹

clementiſſimus eſt, quod in homine amico & pio laudamus: ſed in homine amico & pio laudamus, q̄ ad vota amicorū pro amicis aliquid petentium/ad ipſorum ſalutem/& gloriam ipſi⁹, a quo petitur pertinens, condeſcendat/nulli præiudicando. Imo ſi non condeſcendat, his ſtantib⁹, videtur reprehenſione dignus. Igitur credēdum eſt deum in ſimili condeſcendere. Si tamen non condeſcendat, non poterit iniuſtitiæ/aut culpæ argui, q̄ nil homini debeat, ſed homo illi, q̄ quidq̄ boni habet, abſq̄ dubio a deo acceperit. Vnde ſi homo amicus in caſu condeſcēdere nolens, aliquādo increpatione dign⁹ eſt, ideo eſt, quia homo homini debere ſolet, & econtra: & homo homine indigere ſolet, & ecōtra: ideo amicitia hominis ad hominē ſæpe exigit, vt alter in alterius vota condeſcēdat. Non talis eſt amicitia inter deū & hominem, nec talis mutua indigētia/nec mutuum debitum, vt conſtat. Itaq̄ omnino liber eſt, ad acceptandum orationem vni⁹ pro aliis, in tantum, & quomodo ſibi placuerit. Quam libertatem dei in re hac ſatis ſcriptura docet, in qua legitur deū aliquando iniuſtis propter iuſtorum preces & merita peperciſſe: aliquando vero non iuſtis ipſis ob iniuſtos pepcit. Vnde Hiere. 5. Circuiui vias Hieruſalem, & aſpicite/ & cōſiderate, & quęrite in plateis, an inueniatis virum facientem iuſtitiam, quærentem fidem, & propitius ero eius, ſcilicet Hieruſalem. Econtra vero Iob. 35. Clamabūt ſcilicet iuſti, & non exaudiam propter ſuperbiam malorum. Vbi glo. Sicut aliquando deus ſuos propter inimicos eripit, vt illi cōuertantur: ita aliquando ſuos non audit, propter damnationem perſequentium. Aliquando etiam abſolute decreuit, malum aliquod immittere, cuius decretum per nullius orationē mutari poteſt. Sicut ad Hiere. 11. dixit dominus. Tu noli orare pro populo hoc, quia nō exaudiam. Aliquādo vero iuſtos pro aliis orātes, pro ipſiſmet exaudit, & ſaluat eos, & non pro his, pro quibus orant, vt habetur Ezech. 14. Si beſtias induxero ſuper terrā, vt vaſtem eam, & tres viri iſti, Noe, Daniel, & Iob fuerint in ea, viuo ego, dicit min⁹, quia nec filios, nec filias liberabūt, ſed ipſi ſoli liberabuntur,

Si conferas orationem pro multis/ & orationem pro paucis, vel vno fuſam, & quęras quæ earum magis meritoria ſit. Reſpon. Q̄ cęteris paribus illa gratior eſt deo, & magis meritoria, quæ pro plurib⁹ fit. Quia quāto charitas fraterna magis dilatat̄ & extenditur, cæteris paribus, magis grata eſt deo. Tū idē etiā videtur ex oratione dominica, per quā Chriſtus docuit nos orare eo modo, quo deo magis placeremus. Docuit autem non pro vno, aut pro paucis, ſed pro omnibus orare, vt de ſe conſtat: igitur illa eſt gratior oratio, in qua p̄ multis orat̄. Dico cęteris paribus, quia alias ſi cætera paria non ſint, vel ex parte conatus, vel deuotionis, vel difficultatis, vel boni, quod aliis in oratione petimus, ſi habit magis meritoriam eſſe orationem pro paucis, aut pro vno fuſam, q̄ſi pro multis fundatur.

¶ Correlarie ſequit̄, cæteris paribus, gratiorem eſſe deo orationē pro inimicis fuſam, q̄ſ quę pro amicis funditur. Nam primum maioris difficultatis eſt, & maioris charitatis, q̄ſ ſecundū, vt ſupra tetigim⁹.

¶ Inde eſt, q̄ ſi quis velit pro amicis orare, & illis aliquid boni efficacius per orationem impetrare, aſſumere conuenit cū amicis aliquem inimicū, pro quo ſimul oret, vt ſua oratio gratior & acceptior ſit deo, vnde facilius poterit amicis impetrare, quod petit.

¶ Inde forte eccleſia, cum pro aliquo ſpecialiter celebrat, aut alicui per orationem prodeſſe vult, id a deo petit, in genere pro cunctis fidelibus, aut viuis, aut mortuis orando. Quanq̄ aliquando, & ſæpe in particulari pro multis oret.

¶ Ex dictis patet or̄onē pro vno ſæpe eſſe magis meritoriam, q̄ſ pro multis fuſam. Ratio, quia forte ille vnus longe plus mouet affectum orantis, vt deuotionem apponat/& afficaciam/ſeu conatum, q̄ſ multi in genere mouerent.

¶ Et quanq̄ ita ſit, q̄ oratio p̄ multis, cæteris paribus, ſit magis grata deo, & magis meritoria, non tñ inde fit, q̄ ſit magis impetratoria p̄ his, pro qb⁹ orat̄, q̄ſ alia, in qua p̄ paucis orat̄. Hoc ex ſupra dictis apertū eſt, Quia ſtat orationē eſſe merito-

riam, & non impetratoriam, vt patet de oratione Pauli, rogantis, vt deus auferret illi stimulum carnis. Cuius oratio meritoria fuit, sed non impetratoria. Ita stat, q̄ oratio sit multum meritoria/& parum impetratoria, etiā si pro multis fiat. Vt si ex magna charitate fiat, erit multum meritoria: & si hi, pro quibus oratur, apud deum indigni sint, quibus deus petita concedat, nō erit impetratoria. Stat etiam, q̄ sit impetratoria vni ex his, pro quibus oratur, & non omnibus. Vt si ille vnus dignus sit, pro quo exaudiatur oratio, & non alii. Stat rursus orationem pro multis fusam, pro omnibus audiri, & pro omnibus illis impetratoriam esse, & q̄ oratio ipsa/vel parum/vel nullo modo sit meritoria. Vt si is, qui orat, paruam habet charitatem, aut etiam nullam. Nam deus aliquando orationē peccatoris audit pro aliis, sicut & pro se: maxime si oratio sit publica, in persona ecclesiæ dicta: aut priuata dicta in persona alterius deo accepti. Itaq̄ velle arguere aliquam orationem per hoc esse magis impetratoriam/ aut valentiorem, q̄ magis meritoria sit, est inualidum argumentum. Sicut econtra, velle arguere, q̄ magis meritoria sit, p̄ hoc, q̄ magis exaudiatur a deo, est inualidus modus arguendi, vt constat: cum aliunde habeat oratio, q̄ meritoria sit: & aliunde, q̄ impetratoria.

¶ Laus deo.

¶ Ad laudem & gloriam omnipotentis dei, necnon intemeratę virginis & matris eius, finit hoc fulgentissimū luminare/& Theologorum scholæ exemplar admirandum, quod excudebat Compluti Ioannes Brocarius anno virginei partꝰ millesimo quingentesimo quadragesimoquarto, mense Decembri.

AD DOMINVM DOCTOREM METHINAM THEOLOGORVM DEcus, & scholæ Complutensis ornamentum, ac magistrum suum Ioannis Petreii Toletani Ode Dicolos Distrophos.

QVantum syderea domo
Phœbus luminibus prænitet omnibus
Puro solus in æthere,
Quantumq; est reliquas diuitias supra
Auri indeficiens nitor,
Cœlestis superat sic sapientia
Artes, quas hominum labor
Inuenit superum non sine munere.
Illa tu pater optime
Methina, æthereum vertice tramitem
Contingens, humiles procul
Terras præceleri destituis fuga,
Et lato inuolitas polo.
Rimaris superum, seu penetralia
Cœli admissus ad intima,
Patrisq; ingeniti, prolis & vnicæ
Aequæuum celebras decus.
Spiratumq; ab vtroq; aduersis halitum,
Et numen tribus vnicum,
Seu priscæ memoras labis originem
Irrepsisse nepotibus,
Seu nostri tunica corporis abditum
Effectumq; hominem deum
Purgasse innocuo sanguine pristini
Contagii mala semina,
Illiusq; redundasse cruoribus
Fontem multiplicis boni,
Quo nostras maculas sæpius abluat,
Et nos restituat sibi,
Pertęsi veterum dum scelerum modo
Tentemus resipiscere,
Seu mores hominum legibus instruis,
Virtutumq; viam doces,
Seu priscis adeo vatibus edita
Sacra oracula proferas,
Vel quæ deuiens vexit ab æthere
In terras sapientia,
Hæc tu non auidis auribus inseris
Duntaxat celeri sono,
Aeternum sed adhuc tradere posteris
Maiori merito studes.

Ioannes Brocarius Complutenſis Typographus Candido lectori.S.

Patientiſſimus ille propheta Iob, qui de veræ fidei myſteriis altiſſime diſputauit, hanc noſtram mortalem vitam nil aliud, q̄ perpetuam, & acerrimā luctam eſſe oſtendit. Militia eſt (inquit) vita hominis ſuper terram. Atq̄ his quidem verbis, ſi alius ea contemplemur, malorum perpetuam ſeriem, quæ humanam vitam circunſtant, opprimunt, & conficiunt, apertiſſime intuebimur comprehenſam. Et cum tot circūuoluāt periculorum agmina, quibus quotidie mortales illidunt, voluit ille homines admonere eiſdem verbis vigilandum eſſe ſemper, & quaſi in caſtris degamus, non ſecure agendum, ſed ſtatuentes pro portis vigiles, aduerſus inſidiātes hoſtium turmas circunſpiciendum, ne qua ex parte adorti hoſtes, incautos nos opprimant, ſunt etenim humanę vitę fortiſſimi aduerſarii, a quibus vix cauere, aut nobis proſpicere poſſumus, quia occulte aduerſus nos graſſantur: coq̄ facilius illorū inſidias & laqueos effugimus, quo animi, & diuinę contemplationis viribus, non corporis firmitate, aut robore contra eos nobis eſt agendum: quanto q̄ inſtructiori, & firmiori exercitu in nos deſcendunt, tanto firmiores nos eſſe oportet. Etenim nil aliud citius noſtrorum hoſtium conſilia diſcutiet, q̄ paratos nos ſemper offendere. Vnū q̄ eſt potiſſimum, quod animum noſtrum ad hoc acerrimum certamen inuictum prope reddet, aſſidua, ſcilicet, ipſius contentionis meditatio, & diuini auxilii ſpes, quod nunquam vere implorātes deſerit. Nā quo frequentius in deo ſperantes, in hāc arenam deſcenderimus, attritis aliquando hoſtium viribus, alacres victoriam reportantes, validiores in poſterum periculi huius memoria & recordatio nos reddent. Quapropter cum humana hæc vita a tribus potiſſimis noſtrę conditionis aduerſariis, Mundo. ſ. in quo viuimus, Carne, quam nobiſcum geſtamus, & quam non poſſumus exuere, niſi aſſidue eius illecebras deprimamus, & diabolo, humanę vitę iam tum a principio nocentiſſimo propugnatore infeſtetur, oppugnetur, & omnibus admotis tormentorum generibus vndiq̄ conquatiatur, hoc ipſum certamen ſuperanti glorioſiſſimum, vt qui poſt partam victoriam corona glorię, & virtutum ſit pro premio reddenda, in hac noua, & tandiu exoptata editione, quam nunc demum poſt omnium vota, theologiæ clariſſimum lumen Doctor Ioannes Methina typis noſtris mandauit excudendam, apponere ſtatuimus, quia ea hic continentur, quibus contra hos humanæ vitæ perpetuos hoſtes vti oportet, vt coronam illam, quam Paulus legitime certanti promittit, conſequamur. Etenim illę ſunt partes, quibus in eos eſt inſurgendum, quę hic optime tractantur, & quas nobis nunc ſic diuidere libuit, vt quibus aduerſus quem hoſtem ſit agendum, ſciat quiſq̄. Pœnitentiam & ieiunium aduerſus carnis appetitum, & nocentem voluptatem prodeſſe videmus: his enim carnis concupiſcentiam, & inſultum ſedare, ac domare oportet. Oratio autem, & confeſſio, dęmonem fugant. An nō in tribulationibus conſtituti oramus frequenter? Oraui ad dominum (inquit Paulus) vt tolleret a me ſpiritum ſathanæ. &c. An non confeſſione prauas cogitationes & diaboli incitamenta, ſuggeſtionesq̄ veritati aduerſas diſcutiet, qui ſit certaturus? Mundi autem huius inſatiabilem cupiditatem & auaritiam hominum animis perpetuo infixā, ſatisfactio & eleemoſyna extirpabūt, eruentq̄ ab imis radicibus: inſuper & in proximum neceſſariam charitatem exoluent. Iſta itaq̄ ſunt, quę, nobis pugnantibus, vires ad certamina ſubminiſtrabunt. Quę omnia nullibi copioſius, verius, & ſublimius ſimul tractata, ac examinata inuenies: tanta eſt rerum copia, tanta in diſputando ſubtilitas, tanta veritatis comprehenſio, & dilucida enarratio, vt nil amplius poſſe quenq̄ expetere, aut deſiderare credam. Exhibebimus aūt poſtmodum eiuſdem doctoris nō minus vtile ac neceſſarium volumen de contractibus, & reſtitutionibus, vbi ea omnia, quæ ad humanę vitę conuictum, & ſocietatem ſpectant, copioſiſſime tractantur. Interim his fruere, & boni noſtram operam conſule. Vale, & indies maiora expecta. Ex officina noſtra Complutenſi.

2219(1-2)